

C.I.34.

COMPENDIVM CANONVM KALENDARII GREGORIANI.

De Cyclo Decennouennali Aurei numeri.



Yclus Decemnouennalis Aurei numeri, est reuolutio numeri 19. annorum ab 1. vsque ad 19. qua reuolutione peracta, iterum ad vnitatem reditur. Quilibet verò annus aurei numeri initium sumit in principio Ianuarij. Inuenitur autem hoc modo. Anno Domini proposito addatur 1. (nam Christus anno secundo Aurei numeri natus fuit) & numerus compositus per 19. diuidatur, numerus enim qui ex diuisione relinquitur, (nulla habita ratione quotientis) erit numerus anni propositi. Et si ex diuisione nihil remanet, erit Aureus numerus 19. Vt si quæratur Aureus numerus anni 1584. Addo 1. & compositum numerum 1585. diuido per 19. inuenioque ex diuisione relinqui 8. erit ergo anno 1584. Aureus numerus 8. Siquis autem præcepta Arithmetices ignorauerit per sequentem Cyclum Aureum numerum inueniet.

Anno 1574.

Cyclus Aurei numeri, initium sumẽs ab anno 1583.

7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.
18. 19. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

ANno 1583. tribuatur primus numerus Cycli, qui est 7. secundus autem qui est 8. sequenti anno 1584.& ita deinceps donec ad annũ, cuius Aureum numerum quæris, perueniatur, redeundo ad principium Cycli, quotiescunque eum percurreris: nam numerus, in quem annus propositus cadit, dabit Aureum numerum quæsitum. Vt autem facilior reddatur numeratio, notandum est quòd in annis 1602. 1621. 1640. 1659. 1678. cadit primus numerus Cycli.

De Epactis, & Nouilunijs.

EPacta nihil aliud est, quàm numerus dierũ, quibus annus Solaris communis dierum 365. annum communem Lunarem dierum 354. superat: Ita vt Epacta primi anni sit 11. cùm hoc numero annus Solaris cõmunis Lunarem annum communem excedat, atque adeò sequenti anno Nouilunia cõtingant 11. diebus prius, quàm anno primo. Ex quo fit, Epactam secundi anni esse 22. cùm eo anno rursum annus Solaris Lunarem annum superet 11. diebus, qui additi ad 11. dies primi anni efficiunt 22. ac proinde finito hoc anno, Nouilunia contingere 22. diebus, prius quàm primo anno. Epacta autem tertij anni esse 3. quia si rursus 11. dies ad 22. adijciãtur, efficietur

efficietur numerus 33. à quo si reiciantur 30. dies, qui vnam Lunationem Embolismalem constituunt, relinquetur 3. atque ita deinceps. Progrediunt̃ enim Epactæ omnes per continuum augmentum 11. dierum, abiectis tamen 30. quando reici possunt: Solùm quando peruentum erit ad vltimam Epactam Aureo numero 19. respondẽtem, quæ est 29. adduntur 12. vt abiectis 30. ex composito numero 41. habeatur rursus Epacta 11. vt in principio. Quod ideò fit vt vltima Lunatio Embolismica, currente Aureo numero 19. sit tantùm 29. dierum. Si enim 30. dies contineret, vt aliæ sex Lunationes Embolismicæ, non redirent Nouilunia post 19. annos Solares ad eosdem dies, sed versus calcem mensium prolaberentur, contingerentque vno die tardiùs, quàm ante 19. annos. Quia verò Cyclus 19. Aurei numeri imperfectus est, cùm Nouilunia post 19. annos Solares non præcisè ad eadem loca redeant, imperfectus etiam erit hic Cyclus 19. Epactarum. Quamobrem ita emẽdatum est, vt in posterum loco Aurei numeri, & dictarum 19. Epactarum vtamur 30. numeris Epactalibus ab 1. vsque ad 30. ordine progredientibus, quàmuis vltima Epacta, siuè quæ ordine est trigesima notata numero non sit, sed signo hoc. * Propterea quod nulla Epacta esse posit 30. Varijs autem temporibus ex his 30. Epactis respondent 19. Aureis numeris variæ 19. Epactę, provt Solaris Anni, ac Lunaris ęquatio exposcit: quæ quidem progrediuntur, vt olim, per eundem numerum 11. adduntur que semper 12. illi

 Epactæ

Epactæ quæ respondet Aureo numero 19. vt habeatur sequens Epacta respondens Aureo numero 1. ob rationem paulò antè dictam. Et hæ Epactæ mutantur in principio anni vnà cum Aureo numero, in cuius locum succedunt.

Itaque si Epacta quocumque anno proposito, vsque tamen ad 1700. exclusiuè, inuenienda sit, quærendus est Aureus numerus illius anni in superiori ordine Tabellæ infra positæ: mox enim sub Aureo numero in inferiori ordine Tabellæ, reperietur Epacta anni propositi: Vbi ergo illa Epacta in Kalendario inuenta fuerit, eo die Nouilunium fiet. Eodem modo reperietur Epacta sine Aureo numero, Si prima Epacta Tabellæ videlicet vij. tribuat anno 1583. quæ toto eo anno in Kalēdario Nouilunia indicabit: vt in Ianuario die 24. in Februario 22. in Martio die 24. Et secunda Epacta videlicet xviij. tribuatur anno 1584. & ita deinceps vsque quo ad annum propositum perueniatur.

Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ab anno 1583. inclusiuè, vsque ad annum 1700. exclusiuè.

Aurei nu.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.
Epactæ	vij.	xviij.	xxix.	x.	xxj.	ij.	xiij.	xxiiij.

15.	16.	17.	18.	19.	1.	2.	3.	4.	5.	6.
v.	xvj.	xxvij.	viij.	xix.	j.	xij.	xxiij.	iiij.	xv.	xxvj.

Poterit etiam sine Tabella vsque ad præfatum annum 1700. exclusiuè ita Epacta inueniri. Aureum numerum propositi anni multiplica per 11. & à summa subtrahe 10. relictumque numerum diuide per 30. numerus qui ex diuisione relinquitur (nulla habita ratione quotientis) erit numerus Epactæ anni propositi. Exemplum. Anno 1584. Aureus numerus est 8. multiplica per 11. fiunt 88. subtrahe 10. erunt 78. diuide per 30. & relinquetur 18. erit ergo 18. numerus Epactæ anni 1584.

De Cyclo Solari, & Litera Dominicali.

Cyclus Solaris, seu literarum Dominicalium, est reuolutio numeri 28. annorum ab 1. vsque ad 28. qua reuolutione peracta iterum ad vnitatem reditur, Initiumque sumit quilibet annus huius Cycli à Ianuario. Procreatur autem Cyclus hic Solaris 28. annorum ex multiplicatione 7. per 4. propterea quòd propter septem dies hebdomadæ septem sunt literæ Dominicales, & quouis quarto anno vnus dies intercalatur, ita vt tunc ordo ille septem Literarum interrumpatur, recipianturq; duæ literæ Dominicales.

Hoc Cyclo Ecclesia Romana ad inueniendum literam Dominicalem hucusque vsa est: Sed quoniam propter decē dies ex mēse Octobri anni 1582. pro Vernalis Equinoctij restitutione ablatos, nec nō ob tres dies intercalares pro eiusdem conseruatione quibusque 400. annis omittendos interrumpatur necesse est, Ideò proponimus sequentem Tabellam literarum Dominicalium ab anno 1583. inclusiuè, vsque ad annum 1700. exclusiuè vsui futuram.

Tabella literarum Dominicalium ab anno 1583. inclusiuè vsque ad annum 1700. exclusiuè.

B	A	F	E	D	C	A	G	F	E	C	B	A	G
	G				B				D				F
E	D	C	B	G	F	E	D	B	A	G	F	D	C
			A				C				E		

Vsus huius Tabellæ hic eſt. Prima litera quæ eſt B. tribuatur anno 1583. & ſequens quæ eſt A.G. tribuatur anno 1584. ſicq; deinceps progrediendo quouſque perueniatur ad numerum anni, cuius litera Dominicalis quæritur: quia litera ſuper quam cadit numerus illius anni (dummodò ſit minor anno 1700.) erit Dominicalis. Quæ ſi vnica occurrerit, annus erit communis, ſi verò duplex, Biſſextilis. Et tunc ſuperior vſque ad feſtum S. Matthiæ Apoſtoli deſeruiet, inferior autem ad reliquam anni partem accommodabitur. Finitis verò annis 28. redeundum eſt ad principium cũ annis tunc occurrentibus, qui erunt 1611. 1639. 1667. 1695.

Poteris etiam ex ſecunda regula, quarti Canonis Kalend. Grego. & auxilio carminum olim ad hoc inuẽtorum literam Dominicalem, etiam memoriter in perpetuum inuenire. Aptabis imprimis ſingulas carminum

	Fallitur	Eua	Dolo	Cibus
	Adæ	Gaudia	Finit	Et
I	Cum	Botrus	Adhuc	Germinat
II	Eua	Dolet	Chriſtus	Bella
III	Gerit	Finitur	Eo	Duce
	Bellum	Ad	Grauidã	Fit
	Dux	Cuncta	Beauit	Aue.

minum

minum dictiones articulis exterioribus, interioribusque ac ſummitatibus digitorum ſiniſtræ manus, vt in Tabella hic poſita diſpoſitæ ſunt, collocando dictiones primæ columnulæ articulis, & ſummitati digiti indicis, ſecundæ columnulæ digiti medij, tertiæ annularis, quartæ auricularis, ſeptem primæ literæ dictionum primæ columnulæ, ſiuè digiti Indicis indicabunt ſeptem literas Dominicales pro ſeptem annis biſſextilibus à feſto S. Matthiæ Apoſtoli, vſque ad finem anni, quibus annectendæ etiam erunt aliæ ſeptẽ literæ in carminibus omiſſæ deſeruientes à principio anni vſque ad prædictum feſtum, ſeptem primæ literæ dictionum ſecundæ columnulæ ſiuè digiti medij deſeruiẽt pro ſeptem primis annis poſt biſſextum, tertiæ columnulæ ſiuè annularis, pro ſecundis poſt biſſextum, quartæ ſiuè auricularis, pro tertijs poſt biſſextum. Deinde ſciendum eſt primam literam illius dictionis quę I. numero antiquo ſignata eſt ſcilicet (Cum) denotare literam Dominicalem cuiuſque primi anni centeſimi non biſſextilis, vt ſunt 1700. 2100. &c. quæ verò ſignata eſt II. ſcilicet (Eua) denotare literam Dominicalem cuiuſque ſecundi anni centeſimi non biſſextilis, vt ſunt 1800. 2200. &c. & quæ ſignata eſt III. ſcilicet (Gerit) denotare literam Dominicalem cuiuſque tertij centeſimi non biſſextilis, vt ſunt 1900. 2300. &c. Quando igiur literã Dominicalem indagare volueris, ſubtrahe ab annis Domini annos centeſimos nõ biſſextiles, & reliquos diuide per 28. numerus qui ex diuiſione

ſione

sione supererit indicabit dictionem literæ Dominicalis, sin autem ex diuisione nihil supererit, numerus quæsitus erit 28. quem repertum numerum si numeraueris per singulas horum carminum dictiones, initio sumpto in primis centesimis non bissextilibus à dictione, quæ proximè ad dexteram, siuè in medio digito eam dictionem sequitur quę in prima columnula, siuè indice I. signata est, quæ erit (Botrus.) In secundis verò centesimis non bissextilibus à dictione quę sequitur eam quę II. signata est, scilicet, (Dolet.) Et in tertijs centesimis vsque ad alios primos centesimos non bissextiles, & etiam in annis post annum correctionis, vsque ad annum 1700. à dictione quæ sequitur eam quæ III. signata est scilicet (Finitur) Prima litera illius dictionis, ad quam ille numerus terminabitur erit Dominicalis quæsiti anni. Exēplum, cupio scire literam Dominicalem annni 1591. aut 1619. reiectis 1500. diuido 91. aut 119. per 28. (non enim subtrahendus est annus 1600. quoniam bissextilis est.) & reperio residuum esse 7. in vtroque anno, quem numerum si super horum carminum dictiones numerauero, initio sumpto à dictione (Finitur) cadet super dictionem (Fit) eo igitur anno litera Dominicalis erit F. prima huius dictionis, & tertia post bissextum, vt puta in auriculari inuenta. Idem faciendum erit post annum 1700. ac etiam post quemque centesimum in quo omittitur dies bissextilis, semper enim huiusmodi annus centesimus subtrahendus est. Vt si exempli gratia

proponeretur

proponeretur indaganda litera Dominicalis anni 1750. primò subtrahendi erunt anni 1700. reliqui verò qui supersunt diuidendi per 28. ex qua diuisione remanebunt 22. qui numeri applicati ad carminum dictiones, initio facto à dictione (Botrus) vltimus numerus cadet super dictionem (Dolo) in primo articulo exteriori digiti annularis repertam: eo igitur anno litera Dominicalis erit D. secunda post bissextum.

Poteris etiam vti hoc Carmine; Filius Esto Dei Cœlum Bonus Accipe Gratis, quinquies illud repetendo, collocando singulas eius dictiones in articulis exterioribus, interioribusque, ac summitatibus digitorum sinistræ manus, vt in superiori Tabella in alijs carminibus factum est, ita tamen quòd in qualibet cellula primæ columnulæ, siuè digiti Indicis duæ dictiones collocentur, quæ pro bissextis deseruient, collocando in prima cellula primæ columnulæ, siuè indicis has duas dictiones, Gratis, Filius, in prima secundæ columnulæ. Esto in prima tertiæ Dei, in prima quartæ Cœlum, in secunda primæ Bonus, Accipe, & sic deinceps per ordinem, incipiendo numerationem, & alia omnia obseruando provt supra in alijs carminibus ostensum est.

Prima litera cuiuslibet mensis in his dictionibus continetur tribuēdo literam primę dictionis quæ est A. Ianuario, secunda quę est D. Februario, &c.

Alta Domat Dn̄s, Gratis Beat Equa Gerentes:
Contemnit Fictos, Augebit Dona Fideli,

De

De Indictione.

INdictio est reuolutio 15. annorum ab 1. vsque ad 15. qua reuolutione peracta, iterum reditur ad vnitatem. Initiumque sumit quilibet annus huius Cycli à Ianuario. Facilè autem annum Indictionis currentem inuenies ex subiecto Cyclo, si anno 1583. tribuas primum numerum qui est 11. & sequenti anno 1584. secũdum numerum qui est 12. & sic deinceps vsque ad annum propositum, redeũdo ad principium Cycli, quotiescumque eum percurreris.

Cyclus Indictionis ab anno 1583.

11. 12. 13. 14. 15. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

INuenitur etiam hoc modo: anno proposito adde 3. quia Christus natus est anno 4. Cycli Indictionis, & aggregatum numerum diuide per 15. residuum erit numerus Indictionis quæsitæ, & si nihil remanserit, indictio erit 15.

De Festis Mobilibus.

QVoniam ex decreto Sacri Concilij Niceni Pascha, ex quo reliqua festa mobilia pendent, celebrari debet die Dominico, qui proximè succedit xiiij. Lunæ primi mensis; (is verò apud Hebræos vocatur primus mẽsis, cuius xiiij. Luna vel cadit in diem verni Aequinoctij, quod die xxj. mensis Martij contingit, vel propiùs ipsum sequit̃) efficitur, vt si Epacta cuius vis anni inueniatur, & ab ea in Kalendario notata inter diem octauũ Martij inclusiuè, & quintum Aprilis inclusiuè (huius enim Epactæ, xiiij. Luna cadit vel in diem Aequinoctij verni, idest, in diem

xxj. Martij, vel eum propiùs sequitur) numerentur inclusiuè deorsum versus dies quatuordecim, proximus dies Dominicus diem hunc xiiij. sequens (ne cũ Iudæis conueniamus si fortè dies xiiij. Lunæ caderet in diem Dominicum) sit dies Paschæ.

Exemplum. Anno 1585. Epacta est xxix. & litera Dominicalis F. quæro igitur hanc Epactam in Kalendario inter diem octauum Martij, & quintum Aprilis inclusiuè, inuenioque eam è regione diei 1. Aprilis à quo inclusiuè deorsum versus numero 14. dies, inuenio xiiij. Lunam die 14. Aprilis, quæ est Dominica, cum è regione illius sit litera Dominicalis F. Ne igitur cum Iudæis conueniamus, qui Pascha celebrãt die xiiij. Lunæ, sumenda est litera Dominicalis F. quæ sequitur xiiij. Lunam, nempe ea quæ è regione diei 21. Aprilis collocatur. Pascha ergo anno 1585. celebrandum erit 21. Aprilis.

Vt autem faciliùs omnia festa mobilia inueniantur, composita est sequens Tabula, in qua ita reperientur: In cellula literæ Dominicalis currentis quęratur Epacta currens, nam è directo omnia festa mobilia deprehendentur. In annis autem Bissextilibus omnia festa mobilia inuenienda sunt per literam Dominicalem posteriorem, ita tamẽ vt Septuagesimę, & diei Cinerum inuentæ in Ianuario, aut Februario addatur vnus dies: quod ideo fit, quia ante diem S. Matthiæ currit prior litera Dominicalis, quæ in Kalendario priorem semper sequitur: post festum autem sancti Matthiæ in Februario licèt posterior litera currat, additur tamen tunc dies intercalaris, ita vt dies 24. Februarij dicatur 25. & dies 25. dicatur 26. &c. Quod si dies Cinerum cadat in Martium, nihil addendum est, quia tunc & litera posterior currit, & dies mensis proprijs numeris respondent, cùm dies intercalaris Februario sit additus.

Litera Dñicalis.	Cyclus Epactarum.	Septuagesima.	Dies Cinerum.
D	23. 22.21.20.19.18.17.16. 15.14 13.12.11.10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. *.29.28.27.26. 25.25.24.	18. Ian. 25. Ian. 1. Feb. 8. Feb. 15. Feb.	4. Feb. 11. Feb. 18. Feb. 25. Feb. 4. Mar.
E	23.22. 21.20.19.18.17.16.15. 14.13.12.11.10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. *.29.28.27.26. 2525. 24.	19. Ian. 26. Ian. 2. Feb. 9. Feb. 16. Feb.	5. Feb. 12. Feb. 19. Feb. 26. Feb. 5. Mar.
F	23.22.21. 20.19.18.17.16.15.14. 13.12.11.10. 9. 8. 7. 6. 5. 4 3. 2. 1. *. 29.28.27.26. 25.25.24.	20. Ian. 27. Ian. 3. Feb. 10. Feb. 17. Feb.	6. Feb. 13. Feb. 20. Feb. 27. Feb. 6. Mar.
G	23.22.21.20. 19.18.17.16.15.14.13. 12.11.10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. *.29. 28.27.26. 25.25.24.	21. Ian. 28. Ian. 4. Feb. 11. Feb. 18. Feb.	7. Feb. 14. Feb. 21. Feb. 28. Feb. 7. Mar.
A	23.22.21.20.19. 18.17.16.15.14.13.12. 11.10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. *.29.28. 27.26. 25.25.24.	22. Ian. 29. Ian. 5. Feb. 12. Feb. 19. Feb.	8. Feb. 15. Feb. 22. Feb. 1. Mar. 8. Mar.
B	23.22 21 20.19.18. 17.16.15.14.13.12.11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. *.29.28.27. 26. 25.25.24.	23. Ian. 30. Ian. 6. Feb. 13. Feb. 20. Feb.	9. Feb. 16. Feb. 23. Feb. 2. Mar. 9. Mar.
C	23.22.21.20 19.18.17. 16.15.14.13.12.11.10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. *.29.28.27.26. 25. 25.24.	24. Ian. 31. Ian. 7. Feb. 14. Feb. 21. Feb.	10. Feb. 17. Feb. 24. Feb. 3. Mar. 10. Mar.

DE CYCLO SOLARI,
& Literis Dominicalibus.

5100	5000	4900
4700	4600	4500
4300	4200	4100
3900	3800	3700
3500	3400	3300
3100	3000	2900
2700	2600	2500
2300	2200	2100
1900	1800	1700
1584		

Fallitur	Eua	Dolo	Cibus
Adę	Gaudia	Finit	Er
Cum	Botrus	Adhuc	Germinat
Eua	Dolet	Christus	Bella
Gerit	Finitur	Eo	Duce
Bellum	Ad	Grauidā	Fit
Dux	Cuncta	Beauit	Aue

4900 4500				5000 4600				5100 4700			
4100 3700				4200 3800				4300 3900			
3300 2900				3400 3000				3500 3100			
2500 2100				2600 2200				2700 2300			
1700				1800				1900	1585		
28 Cum	1 Botrus	2 Adhuc	3 Germinat	28 Eua	1 Dolet	2 Christus	3 Bella	28 Gerit	1 Finitur	2 Eo	3 Duce
4 Eua	5 Dolet	6 Christus	7 Bella	4 Gerit	5 Finitur	6 Eo	7 Duce	4 Bellum	5 Ad	6 grauidã	7 Fit
8 Gerit	9 Finitur	10 Eo	11 Duce	8 Bellum	9 Ad	10 grauidã	11 Fit	8 Dux	9 Cuncta	10 Beauit	11 Aue
12 Bellum	13 Ad	14 grauidã	15 Fit	12 Dux	13 Cuncta	14 Beauit	15 Aue	12 Fallitur	13 Eua	14 Dolo	15 Cibus
16 Dux	17 Cuncta	18 Beauit	19 Aue	16 Fallitur	17 Eua	18 Dolo	19 Cibus	16 Adæ	17 Gaudia	18 Finit	19 Et.
20 Fallitur	21 Eua	22 Dolo	23 Cibus	20 Adæ	21 Gaudia	22 Finit	23 Et	20 Cum	21 Botrus	22 Adhuc	23 Germinat
24 Adæ	25 Gaudia	26 Finit	27 Et	24 Cum	25 Botrus	26 Adhuc	27 Germinat	24 Eua	25 Dolet	26 Christus	27 Bella

Cum huiusmodi carmina 28. dictionum, quę à computistis ad numerum præcipuè Cycli concurrentium 28. annorum, ac etiam literam Dominicalem quocumque anno currentem indagandam fuerunt constructa, pp decem dies pro Vernalis Equinoctij restitutione ablatos necnon ob tres dies intercalares pro eiusdem conseruatione singulis 400. annis eximendos iam inutilia ad id præstandum sint reddita: propterea opus erit, vt denuo ex ipsis litera Dominicalis haberi possit, in cum ordinem ea redigere, quem in appositis tabellis videre licet; Quarum quælibet ex quatuor columnulis, 7. dictionum constat hoc ordine, vt dictiones, quæ in prima columnula sunt descriptæ, indicent 7. literas Dominicales pro 7. annis bissextilibus à festo Sancti Matthiæ Apostoli, vsque ad finem anni, quibus annectendæ etiam erunt aliæ 7. litteræ in carminibus omissæ, vel pertransitæ deseruientes à principio anni vsque ad festum Sancti Matthiæ. In secunda columnula sunt 7. literæ dictionum deseruientium pro 7. annis primis post bissextum, In tertia pro secundis post bissextum, In quarta pro tertijs post bissextum: Ex quibus quando literam Dominicalem indagare volueris hanc seruato regulam; subtrahe ab annis Domini, si post annum correctionis literam Dominicalem quæris, annos 1500. reliquos diuide per 28. numerus enim qui ex diuisione supererit, indicabit dictionem litteræ Dominicalis vsque ad annum 1700. sin autem ex diuisione nihil supererit, numerus quæsitus erit 28. quem repertum numerum si numerabis per singulas horum carminum dictiones, initio sumpto à dictione, quę proximè ad dexteram eam dictionem sequitur, è cuius regione is centesimus annus Domini non bissextilis est annotatus, qui proxime quęsitum annum præterijt, prima litera illius dictionis, ad quam numerus ille terminatur, erit Dominicalis quęsiti anni. Exemplum, cupio scire literam Dominicalem anni 1591. aut 1619. reiectis 1500. diuido 91. aut 119. per 28. & reperio residuum esse 7. in vtroque anno; quem numerum si super horum carminum dictiones numerabo, initio sumpto à dictione (Finitur) cadet super dictionem (Fit) Eo igitur anno litera Dominicalis erit F. prima huius dictionis, & tertia post bissextum. Idem faciendum erit post annum 1700. ac etiam post quemque centesimum, in quo omittitur dies bissextilis, semper enim huiusmodi annus centesimus subtrahendus est: Vt si exempli gratia proponeretur indaganda litera Dominicalis anno 1742. primo subtrahendi erunt anni 1700. reliqui verò, qui supersunt, diuidendi per 28. ex qua diuisione remanebunt 14 qui numeri applicati ad carminum dictiones, initio facto à dictione (Botrus) vltimus numerus cadet super dictionem (Grauidam) Eo igitur anno litera Dominicalis erit G. secunda post bissextum. Proponatur insuper clarioris intelligentię gratia inquirenda litera Dominicalis anni 2012. iuxta normam iam traditam subtrahendi erunt anni Domini centesimi, non tamen 200. quoniam bissextilis est, sed 1900. qui sine bissexto erit, & numeri 112. diuidendi per 28. & quia ex diuisione nihil remanet: Ideò eo anno numerus Cycli solaris

eli solaris erit 28. qui numerus super carminum dictiones, vt supra numeratus, initio sumpto à dictione (Finitur) cadet super dictionem (Gerit) Anno igitur 2012. bissextili litera Dominicalis erit A. & G. Sin autem literam Dominicalem centesimi anni non bissextilis habere desideras, scito eam esse, quæ in principio dictionis primæ columnulæ è directo quæsiti centesimi non bissextilis descripta reperitur. Exempli gratia, cupio scire literam Dominicalem anno 1900. non bissextili, reperio è directo ipsius anni esse dictionem (Gerit) toto igitur eo anno litera Dominicalis erit G.

Facile insuper quisque posset has carminum dictiones aptare articulis interioribus, exterioribusque ac summitatibus digitorum sinistræ manus instar ordinis, ac dispositionis harum tabellarum, collocando dictiones primæ columnulæ articulis & summitati digiti indicis, secundæ digiti medij, tertiæ annularis, quartæ Auricularis, incipiendo numerationem, ac numerorum distributionem iuxtà canones suprà traditos.





Habet dies 31. Luna verò 30.

Cyclus Epactarum.	Liræ Dñicales		Dies Mēsis.
*	A	Kalē.	1 Circuncisio Domini. duplex 2. 118
xxix	b	iiij	2 Octa. S. Stephani. dup. 3. cū cō. Octa. 120
xxviij	c	iij	3 Oct. S. Ioh. dup. 3. cū cō. Oct. SS. Innocē-
xxvij	d	Pridie	4 Oct. SS. Innocentiū. dup. 3. 121 (tiū. 121
xxvj	e	Nonis	5 Vigilia. non est de præcepto. 122
25 xxv	f	viij	6 Epiphania Domini. duplex 1. 123
xxiiij	g	vij	7 De Octaua Epiphaniæ. 127
xxiij	A	vj	8 De Octaua. 127
xxij	b	v	9 De Octaua. 128
xxj	c	iiij	10 Pauli primi Eremitæ, semidup. fol. 309
			Transfertur, & fit de Octaua. 128
xx	d	iij	11 De Oct. f. 128. & cōm. S. Higinij Papæ, &
xix	e	Pridie	12 De Octaua. 129 (mar. 309
xviij	f	Idib⁹.	13 Octaua Epiphaniæ. duplex 3. 131
xvij	g	xix	14 Hilarij Episcopi, & confess. semid. f. 309
			& com. S. Felicis Presbyt. & mart. 310
xvj	A	xviij	15 Mauri Abbatis. duplex 3. 310
xv	b	xvij	16 Marcelli Papæ, & mar. semiduplex. 311
xiiij	c	xvj	17 Antonij Abbatis. duplex 3. 311
xiij	d	xv	18 Cathedra S. Petri Romæ. dup. 3. & com.
			Sanctæ Priscæ virginis, & martyr. 312
xij	e	xiiij	19 Marij, Marthæ, Audifacis, & Abachum
xj	f	xiij	20 Fabiani, & Sebast. m. dup. 3. 313 (m. 313
x	g	xij	21 Agnetis virginis, & marty. dup. 3. 314
ix	A	xj	22 Vincētij, & Anastasij mar. semidup. 316
viij	b	x	23 Emerentianæ virginis & martyris. 316
vij	c	ix	24 Timothei Episcopi, & martyris. 316
vj	d	viij	25 Conuersio S. Pauli Apostoli. dup. 3. 316
v	e	vij	26 Policarpi Episcopi, & martyris. 318
iiij	f	vj	27 Iohannis Chrysostomi Epi, & confess.
iij	g	v	28 Agnetis secundò. 318 (dup. 3. 318
ij	A	iiij	29
j	b	iij	30
*	c	Pridie	31

FEBRVARIVS

Habet dies 28. Luna verò 30.

Cyclus Epactarum.	Lræ Dñicales		Dies Mẽsis.		
xxix	d	Kalẽ.	1	Ignatij Episcopi, & Mar. semidup.	319.
xxviij	e	iiij	2	Purificatio beatæ Marię. dup. 2.	319.
xxvij	f	iij	3	Blasij Episcopi, & Martyris.	322.
25 xxvj	g	Pridie	4		
xxv xxiiij	A	Nonis	5	Agathæ Virginis, & Mart. semid.	322.
xxiij	b	viij	6	Dorotheæ Virginis, & Martyris.	325.
xxij	c	vij	7		
xxj	d	vj	8		
xx	e	v	9	Apolloniæ Virginis, & Martyris.	325.
xix	f	iiij	10	Scholasticæ Virginis. dup. 3.	325.
xviij	g	iij	11		
xvij	A	Pridie	12		
xvj	b	Idib.	13		
xv	c	xvj	14	Valentini presbyteri, & Mart.	326.
xiiij	d	xv	15	Faustini, & Iouitæ Martyrum.	326.
xiij	e	xiiij	16		
xij	f	xiij	17		
xj	g	xij	18	Simeonis Episcopi, & Martyris.	326.
x	A	xj	19		
ix	b	x	20		
viij	c	ix	21		
vij	d	viij	22	Cathedra S. Petri Antiochię dup. 3.	326.
vj	e	vij	23	Vigilia. 326.	
v	f	vj	24	Matthiæ Apostoli. duplex 2.	327.
iiij	g	v	25		
iij	A	iiij	26		
ij	b	iij	27		
j	c	Pridie	28		

In anno bissextili Februarius est dierum 29. & festum S. Matthiæ celebratur 25. Februarij, & bis dicitur vj. Kalendas. id est die 24. & die 25. & Litera Dominicalis, quæ assumpta fuit in mense Ianuario, mutatur in præcedentem: vt si in Ianuario Litera Dominicalis fuit A. mutetur in præcedentem, quę est g. &c.

MARTIVS

Habet dies 31. Luna verò 30.

Cyclus Epactarum.	Lræ Dñicales		Dies Mẽsis.		
*	d	Kalẽ.	1		
xxix	e	vj	2		
xxviij	f	v	3		
xxvij	g	iiij	4		
xxvj	A	iij	5		
25 xxv	b	Pridie	6		
xxiiij	c	Nonis	7	Thomę de Aquino Confess. dup. 3. & commemo. SS. Perpetuę & Felicitatis Martyrum. 328.	
xxiij	d	viij	8		
xxij	e	vij	9	Quadraginta Mart. semid.	328.
xxj	f	vj	10		
xx	g	v	11		
xix	A	iiij	12	Gregorij Papæ, Confess. & Ecclesię doct. duplex 3. 329.	
xviij	b	iij	13		
xvij	c	Pridie	14		
xvj	d	Idib.	15		
xv	e	xvij	16		
xiiij	f	xvj	17		
xiij	g	xv	18		
xij	A	xiiij	19	Ioseph confess. duplex 3.	329.
xj	b	xiij	20		
x	c	xij	21	Benedicti Abbatis. duplex 1.	330.
ix	d	xj	22	Commemoratio de Octaua.	332.
viij	e	x	23	Commemoratio de Octaua.	332.
vij	f	ix	24	Commemoratio de Octaua.	332.
vj	g	viij	25	Annunciatio beatę Marię. dup. 2.	333.
v	A	vij	26	Commemoratio de Octaua.	332.
iiij	b	vj	27	Commemoratio de Octaua.	332.
iij	c	v	28	Octaua sancti Benedicti. duplex 3.	332.
ij	d	iiij	29		
j	e	iij	30		
*	f	Pridie	31		

APRILIS

Habet dies 30. Luna verò 30.

Cyclus Epactarum.	Lrae Dnicales		Dies Mensis.		
xxix.	g	Kalē.	1		
xxviij	A	iiij	2		
xxvij	b	iij	3		
25 xxvj	c	Pridie	4		
xxv xxiiij	d	Nonis	5		
xxiij	e	viij	6		
xxij	f	vij	7		
xxj	g	vj	8		
xx	A	v	9		
xix	b	iiij	10		
xviij	c	iij	11	Leonis Papæ, & confess. duplex 3.	335
xvij	d	Pridie	12		
xvj	e	Idib^{9}.	13		
xv	f	xviij	14	Tiburtij, Valeriani, & Maximi martyrum.	336
xiiij	g	xvij	15		
xiij	A	xvj	16		
xij	b	xv	17	Aniceti Papæ, & martyris.	336
xj	c	xiiij	18		
x	d	xiij	19		
ix	e	xij	20		
viij	f	xj	21		
vij	g	x	22	Sotheris, & Caij Pontificū & martyrum. semiduplex.	336
vj	A	ix	23	Georgij martyris. semiduplex.	337
v	b	viij	24		
iiij	c	vij	25	Marci Euangelistæ. duplex 2.	337
iij	d	vj	26	Cleti, & Marcellini Pontificū, & marty. semiduplex.	337
ij	e	v	27		
j	f	iiij	28	Vitalis martyris.	338
*	g	iij	29		
xxix	A	Pridie	30		

MAIUS

Habet dies 31. Luna verò 29.

Cyclus Epactarum.	Lrae Dnicales		Dies Mensis.		
xxviij	b	Kalē.	1	Philippi & Iacobi Apost. duplex 2.	338
xxvij	c	vj	2	Athanasij Epi, & confess. dup 3.	339
xxvj	d	v	3	Inuentio sanctæ Crucis. duplex 3. & commemo. Sanctorum Alexandri, Euentij, Theoduli martyrū: ac Iuuenalis Episcopi, & confessoris.	340 341
25 xxv	e	iiij	4	Monicæ viduæ.	344
xxiiij	f	iij	5		
xxiij	g	Pridie	6	Iohannis ante portam Lat. dup. 3.	344
xxij	A	Nonis	7		
xxj	b	viij	8	Apparitio sancti Michaelis. dup. 3.	345
xx	c	vij	9	Gregorij theologi, Epi, & cōf. du. 3.	345
xix	d	vj	10	Gordiani, & Epimachi martyrum.	346
xviij	e	v	11		
xvij	f	iiij	12	Nerei, Archillei, & Pancratij mart.	346
xvj	g	iij	13		
xv	A	Pridie	14	Bonifacij martyris.	346
xiiij	b	Idib^{9}.	15		
xiij	c	xvij	16		
xij	d	xvj	17		
xj	e	xv	18		
x	f	xiiij	19	Potentianæ virginis.	346
ix	g	xiij	20		
viij	A	xij	21		
vij	b	xj	22		
vj	c	x	23		
v	d	ix	24		
iiij	e	viij	25	Vrbani Papæ, & martyris.	347
iij	f	vij	26	Eleutherij Papæ, & martyris.	347
ij	g	vj	27	Iohannis Papę, & martyris.	347
j	A	v	28		
*	b	iiij	29		
xxix	c	iij	30	Felicis Papæ, & martyris.	347
xxviij	d	Pridie	31	Petronillæ virginis.	347



Habet dies 30. Luna verò 30.

Cyclus Epactarum.	Lfæ Dñicales		Dies Mēſis.
xxvij	e	Kalē.	1
25 xxvj	f	iiij	2 Marcellini Petri, & Eraſmi Mart. 348.
xxv xxiiij	g	iij	3
xxiij	A	Pridie	4
xxij	b	Nonis	5
xxj	c	viij	6
xx	d	vij	7
xix	e	vj	8
xviij	f	v	9 Primi, & Feliciani Mart. 348.
xvij	g	iiij	10
xvj	A	iij	11 Barnabæ Apoſtoli duplex 2. 348.
xv	b	Pridie	12 Baſilidis, Cirini, Naboris, & Nazarij mar
xiiij	c	Idib.	13 (tyrũ. 348.
xiij	d	xviij	14 Baſilij Epiſcopi, & confeſſ. dup. 3. 349.
xij	e	xvij	15 Viti, Modeſti, & Creſcentię mart. 350.
xj	f	xvj	16
x	g	xv	17
ix	A	xiiij	18 Marci, & Marcelliani martyrum. 350.
viij	b	xiij	19 Romualdi Abbatis. duplex 1. 351.
vij	c	xij	20 Geruaſij, & Protaſij m̃. ſemid. fuit heri. cũ cõm Oct. & S.Syluerij p̄p̄, & m̃. 354
vj	d	xj	21 De Octaua. 354.
v	e	x	22 De Octaua. cum cõme. S.Paulini Epi, &
iiij	f	ix	23 De Oct. cũ cõm. Vigiliæ. 355. (cõf. 355.
iij	g	viij	24 Natiuitas S Iohannis Baptiſtæ. dupl. 1. ſine comme. Octa S.Romualdi. 356.
ij	A	vij	25 De Octaua S.Iohannis Baptiſtæ. cũ cõ. Oct S.Romualdi. 359. (hãnis. 359.
j	b	vj	26 Oct S.Romualdi. dup. 3. cũ co Oct S.Io
*	c	v	27 Iohannis, & Pauli mar. ſemid. fuit heri. cum com. Octa. 359. (Vigiliæ. 361.
xxix	d	iiij	28 Leonis p̄p̄, & cõf. ſemid. cũ cõm Oct. &
xxviij	e	iij	29 Petri, & Pauli ap'or. du. 1. 362 (hãnis. 365
xxvij	f	Pridie	30 Cõm. S.Pauli apli. du. 3. cũ cõ. Oct. S.Io-



Habet dies 31. Luna verò 29.

Cyclus Epactarum.	Lfæ Dñicales		Dies Mēſis.
xxvj	g	Kalē.	1 Octaua S. Iohannis Baptiſtæ. dup. 3. cum comme. Octauæ Apoſtolorum. 368.
25 xxv	A	vj	2 Viſitatio B. Marie du. 3. cũ cõ oct. Apſto- rũ, & SS. Proceſsi, & Martiniani m̃. 368
xxiiij	b	v	3 De Octaua Apoſtolorum. 369.
xxiij	c	iiij	4 De Octaua. 370.
xxij	d	iij	5 De Octaua. 370.
xxj	e	Pridie	6 Oct. apoſtolorũ Petri, & Pauli. dup. 3. 371.
xx	f	Nonis	7
xix	g	viij	8
xviij	A	vij	9 (dæ virg. & mar. ſemid. 372.
xvij	b	vj	10 Septē fratrũ mar. & SS. Ruffinę, ac Secũ-
xvj	c	v	11 Pij Papæ, & martyr. 373.
xv	d	iiij	12 Naboris, & Felicis mart. 373.
xiiij	e	iij	13 Anacleti Papæ, & mar. ſemiduplex. 373.
xiij	f	Pridie	14 Bonauenturę Epiſcopi, & cõf. ſem. 373.
xij	g	Idib.	15
xj	A	xvij	16
x	b	xvj	17 Alexij Confeſſoris. 374.
ix	c	xv	18 Symphoroſæ cum ſeptem filijs mart. 374.
viij	d	xiiij	19
vij	e	xiij	20 Margaritæ virg. & mar. 374.
vj	f	xij	21 Praxedis virg. 374.
v	g	xj	22 Marię Magdalenę duplex 3. 374.
iiij	A	x	23 Apollinaris Epiſcopi, & mar. ſemid. 377.
iij	b	ix	24 Vigilia. & cõ. S. Chrinę virg. & m̃. 378.
ij	c	viij	25 Iacobi Apoſtoli. dup. 2. & co. S. Chriſto- (phori mart 378.
j	d	vij	26
*	e	vj	27 Pantaleonis mart. 378. (p̄p̄, & cõf. ſem.
xxix	f	v	28 Nazarij, Celſi, & Victoris m̃. & Innocētij
xxviij	g	iiij	29 Marthę Virg. ſemid. & comme. SS. Sim- plicij, Fauſtini, & Beatricis mart. 379.
xxvij	A	iij	30 Abdon, & Sennen mart. 379.
25 xxvj	b	Pridie	31



AVGVSTVS

Habet dies 31. Luna verò 30.

Cyclus Epactarum.	Lrẽ Dn̄icales		Dies Mēsis.	
xxv xxiiij	c	Kalē.	1	Petri ad vincula. dup.3. & cō SS. Macha-
xxiij	d	iiij	2	Stephani p̄p̄, & mar.381 (bęorū m̄.380
xxij	e	iij	3	Inuētio S.Stephani protom. semid. 381
xxj	f	Pridie	4	Dominici confessoris. duplex 3. 382
xx	g	Nonis	5	Dedicatio S. Mariæ ad niues. dup.3. 383
xix	A	viij	6	Transfiguratio Dn̄i. dupl.3. & comme.
				SS.Sixti, Felicissimi & Agapiti m̄.384
xviij	b	vij	7	Donati Episcopi, & martyris. 387
xvij	c	vj	8	Cyriaci, Largi, & Smaragdi m̄. semi. 387
xvj	d	v	9	Vigilia. & come. S.Romani mart.388
xv	e	iiij	10	Laurētij mar. dup.2.388 (Susānę m̄.390
xiiij	f	iij	11	De Oct. S.Laurētij. cū cō. SS.Tiburtij &
xiij	g	Pridie	12	De Oct. & com S.Clarę virg.391 (m̄.391
xij	A	Idib².	13	De Oct. & cō. SS. Hippolyti, & sociorum
xj	b	xix	14	De Oct. cū cō. Vig. & S.Eusebij cōf. 392
x	c	xviij	15	Assumptio beatæ Mariæ virg. dup.1.392
ix	d	xvij	16	De Oct. Assumpt. B. Mariæ. cum cōme.
				Octauæ sancti Laurentij. 395
viij	e	xvj	17	Oct S.Laurētij. du.3. & cō. Oct.Assūpt.
vij	f	xv	18	De Oct. & com S.Agapiti m̄.396 (395
vj	g	xiiij	19	De Octaua. 396
v	A	xiij	20	Bernardi Abb. dup.3. cū co. Octa. As-
iiij	b	xij	21	De Oct.397 (sumptionis.396
iij	c	xj	22	Octa. Assumpt. B. Mariæ. dup.3. & com.
ij	d	x	23	Vigilia.398 (SS.Timothei & soc.m̄.397
j	e	ix	24	Bartholomęi Apostoli. dup.2. Romæ ce-
*	f	viij	25	Ludouici conf.399. (lebrat die 25.398
xxix	g	vij	26	Zepherini Papæ, & martyris. 399
xxviij	A	vj	27	
xxvij	b	v	28	Augustini Ep̄i, confess. & Ecclesiæ doct.
				dup.3. & cōme. S. Hermetis mar.399
xxvj	c	iiij	29	Decollatio S.Ioh.Bapt. dup.3. & cō. S.Sa
25 xxv	d	iij	30	Felicis, & Adaucti m̄ 402 (binæ m̄.400
xxiiij	e	Pridie	31	



SEPTEMBER

Habet dies 30. Luna verò 29.

Cyclus Epactarum.	Lrẽ Dn̄icales		Dies Mēsis.	
xxiij	f	Kalē.	1	Egidij Abb. & cōm. SS.m̄.duodecim fra
				(trum.402
xxij	g	iiij	2	
xxj	A	iij	3	
xx	b	Pridie	4	Bonifacij Ep̄i, & martyr. duplex 3. 402
xix	c	Nonis	5	
xviij	d	viij	6	
				(mar.402
xvij	e	vij	7	
xvj	f	vj	8	Natiu.B.Marię. dup.2.& cō. S.Hadriani
xv	g	v	9	De Octa. S.Mariæ. & cōme. S.Gorgonij
				(mar.406
xiiij	A	iiij	10	De Octaua. 406
xiij	b	iij	11	De Octa. & come. SS.Proti, & Hyacinthi
				(mar.407
xij	c	Pridie	12	De Octaua. 407
xj	d	Idib².	13	De Octaua, 407 (S.Mariæ.407
x	e	xviij	14	Exaltatio S.Crucis. dup.3. cum cō. Oct.
ix	f	xvij	15	Oct.Natiuit.B.Mariæ. dup.3. & comm.
				Nicomedis martyris. 410
viij	g	xvj	16	Cornelij, & Cypriani Pont. & m̄. semid.
				& co. SS, Eufemiæ, Lucię & Geminia-
				(ni mar.410
vij	A	xv	17	
vj	b	xiiij	18	
v	c	xiij	19	
iiij	d	xij	20	Vigilia. & cōm. S.Eustachij & sociorum
iij	e	xj	21	Matthæi Apostoli. dup.2.411 (mar.411
ij	f	x	22	Mauritij, & sociorum martyrum. 412
j	g	ix	23	Lini Papæ, & martyr. semidup. & cōme.
				S.Theclæ virginis & martyris. 412
*	A	viij	24	
xxix	b	vij	25	
xxviij	c	vj	26	Cypriani, & Iustinę martyrum. 413
xxvij	d	v	27	Cosmę, & Damiani mar. semidup. 413
25 xxvj	e	iiij	28	
xxv xxiiij	f	iij	29	Dedic.S.Michaelis Archang. dup.2. 413
xxiij	g	Pridie	30	Hieronymi Presbyteri, cōfes. & Ecclesię
				doctoris, duplex 3. 417

OCTOBER

Habet dies 31. Luna verò 29.

Cyclus Epactarum.	Lrę Dñicales		Dies Mēsis.	
xxij	A	Kalē.	1	Remigij Epiſcopi, & confeſſ. 417.
xxj	b	vj	2	
xx	c	v	3	
xix	d	iiij	4	Franciſci confeſſ. duplex 3. 418.
xviij	e	iij	5	Placidi, & ſociorum mar. duplex 3. 418.
xvij	f	Pridie	6	
xvj	g	Nonis	7	Marci Papæ, & confeſſ. & commemora. SS. Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij martyrum. 418.
xv	A	viij	8	
xiiij	b	vij	9	Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherij mar. (ſemiduplex. 419.
xiij	c	vj	10	
xij	d	v	11	
xj	e	iiij	12	
x	f	iij	13	
ix	g	Pridie	14	Calliſti Papæ, & mar. ſemiduplex. 419.
viij	A	Idib.	15	
vij	b	xvij	16	
vj	c	xvj	17	
v	d	xv	18	Lucæ Euangeliſtæ, duplex 2. 419.
iiij	e	xiiij	19	
iij	f	xiij	20	
ij	g	xij	21	Hilarionis Abbatis. ſemid. & cō. SS. Vrſulæ & ſociarum virg. & mart. 420.
j	A	xj	22	
*	b	x	23	
xxix	c	ix	24	
xxviij	d	viij	25	Chryſanthi, & Dariæ mart. 420.
xxvij	e	vij	26	Euariſti Papæ, & mar. 420.
xxvj	f	vj	27	Vigilia. 421.
25 xxv	g	v	28	Simonis & Iudę Apoſtolorū dup. 2. 421
xxiiij	A	iiij	29	
xxiij	b	iij	30	
xxij	c	Pridie	31	Vigilia. 422.

NOVEMBER

Habet dies 30. Luna verò 30.

Cyclus Epactarum.	Lrę Dñicales		Dies Mēsis.	
xxj	d	Kalē.	1	Feſtum omnium Sanctorum. dup. 1. 422
xx	e	iiij	2	Cōme. omnium fidelium Defunctorum. dup. 3. & de Octa omniū Sctorū. 425
xix	f	iij	3	De Octaua. 426.
xviij	g	Pridie	4	De Octa. & cōme. SS. Vitalis, & Agricolæ (mart 426
xvij	A	Nonis	5	De Octaua. 426.
xvj	b	viij	6	Leonardi cōfeſ. ſemid. & cōm. Octa. 427
xv	c	vij	7	De Octaua. 427.
xiiij	d	vj	8	Octaua omniū Sanctorū. dup. 3. & cōm. SS. Quatuor Coronatorum mart. 427
xiij	e	v	9	Dedicatio Baſilicæ Saluatoris. dup. 3. & come. S. Theodori mart. 428
xij	f	iiij	10	Triphonis, Reſpicij, & Nimphæ mart. 429
xj	g	iij	11	Martini Epi. & cōf. dup. 3. & cō. S. Mēnæ (mar. 429
x	A	Pridie	12	Martini p̄p̄, & m̄. ſemid. 431.
ix	b	Idib.	13	
viij	c	xviij	14	
vij	d	xvij	15	
vj	e	xvj	16	Iohannis, & Benedicti marty. dup. 3. 431
v	f	xv	17	Gregorij Taumaturgi epi, & confeſſ. 432
iiij	g	xiiij	18	Dedica. Baſilicæ Petri, & Pauli. du. 3. 432
iij	A	xiij	19	Pontiani Papæ, & martyris. 433
ij	b	xij	20	
j	c	xj	21	
*	d	x	22	Cęciliæ virginis, & mart. ſemidup. 433
xxix	e	ix	23	Clementis Papę, & marty. ſemi. & cōm. S. Felicitatis martyris tantùm. 434
xxviij	f	viij	24	Chryſogoni martyris. 435
xxvij	g	vij	25	Catharinę virg. & mar. dup. 3. 436
25 xxvj	A	vj	26	Petri Alexandrini Epiſcopi, & mart. 436
xxv xxiiij	b	v	27	
xxiij	c	iiij	28	
xxij	d	iij	29	Vigilia. & cōme. S. Saturnini mart. 301
xxj	e	Pridie	30	Andreæ Apoſtoli dup. 2. 301

DECEMBER

Habet dies 31. Luna verò 30.

Cyclus Epactarum.	Lrę Dñicales		Dies Mésis.	
xx	f	Kalē.	1	
xix	g	iiij	2	Bibianæ virginis, & martyris. 304
xviij	A	iij	3	
xvij	b	Pridie	4	Barbaræ virg. & mar. commemora. 304
xvj	c	Nonis	5	Sabbæ Abbatis. commemoratio. 304
xv	d	viij	6	Nicolai Epĩ, & confeſſ. ſemidup. 304
xiiij	e	vij	7	Ambroſij Epĩ, confeſſ. & Eccleſiæ doct.
xiij	f	vj	8	Cõcept. B. Marię. du.3.306 (dup.3. 305
xij	g	v	9	
xj	A	iiij	10	Melchiadis Papæ, & mar. comme. 306
x	b	iij	11	Damaſi Papæ, & confeſſ. ſemidup. 307
ix	c	Pridie	12	
viij	d	Idib⁹.	13	Luciæ virginis, & martyris. dup. 3. 307
vij	e	xix	14	
vj	f	xviij	15	
v	g	xvij	16	
iiij	A	xvj	17	
iij	b	xv	18	
ij	c	xiiij	19	
j	d	xiij	20	Vigilia.
*	e	xij	21	Thomæ Apoſtol duplex 2. 308
xxix	f	xj	22	
xxviij	g	x	23	
xxvij	A	ix	24	Vigilia. 101
25 xxvj	b	viij	25	Natiu. Dñi nři Ieſu Chři. dup. 1. 103
xxv	c	vij	26	Steph. prom. dup.2. & cõ. Oct. Nat. 106
xxiiij	d	vj	27	Ioh. Apři & Euãg. dup.2. & co. Oct. 109
xxiij	e	v	28	Innocentium mar. dup.2. & cõ. Oct. 111
xxij	f	iiij	29	Thomæ Canthuarienſis Epĩ, & martyris. ſemid. & cõme Octauarum. 114
xxj	g	iij	30	De Dñica infra Oct. Nat. vel de Octaua. cũ comme. aliarum Octauarum. 114
19 xx	A	Pridie	31	Sylueſtri Papæ, & confeſſ dup.3. & com. aliarum Octauarum. 117

RVBRICÆ GENERALES BREVIARII.

Officium quotidie fit, aut Duplex, aut Semiduplex, aut Simplex.

De Officio Duplici.

1 FFICIVM fit duplex in diebus à feria v. in Cœna Domini, vſque ad fer. iij. Paſchæ incluſiuè, in Dominica in Albis, in Aſcenſione Domini, in Pentecoſte, & duobus diebus ſequentibus, in feſto Trinitatis, Corporis Chriſti, Dedicationis ꝓpriæ Eccleſiæ: In feſtis, quibus in Kalēdario apponitur hæc vox, Duplex: In die Octaua feſti habentis Octauam: In feſto Patroni unius, uel plurium alicuius loci, vel Titularis Eccleſiæ: & in feſtis Sanctorũ, qui apud Congregationem noſtrã in proprijs eorum Eccleſijs conſueuerunt ſolenniter celebrari: quorũ officium, cùm ex hoc Breuiario proprium non habetur, de communi debet ſumi, habita ratione temporis, & in omnibus ſemper huius Breuiarij forma ſeruata. Idem debet ſeruari in feſtis, quæ in quibuſuis locis celebrantur a laicis, quãtũis in Kalendario non adnotētur: ab Eremitis tamen ibidem degentibus ipſa die propria celebrentur, ſeruata ipſorum qualitate, & forma huius Breuiarij. Præterea officium fit duplex pro defunctis in Cõmemoratione omniũ fidelium defunctorũ, ĩ duob⁹ anniuerſarijs, vt in eius officio dicitur circa finẽ Breuiarij, & præſente corpore.

¶ Feſtum duplex celebratur eo die quo cadit, niſi illud contingat transferri, ut dicitur in Rubrica de Translatione feſtorum, nu. 1. 2

¶ Habet primas, & ſecundas Veſperas integras, niſi cum alio ſimili, vel maiori concurrat, vt dicitur in Rubrica de Concurrentia officij, num. 2. Et totum officium fit de Duplici, incipiēdo à primis Veſperis, vſque ad Completorium ſequentis diei incluſiuè: exceptis tribus diebus maioris hebdomadæ proximis Paſchæ, in quibus officium duplex incipit a Matutino: & Vigilia Natiuitatis Domini, in qua officium duplex incipit a Laudibus. Officium autẽ Defunctorum habet tantùm primas Veſperas, Matutinum, & Laudes. 3

¶ In vtriſque Veſperis, Matutino, & Laudibus tantum, non autẽ in alijs horis duplicãtur Antiphonæ. 4

¶ Ad Matutinum regulariter dicuntur tres nocturni, præterquam in duobus diebus poſt Paſcha, & poſt Pentecoſten. 5

¶ Cõmemorationes cões ſeu ſuffragia ĩ officio Duplici nõ dicunť. 6

De officio Semiduplici.

1 OFficiũ fit ſemiduplex omnibus Dominicis diebus per an-

num, excepta Dominica in Albis,
quæ fit duplex. Dies item infra
Octauas celebrantur sub officio
semiduplici, licèt apud nos veram,
plenamque non videantur habe-
re Semiduplicis rationem, cũ duos
tantùm habeant nocturnos: ex
sui tamen ipsius natura eam ha-
bent, quam Semiduplex, & ob id
sub eadem Semiduplicis ratione
dicuntur celebrari. Quod fallit,
quando venerint in Quadragesi-
ma, quia tunc fit tantùm comme-
moratio, vt dicitur in Rubrica de
Octauis. nu. 1. Itẽ officiũ fit Semi-
duplex in festis, quibus in Kalẽda-
rio apponit̃ hæc vox, Semiduplex.
2 ¶ De festo semiduplici fit eo die,
quo cadit, nisi contingat transfer-
ri, vt dicitur in Rubrica de Tran-
slatione festorum nu. 6.
3 ¶ Habet totum officium integrũ,
sicut Duplex, sed non duplicãtur
Antiphonæ: verùm officium diei
infra Octauam incipit a Matuti-
no, nisi præcedenti die fuerit festũ
semiduplex, quia tunc incipit à Ca
pitulo, nisi aliter signetur.
4 ¶ Commemorationes cõmunes,
seu suffragia regulariter dicuntur.

De Officio Simplici.

1 OFficium fit simplex in diebus
ferialibus, quando occurrit
fieri de Feria: hoc est, officium de
Feria est simplex. Item officium
fit simplex in festis, quibus in Ka-
lendario non apponitur hæc vox,
Duplex, vel Semiduplex.
2 ¶ De festo simplici fit eo die, quo
cadit, nisi eodem die occurrat fieri
officium xij. Lectionũ, vel de die
infra Octauam, uel de Sancta Ma-
ria in Sabbatho, vel de feria cui fe-
stum simplex cedit, ut dicitur in
Rub. de Cõmemorationib. nu. 1.
¶ Habet tantùm primas Vesperas 3
à Capitulo, nisi cũ eo concurrat fe
stum xij. Lectionũ, Dominica, vel
Octaua, vt dicitur in Rubrica de
Concurrentia officij. num. 2. 3. &
4. & eius officium terminatur ad
Nonã. Post Nonã nihil amplius fit
d̃ festo simplici, nec cõmemoratio.
¶ Feria autem incipit, ubi desinit 4
officium præcedens: & desinit, vbi
incipit officium sequens, ut in sua
Rubrica dicitur.
¶ Ad Matutinum dicuntur duo 5
nocturni, vnumquodlibet cũ sex
psalmis, & Antiphonis, vt in Psal-
terio secundùm feriam occurren-
tem, quorum primo absoluto le-
guntur tres Lectiones cum Respõ
soriis, & aliquando in feria legitur
tantùm vna cum suo Respõsorio,
vt infra in suis Rubricis dicitur.
¶ Commemorationes cões, seu 6
suffragia regulariter dicuntur.

De Dominicis.

DE Dominica semper fit offi- 1
cium in Dominicis Aduẽtus,
& in Dominicis à Septuagesima
vsque ad Dominicam in Albis in-
clusiuè, quocunque festo duplici,
vel semiduplici adueniente: quia
tunc festum transfertur, ut in Ru-
brica de Translatione festorum di
citur, nisi illud festum sit de princi
pali Titulo, vel Patrono alicuius
Ecclesiæ, vel loci: quia tunc de hu-
iusmodi festo fit tantùm in ea Ec-
clesia, vel loco, cuius est Titulus,
vel Patronus, cum commemora-
tione Dominicæ, (quibusdam ta-
men Dominicis exceptis:) ut dici-
tur in Rubrica de Commemora-
tionibus. nu. 3 In aliis Domini-
cis per annum fit de Dominica,
quando die Dominico non occur-
rit festum Duplex, quia tũc fit de
Duplici

Duplici cum commemoratione
Dominicæ in vtrisque Vesperis &
Laudibus: Ad Matut. vltima Le-
ctio legitur de homilia Dominicę:
vt dicitur in Rubrica de Comme-
morationibus. num. 7. Si semidu-
plex eodem die occurrat, transfer-
tur: ut dicitur in Rubrica de Tran
slatione festorum nume. 6. De sim
plici fit commemoratio ipsa die.
2 ¶ De Dominicis infra Octauas
Natiuitatis Domini, Epiphaniæ,
Ascensionis, & corporis Christi oc
currentibus, totum officium fit si-
cut in die, exceptis his, quæ pro-
prijs locis adnotantur, cum com-
memoratione Octauæ, ut ibidem
ponitur, nisi occurrat festum du-
plex: quia tunc fit de eo cum com-
moratione Dominicæ, & Octauæ:
exceptis Dominicis infra Octauã
Natiuitatis Domini, de qua fit ut
suo loco ponitur, & Epiphaniæ in
qua non fit de festo etiam duplici
occurrente, sed transfertur, ut dici
tur in Rubrica de Translatione fe
storum, numero 2. Nec dicuntur
Commemorationes communes.
De Dominicis infra alias Octa-
uas totum officium fit de Domini
ca, vt in Psalterio & Proprio de tẽ-
pore, cum commemoratione Octa
uæ, omissis etiam in ipsis, Comme
morationibus communibus. De
Dominica occurrente in die Octa-
uæ fit commemoratio, sicut quan-
do in ea fit de festo duplici, præter-
quàm in Octauis Natiuitatis, &
Epiphaniæ: in quibus nihil fit de
Dominica, ut suis locis dicitur.
3 ¶ Positum est autem officium sex
Dominicarum ab Epiphania usq;
ad Septuagesimam, & uiginti qua-
tuor a Pentecoste usque ad Aduen
tum, vt compleatur numerus Do-
minicarum, quæ sunt ab Epipha-
nia usque ad Septuagesimam, &
a Pentecoste usque ad Aduentum:
ne ulla Dominica per annum ab
Epiphania usque ad Septuagesi-
mam, & à Pentecoste vsque ad Ad
uentum uacet, quin saltem de ea
fiat Commemoratio. Nam quæ a-
liquando supersunt post Epipha-
niam ante Septuagesimam, ponũ-
tur post vigesimam tertiam à Pen-
tecoste, hoc ordine. Si Dominicæ
post Pentecosten fuerint xxv. vige-
sima quarta post Pentecosten erit,
quæ est vj. post Epipha. Si xxvj vi-
gesima quarta erit, quæ est v. &
xxv. quæ est vj. Si xxvij. xxiiij. erit
iiij. xxv. erit v. & xxvj. erit vj. Si
xxviij. xxiiij. erit iij. xxv. erit iiij.
xxvj. erit v. xxvij. erit vj. & ultimo
loco semper ponitur quæ in ordine
est xxiiij post Pentecosten, etiam si
post Pentecosten aliquando nõ sint
nisi xxiij. Dominicæ: tunc enim
xxiiij. ponitur loco xxiij. Et officiũ
xxiij. ponitur in præcedenti sabba-
tho non impedito festo duplici,
vel semiduplici, alioquin in alia
præcedenti feria, in qua fiat offi-
cium de feria, & in ea legãtur tres
lectiones de Homilia Dominicæ
xxiij, omissis lectionibus scripturę
illius feriæ, & ad Laudes dicatur
Antiphona ad Benedictus, & ora-
tio de ipsa Dominica, etiam ad ho
ras. Quod etiam fieri debet de offi-
cio, seu Homilia illius Dominicæ,
quæ post Epiphaniam aliquando
superest ante Septuagesimam, &
eo anno non resumitur post Do-
minicam xxiij. post Pentecosten, &
id semper accidit, quando litera
Dominicalis non fuerit A. uel G.
uel B. nõ fuerit prima in anno bis-
sextili, & ponenda est ante Septua-
 gesimam.

gesimam. Idem seruatur de Dominica secunda post Epiphaniam, quando Dominica Septuagesimæ uenerit immediatè post octauam Epiphaniæ: Tunc enim in sabbatho præcedenti, ut supra non impedito, alioquin alia die post Octauã fiat officium de feria, in qua Responsoria Dominicæ primò ponũtur, & tres Lectiones leguntur de homilia eiusdem Dominicæ cum eius Antiphona ad Benedictus, & oratione. Festum uerò semiduplex in ea occurrens transfertur in primam diem simili festo nõ impeditam.

4 ¶ Cum verò in Proprio de tempore dicitur aliquam Dominicam esse primam mensis, in qua primò ponitur initium libri de Scriptura cum sua historia, idest cum Respõsoriis, animaduertendum est, eam dici primam Dominicam mensis, quæ uenit in Kalendis illius mensis, uel est proximior Kalendis, hoc modo. Si Kalendæ venerint in ij. iij. & iiij. fer. Dominica prima mẽsis erit quæ præcedit Kalendas, etiam si venerit in præcedenti mense. Si autem Kalendæ venerint v. & vj. fer. ac sabbatho, prima Dominica erit quæ sequitur post ipsas Kalendas.

5 ¶ Cum etiam in distributione Scripturæ per menses Augustum, Septembrem, Octobrem, & Nouembrem vnicuique mensi quinque Dominicæ assignentur cum suis hebdomadis, & post quartam hebdomadam aliquando adueniat Dominica, quæ est propinquior Kalẽdis sequentis mensis: tunc Dominica quinta, vel omittitur, vel ponitur infra hebdomadã, vt in proprijs locis habetur, & ponitur Dominica prima sequentis mensis cũ sua hebdomada.

6 ¶ Id quoque obseruetur: Quando mensis præcedens habuit quatuor Dominicas, sequens habebit quinque: & è contra quando præcedẽs habet quinque, sequens habebit quatuor, excepto mense Nouembri, quia Dominica prima Aduentus non sumitur ea, quæ est propinquior Kalendis Decembris, sed quæ festo sancti Andreæ, vel quæ venerit in ipso festo.

7 ¶ Officium Dominicæ fit semiduplex: incipit à primis Vesperis in Sabbatho, & habet totum officiũ integrum vsque ad Completoriũ Dominicæ inclusiuè, nisi cum aliquo concurrat, vt dicitur in Rubrica de Cõcurrẽtia officij. nu. 2. & 3.

8 ¶ Ad Matutinum dicuntur tres noct. cum Psalmis, & Canticis, vt in Psalterio: & duodecim Lectiones, vt in Proprio de Tempore.

De Ferijs.

1 DE Feria semper fit officium in ferijs Aduentus, Quadragesimæ, Quatuor temporum, vigiliarum, & in secunda, & quarta Rogationum, quando in eis nõ occurrit festum duplex, vel semiduplex. Quòd si tunc festum simplex occurrat, fit tantum de eo commemoratio, vt dicitur in Rubrica de Commemorationib9, nu. 2. Similiter & quando infra hebdomadam Responsoria sunt primò ponenda, cùm non occurrit dies, in quo fiat de feria, vt dicitur in Rubrica de Responsoriis. num. 4. Alio tempore per annum fit officium de feria illis diebus, quibus infra hebdomadam in Kalendario nõ ponitur aliquod festum duplex, semiduplex, vel simplex, & non occurrit

aliqua

aliqua Octaua, aut dies infra Octauam, vel aliquod festum solenne, aut consuetum in aliqua Ecclesia celebrari, quamuis in Kalendario huius Breuiarij non sit descriptũ, & nisi in Sabbatho fieri debeat officium de Sancta Maria.

2 ¶ Officium feriæ fit simplex: & in Aduentu, Quadragesima, Quatuor temporibus, Vigilijs, & Rogationibus, incipit à Matutino: In alijs vero ferijs per annum inde fit de feria, vbi desinit officium præcedentis diei: ita vt si præcedenti die fuerit duplex, vel semiduplex, officium feriæ incipit sequenti die à Matutino. Si præcedenti die fuerit festum simplex, de Feria fit à Vesperis illius præcedentis diei inclusiuè. Similiter & quando in feria iiij. vj. ac sabbatho quatuor tẽporum Septembris, & in feria quarta Cinerũ, ac in Vigilijs occurrat aliquod festum simplex, de quo fit commemoratio: tunc præcedenti die, nisi fuerit festum duplex, vel semiduplex, à Vesperis fit d̃ feria, vt in Psalterio cum Oratione Dominicæ præcedentis, & cum commemoratione festi simplicis, in sequenti feria occurrentis. Terminatur autem officium de feria sub sequente duplici, vel semiduplici, ad ix. subsequente simplici in ferijs per annum extra Aduentum, Quadragesimam, Quatuor tempora, Rogationes, & Vigilias, ad Capitulum Vesperarum, quia inde fit de festo simplici absque vlla deinceps commemoratione feriæ.

3 ¶ Ad Matutinum dicuntur duo tantùm nocturni, vnumquodlibet cum sex psalmis, & Antiphonis pro qualitate temporis secundum ordinem feriarum, ut in Psalterio, quorum primo absolutò leguntur tres Lectiones, vel vna tantũ pro qualitate temporis, vt in Proprio de tempore. Extra Chorum erit lectio, q̃ breuis dicitur, post Dñicã in Albis, vel in Psalterio posita.

De Vigilijs.

1 DE Vigilia fit officium in omnibus vigilijs per annũ, quæ ieiunantur, vbi in Kalendario adnotatur hęc vox, Vigilia, nisi in die Vigiliæ occurrat festum duodecim Lectionum, vel dies infra Octauã, tunc enim de Vigilia legitur tantummodò vltima Lectio, & fit cõmemoratio de ea ad Laudes cum Antiphona ad Benedictus, & Versu feriæ occurrentis de Psalterio, & Oõne Vigiliæ, præterq̃ in illis festis, quæ inferius excipiuntur.

2 ¶ Si vigilia occurrat in Dominica, de Vigilia fit officium in Sabbatho, quod non sit impeditum officio duplici, vel semiduplici, quia tunc de Vigilia fit tantum commemoratio in Sabbatho, ut dictũ est. Excipitur ab hac regula Vigilia Natiuitatis, & Epiphaniæ Domini, quæ si venerint in Dominica, fit de illis, vt in proprijs locis ponitur. Si autem in Vigilia occurrat festum solenne alicuius loci, vel ex solẽnioribus infra annum, quæ inferiùs in Rubrica de commemorationibus, nu. 4 numerantur (veluti: si in Vigilia sancti Iohannis Baptistæ uenerit festũ Corporis Christi) nihil tunc prorsus, nec commemoratio fit de Vigil. Idem seruetur, quando aliqua Vigilia venerit in Aduentu, Quadragesima, & Quatuor temporibus: nulla enim in eorum ferijs de Vigilia fit commemoratio

3 ¶ Officium Vigiliæ incipit ad Matutinum,

tutinum, ſicut dictũ eſt in Rub. de ferijs, n. 2. Terminaẽ aũt ad Nonã, quia Veſperę ſunt de ſequẽti feſto.

4 ¶ Officium Vigiliæ totum fit de feria occurrente, vt in Pſalterio, & tres Lectiones leguntur de Homilia in Euang. Vigiliæ, cum tribus Reſponſorijs, ex hiſtoria proxima, & quæ competunt occurrenti feriæ, ſumendis, vt dicitur in Rub. de Reſponſoriis. num. 3.

5 ¶ Excipitur ab hoc ordinario Vigiliarum, quæ ieiunantur, Vigilia Pentecoſtes, quæ cum tribus nocturnis ſub officio ſemiduplici celebratur, vt ibi: & Vigilia Natiuitatis Domini, quæ nocturnis feriæ exceptis, in Laudibus, & Horis habet reliquum officium duplex. In vigilijs verò Epiphaniæ, & Aſcenſionis, quæ non ieiunantur, fit officium, vt ſuis locis dicitur.

De Octauis.

1 DE Octaua fit officium, uel ſaltem commemoratio quando aliquo feſto, vel Dominica nõ impeditur, per octo dies continuos, in Natiuitate Domini, & tribus ſequentibus feſtis, in Epiphania, in Paſchate Reſurrectionis, in Aſcenſione Domini, in Pentecoſte, in feſto Corporis Chriſti, in feſto Dedicationis propriæ Eccleſiæ, in feſtis quibus in Kalendario apponitur Octaua. in feſto Patroni, & Titularis Eccleſiæ, niſi huiuſmodi Octauæ occurrant à feria quarta Cinerum incluſiuè vſque ad feriam quintam in Cœna Domini excluſiuè: tunc enim propter reuerentiam Quadrageſimæ, de die infra Octauam fit tantum commemoratio in vtriſque Veſperis, & Laudibus. De die verò Octauæ vſque ad Dominicam Palmarum excluſiuè fit officium duplex cum cõmemoratione Quadrageſimæ, quod ſi occurrat in aliqua Dominica Quadrageſimæ, uel in triduo poſt Dominicam Palmarum, fit tantùm commemoratio.

2 ¶ Infra Octauas Epiphaniæ, & Paſchæ, & Pentecoſtes non fit de feſto duplici, vel ſemiduplici occurrenti, ſed transfertur poſt Octauã. Infra alias Octauas fit de eis cum commemoratione Octauæ (niſi illud feſtum fuerit ex enumeratis in ſequenti Rubrica de commemorationibus nũ. 4. in quibus nulla fit commemoratio, de Octaua) excepta Octaua Corporis Chriſti, infra quam Octauam fit tantũ de duplicibus cum cõmemoratione Octauæ. De ſemiduplicibus verò infra eam non fit, ſed transferuntur. De ſimplicibus infra quaſcunque Octauas occurrentibus fit tantum commemoratio, præterquam in duobus diebus poſt Paſcha, & Pentecoſten. De Dominicis infra Octauam occurrentibus fit officiũ vt dictum eſt ſupra in Rubrica de Dominicis. nume. 2. De feſtis occurrentibus in die Octaua ſeruetur, quod dicitur in Rubrica de Translatione feſtorum, num. 2. Si duæ Octauæ ſimul concurrant, fiat de digniori, vt dicitur in Rubrica de Cõcurrentia officij, nu. 6.

3 ¶ Officium infra Octauam fit, vt ſuis locis ponitur, & omnia dicuntur ſicut in die feſti, præter tertiũ nocturnum, & numerum lectionũ & Reſponſoria: tres enim tantummodò Lectiones dicuntur de Homilia in Euangelium feſti ſuis locis poſitæ. Infra Octauam verò Patroni, vel Tituli Eccleſiæ, ſi propriæ ex hoc Breuiario, non habentur Lectiones, repetantur Lectiones de Homil. diei feſti, aut de Cõmuni Sanctorum pro qualitate ipſorum. Infra Octa. officiũ fit ſemiduplex, ĩ die autẽ Octaua duplex.

4 ¶ In Veſp. infra Octa. omnia dicũtur ſicut in ij. Veſp. feſti: & in j. Veſpe. diei Oct. omnia ſicut in j. Veſp. feſti, præterquã in diebus Oct. ſancti Stephani, ſancti Iohannis Apoſtoli, & ſanctorum Innocentiũ, in quorum Veſperis Antiphonæ, & Pſalmi non dicuntur ſicut in eorũ diebus feſtis venientibus infra Octa. Natiuitatis, ſed Antiphonæ ſumũtur de Laudibus diei feſti; Pſalmi autem vt ſignãtur pro ij. Veſp. in Communi Sanctorum.

5 ¶ Infra Octauas non fiunt cõmemorationes communes, ſeu ſuffragia conſueta.

De Commemorationibus.

1 COmmemorationes fiũt de feſtis ſimplicibus, quando in eorum diebus incidit feſtum duplex vel ſemiduplex, etiam trãslatum, vel Dominica, vel Octaua, vel dies infra Octauam, vel Vigilia, vel Sabbathum: & quando Reſponſoria ſunt primò ponenda, vel aliter de feria fieri præcipiatur.

2 ¶ De ferijs Aduentus, Quadrageſimæ, Quatuor temporum, Vigiliarum, & Rogationum, fit commemo. quando feſtum duplex, vel ſemiduplex in illis ferijs occurrit. Si autem feſtum ſimplex in eiſdẽ ferijs occurrat, officium fit de feria, & cõmemoratio de feſto ſimplici.

3 ¶ Præterea fit commemoratio de Dominicis ab Epiphania, vſque ad Septuageſimam, & à Dominica in Albis vſque ad Pentecoſten, & à Pentecoſte vſque ad Aduentum excluſiuè, quando feſto duplici impediuntur. De aliis Dominicis à prędictis nulla fit commemoratio Dominicæ, occurrente feſto duplici, quia feſtum in illis occurrens trãſfertur: niſi illud feſtũ fuerit principale Patroni, vel Tituli ipſius Eccleſiæ, non autem alicuius capellæ vel altaris eiuſdem Eccleſię; & tũc de huiuſmodi principali feſto fit tantum in eo loco, vel Eccleſia, cuius eſt Patronus, vel Titulus, cum commemoratione Dominicæ (exceptis Dominicis primæ claſſis, videlicet prima Dominica Aduentus, & prima Quadrageſimæ, Dominica Paſſionis, Palmarum, Paſchæ, in Albis, Pentecoſtes, & Trinitatis: in quibus huiuſmodi occurrens feſtum transfertur in ſequentem diem, ſimili, vel digniori non impeditum) dummodo non fuerit infra maiorem hebdomadã & per Octa Paſchæ, & Pẽtecoſtes. Quib⁹ dieb⁹ nõ fit d̃ aliquo Duplici, vel ſemiduplici occurrẽte, vt dictũ eſt ſupra ĩ Rub. d̃ Octauis n. 2.

4 ¶ De Octaua etiam, quando feſto Duplici, vel ſemiduplici, aut Dominica impeditur, fit commemoratio, niſi illud feſtum fuerit ſolenne principale alicuius loci, ut ſupra, vel de feſtis maioribus per annum, ſcilicet de duplicibus primæ claſſis, vt Natiuitas Domini (in cuius officio nulla fit commemoratio de feſto ſimplici, ſed in ſecũda tantùm Miſſa de ſancta Anaſtaſia) Epiphania, feſtum ſancti Benedicti, Paſcha Reſurrectionis cum tribus proximè antecedentibus, & duobus ſequentibus diebus: Aſcẽſio Domini, Pentecoſtes, cum duobus ſequentibus diebus. Feſtũ Corporis Chriſti, feſtũ ſancti Romualdi, Natiuitatis ſancti Iohannis Baptiſtæ,

priſtæ, ſanctorum Apoſtolorum Pe
tri, & Pauli, & Aſſumptio beatæ
Mariæ: Feſtũ omnium Sanctorũ,
ac feſtum Dedicationis propriç Ec
cleſiæ: in quib⁹ feſtis nec in primis
Veſperis, nec in Laudib⁹ vlla pror-
ſus fit commemoratio feſti ſimpli-
cis occurrentis, aut alicuius Vigi-
liæ, aut alicuius diei infra Oct. (ex-
ceptis Octauis Natiuitatis Domi-
ni, & Corporis Chriſti, de quibus
Octauis ſemper fit commemora-
tio quocunque duplici infra eas
adueniente) aut alicuius præcedẽ-
tis feſti (niſi id feſtum fuerit eiuſdẽ
ſolennitatis cum ſequenti, ideſt,
primæ vel ſecundæ claſſis) aut Do
minicæ, ſi feſtum illud ſolenne ce-
lebretur fer. ij. exceptis Dominicis
Aduentus, & Dominicis à Septua-
geſima vſque ad Octa. Paſchæ in-
cluſiuè: de quibus Dominicis, ſi-
cut etiam de ferijs Aduentus, &
Quadrageſimæ ſemper fit comme
moratio in vtriſque Veſp & Laud.
quocunque feſto adueniente. Et
niſi fuerit de feſtis duplicibus ſecũ
dæ Claſſis, ut eſt feſtum Circunci-
ſionis, Dominica in Albis, feſtum
Trinitatis, Purificationis, Annun-
ciationis, & Natiuitatis ſanctæ Ma
riæ, feſta principalia Apoſtolorum
& Euangeliſtarum, ſancti Lauren-
tii, & Dedicationis ſancti Michae
lis Archãgeli, ſancti Stephani pro-
tomar. & Innocentium in quibus
de ſimplicibus occurrentibus fit
commemoratio in Laud. tantum.
De alijs verò nulla fit commemo-
ratio, eo modo, quo nec in feſtis pri
mæ claſſis, vt dictum eſt vt ſupra.
5 ¶ De Dominicis, & Octauis cõme
moratio fit in vtriſque Veſper. &
Lau. niſi in illis adueniat aliquod
ex ſupra enumeratis feſtis. Et qñ
de die infra Octauã non fit com-
memoratio in j. Veſp. & Laud. ne-
que de eadem fit commemoratio
in ij. veſp. niſi die ſequenti de ipſa
fiat officium. Similiter de ferijs
Aduentus, & Quadrageſimæ, com
memoratio fit in vtriſque Veſp. &
Laudibus. De ferijs Quatuor tem
porum, Vigiliarum, & Rogationũ
(quando de illis commemoratio
fieri debet) commemoratio fit in
Laudibus tantum. De feſtis autẽ
ſimplicibus, niſi in diebus ſupradi
ctis occurrant, commemoratio fit
in primis tñ Veſperis & Laudib⁹
eo die, quo ĩ Kalẽdario aſsignant.
¶ Commemorationes fiunt hoc 6
modo. Poſt orationem diei in j. Ve-
ſpe. dicitur Antiphona, quæ poſita
eſt ad Magnificat, & in Laudib⁹, q̃
poſita eſt ad Benedictus in Cõi (ſi
propriã non habuerit) conueniens
eius officio, cuius fit commemora
tio. Poſt Antiphonam dicitur Ver-
ſus inde ſumendus, unde ſumpta
eſt Antiphona, ſcilicet poſt hymnũ
Veſperarum, & Laudum: deinde
dicitur Oratio occurrens. Si Anti-
phona, & Verſus feſti de quo fit cõ
memoratio ſumenda eſſent ex eo-
dem communi, vnde ſumpta ſunt
in officio diei, in feſto commemo-
rationes uariantur: ita ut in Veſp.
ſumatur Antiphona ex Laudibus
cum Verſiculo Nonæ, & in Laudi-
bus Antiphona ex Veſp. cum eodẽ
Verſ. Nonæ eiuſdem communis, ni
ſi aliter ſignetur. Si de tẽpore fiat
commemoratio, de Dominica ſcili
cet, uel de feria, Antiphona & Ver
ſus ante orationem eodem modo
ſumantur ex Proprio de tempore,
ſi habuerit proprium, alioquin de
Pſalterio: oratio verò ex Proprio
de Tempore.

¶Quando

7 ¶Quando fit commemoratio de
Dominica, vel de Feria, quæ pro-
priam habet Homiliam, ultima
Lectio legitur de Hom. Dominicç,
uel Feriæ: quæ erit vel prima de
Homilia, vel omnes ſimul in una
Lectione coniunctæ. Quando in-
fra Octauam celebratur aliquod
feſtum duplex, vel ſemiduplex, vl-
tima Lectio nõ legitur de Homilia
Octauç: ſed tñ de ea fit comemo-
ratio eo modo, quo dictũ eſt ſupra.
8 ¶ Si fiat commemoratio de feſto
ſimplici in die in quo fit officium
duplex, vel ſemiduplex, ultima Le
ctio legitur de feſto ſimplici, ſi pro
priam habuerit: quod feſtũ ſi duas
Lectiones proprias habuerit, ex il-
lis duabus fiat una tantùm Lectio
quç erit vltima in officio tàm xij.
quàm trium Lectionum, ut eſt in-
fra Octa. Quç lectio de Sancto nõ
legitur, quando ultima Lectio le-
genda eſt de Homilia Dñicæ, uel
feriç, aut Vigiliç habẽtis Homiliã.
9 ¶ Quando contingit fieri plures
commemorationes, ſeruetur hic
ordo. De duplici fiat ante Domini
cam. De Dominica ante feſtum ſe
miduplex. De ſemiduplici ante
diem infra Oct. & de die infra O-
cta. ante Fer. Aduentus, Quadrage
ſimæ, Quatuor temporum, Vigilia
rum, & Rogationum: & de dictis
ferijs ante feſtum ſimplex, niſi ali-
ter ſignetur. De Dominica, de fe-
ſto ſemiduplici, de die infra Octa.
& de ſancta Maria in Sabbatho,
quando de ea fit commemoratio
in Veſpe. præcedentibus Sabbathũ
propter feſtum duplex, uel ſemidu
plex in vj. fer. occurrens, fiat ante
feſtum ſimplex, quod celebrandũ
erat diebus prædictis, niſi eorum
officio impediretur. De feſto ſim-
plici fit commemoratio ante com
memorationes communes, ſeu ſuf
fragia, ac etiam ante commemora
tionem conſuetam Tituli, uel Pa-
troni Eccleſiæ, quæ etiam pro ſui
dignitate alijs ſuffragijs præpone-
retur. Hæ uerò commemorationes
communes, quo modo & quando
dicendæ ſint habetur Rubrica in
Pſalterio in Veſperis Sabbathi.

De Tranſlatione feſtorum.

SI aliquod feſtum duplex occur- 1
rat in Dominicis Aduentus, &
in Dominicis à Septuageſima vſq;
ad Dominicam in Albis, in Vigilia
Natiuitatis Domini, infra Octauã
Epiphaniæ, in fer. iiij. Cinerum, in
tota maiori hebdomada, & infra
Octauam Paſchæ, in Aſcenſione
Domini, in diebus à Vig. Penteco.
vſque ad feſtum Trinitatis incluſi
uè, in feſto Corporis Chriſti, & eius
die Octaua, transfertur in primam
diem feſto duplici, uel ſemiduplici
non impeditam. Si autem fuerit
ex feſtis maioribus ſup. in Rub. de
Commemorat. enumeratis, tranſ-
fertur in primam diem feſto dupli
ci non impeditam: exceptis tamen
feſtis ſancti Romualdi, Natiuita-
tis ſancti Iohannis Baptiſtæ, & ſan
ctorum Apoſtolorum Petri & Pau-
li, quç in die Octaua Corporis Chri
ſti celebrantur: excepto quoque fe
ſto ſolemni alicuius loci, quod in
propria tantum Eccleſia, etiam in
aliquibus ex ſupradictis diebus oc
currens, ut in Rub. de Commemo
rat. num. 3. dictum eſt, celebratur.
Si autem feſtum Natiuitatis ſan-
cti Iohannis Baptiſtæ uenerit in
die Corporis Chriſti, transfertur in
ſequentem diem cum commemo-

ratione

ratione Octauæ Corporis Chriſti,
& ſequentibus diebus fit officium
de eadem Octaua Corporis Chri-
ſti, cum commemoratione Octauæ
S Iohannis Baptiſtæ. Dies autem
Octaua ſancti Iohannis tunc ue-
niens in Octaua Corporis Chriſti,
non transfertur, ſed de die Octaua
ſancti Iohannis Baptiſtæ eo anno
fit tantùm commemoratio in vtriſ-
que Veſp & Laud. diei Octauę Cor
poris Chriſti. Et id ſemper ſeruc-
tur, quando feſtum habens Octauā
transfertur, vt non ideo dies Octa-
ua transferatur, ſed ea die de ea fit
commemoratio, quæ aliàs erat O-
ctaua ſi feſtũ nõ fuiſſet translatũ.
2 ¶ Si in die Octa alicuius feſti habē
tis Octauam, occurrat aliquod fe-
ſtum duplex ex maioribus ſupra
in Rub. de Commemorationibus
enumeratis, fiat de feſto cum com-
memoratione diei Octauæ: Si autē
non fuerit ex prædictis feſtis, fiat
de Octaua & feſtum transferatur
in primam diem feſto duplici, uel
ſemiduplici non impeditam.
3 ¶ Si aliquod feſtum duplex infra
Octauam occurrens alio maiori fe
ſto duplici impediatur, transfera-
tur in primam diem feſto duplici,
uel ſemiduplici non impeditam,
& in eo fiat commemoratio de O-
ctaua. Quod etiam intelligatur de
feſtis extra Octauam occurrentib.
4 ¶ Si in Dominica occurrat celebra
ri aliquod feſtum duplex transla-
tũ, fit de Dñica, & feſtũ trãsfertur
etiã in ſequentem diē feſto dupli-
ci, vel ſemiduplici nõ impeditam.
5 ¶ Si in alijs Dominicis per annum
à ſupradictis occurrat feſtum du-
plex, non transfertur, ut dictũ eſt
ĩ Rub de Cõmemorationib. nu. 5.
6 ¶ Si feſtum ſemiduplex occurrat
diebus ſupradictis, & in alijs Do-
minicis per annum, transfertur in
primam diem ſimili feſto non im-
peditam. Si verò occurrat in feſto
habente Octauam in qua fit de fe-
ſtis ſemiduplicibus occurrentibus,
ut dictum eſt in Rubrica de Octa-
uis. num. 2. aut in Dominicis infra
dictas Octauas, aut in feſto dupli-
ci veniente infra dictas Octauas,
transfertur in ſequentem diem cũ
commemoratione Octauæ, quæ ſi
fuerit ſimili feſto impedita, prędi-
ctum feſtum ſemiduplex ueniens
ut ſupra, transfertur poſt Octauā.
¶ Si duo feſta xij. Lectionũ ſimul 7
eadem die veniant, fiat officium
de digniori, ſeu de maiori, & quod
minus eſt transferatur.
¶ Si plura feſta transferenda eſsēt, 8
prius transferatur duplex, quàm
ſemiduplex, & inter plura dupli-
cia, quod eſt dignius ſemper prius
transferatur, & prius celebretur,
alioquin ſi ſunt ęqualia, vnum an-
te aliud transfertur ſuo ordine.
Dignitas autem dupliciũ hoc mo-
do cõſideratur. Cùm ipſorum alia
ſint maiora primę Claſsis, alia ma
iora ſecundę Claſsis, alia verò mi-
nora, ſiuè tertię Claſsis: Omne fe-
ſtũ primę Claſsis eſt dignius quo-
cunq; feſto ſecundę, ac tertiæ Claſ-
ſis: & omne feſtum ſecundæ Claſ-
ſis eſt dignius quocũq; feſto tertiæ
Claſsis. Feſta autē quæ ſunt eiuſ-
dē Claſsis, regulariter ſunt æqua-
lia: niſi quòd feſtũ Domini eſt di-
gnius feſto non Domini, & feſtum
beatæ Mariæ eſt dignius cæteris:
poſtea præcedit feſtum Angeli, de-
inde feſta Apoſtolorum, & Euan-
geliſtarum, quæ ſi non differant,
ſecundùm Claſſes, inter ſe ſunt
æqualia.

¶ Feſtum

9 ¶ Feſtum ſimplex nunquàm trãſ-
fertur, ſed ſi de eo officium fieri nõ
poteſt, fiat commemoratio, vt di-
ctum eſt in Rubrica de Comme-
morationibus, nu. 1. Si autem ve-
nerit in diebus, in quibus de ſim-
plici nulla fit commemoratio, eo
anno non fit de eo amplius.
10 ¶ Si aliquod feſtum xij. Lectionũ
in quo annotatum eſt fieri comme
moratio alicuius Sancti, transfer-
tur propter aduenientem Domi-
nicam, vel aliud feſtum maius, nõ
tamen transfertur cum illo com-
memoratio illius Sancti in eo aſsi-
gnata: ſed dicta commemoratio fit
die ſuo in Dominica, vel alio feſto,
in quo fieri poſsit, cũ ſua Lectio-
ne, ſi propriam de vita Sancti ha-
buerit. Feſtum verò illud xij. Le-
ctionum transfertur ſine vlla am-
plius commemoratione feſti ſim-
plicis prædicti. Quod etiam ſer-
uatur in commemorationibus oc-
currentibus in Vigiliis, cùm de Vi-
gilia veniente in Dominica fit in
Sabbatho: tunc enim commemo-
ratio feſti ſimplicis non fit in offi-
cio Vigilię, ſed in Dominica.

De Concurrentia officij.

1 Concurrentia officij attenden-
da eſt ſemper in ij. Veſp. quo
modo ſit ordinandum officium cũ
ſequenti die. Itaq; cùm dicitur of-
ficium aliquod cum alio concur-
rere, intelligitur de præcedenti in
ſecundis Veſp. cum ſequēti in pri-
mis Veſperis, vt de hodierno in Ve
ſperis cum ſequenti in craſtino.
2 ¶ Duplici ergo in ij. Veſp. concur-
rente cum alio ſequenti duplici æ-
quali, regulariter à Capitulo fit de
ſequenti cum commemoratione
præcedentis: Si autem præcedens
eſt dignius ſequēte, ſemper omnia
fiũt de præcedenti cum cõmemo-
ratione ſequentis. Si uero ſequēs
eſt dignius pręcedente: ſi ſunt eiuſ-
dem Claſsis, omnia de ſequenti cũ
commemoratione præcedentis.
Si ſunt diuerſarum Claſsium, &
præcedens ſit ſecundæ Claſsis, &
ſequens primæ, ſimiliter omnia de
ſequenti cum commemoratione
præcedentis. Si autem præcedens
ſit tertię Claſsis, & ſequens primę,
aut ſecundæ, omnia de ſequenti
ſine commemoratione præceden-
tis, niſi præcedens ſit dies Octauæ
feſti Domini, de qua fit comme-
moratio, vt infra in hac Rub. nu 6.
Hæc omnia intelliguntur, niſi ali-
ter in proprijs locis annotetur.
Duplici verò concurrente cum Se-
miduplici, cum Dominica, cum
die infra Octauam, cum feſto ſim-
plici, & cum Offiicio ſanctę Mariæ
in Sabbatho, omnia in ſecundis
veſperis de duplici cum comme-
moratione illorum. Duplici etiã
concurrente cum feria, vel potius
ſequente feria, omnia de Duplici,
& nihil de feria ſequēti. Sed ſi fe-
ſtum celebretur in Aduentu, Qua-
drageſima, Quatuor temporibus,
fit ſemper cõmemoratio de feria,
ſed non ratione concurſus cum ſe-
quente feria, vt infra dicetur.
Idem dicendum eſt de feſtis ſim-
plicibus venientibus cũ feſto Du-
plici, vel Semiduplici: de quibus
etiam commemoratio fit, non ra-
tione concurſus, ſed quia eodē die
veniunt, vt dictum eſt in Rubrica
de Commemorationibus. num. 1.
¶ Semiduplici feſto, Dominica, & 3
die infra Octauam concurrētibus
cum ſequente duplici, omnia de
duplici cum commemoratione il-
lorum, niſi duplex ſit ex numero
maiorum,

maiorum, quæ ſupra in Rubrica
de Commemorationibus numera-
ta ſunt, in quibus nulla fit com-
memoratio præcedentis. Semi-
duplici feſto concurrente cum ſe-
quenti alio ſemiduplici, cum Do-
minica, vel cum die infra Octauã,
à Capitulo fit de ſequenti, & com-
memoratio de præcedenti niſi ali-
ter ſignetur. Semiduplici autem
concurrente cũ ſequenti feſto ſim-
plici, vel cum officio ſanctæ Ma-
riæ in Sabbatho, omnia de ſemidu
plici cum cõmemoratione ſequen-
tis. Semiduplici concurrente cum
ſequente feria, nihil de feria, vt
dictum eſt ſupra.

4 ¶ Dominica concurrente cum ſe-
quenti feſto ſemiduplici, vel cum
die infra Octauam, vel cum feſto
ſimplici, omnia de Dominica cum
commemoratione ſequentis, niſi
aliter ſignetur. Dominica con-
currente cum feria, nihil de feria,
vt ſupra.

5 ¶ Die infra Octauam concurren-
te cũ ſequenti Dominica, vel ſe-
miduplici, à Capitulo fit de ſequẽ-
ti, cum commemoratione Octauę.
Si duæ Octauæ ſimul concurrant,
vt Octaua Sancti Iohannis Bapti-
ſtæ cum Octaua Corporis Chriſti,
vel è contra, & Octaua ſancti Lau
rentij cum Octaua Aſſumptionis
ſanctæ Mariæ, totum officium fit
de digniori cum commemoratione
alterius, niſi dies Octauæ minus
digni veniat infra Octauam alte-
rius: tunc enim totum officium
fit duplex de die Octaua, cum com
memoratione diei infra Octauã.
Dies infra Octauam cum ſimpli-
ci propriè non habet concurſum,
quia in ſequenti die infra Octauã
non fit de ſimplici, niſi comme-
moratio, quę & eadem ratione in
pcedenti die infra Octauã fieri de-
bet. Dies infra Octauam cum fe-
ria nullum habet cõcurſum, quia
de feria nihil fit, niſi infra Octa-
uam veniat aliqua ex ſupradictis
ferijs Aduentus, Quatuor tempo-
rum, & Vigiliæ, de quibus infra
Octauã fiat tãtùm cõmemoratio.
In Quadrageſima autem fit de fe-
ria cum cõmemoratione Octauæ,
vt dictum eſt in Rubrica de Octa-
uis. numero 1.

¶ Die Octaua concurrente cũ alia 6
die Octaua, à Capitulo fit d ſequẽ-
ti, excepta Octaua Natiuitatis Do-
mini cũ Octaua Sancti Stephani,
& Octaua ſancti Iohannis Apoſto
li cum Octaua ſanctorum Innocẽ
tiũ, & Octaua Corporis Chriſti cũ
Octaua ſancti Romualdi, & cum
Octaua ſancti Iohãnis Baptiſtæ, in
quibus de ſequẽti fit tantum com
memoratio.

¶ Die Octaua concurrente cũ ſe-
quenti duplici, etiã tranſlato, à Ca
pitulo fit de ſequenti cũ cõmemo-
ratione Octauæ, exceptis diebus
Octauis Ephiphanię, Paſchę, Aſcẽ-
ſionis, & Corporis Chriſti, in qui-
bus fit tantum commemoratio de
ſequenti. Si aũt ſequens feſtũ etiã
tranſlatum fuerit ex ſolẽnioribus
ſupra enumeratis in Rubrica de
Commemorationibus, numero 4.
totũ officium fit de ſequenti, cum
commemoratione diei Octauę fe-
ſti Domini: de alijs autem diebus
Octauis nulla fit commemoratio.

¶ Simplex cum alio non poteſt cõ- 7
currere in ſecundis Veſperis (licèt
cum ipſo poſſit eſſe concurſus in
primis Veſperis) quia non habet
ſecundas Veſperas: ſed eius officiũ
terminatur ad Nonam, poſt quam
nihil

nihil fit de eo, nec cõmemoratio.
Si ſequatur aliud ſimplex, Pſalmi
erunt ſecundùm feriam occurren-
tem in Pſalterio ad Veſperas, & à
Capitulo fit de ſequenti ſimplici
ſine vlla commemoratione præce-
dentis. Si ſequatur officiũ duplex,
vel ſemiduplex, Veſperę totę erũt
de eo, ſine vlla ſimiliter cõmemo-
ratione ſimplicis pręcedentis. Sì
nullũ feſtũ ſequatur, ſubintrat of-
ficium de Tempore, & Veſperę to-
tę erunt de feria.

8 ¶ Feria non poteſt concurrere cũ
alio in ſecundis Veſperis, neq; cũ
ipſa poteſt eſſe cõcurſus in primis
Veſperis, quia eius officium inci-
pit, & deſinit, vbi deſinit, & incipit
quodcunq; aliud officiũ, quamuis
propriè (ſi ei dãdum eſt principiũ)
ſequentè feria poſt aliam feriam,
eius officium incipiat à Matuti-
no: terminatur autem ſequente
alia feria, ad Completorium: &
& ideò ſi feria ſequatur aliã feriã,
in Veſperis pręcedentis ferię nihil
fit de ſequenti, quoad ea quę in ſe-
quẽti feria ſunt propria. Verbi gra
tia, ſi in Veſperis ferię tertię ante
feriam quartam Cinerum fiat de
feria, in Veſperis ferię tertię dici-
tur oratio Dominicę pręcedẽtis,
nõ autem ea quę eſt propria in ſe-
quenti feria quarta Cinerũ. Quod
etiam fit quando feria per annum
pręcedit feriam Quatuor Tempo-
rum, & Vigiliarum. Hac etiam ra
tione ſuperiùs dictum eſt in con-
currentia aliorum officiorum, cũ
feria nullum officium cõcurrere,
& nihil fieri de feria pręcedenti,
adueniente alio officio. Si autem
de ea aliquando commemoratio
fieri debet, non fit ratione concur-
ſus, ſed quia eo die, quo officiũ fe-
riarum Aduentus, Quadrageſimę,
Quatuor temporum Vigiliarũ, &
Rogationum impeditur, illarum
commemoratio ratione tẽporis ex
pręcepto Eccleſię pteriri nõ debet.

¶ Cùm verò occurrit, vt feſtũ ſim- 9
plex veniat ĩ feria quarta & ſexta,
ac Sabbatho Quatuor temporum,
in feria quarta Cinerum, & in Vi-
gilijs, quæ ieiunantur, Veſperę an-
tecedentes erunt de feria commu-
ni per annum, non autem de ſe-
quenti, vt dictum eſt, cum com-
memoratione feſti ſimplicis in ſe-
quenti feria occurrentis, quod
ideò non fit, quia ſequens feria
habeat primas Veſperas, ſed quia
cùm feſtum ſimplex in ſequenti
die non habeat officium propter
feriam prędictam in ea occurren-
tem, nec etiam conuenit illud
habere Veſperas pręcedentis diei.

De Officio S. Marię in Sabbatho.

DE hoc officio quando, & quo
modo celebrandũ ſit, ponitur
Rubrica circa finem Breuiarij.

De Ordinando Officio ex prædictis Rubricis.

SI quis velit ex ſupradictis Ru- 1
bricis ordinare officium occur
rentis diei, videat in Kalendario,
& in Tabula feſtorum mobilium,
de quo fiat officium ſequenti die:
& de quo inuenerit eſſe facien-
dum, ſic ordinabit illud in Veſpe-
ris, & aliis horis nocturnis, &
diurnis.

¶ Si ordinandum ſit officium de 2
tempore, ideſt de Dominica, vel
feria, recurrendum eſt ſemper ad
Pſalterium, vbi ordinatè ponitur
quod eſt cõmune officij de tempo-
re cum diſtributione Pſalmorum:
& ad Proprium de tempore, vbi
Lectiones, Reſponſoria, quędam
Antiphonę,

Antiphonæ & Orationes ponunt͂, quæ desunt in Psalterio. Inuitatorium, Hymni, Capitula, Versus, Responsoria breuia, & Antiphonę quæ diuersis temporibus ponūtur in Proprio, dicuntur loco eorum quæ sunt in Psalterio; cùm verò propria non adfuerint, dicuntur, vt in Psalterio.

3 ¶Si officium sit ordinandum de Sancto, recurrendum est semper ad Commune Sanctorū, nisi proprium habeat in Proprio Sanctorum, vbi pro qualitate festi, omnia ordinatè ponuntur, exceptis aliquibus, quæ suis locis habentur propria. Si festum fuerit simplex, (nocturnis feriæ, & Lectionibus exceptis) omnia de Communi sumuntur. Lectiones primi Nocturni in officio duplici, vel semiduplici sumuntur de Scriptura in officio de tempore (si commodè fieri poterit) vel de Communi. Quæ verò propriè, aut de Cōmuni Sanctorum in festis assignantur, ex Proprio, vel Cōmuni requirantur. Infra Octauas leguntur tres Lectiones de Homilia in proprijs locis positæ, vel assignatæ. In festis simplicibus, ac in Sabbatho, quando fit Officium de sancta Maria, prima, & secūda Lectio, vel prima tantùm sumitur de Scriptura.

4 ¶In maioribus solennitatibus, & festis per annum, totum officium ordinatur, vt in proprijs locis ponitur.

5 ¶Modus inchoandi officium, dicendi Inuitatorium, Hymnos, Antiphonas, & Versus, habetur in principio Psalterij. Cùm verò Antiphonæ duplicandæ sunt, dicūtur integræ antæ, & post Psalmos.

6 ¶Modus dicendi Absolutiones, & Benedictiones ante Lectiones, easque legendi, & terminandi, dicendi Responsoria post ipsas, ac Versus, & Responsoria breuia post Capitula habetur in prima Dominica Aduentus.

7 ¶Quo modo sit inchoandum, & terminādum officium per Horas, habetur in Psalterio.

8 ¶Quo modo terminandū per Antiphonas Beatæ Mariæ habetur in fine completorij. Vt autem hæc omnia faciliùs habeantur, positæ sunt sequentes Rubricæ de singulis Horis, earumq; partibus distinctè cognoscendis.

De Matutino.

1 AD Matutinum, hęc per ordinē regulariter dicuntur (excepto triduo maioris hebdomadę, in quo Matutinum, & reliquum Officiū dicitur, vt ibidem ordinatur) Pater noster, Aue Maria, & Credo. secretò: Deinde clara voce Hebdomadarius dicit: Deus in Adiutorium, &c. cæteris respondentibus: Domine ad adiuuandū, &c. manu extenta signando se signo Crucis à fronte ad pectus, & à sinistro humero vsque ad dextrum, cū Gloria Patri, & alijs, vt in principio Psalterij. Deinde ter dicitur alternatim (choro Hebdomadarij incipiēte) Domine labia mea, &c. Pollice signando sibi os signo Crucis: Deinde sequitur Psalmus: Domine quid multiplicati. Postea dicitur Inuitatorium conueniēs officio de Tempore, vel de Sancto: Quod dicitur cum Psalmo, Venite, eo modo, quo in Psalterio describitur. Dicto Psalmo, & repetito Inuitatorio, dicitur Hymnus conueniens officio de Tempore, vel de Sancto.

¶Postea

2 ¶ Postea in Duplicibus, Dominicis, & Semiduplicibus dicuntur duodecim Psalmi, & Cantica tria cum suis Antiphonis, & Versibus, quæ tempori, vel festo conueniūt: Lectiones duodecim, totidēq; Respōsoria, vt suis locis ponit͂ ꝑ tres nocturnos distinctos, hoc modo.

3 ¶ In primo nocturno dicuntur sex psalmi cum sex Antiphonis, post singulos psalmos vna Antiphona: sed in Dominicis dicuntur tres tātùm Antiphonæ, vt in Psalterio. A Dominica verò in Albis vsque ad Ascensionem dicuntur sub vna Antiphona tantùm: & in fine psalmorum post vltimam Antiphonā cuiusque nocturni dicitur Versus. Postea Pater noster. secretò, & clara voce Et ne nos. Deinde dicitur Absolutio, Exaudi Domine. Benedictio, Benedictione perpetua: & alię ad singulas Lectiones, vt in prima Dominica Aduentus ordinatur. Deinde leguntur quatuor Lectiones de Scriptura, quę per ordinem in Officio de tēpore occurrunt, nisi alię assignentur: & post singulas Lectiones dicitur vnum Respōsorium conueniens officio: si de Tēpore, vt in Proprio de T͞pe: si de Sanctis, vt in Proprio Sāctorū: alioquin vt in Cōmuni, quàmuis Lectiones primi nocturni sint de Scriptura Officij de Tempore.

4 ¶ In fine vltimi Respōsorij cuiusque nocturni, dicitur Gloria Patri, cum repetitione partis Responsorij eo modo quo notatur in prima Dominica Aduentus (primo Responsorio illius Dominicę excepto.) Tempore Passionis non dicitur Gloria Patri: sed eius loco repetitur Responsorium à principio vsq; ad Versum.

5 ¶ In secundo nocturno dicuntur alij sex Psalmi, & Antiphonæ, Versus, Pater noster, Absolutio, Ipsius pietas: & eius consequentes Benedictiones, vt in dicta prima Dominica Aduentus habētur. Postea aliæ quatuor Lectiones de aliquo sermone, aut de vita alicuius Sancti, & ad quamlibet Lectionem vnum Responsorium officio conueniens.

6 ¶ In tertio nocturno dicūtur semper tria Cātica cum Antiphona secundùm qualitatem temporis, vt suis locis notatur: deinde Versus, Pater noster, Absolutio A vinculis: & Benedictiones consequentes ad singulas Lectiones, (quæ erunt de Homilia Euangelij de Tempore, vel de festo secundùm qualitatem officij,) vt in eadem prima Dominica Aduentus. Duodecimo Responsorio absoluto, dicitur Hymnus, Te Deum. quo finito dicitur Dominus vobiscum, cum Euangelio pro qualitate officij Postea dicitur Hymnus, Te decet laus, & oratio cōueniens officio. Deinde Dominus vobiscum, & Benedicamus Domino, & Versus, Fidelium animæ.

7 ¶ In officio trium Lectionum, vel simplici, Ad Matutinum, Pater noster, Aue Maria, & Credo. vt sup. Inuitatoriū, & Hymnus in feriali officio de feria, si non sint in Proprio de Tempore, dicuntur vt in Psalterio, in festis de festo, vt in Cō mmuni Sanctorum. Deinde vnum nocturnum ferię, vt in Psalterio cum Antiphonis: & tempore Paschali vna Antiphona, scilicet, Halleluia. Quod fit tàm in officio feriali, quàm in festis simplicibus

8 ¶ Post sex Psalmos primi nocturni, &

ni, & Antiphonas dicitur Versus, in feriali officio, vt in Psalterio: in festis, vt in Communi Sanctorum, pro qualitate eorum ex primo nocturno Communis. Post Versum dicitur Pater noster, Absolutio, & Benedictiones, vt dicitur in Rubrica in Prima Dominica Aduentus. Deinde leguntur tres Lectiones à Dominica proxima Kalendis Nouembris vsque ad Pascha, & (si non adsit Homilia) singulæ in officio feriali dicuntur de Scriptura, quæ eo die occurrit in Proprio de Tempore, cum Respõsorijs per ordinẽ de Dominica, nisi in ferijs adsint propria, vt suis locis ponitur: si adsit Homilia singulæ tres erũt de Homilia. Dominica autem in albis vsque ad Dominicam quintam post Pascha & à festo Trinitatis vsque ad dictam Dominicã proximam Kalendis Nouembris dicitur regulariter vna tantùm Lectio in feriali officio, quæ in choro erit de Scriptura currẽte in Proprio de tempore: extra Chorum autem dicitur Lectio breuis, quæ habetur in Psalterio cũ suo Responsorio: Tempore verò Paschali habetur suo loco proprio.

9 ¶ In festis prima & secũda Lectio dicitur de Scriptura occurrente, tertia de Sancto, vel prima tantùm de Scriptura, & reliquæ duæ de Sancto cum Responsorijs de communi secundùm qualitatem festi, & feriam occurrentem, vt dicitur in Rubrica de Responsorijs, nu. 2. In fine tertij Responsorij dicitur Gloria Patri cum repetitione partis Responsorij, vt supra. Deinde dicuntur alij sex psalmi, vt supra: postea Capitulum, vel de Proprio temporis, vel de Psalterio cum suo Versu, & Oratione, vt suis locis ponitur. In festis sumitur Capitulum de Communi Sanctorum quod dicitur ad Sextam cum suo Versu, & Oratione propria, vel de Communi assignata.

10 ¶ Officium ad Matutinum infra Octauas dicitur vt in festo simplici, excepto quòd Antiphonæ, & Psalmi ad nocturnos dicuntur, vt in die festi, & tres Lectiones leguntur de Homilia in Euangelium festi, vt suis locis ponitur, nisi tertia Lectio legenda sit de Homilia Vigiliæ, vel de vita Sancti, vt dicitur in Rubrica de Commemorationibus numero 7. & 8.

De Laudibus.

1 AD Laudes, Pater noster, Aue Maria, Deus in adiutorium. Deinde dicitur Psalmus, Deus misereatur nostri, sine Antiphona aliqua: postea dicuntur psalmi & Cãticum cum Antiphonis officio cõuenientibus. Qui psalmi, & Canticum in Dominicis, & ferijs per annum dicuntur vt adnotatur in Psalterio. In festis duplicibus, semiduplicibus, & infra Octauas, & in Sabbatho, quando fit de sancta Maria, ac in festis simplicibus per annum, & in Dominicis, & ferijs Tempore paschali dicuntur Psalmi Dominus regnauit, & reliqui cum Antiphonis de Proprio, vel de Comuni.

2 ¶ Antiphonæ in Dominicis quando propriæ non assignantur, dicuntur vt in Psalterio, in festis autem etiam simplicibus, si non adsint propriæ, dicuntur de Cõmuni. Post Psalmos dicitur Capitulum, Responsorium breue, Hymnus, Versus, Antiphona ad Benedictus cum eodem Cantico, Kyrieeleison, Pa-

ter noster, clara voce ab eo qui preest choro, & oratio ab Hebdomadario: omnia pro qualitate officij de Tempore, vel de festo.

3 ¶ Commemorationes communes quando dicendæ sunt post orationem dicantur, nisi alia Commemoratio festi simplicis occurrat, quæ semper prædictas Commemorationes præcedit.

4 ¶ Ante orationem dicitur, Dominus vobiscum, & Oremus: & post vltimam orationem repetitur Dominus vobiscum: Deinde dicitur, Benedicamus Domino, & Versus, Fidelium animæ, Pater noster, Dominus det nobis suam pacem, & Antiphona Beatæ Mariæ, vt habetur in fine Completorij.

De Prima.

1 AD Primã Pater noster, Aue Maria, Deus in auditorium, Hymnus Iam lucis: Deinde inchoatur Antiphona, quæ conuenit: quæ in festis ad omnes Horas sumitur ex Laudibus per ordinẽ, quarta pretermissa. In aliis seruetur Rubrica inferius posita de Antiphonis. Postea dicuntur psalmi, qui in Dominicis, & feriis, etiam si fiat de festo, dicuntur vt in Psalterio, preterquam in triduo maioris hebdomadæ.

2 ¶ Post antiphonam dicitur Capitulum. Regi seculorum, in festis etiam simplicibus, & feriis Tempore paschali. In aliis autem feriis per annum, Pacem & veritatem, vt in Psalterio, deinde Versus. Exurge Christe. Kyrieeleison. Pater noster: Et ne nos. Credo in Deũ, & reliqua omnia vt in Psalterio ad Primã feria secunda.

3 ¶ Notandum autem quòd quando aliquis solus dicit officium, semel tantùm dicat Cõfiteor, omissis illis verbis, Tibi Pater, vel vobis Fratres, & te Pater, & vos Fratres quod etiam seruatur, quando dicitur ad Completorium. Et similiter, quando dicit Misereatur, & Indulgentiam, verba illa, Vestri, & Vestris, & Vos, & item Nostrorum, & Nobis: ad seipsum referat, dicens, Mei, Meis, & Me: & Meorũ, & Mihi. Quando verò ad vnum solum verba sunt referenda, dicat: Tui, & Tuis, & Te.

4 ¶ Post orationem in Choro legitur Martyrologium: deinde dicitur Pretiosa, cum reliquis, quę etiam dicantur ab iis, qui extra Chorum non legerint Martyrologium. In fine ad Absolutionem Capituli in festis dicitur Capitulum Nonæ: Alio tempore, tàm in Dominicis, quàm in feriis, vt in Psalterio.

De Horis, Tertia, Sexta, & Nona.

1 AD Tertiam, Sextam, & Nonã, ante singulas horas dicitur Pater noster, Aue Maria, Deus in adiutorium, Hymnus, & psalmi, vt in Psalterio, Antiphonæ secundùm officii qualitatem ordine, quo supra. Dictis Psalmis, & Antiphona dicitur Capitulum, & Versus pro qualitate officii, quæ omnia in Dominicis, & feriis, quando nõ habentur propria in Proprio de tempore, dicuntur vt in Psalterio. In festis autem, si in Proprio Sanctorum non sint propria, sumuntur de Communi. Post Versum dicitur Kyrieeleison. Pater noster, vt supra. Dominus vobiscum. Oratio, quæ habetur in Proprio de tempore: si autem fit de Sancto, vt in Proprio Sanctorum, alioquin vt in Cõi. Post orationem repetitur Dñs vobiscum. Deinde

dicitur, Benedicamus Domino, Fi
delium animæ, Pater noster secre-
tò, si terminandum sit officium.

De Vesperis.

1 AD Vesperas Pater noster, Aue
Maria, Deus in adiutorium.
Deinde dicuntur quatuor psalmi
cũ Antiphonis, vt in Proprio, aut
in Communi Sanctorum assignan
tur. In Dominicis autem & ferijs
Antiphonæ, & psalmi semper di-
cuntur, vt in Psalterio, nisi aliæ
propriæ Antiphonæ, vt in Domini
cis Aduentus, assignentur. Tempo
re Paschali psalmi dicuntur sub
vna Antiphona tantùm, Hallelu-
ia, in officio de tempore. In festis
autem vt suis locis ponitur.

2 ¶ Post psalmos, & Antiphonas di-
citur Capitulũ, & Responsorium
breue, tàm in primis, quàm in se-
cundis Vesperis, vt suis locis poni-
tur. Deinde dicitur Hymnus, Ver-
sus, Antiphona ad Magnificat cũ
eodem Cantico, Kyrieeleison, Pa-
ter noster, clara voce ab eo, q̃ præ-
est Choro, & Oratio conueniens
officio ab Hebdomadario.

3 ¶ In feriali officio omnia dicun-
tur, vt in Psalterio: In festis verò
vt in eisdem, aut in eorum Com-
muni ponitur.

¶ Commemorationes communes
fiunt post Orationem, quando di-
cendæ sunt, vt dictum est post Ve-
speras Sabbathi in Psalterio.

De Completorio.

AD Completorium omnia di-
cuntur, vt in fine Psalterij.

De Inuitatorio.

1 INnuitatorium semper dicitur ĩ
omni officio ad Matutinum cũ
psalmo, Venite, ordine in Psalterio
descripto: sed variatur pro quali-
tate officij, ut in Psalterio, & in
Proprio de tempore, ac in Proprio,
& Communi Sanctorum.

¶ Non dicitur in triduo ante Pa- 1
scha, nec in officio Defunctorum
per annum, exceptis die Comme-
morationis omnium fidelium De
functorum, in duobus anniuersa-
rijs, & præsente corpore, vt dicitur
in officio Defunctorum in fine
Breuiarij.

De Hymnis.

HYmni semper dicũtur in qua- 1
libet Hora, preterquàm in tri
duo ante Pascha, & in officio De-
functorum. Ad Matutinũ, Hym-
nus, dicitur post psalmum, Venite,
repetito Inuitatorio. Ad Laudes,
& Vesperas dicĩt post Responsoriũ
breue. Ad Horas ante psalmos, ad
Completorium verò post psalmos.

¶ Dicuntur autem in officio, de 2
tempore, vt in Psalterio, quando
proprij Hymni in Proprio de tem-
pore nõ adsunt: qui hymni de Psal
terio in Dominicis, & ferijs assi
gnati ad Matutinum, Laudes, &
Vesperas dicuntur ab Octaua Pen
tecostes, vsque ad Dominicam pri-
mam Aduentus exclusiuè (Dñica
infra Octauam Corporis Chri-
sti excepta) & ab Octaua Epipha-
niæ vsq; ad Dominicam primam
Quadragesimæ etiã exclusiuè. In
officio de Sanctis dñr vt in Cõi Sã-
ctorum, nisi in proprio Sanctorum
habeantur proprij. In alijs verò
Horis nunquàm mutantur, exce
pto Hymno Tertiæ, qui mutaĩ in
Pentecoste, & per Octauam, ut ibi.

¶ Hymni in festis Proprij, & per 3
Octauas eorum, & Tempore pa-
schali semper terminantur, vt suis
locis adnotatur, etiam si dicantur
hymni de Sanctis, qui eisdem tem-
poribus celebrãtur, dũmodo sint
eiusdem

eiusdem metri. Per annum autẽ,
& in cæteris festis, vt in Psalterio.

De Antiphonis.

AD omnes Horas, præterquàm
ad Completorium, semper cũ
psalmis dicuntur Antiphonæ, uel
vna, vel plures, pro diuersitate Of-
ficij & Horarum.

2 ¶ Si de tempore fiat officium, idest
de Dominica, aut feria, dicuntur
Antiphonæ vt in Psalterio, quæ cũ
psalmis positæ in Vesperis Domi-
nicæ, & feriarum, ac in nocturnis
(etiam quando fit officium de fe-
sto trium Lectionum, idest, simpli
ci) nunquàm mutantur, nisi Tem-
pore paschali, in quo dicĩt vna tan
tum Antiphona, Halleluia: exce-
pto etiam tempore Aduentus, quo
tempore ad Vesperas, & Noctur-
nos Dominicæ ponuntur propriæ.
In Laudibus, & alijs Horis mutã-
tur pro diuersitate temporum, ut
in Proprio de tempore habentur.
Cum vero non assignantur, sem-
per dicuntur quæ positæ sunt in
Psalterio.

3 ¶ Antiphonæ quæ in proprio de
Tempore Sabbatho ponuntur ad
Magnificat pro prima Dñica ali-
cuius mensis, sumendę sunt ex ea
Dñica, quæ est proximior Kalen-
dis, uel est in Kalendis illius men-
sis, vt supra in Rubrica de Domini
cis. nu. 4. ac etiam in Rubrica mẽ-
sis Augusti dicitur, & semper in
Sabbatho ponitur Antiphona ad
Magnificat, quæ contigua est libro
Scripturæ in Dominica ponendo.

4 ¶ In festis Duplicibus, & Semidu-
plicibus ad Vesperas dicuntur An
tiphonæ de Laudibus, nisi propriæ
in Vesperis assignentur. Ad Horas
similiter tàm in officio de Tempo
re, quàm de Sanctis, quando habẽ-
tur propriæ in Laudibus, & aliæ
propriæ non fuerint ad Horas, su-
muntur ex Laudibus, quarta præ-
termissa, hoc ordine. Ad Primam,
prima. Ad Tertiam, secunda Ad
Sextam, tertia. Ad Nonã, quinta. 5

¶ In ferijs Aduentus, quæ non ha
bent ad Horas proprias Antipho-
nas, sumuntur ex Laudibus Do-
minicæ præcedentis. Si vero in
Laudibus feriarum Aduentus fue
rint propriæ, sumuntur vt dictum
est, ex ipsis Laudibus feriarum 6
propriæ.

¶ Tempore paschali, siuè in offi-
cio legantur duodecim Lectiones,
siuè tres, siuè vna, psalmi noctur-
norum cuiuslibet nocturni dicun-
tur sub vnica Antiphona, quæ of-
ficio conuenit, vt suis locis poni-
tur, & dictum est supra in Rubri-
ca de Matutino numero 3. 7

¶ In duplicibus ad Vesperas, Ma-
tutinum, & Laudes tantum, Anti-
phonæ dicuntur ante psalmos in-
tegræ, & post psalmos integræ repe
tũtur, & in alijs Horis, & in officio
nõ duplici, in principio psalmi in-
choatur tantum Aña, deinde in fi-
ne integra dicitur. Et qñ Antipho-
na incipit sicut psalmus, post ince-
ptam Antiphonam dicatur quod
sequitur in psalmo sine repetitio-
ne principij, ab eo loco, vbi desinit
Antiphona. 8

¶ Añis proprijs tàm in officio de
Tempore, quàm de sanctis sem-
per cedunt, quæ habẽtur tàm in
Psalterio, q̃ in Cõmuni Sanctorũ. 9

¶ Quãdo fit aliqua cõmemoratio,
semper dĩ Antiphona ante oratio-
nem cum Versu, quæ sumitur ex
officio, quod conuenit ei, de quo
fit commemoratio: ita vt in Ve-
speris sumatur Antiphona, quæ

assignatur

assignatur ad Magnificat: in Laudibus, ad Benedictus, cum Versibus, qui habentur post Hymnum. Vide in Rubrica de Commemorationibus, numero 6.

10 ¶Antiphonę Sanctę Mariæ positę in fine Completorij dicuntur, vt inferiùs in ꝓpria Rubrica dicitur.

De Psalmis.

1 PSalmi in officio de tempore per omnes Horas in Dominicis & ferijs dicuntur eo modo, quo distributi sunt in Psalterio. In festis autem dicuntur, vt in proprijs locis assignantur, alioquin vt in Communi Sanctorum.

2 ¶Psalmi ad Laudes de Dominica cum Cantico Benedicite. dicuntur in omnibus Dominicis per annũ, exceptis his, quæ veniunt infra aliquas Octauas, etiam si in ipsis fiat officium de Dominica. In Dominicis, & ferijs temporis Paschalis, & in festis duplicibus, & semiduplicibus, ac simplicibus per annum, vt notantur in Laudibus Dominicæ, & locis proprijs scilicet Dominus regnauit, cum reliquis vt in Psalterio.

3 ¶Psalmi Horarum, scilicet ad Primam, Tertiam, Sextã, & Nonam, non mutantur, siuè de Sanctis, siuè de Tempore fiat officium, & dicũtur semper, vt dispositi sunt per ferias in Psalterio, præterquàm in triduo maioris hebdomadæ.

4 ¶Psalmi de Dominica ad Vesperas, vt plurimum dicuntur in Vesperis festorum, excepto vltimo, qui aliquando mutatur, cùm verò aliter fit, suis locis notatur. In Vesperis infra Octauas dicuntur psalmi, vt in secũdis Vesperis festi, exceptis primis Vesperis diei Octauę, in quibus dicũtur vt in primis Vesperis festi.

5 ¶Psalmi ad Completorium, nunquàm mutantur, nisi in triduo ante Pascha, in quo dicuntur, vt ibidẽ ponitur.

6 ¶In fine Psalmorum, quando etiã diuiduntur, semper dicitur Gloria Patri, præterquàm in psalmo, Laudate Dominum de cœlis, in quo dicitur tantùm in fine vltimi psalmi.

Præterea non dicitur in triduo ante Pascha, exceptis Vesperis, & Cõpletorio Sabbathi Sancti, vt ibidẽ adnotatũ, nec in officio Defunctorum, cuius loco pro Defunctis dicitur, Requiem æternam, vt suo loco notatur.

De Canticis.

2 CAntica dicuntur in officio de Tempore, & de Sãctis pro tertio nocturno tàm in Dominicis, quàm in festis, vt suo loco distribuuntur. Ad Laudes autem in festis, Dominicis, & ferijs, & item ad Vesperas, vt in Psalterio ordinatũ.

2 ¶ In omnibus festis, etiam simplicibus, & infra Octauas, & Tempore paschali, ad Laudes semper dicitũ Canticũ Benedicite, vt in Dñica: & in fine eius non dicitur Gloria Patri, sicut in alijs Cãticis dicitur, nec respondetur Amen. Alia Cantica ferialia vt ĩ Psalterio, ad Laudes non dicuntur, nisi quando officium fit de feria extra tẽpus Paschale.

3 ¶Cantica Benedictus, & Magnificat semper dicuntur, vt in Psalterio, suo loco: Canticum verò: Nũc dimittis dicitur tantùm in triduo ante Pascha, vt ibidem adnotatur.

De Versibus.

1 VErsus semper dicuntur ad Matutinũ post vltimã Antiphonam Nocturnorum, siuè in officio dicantur tres Nocturni, siuè duo. Sed qñ dicuntur tantùm duo nocturni, in fine secundi, & ad alias Horas Versus dicitur semper post Capitulum. Ad Laudes, & Vesperas dicitur post Hymnum. Ad Primam & Completorium nunquàm mutatur. In aliis horis variatur pro qualitate officii.

2 ¶ Versus positi in Psalterio ad omnes Horas semper dicuntur, quando alii proprii non assignantur in proprio de Tempore.

3 ¶ Quando fit aliqua commemoratio semper post Antiphonam eiusdem de quo fit commemoratio dicitur Versus, qui in eius officio ponitur post Hymnum Vesperarum, & Laudum, nisi aliter signetur.

4 ¶ Versibus Tempore Paschali semper additur Halleluia.

5 ¶ Versus Dominus vobiscum semper præponitur Euangelio, quando dicendum est integrum, & Orationi, & post eam repetitur, vt dicitur in Rubrica de Oratione. numero 3.

6 ¶ Versus Deus in adiutoriũ, dicitur in principio cuiuslibet Horę, prę terquàm ad Cõpletorium cui præponitur alius Versus, scilicet, Conuerte nos Deus, vt suo loco notatur.

7 ¶ Versus Fidelium animæ, dicitur ad omnes Horas post Benedicamus Domino, præterquàm ad Primam ante Pretiosa, sed dicitur tantùm in fine, vt ibi ponitur, & ad Completorium, & nisi post officium diei dicatur officium sanctæ Mariæ, quia tunc dicitur post illud.

8 ¶ In festis, & infra Octauas dicuntur, vt suis locis ponitur.

De Absolutionibus, & Benedictionibus ante Lectiones.

1 ABsolutiones, & Benedictiones dicuntur per ordinem ad Matutinum in officio tàm duodecim, quàm trium Lectionum ante Lectiones, vt dicitur in Rubrica posita in prima Dominica Aduentus, scilicet post versum, dicto Pater noster. Et ne nos. dicitur Absolutio, & Benedictiones, vt ibidẽ ponitur, præterquàm in Matutinis tenebrarum maioris hebdomadæ, & in officio Defunctorum, in quibus Absolutio, & Benedictiones non dicuntur.

De Lectionibus.

1 LEctiones leguntur ad Matutinum dictis psalmis nocturnorum cum Antiphonis, Versibus, Absolutionibus, & Benedictionibus, vt supra. In duplicibus, Dominicis per totum annũ, & semiduplicibus dicuntur duodecim Lectiones, idest in quolibet nocturno quatuor Lectiones. Infra Octauas verò, & festis simplicibus, & quando fit officium Beatæ Mariæ in Sabbatho, leguntur tantùm tres Lectiones, & in ferijs per annum à Dominica proxima Kalendis Nouembris vsque ad Pascha similiter tres. Ab octaua autem Paschę vsque ad Dominicam quintam post Pascha, & à festo Trinitatis vsque ad Dominicam proximã Kalendis Nouembris legitur vna tantùm Lectio, quæ in Choro erit de Scriptura currente: extra Chorũ verò legitur Lectio breuis cum suo Respõsorio breui post dictã Octauã, vel in Psalterio posita pro qualitate temporis, nisi ponendum sit initium aliquod Scripturæ, & nisi Responsoria infra hebdomadã

ſint primò ponenda, vt dicitur in Rubrica de Reſponſoriis, nume. 4. & niſi legenda ſit Homilia, quia tunc leguntur tres Lectiones.

2 ¶ In officio duodecim Lectionũ leguntur hoc modo. In primo nocturno ſemper leguntur quatuor Lectiones de Scriptura, quæ quando ſuis locis propriæ, aut de Communi ſanctorum non aſsignãtur, ſemper leguntur, vt in officio de Tempore, quæ ſua quaque die occurrunt legendæ, quæ in feſtis duodecim Lectionũ diuidũtur in quatuor: in ſimplicibus autem & quã do fit de Sancta Maria in Sabbatho diuidunt̃ in duas. Sed quia in Breuiario paruo à Dominica in Albis vſque ad Dominicam primam menſis Nouembris non ſunt poſitę Lectiones de ſcriptura, niſi in Dominicis regulariter, ideo in feſtis xij. Lectionũ, quæ tunc temporis occurrerint, ſi non habuerint proprias Lectiones de ſcriptura, legãtur de Communi extra Chorũ. In ſecundo nocturno leguntur aliæ quatuor Lectiones, vel de vita Sancti, vel de ſermone aliquo pro qualitate officij, vt ſuis locis ponitur. In tertio nocturno legũtur aliæ quatuor Lectiones de Homilia in Euãgelium poſitæ in Proprio, aut ex Communi aſsignatæ, & primæ Lectioni de Homilia præponit̃ ſemper principiũ Lectionis de Euãgelio de quo eſt Homilia, et infra octauas. Excipiuntur ab hoc ordinario Lectionũ Matutini tenebrarum ante Paſcha, & Defunctorũ, vt in ſuis locis ponitur.

3 ¶ Si in officio Duplici, vel Semiduplici, contingat fieri commemoratio de aliquo Sancto, qui ꝓpriam habet Lectionem, vltima Lectio legitur de Sancto, & ſi fuerint duæ de Sancto, cuius fit commemoratio, ex duabus Lectionibus fit vna Lectio, omiſſa duodecima in officio duodecim Lectionum, vel tertia in officio trium, vt eſt infra Octauas. Quòd ſi eodem die occurrat Dominica, vel feria, quæ habeat Homiliam, vltima Lectio Sancti omittitur, & eius loco legit̃ Homilia Dñicæ, vel feriæ, nõ autẽ Octauæ: & inter plures Homilias ſimul cõcurrẽtes dignior legat̃.

4 ¶ In officio trium Lectionum, ſi fit de feria, Lectiones legunt̃ d Scriptura, niſi tres ſint de Homilia. Si fit de Sãcto, q habeat duas Lectiones, prima tantùm erit de Scriptura: ſecunda & tertia de ſancto. Si vnam tantùm habuerit, vel propriam, vel ex Cõi aſsignatam, prima & ſecũda erũt de Scriptura, tertia de Sãcto, quod etiã ſeruatur in officio Sanctæ Marię in Sabbatho. Sed quando in Breuiario paruo non ſunt poſitæ Lectiones de Scriptura, tunc ꝓ prima lectione dicitur Lectio breuis, pro qualitate tẽporis, ſecunda & 3. erunt de Sancto: quod ſi vnam tantùm habuerit, diuidatur: quod etiã ſeruat̃ in officio Sãctæ Mariæ in Sabbatho.

5 ¶ Si initium Lectionis de ſcriptura transferatur in ſecundã feriam, Lectiones Scripturę poſitæ in ſecunda feria, cum alijs de eadem ſcriptura adiunctæ legantur: quod ſemper eſt faciendũ, qñ lectiones de Scriptura aliquo die omittunt̃.

6 ¶ Lectiones autem de Scriptura in officio de Tempore ſic diſtributæ ſunt per annum, vt quotidie aliquid ex ea legatur, etiã in officio de Sanctis, qñ aliæ, vt dictũ eſt, nõ aſsignant̃, ꝓterq̃ à Dñica in Albis

vſq; ad Dñicã primã Nouẽbris in Breuiario paruo, vt dcm̃ eſt ſupra.

7 ¶ Initia librorum ſacræ ſcripturæ (qui ferè ſemper in Dominicis inchoantur) eo die ponuntur, quo notata ſunt, etiam ſi fiat officium de Sancto, niſi in feſto aliæ proprię Lectiones Scripturæ de Communi aſsignentur: tunc enim initium Lectionis de Scriptura transfertur in ſequentem diem ſimiliter non impeditam: Hiſtoria verò, ideſt Reſponſoria ex hiſtoria Scripturæ ſumpta, ſi ea die in quam transfertur initium Scripturę propter feſtũ occurrens poni non poſsit, ponatur infra hebdomadam, vt dicitur in Rubrica de Reſponſoriis, nu. 4. In Breuiario verò paruo, quando Scriptura non eſt poſita per hebdomadam, & Reſponſoria infra hebdomadã ſint primò ponenda, initiũ ſcripturæ trãsferat in eadẽ die, in qua Reſpõſoria transferuntur, & in Dñica (ſi non adfuerint propriæ de Sancto) legatur de Cõi. Cùm autem initium alicuius Epiſtolę Beati Pauli poſt Octauã Epiphaniæ, vel Epiſtolę Canonicę Tẽpore Paſchali, aut alicuius Prophetę minoris menſe Nouembri, infra hebdomadam illorum temporum impeditur aliquo feſto duodecim Lectionũ habente proprias Lectiones de Scriptura, dictum initiũ Epiſtolæ, & Prophetæ, quoad commodè fieri poterit ponatur in ſequenti feria alio ſimili initio Scripturę ponendo, vel feſto non impedita, alioquin in præcedenti non impedita, vel cùm alijs Lectionibus de eadem Scriptura in ſequentibus cõtinuetur, ita vt aliquo modo ponatur. Cùm etiam initium Lectionis alicuius Libri de Scriptura tranfertur in aliam diẽ, alię Lectiones eadẽ die de Scriptura aſsignatę omittantur, ita vt nõ oporteat eas amplius in alio ſequẽti die reſumere. ſed illæ legunt̃, q̃ ſua quaq; die occurrũt, qđ ſemꝑ ſeruetur, quãdo Lectiones occurrẽtes de Scriptura legi non poſſunt.

8 ¶ De Scriptura quoque tãtum eſt poſitum, quãtum ſatis videtur pro numero hebdomadarum, quæ eſſe poſſunt & inter Epiphaniam & Septuageſimam, & inter Pentecoſten & Aduentum. Vbi verò contingit minui numerum Dominicarum, & hebdomadarum poſt Epiphaniam, adueniente Dominica Septuageſimę, & poſt Pentecoſten adueniente alia Dominica, vt infra dicitur; quod ſupereſt de Scriptura alicuius Libri pro numero dictarum Dominicarum & hebdomadarum poſiti, eo anno omittitur. Quod etiam fit de ſcriptura ex Libris Regum, de quibus legitur ab Octaua Pentecoſtes vſque ad primam Dominicam Auguſti, cùm nõ expletur numerus Dominicarum poſt Octauam Pentecoſtes de eo libro annotatus vſq, ad mẽſem Auguſti: quia tunc Lectionibus de eo libro omiſsis, legitur Scriptura, quę ponitur menſe Auguſti. Quod & ſimiliter & in ſequentibus mẽſibus obſeruatur, cũ mẽſis, cui quinque Dominicæ aſſignantur, non habuerit, niſi quatuor: tunc enim omittũtur Lectiones quintę Dominicę, & eius hebdomadę, & ponuntur Lectiones primę Dñicę ſequentis menſis. & eius hebdomadę, q̃ ſcilicet Dominica proximior eſt Kalẽdis illius mẽſis, ſecũdùm Rubricã mẽſis Auguſti poſitam in Proprio de tẽpore.

9 ¶ Lectiones Dominicæ quintæ Se-
ptembris, & Octobris, quando ha-
buerint tantùm quatuor Domini-
cas, leguntur feria quinta pręcedē
tis hebdomadæ non impedita fe-
sto duplici, quod habeat proprias
Lctōnes Scripturæ, alioq̃n legunt,
vt ibi in ꝓpriis Rubricis ponitur.

10 ¶ Lectiones etiam secundæ Domi
nicæ Nouembris & eius hebdoma
dæ omittuntur, quando idem mē-
sis habuerit tantùm quatuor Dñi-
cas. Tunc enim tertia Dominica
Nouembris cum sua hebdomada
ponitur loco secundæ, & quarta
loco tertiæ, & quinta loco quartæ.

11 ¶ Lectiones de scriptura positæ in
Communi Sanctorū leguntur tàm
in festis duplicibus, quàm semidu-
plicibus, ubi asignantur in Pro-
prio Sanctorum per annum. Rur-
sus quando aliquod festū in pro-
pria Ecclesia, vel quouis loco, &
quauis ratione solenniter celebra-
tur. Item quando festum occurrit
in feriis, in quibus asignantur Le
ctiones de Homilia. Similiter Le-
ctiones secundi, & tertij nocturni
positæ in Communi Sanctorum le
guntur, vel quando in Proprio San
ctorum asignantur, uel quouis
modo defuerint.

12 ¶ In fine cuiuscunq; lectionis di-
citur, Tu autem Domine misere-
re nobis: & respondetur, Deo gra-
tias. Quod etiā fit in Lectionibus
breuibus in principio Completo-
rij, Matutini, & in fine Primæ post
Pretiosa, prȩterquàm in triduo ma
ioris hebdomadæ ante Pascha, &
in officio Defunctorum, vt suis lo
cis ponitur.

De Responsoriis post Lectiones.

RESpōsoria dicuntur ad Matu-
tinum post Lectiones, ita vt
post quamlibet Lectionem dicat
vnum Responsoriū, & in fine quar
ti, octaui, & duodecimi dicit Glo-
ria Patri cū repetitione partis Re-
sponsorij, quod regulare est in fine
ultimi Responsorij cuiuslibet no-
cturni, tàm in officio duodecim,
quàm trium Lectionum. Exce-
pto tempore Pasionis, quo tem-
pore eius loco repetitur Responso-
rium à principio: excepto etiā of-
ficio Defunctorum, cuius loco di-
citur Requiem ȩternam, &c. Qui
Versus, Gloria Patri, quibusdā die-
bus dicitur in primo Responsorio,
vt in proprijs locis annotatur.

¶ In officio duodecim Lectionū, 2
si fit de Sancto, Responsoria sumū
tur de Proprio, si habuerit, alio-
quin de Communi pro qualitate
festi. Si fit de festo simplici sumū
tur de Communi hoc ordine: Secū
da, & quinta feria tria prima Re-
sponsoria primi nocturni: Feria
tertia, & sexta tria prima Respon-
soria secūdi nocturni: Feria quar-
ta tria prima Responsoria tertij
nocturni: in Sabbatho autem, si
fit de Sancta Maria, sumuntur ex
eius Officio paruo.

¶ In officio de tempore sumuntur 3
Responsoria ex eo loco, ubi primò
sunt posita, in principio mensis,
vel libri, & ea repetuntur in alijs
sequentibus Dominicis illius mē-
sis, in quibus alia non asignan-
tur, vel donec de illo Libro legi-
tur vnde sumpta sunt Responso-
ria, & sumuntur hoc ordine. Si
in Dominica duodecim Respon-
soria tantum posita fuerint, prima
die infra hebdomadam in qua
fit de feria incipitur à primo Re-
sponsorio, sequenti die à relicto
illius diei, & ita per ordinem in
circuitu,

circuitu, nisi in aliquibus feriis
vnum vel plura sint posita Respō-
soria, quæ solùm ibi dicuntur ubi
posita sunt, & non repetuntur in
aliis feriis, præterquàm ab Octa-
ua Epiphaniæ vsque ad Septuage-
simam, in quo tempore etiam
vnaquęque Feria propria habet
Responsoria. Similiter infra O-
ctauas dicuntur Responsoria diei
Festi incipiendo à primo, & ita
per ordinem in circuitu, vt di-
ctum est, præterquàm infra Octa-
uam Paschæ Resurrectionis, in
qua dicuntur, vt ibi asignantur.
Si autem in Dominica plura quā
duodecim Responsoria fuerint
posita, prima die infra hebdoma-
dam in qua fit de Feria, incipitur
à decimo tertio, & ita per ordinē,
vt supra dictum est.

4 ¶ Si tria prima Responsoria primi
nocturni eius Dominicæ, in qua
primò ponuntur, propter festum
duplex in ea occurrens in ipsa Do-
minica poni non posint, ponan-
tur prima die eius hebdomadæ, in
qua occurrerit fieri de feria, &
omittantur alia, quæ fortè in illa
feria propria haberentur: Si verò
in tota hebdomada non occurrat
dies, in quo fiat de Feria, prima
die non impedita festo duodecim
Lectionum fiat officium de feria
cum commemoratione festi trium
Lectionum in ea occurrentis. Si
tota hebdomada, & sequens Do-
minica fuerit impedita officio
duodecim Lectionum, in qua non
posit fieri officium de Domi-
nica, vel de feria, id fiat in sequen-
ti hebdomada, vel Dominica, dū-
modo in ea alia Responsoria non
sint primò ponenda, quia si tunc
alia Responsoria sint primò ponē-
da, prima die præcedentis hebdo-
madæ non impedita festo duplici
fiat de feria, vt supra, & festum se-
miduplex in ea occurrens trans-
fertur.

¶ Tempore Paschali in fine Re- 5
sponsorij ante Versum additur,
Halleluia.

De Responsorijs breuibus.

REsponsoria breuia dicuntur 1
post Capitulum, in Laud. &
Vesp. tàm primis, quàm secundis.
Et in primo nocturno post Lectio-
nem, quando vna tantùm legitur
Lectio.

¶ In festis, quando non habentur 2
propria, dicuntur de Commu-
ni Sanctorum. In Aduentu au-
tem, Quadragesima, Tempore
Pasionis, & Resurrectionis, & in
festis habentibus Octauam, vt suis
locis adnotatur. In Dominicis ve
rò & feriis per annum dicuntur,
vt in Psalterio disponuntur.

¶ In fine Responsorii breuis sem- 3
per dicitur Gloria Patri cum repe-
titione partis Responsorii, eo mo-
do quo ordinatur in primis Vespe-
ris primæ Dominicæ Aduentus.
Tempore Pasionis non dicitur
Gloria Patri, sed eius loco repeti-
tur Responsorium breue à princi-
pio, vsque ad Versum.

¶ In primo Versu Responsorii bre 4
uis à Dominica in Albis vsque ad
Vesperas Sabbathi post Penteco-
sten exclusiuè ponuntur duo Hal-
leluia, tàm in officio de Tempore,
quàm de Sanctis.

De Capitulis.

CApitula semper dicuntur (prę- 1
terquàm ī triduo maioris heb
domadæ proximo Paschæ, & in
officio Defunctorum) ad Vespe-
ras, & Laudes, & alias Horas, & in
fine

fine secundi Nocturni infra Octa-
uas, & in festis simplicibus, &
quando fit de sancta Maria in Sab
batho, & in omnibus ferijs per an-
num, dictis Antiphonis, & Psal-
mis, Ad Completorium autem di-
cto etiam Hymno.

2 ¶ Capitula Dominicalia posita in
Psalterio in primis & secundis Ve-
spe. in Laud. & horis dicũtur à Do-
minica tertia post Pentecosten v-
sque ad Aduentum, & ab Octaua
Epiphaniæ vsque ad Septuagesi-
mam exclusiuè. Capitula autem
ferialia dicuntur post Octauam Pẽ
tecostes vsque ad Aduentum, & ab
Octaua Epiphaniæ vsque ad pri-
mam Dominicam Quadragesi-
mæ. Alio tempore dicuntur vt in
Proprio de tempore: & si fit de San
ctis, vt in Proprio de Sanctis, cum
propria adsunt, alioquin de Com-
muni Sanctorum. Capitulũ Primę
Regi seculorum, in festis (etiam
simplicibus) & in ferijs Tempore
Paschali: & in alijs ferijs per annũ,
Pacem: & Capitulum Completo-
rij (quando Capitula dicuntur)
nunquam mutantur.

3 ¶ In Dominicis Aduentus vsque
ad Octauam Epiphaniæ, & à Se-
ptuagesima vsque ad tertiam Do-
minicam post Pentecostẽ, & in om-
nibus festis, regulariter capitulum
positum in primis Vesperis, dicitur
in Laudibus, ad Tertiam, & in
secundis Vesperis (quibusdam ex-
ceptis) quæ suis locis assignantur.

¶ Post Capitulum semper respon-
detur, Deo gratias.

De Oratione.

1 O Ratio dicitur ad oẽs Horas, di
cto Pater noster, sed ad Primã
etiam dicto Credo, & facta Confes
sione, & Absolutione. Ad Com-
pletorium verò dicto Credo. Ad 2
Primam & Completorium nun-
quàm mutantur Orationes, quæ
habentur in Psalterio, præter-
quã in triduo ante Pascha: in quo
triduo ad omnes Horas vsque ad
Nonam Sabbathi sancti inclusiuè
post Psalmum Miserere, dicitur ora
tio diei, vt suo loco ponitur. Ad
nocturnum, & alias Horas regula-
riter dicitur Oratio, quæ dicta est
in primis Vesp. In Quadragesima
autem, Quatuor temporibus, &
Vigilijs Oratio q̃ posita est in Lau-
dibus dicitur tantùm ad noctur-
num, Tertiam, Sextam, & Nonã.
In Vesp autem sequentibus si fit
de feria, dicitur vel alia propria,
vt in Quadrage. vel Dominicę præ-
cedentis, vt in ferijs per annum.
Quæ Oratio Dominicæ præceden-
tis semper dicitur in feriali officio
per hebdomadam, quando propria
non assignatur. Infra Octauas
dicitur Oratio, vt in die festi, si-
militer in die Octauæ nisi alia pro-
pria assignetur.

¶ Ante Orationem semper dicitur 3
Versus, Dominus vobiscum, & re-
spondetur. Et cum sp. Qui Ver-
sus non dicitur ab eo, qui non est
saltem in ordine Diaconatus, nec
à Diacono præsente Sacerdote,
nisi de illius licentia. Si quis
autem ad Diaconatus ordinem
non peruenit, & solus dicat offi-
cium, eius loco dicat, Domine
exaudi. Respondetur, Et clamor.
Deinde dicitur Oremus, postea
Oratio: quæ si vnica tantùm dica-
tur, Versus, Dominus vobiscum
vel Domine exaudi, repetitur fi-
nita Oratione, postquam fuerit re-
sponsum, Amen. Si autem plu-
res Orationes dicendæ sint, ante
quamlibet

quamlibet Orationem dicitur An-
tiphona, & Versus, Deinde dici-
tur, Oremus, & post vltimam
Orationem repetitur, Dominus
vobiscum: Postea dicitur, Bene-
dicamus Domino. Respondetur,
Deo gratias. Deinde dicitur Ver-
sus, Fidelium animæ. Qui Ver-
sus, Fidelium, non dicitur post
Benedicamus Domino ad Primã
ante Pretiosa, sed tantùm in fine,
vt ibi ponitur: neque ad Comple-
torium ante Benedicat, &c.

4 ¶ Si oratio dirigatur ad Patrem, cõ
cluditur, Per Dominum: si ad Fi-
lium, Qui viuis, & regnas. Si in
principio Orationis fiat mentio
Filii, dicatur, Per eundem: si in
fine Orationis, dicatur, Qui te-
cum viuit, & regnat. Si fiat men-
tio Spiritus sancti, dicatur, in
vnitate eiusdem Spiritus, &c.

5 ¶ Quando plures Orationes dicun
tur, prima tantùm dicitur sub sua
conclusione, Per Dominum, vel
aliter, vt supra: aliæ non conclu-
duntur, nisi in vltima Oratione,
sed vnicuique Orationi semper
præponitur, Oremus, præterquam
in officio Defunctorum: in quo
alio modo quàm vt supra Oratio-
nes dicuntur, vt in eius Officio
dicitur.

De Hymno Te Deum.

H Ymnus Te Deum semper di-
citur, quando in officio le-
guntur duodecim Lectiones: quo
dicto dicitur Euangelium, vt
suis locis ponitur: Deinde alius
Hymnus, Te decet laus, cum
Oratione occurrente immediatè,
Postea Dominus vobiscum, Be-
nedicamus Domino, & Fidelium
animæ.

De Oratione Dominica, & Salutatione Angelica.

O Ratio Dominica, Pater no- 1
ster, & Salutatio Angelica,
Aue Maria, semper dicitur secre-
tò ante omnes Horas, præter-
quàm ad Completorium: quia tũc
in principio dicitur tantum Pater
noster post Lectionẽ breuem dicto
Versu, Adiutorium nostrum. I-
nitis Horis dicitur similiter secre-
tò, Pater noster, tantum, dicto
Versu, Fidelium animę, vbi hic
Versus dicitur. Qui Versus non
dicitur quando post officium diei
dicitur officium beatæ Mariæ, sed
post illud: & tunc dicitur Pater no
ster, vt supra. Si autem alia sub-
sequatur Hora, in fine præceden-
tis Horæ dicitur Pater noster, semel
tantùm pro principio sequentis
Horæ, addita Aue Maria.

¶ Ad Matutinum, & Horas post 2
Versum dicitur Pater noster secre-
tò, & in fine clara voce pronuncia
tur. Et ne nos. Ad Laudes verò, &
Vesperas totum dicitur clara voce.
In officio Defunctorum ad Le-
ctiones tantùm dicitur totum se-
cretò, vt fit ad Lectiones maioris
hebdomadæ.

¶ Salutatio Angelica semper dici- 3
tur ante officium Sanctæ Mariæ,
quando non dicitur cum officio
Domini, quia tunc sufficit dixisse
in principio cum Oratione Domi-
nica.

De Symbolo Apostolorum.

S Ymbolum Apostolorum sem-
per dicitur ante Matutinum se
cretò, ad Primam verò & Com-
pletorium clara voce profertur
Credo in Deum, & in fine, Carnis
resurrectionem: reliquum dicitur
secretò: alias nunq̃ dr̃, nisi vt sup.
De

De Symbolo Athanasij.

Symbolum Athanasij dicitur ad Primam post Psalmos in omnibus Dominicis per annum, quando fit officium de Dominica, exceptis Dominicis infra Octauas Natiuitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, & Corporis Christi, ac Dominica Resurrectionis, & Pentecostes, in quibus dicuntur tantùm Psalmi in Dominica positi. In Dominicis infra alias Octauas, & in Dominica Trinitatis dicitur. Quando festum duplex celebratur in Dominica per annũ, non dicitur, ratione festi.

De Commemorationibus cõmunibus, seu Suffragijs Sanctorum.

Commemorationes cõmunes, seu Suffragia Sanctorum, quæ habentur in Psalterio ad Vesperas Sabbathi dicuntur in fine Vesperarum, & Laudum, vt ibidem notatum est.

De Antiphonis Beatæ Mariæ in fine Officij.

Antiphonæ beatæ Mariæ positæ in fine Psalterij post Completorium singulæ dicuntur pro temporis diuersitate, vt ibi annotatur, præterquàm in triduo maioris hebdomadæ ante Pascha.

¶ Dicuntur autem semper, quandocunque terminata aliqua Hora discedendum est à Choro. Et dicuntur semper flexis genibus, præterquàm Tempore Paschali, Hebdomadario tamen ad Orationem surgente.

De Officio paruo Beatæ Mariæ, & alijs.

De Officio paruo beatę Marię, de Officio Defunctorum, de septem Psalmis pœnitentialibus, & Litanijs, & de Psalmis Gradualibus, quando & quo modo, tàm in Choro, quàm extra Chorum dicenda sint, habentur suis locis propriję Rubricę circa finẽ Breuiarij.



DVPLI-

DVPLICIA PRIMAE CLASSIS.

In quibus nulla fit Cõmemoratio quorumcunq; festorum occurrentium, nisi Titularis Ecclesiæ priuilegio aliter fieri oporteat. Et in Kalendario notãtur hoc signo. 1.

1 Natiuitas Domini.
2 Epiphania Domini.
3 Festum sancti Benedicti.
4 Pascha Resurrectiõis cũ trib⁹ p̃cedẽtib⁹, & duob⁹ sequẽtib⁹ dieb⁹.
5 Ascensio Domini.
6 Pentecostes cum duobus sequentibus diebus.
7 Corpus Christi.
8 Festum sancti Romualdi.
9 Natiuitas sãcti Iohãnis Baptistę.
10 Festum sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli.
11 Assumptio beatæ Mariæ.
12 Festum omnium Sanctorum.
13 Festum principale alicuius loci.
14 Dedicatio propriæ Ecclesiæ.

DVPLICIA SECVNDAE CLASSIS.

In quibus de simplicibus fit Commemoratio in Laudibus tñ. Et in Kalendario notãtur hoc signo 2.

1 Circuncisio Domini.
2 Dominica in Albis.
3 Festum Sanctissimę Trinitatis.
4 Purificatio } Beatæ Mariæ.
5 Annunciatio } Beatæ Mariæ.
6 Natiuitas } Beatæ Mariæ.
7 Festa principalia Apostolorum.
8 Festa Euangelistarum.
9 Festum sancti Laurentij.
10 Dedicat. S. Michaelis Archãgeli.
11 Festũ S. Stephani protomartyris.
12 Festum sanctorum Innocẽtium.

In alijs duplicib⁹ à supradictis de simplicib⁹ fit Cõmemoratio in primis Vesperis, & Laudibus. Et in Kalẽdario signantur hoc signo 3.

DOMINICAE PRIMAE Classis.

Quæ nunquàm omittuntur.

Prima Aduentus.
Prima Quadragesimæ.
Passionis.
Palmarum.
Paschæ.
In Albis.
Pentecostes.
Trinitatis.

DOMINICAE SECVNDAE Classis.

Quæ non omittuntur, nisi occurrente Patrono Ecclesiæ.

Secunda } Aduentus.
Tertia } Aduentus.
Quarta } Aduentus.
Septuagesimæ.
Sexagesimæ.
Quinquagesimæ.
Secunda } Quadragesimæ.
Tertia } Quadragesimæ.
Quarta } Quadragesimæ.

Duplex, vel semiduplex occurrens in Vigilia Natiuitatis Domini, & Pentecostes, in feria quarta Cinerum, ac in tota maiori hebdomada, infra Octauas Epiphaniæ, Paschæ, & Pentecostes, transfertur. Infra Octauam Corporis Christi semiduplex tantùm transfertur: & de ea quocumque adueniente duplici fit Commemoratio. Dies Octauæ nunquã transfertur. Adeò quamquàm Natiuitas sancti Iohannis Baptistæ occurrens in die Corporis Christi transferatur in diem sequentem, non tamen transfertur Octaua.

Tabella

Tabella, in qua statim videri poterit de qua celebrandum erit Officium, si plures eodem die festiuitates occurrant.

SI OCCVRRAT EODEM DIE.

	& Simplex.	& Sancta Maria in Sabb.	& Semiduplex.	& Duplex.	& Patronus Ecclesiæ.	& Dies Octauæ.	& Dies infra Octauam.	& Dominica per annum.	& Dñica secundę Clasis.	& Dñica primæ Clasis.
Duplex primæ Clasis.	6	6	2	2		4	6	4	4	1
Duplex secundæ Clasis.	4	6	2	2		4	6	4	1	1
Duplex.	4	6	2	8	1	1	4	4	1	1
Patronus Ecclesiæ.	6	6	2	2	0	4	6	4	4	1
Dies infra Octauam.	4	6	3	3	5	3	7	3	3	3
Dies Octauæ.	4	6	2	2	3	7	4	4	3	3
Semiduplex.	4	6	0	1	1	1	4	1	1	1
Sancta Maria in Sabbatho.	4	0	5	5	5	5	5	0	0	0
Simplex.	0	3	3	3	5	3	3	3	3	3

1 Trãsl. de primo: Offm̃ de secundo.
2 Offm̃ de primo: Trãsl. de secundo.
3 Come. de primo: Offm̃ de secundo.
4 Offm̃ de primo: Cõme. de secundo.
5 Nihil de primo: Offm̃ de secundo.
6 Offm̃ de primo: Nihil de secundo.
7 Offm̃ d̃ digniori: Cõm. d̃ min⁹ dig.
8 Offm̃ d̃ digniori: Trãsl. d̃ min⁹ dig.

De ferijs Aduentus, Quadragesimæ, Quatuor temporum, Vigiliarum, & Rogationum fit semper officium, nisi occurrente in eis festo duplici, vel semiduplici: quo casu in ferijs Aduentus, & Quadragesimæ fit Commemoratio in vtrisque Vesperis, ac Laudibus.

De Quatuor temporibus autem, Vigiliis, & Rogationibus in Laudibus tantùm, & vltima lectio legitur de Homilia feriæ currentis, si habetur.

De alijs feriis per annum nunquàm fit Commemoratio, nec de Vigiliis occurrentibus in Aduentu, Quadragesima, Quatuor temporibus, vel occurrẽte in illis Duplici primæ, & secũdæ Clasis, seu Patrono Ecclesię.

Cùm plures fiunt Commemorationes, fiunt hoc ordine.

De Duplici, de Dñica, de Semiduplici, de die ĩfra Oct. de fer. de simplici.

Commemorationes autem de Dominica, de festo semiduplici, de Octaua, de Sancta Maria in Sabbatho in Vesperis feriæ sextæ præcedũt Commemorationem simplicis sequentis diei.

Tabella, in qua statim videri poterit, quo modo festum præcedens concurrat in Vesperis cum sequenti.

QVANDO CONCVRRIT.

	cum Feria.	cum Die Octauæ.	cũ Die infra Octauã.	cum Dominica.	cũ Sãcta Maria ĩ Sabb.	cum Simplici.	cum Semiduplici.	cum Duplici.	cũ Patrono Ecclesiæ.	cũ Dup. j. & ij. Clasis.
Duplex primæ, & secundæ Clasis.	3	4	4	4	4	4	4	4		6
Patronus Ecclesiæ.	3	4	4	4	4	4	4	4	0	
Duplex.	3	6	4	4	4	4	4	6	1	1
Semiduplex.	3	2	6	6	4	4	6	2	1	1
Simplex.	1	0	0	0	5	5	1	1	1	1
Sancta Maria in Sabbatho.	0	0	0	5	0	0	0	1	1	1
Dominica	3	2	4	0	0	4	4	2	1	1
Dies infra Octauam.	0	2	7	6	0	0	6	2	1	1
Dies Octauæ.	3	6	4	4	4	4	4	6	1	1
Feria.	3	0	0	5	5	5	1	1	1	1

1 Totũ de sequẽti, & nihil d̃ p̃cedẽti.
2 Totũ d̃ sequẽti, & Cõm. d̃ p̃cedẽti.
3 Totũ de p̃cedẽti, & nihil d̃ sequẽti.
4 Totũ d̃ p̃cedẽti, & Cõm. d̃ sequẽti.
5 Caplm d̃ sequẽti, & nihil de p̃ced.
6 Cap. m d̃ sequẽti, & Cõm. d̃ p̃ced.
7 Totũ d̃ digniori, & Cõ. de min⁹ dig.

Notandum est quòd duplici concurrente cum alio duplici æquali, à Capitulo fit de sequenti cum Commemoratione præcedentis: & ita intelligitur tabella.

Concurrente verò cum alio duplici inæquali, totum fit de digniori, & Commemoratio de minus digno, nisi præcedat duplex tertiæ Clasis, & sequatur duplex primæ vel secundę Clasis, quia tunc nulla fit Commemoratio de pręcedenti

Et quòd in secundis Vesperis diei Octauę Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, & Corporis Christi de sequenti duplici fit tantùm Commemoratio, nisi illud fuerit primę, vel secundę Clasis, seu Patronus Ecclesię, quia tunc de festo fieret Officium, & de Octaua Commemoratio.

De Dominicis Aduentus, & à Septuagesima vsque ad Octauam Paschę inclusiuè fit Commemoratio in secundis Vesperis, quocunque aduenientε festo in secunda feria.

Ex vtrisq; Tabellis hoc ordine reperietur, quod quæritur.

INueniatur primò numerus appositus in quadrangulo, in quo festiuitates, de quibus est controuersia, sibi inuicem occurrunt. Deinde legatur regula iuxtà dictum numerum descripta in eadem tabella, & in ea clarissimè videbitur quidquid agendum fuerit.

AD maiorem autem prædictorum intelligentiam sciendum est, quòd quadrangulus, in quo festiuitates sibi inuicem dicuntur occurrere intelligitur ille, ad quem ambæ festiuitates, de quibus controuersia est, ex earum locis recto tramite progredientes perueniunt, ac in eo sibi inuicē occurrunt. Vt exempli grã.

QVadrangulus in quo sibi inuicē occurrūt Duplex primæ Classis, & Dñica primæ Classis, in prima tabella erit qui est in angulo superiori, ĩ quo signatum est. 1. quia si ad eũ tàm duplex, q̃ Dñica prædicta ex eorũ locis recto tramite pgerẽt, in eo sibi inuicē occurrerẽt, & regula iuxtà dictũ numerũ apposita est ista.

1 Translatio de primo, & Officium de secundo.

IDest, Duplex primæ classis prædictum trãsferatur, & Officium fiat de Dominica primæ Classis prædicta: quia cùm in regulis dicitur de primo, seu præcedenti, intelligendum est de festo in superiori parte tabellæ apposito, vt duplex prędictum: cùm de secundo, vel sequenti, de festo in inferiori parte apposito, vt Dominica prædicta. In quadrangulis autē illis in quibus sibi inuicem occurrunt in vtraq; Tabella duplicia primæ & secundæ Classis, & Patronus Ecclesię nullus appositus est numerus: vt in eo casu, qui raro contingit, recurratur ad Rubricas Breuiarij, si quando contigerint. O, signat nullam esse concurrentiam.

PSALTERIVM DISPOSITVM PER HEBDOMADAM.

Cum Ordinario Officij de Tempore.

FERIA SECVNDA

AD PRIMAM.

Ante omnes Horas, prætérquàm ad Completorium dicitur secretò.



PAter noster, qui es in cęlis, sanctificetur nomen tuũ. Adueniat regnũ tuum. Fiat volũtas tua, sicut in cœlo, & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationē. Sed libera nos à malo. Amen.

AVe Maria, gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus vētris tui Iesus. Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nũc, & in hora mortis nostrę. Amen. Deinde clara voce dicitur. ℣. Deus in adiutorium meum intēde. ✠ se signando. ℟. Domine ad adiuuandum me festina. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sãcto. ℟. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amē. Halleluia. Sic dicitur. Halleluia. Ad oēs Horas per totum annum, prętérquàm à Dominica Septuagesimæ, vsq; ad Feriam v. in Cęna Domini: tũc enim eius loco dicitur Laus tibi Domine, rex æternæ glorię. Hymnus.

IAm lucis orto sidere, D. Ambrosi
Deũ precemur supplices,
Vt in diurnis actibus
Nos seruet à nocentibus.
Linguam refrenans tēperet,
Ne litis horror insonet:
Visum fouendo contegat,
Ne vanitates hauriat.
Sint pura cordis intima,
Absistat & vecordia:
Carnis terat superbiam
Potus cibiq; parcitas.

Vt cum dies abscesserit,
Noctemq́; sors reduxerit,
Mundi per abstinentiam
Ipsi canamus gloriam.
Deo Patri sit gloria,
Eiusq́; soli Filio,
Cum Spiritu paraclito,
Et nūc, & in perpetuū. Am̄.

Tpe Paschali. Aña. Hallelu.
Per annū. Aña. Seruite Dño.

PSALMVS PRIMVS.

Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorū nō stetit: & in cathedra pestilentiæ non sedit.

Sed in lege Domini volūtas eius: & in lege eius meditabitur die, ac nocte.

Et erit tamquā lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructū suum dabit in tempore suo.

Et folium eius nō defluet: & omnia quęcunque faciet prosperabuntur.

Non sic impii, nō sic: sed tāquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ.

Ideò non resurgunt impii in iudicio: neque peccatores in consilio iustorum.

Qm̄ nouit Dñs viam iustorum: & iter impiorū peribit.

Gloria Patri, & Filio: & Spūi sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in secula seculorū. Amē. Hic ℣. Gloria Patri. semper dicitur in fine omnium Psalmorum, nisi aliter notetur. Psalm. 2.

Qvare fremuerunt gentes: & populi meditati sunt inania?

Astiterūt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum: aduersus Dominū, & aduersus Christum eius.

Dirumpamus vincula eorū: & proiiciamus à nobis iugū ipsorum.

Qui habitat in cęlis irridebit eos: & Dñs subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua: & in furore suo conturbabit eos.

Ego aūt constitutus sum rex ab eo sup Sion montē sanctū eius: prædicās pceptum eius.

Dominus dixit ad me: filius me9 es tu, ego hodie genui te.

Postula à me, & dabo tibi gētes hæreditatem tuam: & possessionē tuam terminos terrę.

Reges eos in virga ferrea: & tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.

Seruite Domino in timore: & exultate ei cum tremore.

Appre-

Apprehēdite disciplinam, ne quando irascatur Dominus: & pereatis de via iusta.

Cum exarserit in breui ira eius: beati omnes, qui confidunt in eo. ℣ Psalm. 6.

Domine ne ī furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Dñe, qm̄ infirmus sum: sana me Domine, quoniā conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine vsquequo?

Conuertere Domine, & eripe animā meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Discedite à me oēs, qui operamini iniqtatē: qm̄ exaudiuit Dñs vocem fletus mei.

Exaudiuit Dominus deprecationē meam: Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubescant valde velociter.

Tpe Paschali. Aña Halleluia. halleluia, halleluia, halleluia.

Per annum. Aña. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Capitulum.

Pacem, & veritatem diligite, ait Dñs omnipotēs. ℟. Zach. 8.
Deo gratias. ℣. Exurge Christe adiuua nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuū. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. Deinde secretò.

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem cęli & terræ. Et in Iesum Christum filium eius vnicū, Dominum nostrū. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Descendit ad inferos. Tertia die resurrexit à mortuis. Ascēdit ad Cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotētis. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Credo in Spiritum sanctum: Sanctam Ecclesiam catholicam. Sanctorum Communionem. Remissionē peccatorū. ℣. Carnis resurrectionem.

nem. ℟. Vitã æternã. Amen.

Deinde superior facit Confessionem.

Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Ioanni Baptistæ, sanctis Apostolis Petro, & Paulo, beatis Benedicto, & Romualdo, omnibus Sanctis, & vobis fratres, quia peccaui nimis cogitatione, verbo, & opere: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa: Ideò precor beatam Mariam semper virginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum Iohannẽ Baptistam, sanctos Apostolos Petrum, & Paulum, beatos Benedictum, & Romualdũ, omnes Sanctos, & vos fratres orate pro me ad Dominũ Deum nostrum. Chorus respondet.

Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam. ℟. Amen. Deinde repetit Cõfessionem, & vbi dicitur, vobis fratres, & vos fratres, dicatur tibi pater, & te pater. Deinde superior dicat.

Misereatur vestri omnipotẽs Deus, & dimissis oĩbus peccatis vestris, pducat vos ad vitã æternã. ℟. Amẽ.

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum nostrorũ tribuat nobis ops & misericors Dominus. ℟. Amen.

Deinde Hebdomadarius ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Domine Deus omnipotens, qui ad principium huius diei nos peruenire fecisti: tua nos hodie salua virtute: vt in hac die ad nullum declinemus peccatũ, sed semper ad tuam iustitiam faciendã nostra procedant eloquia, dirigãtur cogitationes, & opera. Per Dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorũ. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

Immediatè dicitur Officium beatæ Mariæ, quando est dicendum. Deinde in choro legitur Martyrologium. Postea Hebdomadarius dicit ℣. Pretiosa in conspectu Domini. ℟. Mors Sãctorũ eius. Orõ.

Sancta Maria, & oẽs Sancti intercedant pro nobis ad Dũm: vt nos mereamur ab

co

eo adiuuari & saluari qui viuis & regnas in sæcula sæculorũ

℣ Deus in adiutorium meũ intẽde

℟ Dñe ad adiuuãdũ me festina

Gloria Patri. Sicut erat. Kyrie eléison Christe eléison Kyrie

Pater noster. secretò.

℣ Et ne nos inducas in tentaõnẽ.

℟ Sed libera nos à malo

℣ Respice in seruos tuos Dñe & in opera tua, & dirige filios eorũ.

℟ Et sit splendor Dñi Dei nri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige.

℣ Gloria Patri. ℟ Sicut erat.

Oremus. Oratio.

Dirigere & sanctificare regere & gubernare dignare Dñe Deus rex cæli & terræ hodie & corda & corpora nostra, sensq, sermones, & actus nostros in lege tua & in operibus mandatorum tuorum, vt hic & in æternũ te auxiliante salui & liberi esse mereamur Saluator mũdi Qui viuis & regnas in sæcula sæculorũ ℟. Amen.

℣ Iube Dñe benedicere.

Bñõ. Dies & actus nostros in sua pace disponat Dñus omps ℟ Amen.

NB Ad Absolutionẽ Capi in Dñicis, & feriis p annũ ab Octau. Epiph. vsq; ad Dñicam I Quadrag.

& ab Oct. Pentecostes vsq; ad Aduent. exclusiuè

Lectio Breuis. 2 Thess. 3. a. 5.

Dñus autem dirigat corda & corpora nra, in charitate Dei & patientia christi. Tu autẽ. Dñe miserere nobis ℟ Deo gr.

A Dñica I Aduent. vsq; ad vigil: NB Natiuitatis Dñi exclusiuè.

Isa. 33. a 2. Dñe miserere nri te enĩ expectauimus, esto brachium nostrũ in mane, & salus nra in tempore tribulaõnis.

A Dñica Quadrag. vsq; ad Dñicam Pass. exclusiuè Isa. 55. b NB

Querite Dñum dũ inueniri potest inuocate eum dum ppè est.

A Dñica Pass. vsq; ad feriam V in cœna Dñi. exclus. Isa. 50. c. h. NB

Faciem meam ñ auerti ab increpantib, & cõspuẽtib, in me, Dñs Deus auxiliator meus & ideo ñ sum cõfusus Tu autem Dñe.

A Dñica Resurr. vsq; ad Ascensionẽ exclusiuè, Coloss. 3. a. 1. NB

Si consurrexistis cũ christo quæ sursũ st quærite vbi christus est in dextera Dei sedẽs, quæ sursũ st sapite ñ quæ sup terrã.

℣ Adiutoriũ. ℟ Qui fecit.

℣ Benedicite. ℟. Deus.

Dñus nos benedicat & ab omi malo defendat & ad vitam pducat æternam. & fidelium animæ p misericordiã Dei requiescant

Deinde lector. Comemoratio oium fratrū familiariū ordinis nri atq; benefactorum nostorū.
Deide super V. Requiescat in pace. R. Amen. Psalmus 129.
De profundis clamaui ad te Dñe. Dñe exaudi vocem meam.
Fiant aures tuæ intendētes: in vocem deprecationis meæ.
Si iniquitates obseruaueris Dñe: Dñe quis sustinebit.
Vsq; ad requiem æternam dona eis Dñe: & lux ppetua luceat eis.
V. A porta inferi. R. Erue Dñe animas eorum.
V. Requiescant in pace. R. Am.
V. Dñe exaudi orationē meā.
R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dñus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo

Oremus. Oratio.

Deus veniæ largitor, & humanæ salutis amator quæsumus clementiam tuam, vt nr̄æ congregationis fr̄es, ppinquos & benefactores, qui ex hoc seculo transierūt, B. M. semper Virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas. Per Dñm.
V. Requie æternā. R. Et lux perpetuā.
V. Requiescant in pace. R. Am.

FERIA TERTIA.

Ad Primam.

Per annum Aña Deus iudex iustus. Alijs temporib. vt in fer. 2 assignat.
Dñe Deus meus in te speraui: saluum me fac ex oib; persequētib; me & libera me.
Ne quādo rapiat vt leo aīam meā: dum n̄ e qui redimat, neq; qui saluū faciat.

Dñe Deus meus, si feci istud: si est iniquitas in manibus meis.
Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis.
Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam: & gloriam meam in puluerem deducat.
Exurge Dñe in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorū.
Et exurge Dñe Deus meus in præcepto quod mandasti, & synagoga populorum circundabit te.
Et propter hanc in altum regredere: Dñus iudicat populos.
Iudica me Dñe secundū iustitiā meam: & secundum innocentiam meam super me.
Consumetur nequitia peccatorū & diriges iustum: scrutans corda, & renes Deus.
Iustum adiutorium meū a Dño: qui saluos facit rectos corde.
Deus iudex iustus, fortis & patiens: nunquid irascitur per singulos dies.
Nisi conuersi fueritis gladiū suū vibrabit: arcū suū tetendit & parauit illum.
Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentib; effecit.
Ecce parturijt iniustitiam: concepit dolore & peperit iniquitatē.
Lacum aperuit & effodit eū & incidit in foueā quā fecit.
Cōuertetur dolor eius in caput

put eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.
Confitebor Domino secundum iustitiam eius: & psallā nomini Dñi Altissimi. ps 8.
Domine Dñs noster: quā admirabile est nomen tuum in vniuersa terra?
Quoniam eleuata est magnificentia tua: super cœlos.
Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum, & vltorem.
Quoniā videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum: lunā, & stellas, quæ tu fundasti.
Quid est homo, quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum?
Minuisti eū paulominus ab Angelis, gloria, & honore coronasti eum: & constituisti eū super opera manuum tuarū.
Omnia subiecisti sub pedib⁹ eius: oues, & boues vniuersas, insuper & pecora campi.
Volucres cęli, & pisces maris: qui perambulāt semitas maris.
Domine Dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. ps 9.
Confitebor tibi Domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.
Lætabor, & exultabo in te: psallam nomini tuo Altissime.
In conuertendo inimicum meum retrorsum: infirmabūtur, & peribunt à facie tua.
Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam: sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam.
Increpasti gētes, & periit impius: nomē eorum delesti in æternum, & in seculū seculi.
Inimici defecerūt frameæ in finem: & ciuitates eorum destruxisti.
Periit memoria eorum cū sonitu: & Dominus in ęternum permanet.
Parauit in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem terrę in æquitate: iudicabit populos in iustitia.
Et factus est Dominus refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus ī tribulatione.
Et sperent in te, qui nouerūt nomen tuum: quoniam non dereliquisti quęrentes te Domine.
Psallite Domino, qui habitat in Sion: annunciate inter gentes studia eius.
Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est: non est oblitus clamorē pauperum.

Miserere mei Domine: vide humilitatem meam de inimicis meis.

Qui exaltas me de portis mortis: vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.

Exultabo in salutari tuo: infixæ sunt gẽtes in interitu, quẽ fecerunt.

In laqueo isto, quem absconderunt: comprehensus est pes eorum.

Cognoscetur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarũ comprehẽsus est peccator.

Conuertantur peccatores in infernum: omnes gentes, quæ obliuiscuntur Deum.

Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.

Tẽpore Paschali. Aña. Halleluia, halleluia, halleluia, halleluia. Per annũ. Aña. Domine Deus meus ĩ te speraui.

FERIA QVARTA

AD PRIMAM.

Tẽpe Paschali. Aña. Halleluia. Per annũ. Aña. Exurge Dñe.

Diuisio Psalmi 9.

EXurge Domine, non cõfortetur homo: iudicentur gentes in conspectu tuo.

Cõstitue Dominẽ legislatorem super eos: vt sciant gẽtes, quoniam homines sunt.

Vt quid Domine recessisti lõge: despicis in opportunitatibus, in tribulatione?

Dum superbit impius, incenditur pauper: comprehendũtur in consilijs quibus cogitant.

Quoniam laudatur peccator in desideriis animę suæ: & iniquus benedicitur.

Exacerbauit Dominum peccator: secundum multitudinem iræ suæ non quæret.

Non est Deus in conspectu eius: inquinatę sunt viæ illius in omni tempore.

Auferuntur iudicia tua à facie eius: omnium inimicorũ suorum dominabitur.

Dixit enim in corde suo: non mouebor à generatione ĩ generationem sine malo.

Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo: sub lingua eius labor, & dolor.

Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis: vt interficiat innocentem.

Oculi eius in pauperem respiciunt: insidiatur in abscondito, quasi leo in spelũca suá.

Insidiatur, vt rapiat pauperẽ:

rapere pauperem, dum attrahit eum.

In laqueo suo humiliabit eũ: inclinabit se, & cadet, cum dominatus fuerit pauperum.

Dixit enim in corde suo, oblitus est Deus: auertit faciem suam, ne videat in finem.

Exurge Dñe Deus, & exaltetur manus tua: ne obliuiscaris pauperum.

Propter quid irritauit impi9 Deũ? dixit enim ĩ corde suo, non requiret.

Vides quoniam tu laborem, & dolorem consideras: vt tradas eos in manus tuas.

Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.

Contere brachium peccatoris, & maligni: quæretur peccatum illius, & nõ inueniet.

Dominus regnabit in æternum, & in seculũ seculi: peribitis gentes de terra illius.

Desiderium pauperũ exaudiuit dominus: præparationes cordis eorũ audiuit auris tua.

Iudicare pupillo, & humili: vt nõ apponat ultra magnificare se homo sup terrã. Ps 10.

IN Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ: transmigra in montem sicut passer?

Quoniã ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam quæ perfecisti destruxerunt: iustus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo: dñs in cœlo sedes eius.

Oculi eius in pauperẽ respiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum.

Dominus interrogat iustum, & impium: qui autem diligit iniquitatẽ, odit animam suã.

Pluet sup peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarũ, pars calicis eorũ.

Quoniam iustus dominus, & iustitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius. Psalmus 11.

SAluum me fac domine, quoniam defecit sanctus: quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominum.

Vana locuti sunt vnusquisq; ad proximum suum: labia dolosa in corde, & corde locuti sunt.

Disperdat dominus vniuersa labia dolosa: & linguam magniloquam.

Qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt: quis noster dominus est?

Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum: nunc exurgam, dicit Dominus.
Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo.
Eloquia Domini, eloquia casta: argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum.
Tu Domine seruabis nos: & custodies nos à generatione hac in æternum.
In circuitu impii ambulant: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominũ.
Tpe Paschali. Aña. Halleluia, halleluia, halleluia, halleluia.
Per annum. Antiph. Exurge Dñe, non præualeat homo.

FERIA QVINTA
AD PRIMAM.

Tpe Paschali. Aña. Halleluia,
Per annum. Antiph. Cantabo Domino. Psalmus 12.

Vsquequò Dñe obliuisceris me in finem? vsquequò auertis faciẽ tuã à me?
Quamdiu ponam cõsilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem?
Vsquequò exaltabitur inimicus meus super me? respice, & exaudi me Domine Deus meus.
Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus, præualui aduersus eũ.
Qui tribulant me exultabũt, si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui.
Exultabit cor meum in salutari tuo: cantabo domino, qui bona tribuit mihi: & psallam nomini dñi Altissimi. ps 13.

Dixit insipiens in corde suo: non est Deus.
Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis: non est qui faciat bonum, nõ est vsque ad vnum.
Dominus de cœlo prospexit super filios hominum: vt videat, si est intelligens, aut requirens Deum.
Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.
Sepulcrum patens est guttur eorũ; linguis suis dolosè agebant: venenum aspidum sub labiis eorum.
Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est: veloces pedes eorũ ad effundendum sanguinem.
Contritio, & infœlicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt: non est timor Dei

Dei ante oculos eorum.
Nonne cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meam sicut escam panis?
Dominum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.
Quoniam dominus in generatione iusta est, consiliũ inopis confudistis: quoniam dominus spes eius est.
Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum auerterit dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel. Psalmus 14.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?
Qui ingreditur sine macula: & operatur iustitiam.
Qui loquitur veritatẽ in corde suo: qui nõ egit dolum in lingua sua.
Nec fecit proximo suo malũ: & opprobrium non accepit aduersus proximos suos.
Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timẽtes autem dominum glorificat.
Qui iurat proximo suo, & non decipit: qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentẽ nõ accepit.
Qui facit hæc: non mouebitur in æternum.
Tpe Paschali. Aña. Halleluia, halleluia, halleluia, halleluia.
Per annum. Aña. Cãtabo domino, qui bona tribuit mihi.

FERIA SEXTA
AD PRIMAM.

Tpe Paschali. Aña. Halleluia.
Per annum. Antiph. Bonorũ meorum. Psalmus 15.

Conserua me dñe, quoniam speraui in te: dixi domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.
Sanctis, q sunt in terra eius: mirificauit omnes voluntates meas in eis.
Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt.
Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominũ eorum per labia mea.
Dñs pars hæreditatis meę, & calicis mei: tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.
Funes ceciderũt mihi in pręclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi.
Benedicam dominũ, qui tribuit

ƀuit mihi intellectum: insuper & vsque ad noctem increpuerunt me renes mei.
Prouidebam Dñm in cõspectu meo semp: quoniã à dextris est mihi, ne cõmoueat.
Propter hoc lætatum est cor meũ, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe.
Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.
Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lętitia cũ vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem. Ps 16.

Exaudi Domine iustitiam meã: intende deprecationem meam.
Auribus percipe orationem meam: non in labiis dolosis.
De vultu tuo iudicium meũ prodeat: oculi tui videant æquitatem.
Probasti cor meũ, & visitasti nocte: igne me examinasti, & nõ est inuẽta in me iniquitas.
Vt non loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.
Perfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea.
Ego clamaui, quoniam exaudisti me De⁹: inclina aurẽ tuã mihi, & exaudi verba mea.
Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperãtes in te.
A resistẽtibus dexteræ tuæ custodi me: vt pupillam oculi.
Sub vmbra alarum tuarum protege me: à facie impiorũ, qui me affixerunt.
Inimici mei animam meam circundederunt, adipẽ suum concluserunt: os eorum locutum est superbiam.
Proijcientes me nunc circũdederũt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.
Susceperũt me sicut leo paratus ad prædam: & sicut catulus leonis habitãs in abditis.
Exurge Domine, pręueni eũ, & supplãta eum: eripe animã meam ab impio, frameã tuã ab inimicis manus tuæ.
Dñe à paucis de terra diuide eos in vita eorũ: de abscõditis tuis adĩpletus est vẽter eorũ.
Saturati sunt filiis: & dimiserũt reliqas suas paruulis suis.
Ego autem in iustitia apparebo cõspectui tuo: satiabor cũ apparuerit gloria tua. Ps 17.

Diligam te Domine fortitudo mea: dominus firmamentum meũ, & refugiũ meum, & liberator meus.

Deus meus, adiutor meus: & sperabo in eum.
Protector meus, & cornu salutis meæ: & susceptor meus.
Laudãs inuocabo Dominũ: & ab inimicis meis salu⁹ ero.
Circundederunt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis conturbauerunt me.
Dolores inferni circundederunt me: præoccupauerũt me laquei mortis.
In tribulatione mea inuocaui Dominum: & ad Deũ meũ clamaui.
Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meam: & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius.
Commota est, & contremuit terra: fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis.
Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit: carbones succensi sunt ab eo.
Inclinauit cœlos, & descẽdit: & caligo sub pedibus eius.
Et ascendit super Cherubim, & uolauit: volauit super pennas ventorum.
Et posuit tenebras latibulum suũ, in circuitu eius tabernaculum eius: tenebrosa aqua in nubibus aeris.
Prę fulgore in cõspectu eius nubes transierunt: grando, & carbones ignis.
Et intonuit de cœlo Dominus, & Altissimus dedit vocẽ suã: grãdo, & carbones ignis.
Et misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.
Et apparuerunt fontes aquarum: & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.
Ab increpatione tua Dñe: ab inspiratione spiritus iræ tuæ.
Misit de summo, & accepit me: & assumpsit me de aquis multis.
Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab iis, qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me.
Præuenerunt me in die afflictionis meæ: & factus est dominus protector meus.
Et eduxit me ĩ latitudinẽ: saluum me fecit, qñ uoluit me.
Et retribuet mihi dñs ẞm iustitiã meã: & ẞm puritatẽ manuũ mearum retribuet mihi.
Quia custodiui vias domini: nec impiè gessi à Deo meo.
Quoniã omnia iudicia eius in conspectu meo: & iustitias eius non repuli à me.
Et ero immaculatus cum eo: & obseruabo me ab iniquitate mea.

Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam; & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.

Tpe Paschali. Aña. Halleluia, halleluia, halleluia, halleluia.

Per annum. Aña. Bonorum meorũ non indiges: in te spe raui, conserua me domine.

SABBATHO
AD PRIMAM.

Tpe Paschali. Aña. Halleluia.

Per annum. Aña. Viuit dñs.

Diuisio Psalmi 17.

CVm sancto sanct⁹ eris: & cum viro innocente innocens eris.

Et cum electo electus eris: & cum peruerso peruerteris.

Quoniam tu populum humilem saluum facies: & oculos superborum humiliabis.

Quoniam tu illuminas lucernam meam dñe: Deus meus illumina tenebras meas.

Quoniam in te eripiar a tentatione: & in Deo meo transgrediar murum.

Deus me⁹, impolluta via ei⁹, eloquia domini igne examinata: protector est omnium sperantium in se.

Quoniam quis Deus præter dominũ? aut quis Deus præter Deum nostrum?

Deus, qui præcinxit me virtute: & posuit immaculatam viam meam.

Qui perfecit pedes meos tãquam ceruorum: & super excelsa statuens me.

Qui docet manus meas ad prælium: & posuisti vt arcum æreum brachia mea.

Et dedisti mihi protectionẽ salutis tuæ: & dextera tua suscepit me.

Et disciplina tua correxit me in finem: & disciplina tua ipsa me docebit.

Dilatasti gressus meos subtus me: & non sunt infirmata vestigia mea.

Persequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non conuertar donec deficiant.

Confringam illos, nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos.

Et præcinxisti me virtute ad bellum: & supplantasti insurgentes in me subtus me.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odientes me disperdisti.

Clamauerũt, nec erat qui saluos faceret: ad Dominũ, nec exaudiuit eos.

Et comminuam eos, vt puluerem ante faciem venti: vt lutum

lutum platearum delebo eos.

Eripies me de contradictionibus populi: cõstitues me in caput gentium.

Populus, quem non cognoui seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.

Filii alieni mentiti sunt mihi; filii alieni inueterati sunt: & claudicauerunt à semitis suis.

Viuit dominus, & benedictus Deus meus: & exaltetur Deus salutis meæ.

Deus, qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me: liberator meus de inimicis meis iracundis.

Et ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me.

Propterea confitebor tibi in nationibus domine: & nomini tuo psalmum dicam.

Magnificãs salutes regis ei⁹, & faciens misericordiã Christo suo Dauid: & semini eius vsque in seculum. Psal. 18.

COeli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentũ.

Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque sermones: quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tamquam sponsus procedẽs de thalamo suo.

Exultauit vt gigas ad currendam viam: à summo cœlo egressio eius.

Et occursus ei⁹ vsq; ad summum eius: nec est, qui se abscondat à calore eius.

Lex domini immaculata, cõuertens animas: testimonium domini fidele, sapientiã præstans paruulis.

Iustitiæ domini rectæ, lætificantes corda: præceptum domini lucidum, illuminans oculos.

Timor domini sanctus, permanẽs in seculum seculi: iudicia domini vera, iustificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum, & lapidẽ pretiosum multũ: & dulciora super mel, & fauum.

Etenim seruus tuus custodit ea: in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: & ab alienis parce seruo tuo.

Si mei nõ fuerint dominati, tũc immaculatus ero: & emũdabor à delicto maximo.

Et

Et erunt, vt complaceant elo
quia oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adiutor meus: & redemptor meus. Psal. 19.

EXaudiat te Dominus in die tribulationis: ꝓtegat te nomen Dei Iacob.

Mittat tibi auxilium de sancto: & de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificii tui: & holocaustum tuũ pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum: & omne consiliũ tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo: & in nomine Dei nostri magnificabimur.

Impleat dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui, quoniam saluũ fecit Dominus Christum suum.

Exaudiet illum de cęlo sancto suo: in potentatibus salus dexteræ eius.

Hi i͂ curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus.

Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus, & erecti sumus.

Domine saluum fac regem: & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te.

Tpe Paschali Aña Halleluia, halleluia, halleluia, halleluia.

Per annum Aña Viuit Dominus, & benedictus Deus salutis meæ.

DOMINICA
AD MATVTINVM.

Post ℣. Deus in adiut. vt sup. fer. ij. ad Primã, dicitur ter ℣. Dñe labia mea aperies. ℟ Et os meũ annũciabit laudẽ tuã.

Deinde sequitur Psalmus 3.

DOmine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me.

Multi dicunt animę meę: nõ est salus ipsi in Deo eius.

Tu autem domine susceptor meus es: gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamaui: & exaudiuit me de mõte sancto suo.

Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi: quia Dominus suscepit me.

Nõ timebo millia populi circundantis me: exurge domine, saluũ me fac Deus meus.

Quoniã tu percussisti oẽs aduersantes mihi sine causa: dẽtes peccatorum contriuisti.

Domini est salus: & super populum tuum benedictio tua.

Inuitatorium sequens dicitur ab octaua Epiphaniæ, vsque ad Dominicam Septuagesimę, & ab octaua Pentec. vsq; ad Aduentum. Inuitatorium.

Adoremus Dñm, Qui fecit nos. Et repetitur. Adoremus Dñm, Qui fecit nos. ps 94.

VEnite exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro: præoccupem⁹ faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. Adoremus Dñm, Qui fecit nos.

Quoniã Deus magnus Dominus, & rex magnus super omnes Deos: quoniam non repellet dñs plebem suã, quia in manu eius sunt oẽs fines terrę: & altitudines mõtiũ ipse conspicit. Qui fecit nos.

Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridã fundauerũt manus eius: venite adoremus, & procidamus ante Deũ: ploremus coram Dño, qui fecit nos, quia ipse est dñs Deus nr̃, nos autem populus eius, & oues pascuę eius. Adoremus Dñm, Qui fecit nos.

Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto: vbi tẽtauerũt me pr̃es vestri, probauerũt, & viderũt opera mea. Qui fecit nos.

Quadraginta annis ꝓximus fui generationi huic: & dixi, semper hi errãt corde: ipsi verò nõ cognouerũt vias meas, quibus iuraui in ira mea, si introibũt in requiẽ meã. Adoremus Dñm, Qui fecit nos.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen. 49

Qui fecit nos. Adoremus dominum. Qui fecit nos.

Sequens Hymnus dicitur ab octaua Epiphaniæ, vsque ad Dominicã j. Quadragesimæ, & à Dominica ꝓximiori Kalendis Octobris, vsq; ad Aduentum. Hymnus.

D. Gregorij

PRimo dierum omnium,
Quo mũdus extat cõdit⁹,
Vel quo resurgens cõditor
Nos morte victa liberat.

Pulsis procul torporibus,
Surgamus omnes ocyus,
Et nocte quæramus pium,
Sicut propheta nouimus.

Nostras preces vt audiat,
Suamq; dextram porrigat,
Et expiatos sordibus,
Reddat polorum sedibus.

Vt quiq; sacratissimo
Huius diei tempore
Horis quietis psallimus,
Donis beatis muneret.

Iam nunc paterna claritas
Te postulamas affatim,
Absit libido sordidans,
Omnisq; actus noxius.
Ne fœda sit, vel lubrica
Compago nostri corporis,
Per quam Auerni ignibus
Ipsi crememur acrius.
Ob hoc Redẽptor quæsum⁹,
Vt probra nostra diluas,
Vitæ perennis commoda
Nobis benignus conferas.
Quò carnis actu exules
Effecti ipsi cœlibes,
Vt præstolamur cernui,
Melos canamus gloriæ.
Præsta pater piissime,
Patriq; compar vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnãs p oẽ seculũ. Amẽ.

Subsequens Hymnus dicitur ab octaua Pentecost. vsque ad Dominicam proximiorẽ Kalendis Octobris. Hymnus.

NOcte surgentes vigilemus omnes,
Semper in psalmis meditemur, atque
Viribus totis Dño canam⁹
Dulciter hymnos.
Vt pio regi pariter canentes,
Cũ suis sanctis mereamur aulam
Ingredi cęli, simul & beatã
Ducere vitam.
Pręstet hoc nobis deitas beata
Patris, ac Nati, pariterque sancti
Spiritus, cuius reboat in omni Gloria mũdo. Am̃.

Aliis tẽporibus à supradictis, Inuitat. & Hym. dicuntur quę habentur in proprio de tempore pro officii varietate.

IN PRIMO NOCTVRNO.

In Aduẽ. Aña. Veniet ecce rex.
Tpe Pasch. Aña. Hallã, Lapis.
Per annũ. Aña. Dñe. Psal. 20.

DOmine in virtute tua lætabitur rex: & super salutare tuũ exultabit vehementer.
Desiderium cordis eius tribuisti ei: & voluntate labiorũ eius non fraudasti eum.
Quoniam pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronã de lapide pretioso.
Vitam petiit à te: & tribuisti ei longitudinem dierũ in seculum, & in seculum seculi.
Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnũ decorem impones super eũ.
Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi: lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.
Quoniam rex sperat in Domino: & in misericordia Altissimi non commouebitur.

Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt.
Pones eos, vt clibanũ ignis, in tempore vultus tui: Dominus in ira sua cõturbabit eos, & deuorabit eos ignis.
Fructum eorũ de terra perdes: & semen eorum à filiis hominum.
Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt cõsilia, quæ non potuerunt stabilire.
Quoniã pones eos dorsum: in reliquiis tuis p̃parabis vultum eorum.
Exaltare Domine in virtute tua: cantabimus, & psallemus virtutes tuas. Psalmus 21.

DEus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? longe à salute mea verba delictorum meorum.
Deus meus clamabo per diẽ, & non exaudies: & nocte, & non ad insipientiam mihi.
Tu autem in sancto habitas: laus Israel.
In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos.
Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi.
Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis.
Omnes videntes me, deriserunt me: locuti sunt labiis, & mouerunt caput.
Sperauit in domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum.
Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre, spes mea ab vberibus matris meæ: in te ꝓiectus sum ex vtero.
De ventre matris meæ Deus me⁹ es tu: ne discesseris à me.
Quoniam tribulatio proxima est: quoniam non est qui adiuuet.
Circũdederũt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.
Aperuerunt super me os suũ: sicut leo rapiens, & rugiens.
Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea.
Factum est cor meum tamquam cera liquescens: in medio ventris mei.
Aruit tamquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in puluerẽ mortis deduxisti me.
Quoniam circũdederũt me canes multi: concilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas, & pedes meos : dinumerauerunt omnia ossa mea.
Ipsi verò considerauerunt, & inspexerũt me : diuiserunt sibi vestimẽta mea, & super vestem meam miserũt sortem.
Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum à me: ad defensionem meam conspice.
Erue à framea Deus animam meam: & de manu canis vnicam meam.
Salua me ex ore leonis : & à cornibus vnicornium humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum fratribus meis : in medio Ecclesiæ laudabo te.
Qui timetis dominum, laudate eum : vniuersum semen Iacob glorificate eum.
Timeat eum omne semen Israel: quoniam non spreuit, neque despexit deprecationẽ pauperis.
Nec auertit faciem suã à me : & cum clamarẽ ad eũ, exaudiuit me.
Apud te laus mea in Ecclesia magna : vota mea reddam in conspectu timentium eum.
Edent pauperes, & saturabũtur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum: viuẽt corda eorum in seculum seculi.
Reminiscentur, & conuertẽtur ad dominũ : vniuersi fines terræ.
Et adorabunt in conspectu eius : vniuersæ familiæ gẽtiũ.
Quoniã domini est regnũ : & ipse dominabitur gẽtium.
Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ: in conspectu eius cadẽt omnes, qui descendunt in terram.
Et anima mea illi viuet: & semen meum seruiet ipsi.
Annunciabitur Domino generatio ventura: & annunciabunt cœli iustitiam eius, populo, qui nascetur, quem fecit Dominus.

In Aduentu. Aña. Veniet ecce rex excelsus, cum potestate magna ad saluandas gentes, halleluia. Aña. Confortate.
Per annum. Aña. Dñe in virtute tua lætabitur rex. Aña. Dominus regit me. Psal. 22.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit : in loco pascuæ ibi me collocauit.
Super aquã refectionis educauit me: animam meam cõuertit.
Deduxit me super semitas iustitiæ: propter nomen suum.
Nã & si ambulauero in medio umbræ mortis : non timebo mala, quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus: ipsa me consolata sunt.
Parasti in cõspectu meo mẽsam : aduersus eos, qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meũ: & calix meus inebrians quam præclarus est.
Et misericordia tua subsequetur me : omnibus diebus uitæ meæ :
Et vt inhabitẽ in domo Domini : in longitudinem dierum. Psalmus 23.

Domini est terra, & plenitudo eius : orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo.
Quia ipse super maria fundauit eum : & super flumina præparauit eum.
Quis ascendet in montẽ domini ? aut quis stabit in loco sancto eius ?
Innocens manibus, & mũdo corde: qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo.
Hic accipiet benedictionem à domino : & misericordiã à Deo salutari suo.
Hæc est generatio quærentiũ eum : quærentium faciẽ Dei Iacob.
Attollite portas principes vestras, & eleuamini portę æternales : & introibit rex gloriæ.
Quis est iste rex gloriæ? Dñs fortis, & potens, dominus potens in prælio.
Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ ęternales: & introibit rex gloriæ.
Quis est iste rex gloriæ ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

In Aduentu. Aña. Confortate manus dissolutas, cõfortamini, dicite, ecce Deus noster veniet, & saluabit nos, halleluia. Aña. Gaudete omnes.
Per annum. Aña. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Aña. Oculi mei. ps 24.

Ad te domine leuaui animam meã : Deus meus in te confido, non erubescã.
Neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi, qui sustinent te non confundentur.
Confundantur omnes iniqua agentes: superuacuẽ.
Vias tuas domine demonstra mihi : & semitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota die.

Reminiſcere miſerationũm tuarũ domine: & miſericordiarũ tuarũ,quę à ſeculo ſunt.

Delicta iuuentutis meæ: & ignorantias meas ne memineris.

Secundum miſericordiã tuã memento mei tu:propter bonitatem tuam Domine.

Dulcis, & rectus dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mãſuetos in iudicio: docebit mites vias ſuas.

Vniuerſæ viæ domini miſericordia, & veritas: requirentibus teſtamentum eius, & teſtimonia eius.

Propter nomen tuum domine ꝓpitiaberis peccato meo: multum eſt enim.

Quis eſt homo qui timet dominum? legem ſtatuit ei in via,quam elegit.

Anima eius in bonis demorabitur: & ſemen eius hæreditabit terram.

Firmamentum eſt dominus timentibus eum:& teſtamentum ipſius,vt manifeſtet illis.

Oculi mei ſemper ad dominum: quoniã ipſe euellet de laqueo pedes meos.

Reſpice in me, & miſerere mei: quia vnicus, & pauper ſum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt: de neceſſitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meam, & laborem meũ:& dimitte uniuerſa delicta mea.

Reſpice inimicos meos, quoniam multiplicati ſunt: & odio iniquo oderunt me.

Cuſtodi animam meam, & erue me:nõ erubeſcam,quoniam ſperaui in te.

Innocentes, & recti adhæſerunt mihi:quia ſuſtinui te.

Libera Deus Iſrael:ex omnib⁹ tribulationib⁹ ſuis. Ps 25.

IVdica me Domine,quoniã ego in innocentia mea ingreſſus ſum: & ĩ domino ſperans non infirmabor.

Proba me domine, & tenta me: vre renes meos, & cor meum.

Quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt: & complacui in veritate tua.

Non ſedi cum cõcilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo.

Odiui eccleſiam malignantium:& cũ impiis nõ ſedebo.

Lauabo inter innocentes manus meas: & circũdabo altare tuum domine.

Vt audiã vocẽ laudis:& enarrem vniuerſa mirabilia tua.

Domine dilexi decorem domus tuæ: & locum habitationis gloriæ tuæ.

Ne perdas cum impiis Deus animam meam: & cum viris ſanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus.

Ego autem in innocẽtia mea ingreſſus ſum:redime me, & miſerere mei.

Pes meus ſtetit in directo: in Eccleſiis benedicam te dñe.

In Aduetu. Aña. Gaudete oẽs, & lætamini: ecce quia veniet dominus vltionis,adducet retributionem: ipſe veniet, & ſaluabit nos. ℣. Ex Sion ſpecies decoris eius. ℟. Deus noſter manifeſtè veniet.

Tempore Quadrageſ. ℣. Ipſe liberabit me de laqueo venãtium. ℟. Et à verbo aſpero.

Tempore Paſſionis. ℣. Erue à framea Deus animã meã. ℟. Et de manu canis vnicã meã.

Tẽpore Paſchali. Aña. Halleluia,Lapis reuolutus eſt, halleluia, ab oſtio monumenti, halleluia. ℣. Surrexit dñs de ſepulchro, hal'a. ℟. Qui pro nobis pepẽdit in ligno,hal'a.

Per annum. Aña. Oculi mei ſemper ad dominum. ℣. Memor fui nocte noĩs tui Dñe. ℟. Et cuſtodiui legem tuam.

Poſt ℣. cuiuſlibet nocturni dĩ Pater noſter. Abſolutio,& benedictiones poſitæ in prima Dominica Aduentus.

Deinde legũtur lectiones cũ Reſponſoriis, vtſuis locis aſſignantur.

IN II. NOCTVRNO.

In Adu. Aña. Gaude,& lętare. Tpe Paſchali. Aña. Halleluia,Quẽ q̃ris. Per annu. Aña. Dominus defenſor. Pſal. 26.

DOminus illuminatio mea, & ſalus mea:quem timebo?

Dominus ꝓtector vitæ meæ: à quo trepidabo?

Dum appropiant ſuper me nocẽtes:vt edãt carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt.

Si conſiſtant aduerſum me caſtra: non timebit cor meũ.

Si exurgat aduerſum me p̃lium:in hoc ego ſperabo.

Vnam petii à Domino, hanc requiram:vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

Vt videam voluntatem Dñi: & viſitem templum eius.

Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo: in die ma-

lorum protexit me in abscõdito tabernaculi sui.

In petra exaltauit me:& nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.

Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis:cantabo, & psalmũ dicam domino.

Exaudi Domine vocẽ meã, qua clamaui ad te: miserere mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuã domine requiram.

Ne auertas faciem tuã à me: ne declines ĩ ira à seruo tuo.

Adiutor meus esto, ne derelinquas me: neque despicias me Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me: dominus autẽ assumpsit me.

Legem pone mihi domine ĩn via tua: & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniã insurrexerunt in me testes iniqui,& mẽtita est iniqtas sibi.

Credo videre bona domini: ĩn terra viuentium.

Expecta dñm,viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine dominum. Psalmus 27.

AD te Domine clamabo, De⁹ meus ne sileas à me: ne quando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum.

Exaudi domine uocem deprecationis meæ,dum oro ad te:dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.

Ne simul tradas me cum peccatoribus: & cum operantibus iniquitatẽ ne perdas me.

Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum.

Da illis secundum opera eorum:& secundum nequitiam adinuentionum ipsorum.

Secundum opera manuũ eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis.

Quoniam nõ intellexerunt opera domini,& in opera manuum eius: destrues illos, & non ædificabis eos.

Benedictus dominus: quoniam exaudiuit vocẽ deprecationis meæ.

Dominus adiutor meus, & protector meus: & ĩ ipso sperauit cor meũ,& adiutus sum.

Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei.

Dñs fortitudo plebis suæ: & protector salutationum Christi sui est.

Saluum

Saluum fac populum tuum domine,& benedic hæreditati tuę:& rege eos,& extolle illos,vsque in æternum.

In Aduentu. Aña Gaude, & lætare filia Ierusalem: ecce rex tuus veniet tibi:Sion noli timere, quia cito ueniet salus tua. Antiphona Rex noster. Per annum. Aña Dominus defensor vitę meæ. Aña Adorate dominum. Psalmus 28.

AFferte domino filii Dei: afferte dño filios arietũ.

Afferte domino gloriam, & honorẽ, afferte domino gloriã nomini eius: adorate dominum in atrio sancto eius.

Vox domini sup aquas,Deus maiestatis intonuit: dominus super aquas multas.

Vox domini in virtute: uox domini in magnificentia.

Vox domini confringẽtis cedros: & confringet dominus cedros Libani.

Et comminuet eas tamquam vitulum Libani: & dilectus quemadmodũ filius vnicornium.

Vox domini intercidẽtis flãmam ignis, vox Domini cõcutientis desertum: & cõmouebit Dominus desertũ Cades.

Vox domini præparãtis ceruos, & reuelabit condensa:& in templo eius omnes dicent gloriam.

Dominus diluuium inhabitare facit:& sedebit Dominus rex in æternum.

Dominus virtutem populo suo dabit:dominus benedicet populo suo in pace. Psal. 29.

EXaltabo te domine, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

Domine Deus meus clamaui ad te:& sanasti me.

Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me à descendentibus in lacum.

Psallite Domino sancti eius: & confitemini memoriæ sanctitatis eius.

Quoniam ira in indignatione eius: & uita in uoluntate eius.

Ad vesperum demorabit̃ fletus: & ad matutinum lætitia.

Ego autem dixi in abundantia mea: non mouebor in æternum.

Domine in volũtate tua: ꝓstitisti decori meo virtutem.

Auertisti faciem tuam à me: & factus sum conturbatus.

Ad te domine clamabo:& ad Deum meum deprecabor.

Quæ vtilitas ĩ sanguine meo: dum

dum descendo in corruptionem?
N úquid cõfitebitur tibi pulnis: aut annunciabit veritatem tuam?
A udiuit dominus, & misertus est mei: dominus factus est adiutor meus.
C onuertisti planctum meũ in gaudium mihi: conscidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia.
V t cantet tibi gloria mea, & non cõpungar: domine Deus meus in æternum confitebor tibi.
In Aduentu. Aña. Rex noster adueniet Christus, quem Iohannes prædicauit Agnũ esse venturum. Aña. Ecce venio.
Per annum. Aña. Adorate dominum in aula sancta eius.
Aña. In tua iustitia. Psal. 30.
I N te domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me.
Inclina ad me aurem tuam: accelera, vt eruas me.
E sto mihi in Deũ ꝓtectorẽ, & in domum refugii: vt saluũ me facias.
Q uoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu: & propter nomen tuũ deduces me, & enutries me.
E duces me de laqueo hoc, quem abscõderũt mihi: quoniam tu es protector meus.
I n manus tuas commendo spiritum meũ: redemisti me domine Deus veritatis.
O disti obseruantes vanitates: superuacuè.
E go autem in domino sperani: exultabo, & lætabor in misericordia tua.
Q uoniam respexisti humilitatem meam: saluasti de necessitatibus animam meam.
N ec conclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spatioso pedes meos.
M iserere mei domine, quoniam tribulor: cõturbatus est in ira oculus meus, aĩa mea, & venter meus.
Q uoniam defecit in dolore vita mea: & anni mei in gemitibus.
I nfirmata est in paupertate virtus mea: & ossa mea cõturbata sunt.
S uper omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde: & timor notis meis.
Q ui videbant me, foras fugerũt à me: obliuioni dat⁹ sum; tamquam mortuus à corde.
F actus sum tamquã vas perditum: quoniam audiui vituperationem multorum commoran-

morantium in circuitu.
I n eo dum conuenirẽt simul aduersum me: accipere animam meam consiliati sunt.
E go autem in te speraui domine: dixi, Deus meus es tu: in manibus tuis sortes meæ.
E ripe me de manu inimicorum meorum: & à persequẽtibus me.
I llustra faciem tuã super seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua: domine nõ confundar, quoniam inuocaui te.
E rubescant impii, & deducãtur in infernum: muta fiant labia dolosa.
Q uæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem: in superbia, & in abusione.
Q uam magna multitudo dulcedinis tuę domine: quam abscondisti timentibus te.
P erfecisti eis, qui sperãt in te: in conspectu filiorum hominum.
A bscondes eos in abscondito faciei tuæ: à cõturbatione hominum.
P roteges eos in tabernaculo tuo: à cõtradictione liguarũ.
B enedictus dominus: quoniã mirificauit misericordiã suã mihi in ciuitate munita.
E go autẽ dixi in excessu mẽtis meæ: proiectus sum à facie oculorum tuorum.
I deò exaudisti vocem orationis meæ: dum clamarẽ ad te.
D iligite dominum oẽs sancti eius: quoniam veritatem requiret domin⁹, & retribuet abundanter faciẽtibus superbiam.
V iriliter agite, & confortetur cor vestrum: omnes qui speratis in domino. Psalmus 31.
B Eati quorũ remissæ sunt iniquitates: & quorũ tecta sunt peccata.
B eatus vir, cui non imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.
Q uoniam tacui, inueterauerunt ossa mea: dum clamarẽ tota die.
Q uoniam die, ac nocte grauata est super me manus tua: cõuersus sum in ærũna mea, dum configitur spina.
D elictum meum cognitum tibi feci: & iniustitiam meam non abscondi.
D ixi, cõfitebor aduersum me iniustitiam meam domino: & tu remisisti impietatẽ peccati mei.
P ro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno.
V erũtamen in diluuio aquarum

rum multarum : ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circundedit me : exultatio mea erue me à circundantibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris : firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus, & mulus : quibus non est intellectus.

In chamo & freno maxillas eorum constringe : qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris : sperantes autem in domino misericordia circundabit.

Lætamini ĩ domino, & exultate iusti : & gloriamini omnes recti corde.

In Aduentu. Aña. Ecce venio cito, & merces mea mecum est, dicit dominus : dare vnicuique secundum opera sua. ℣. Emitte agnũ dñe dominatorem terræ. ℟. De petra deserti ad montem filiæ Sion.

In Quadragesima. ℣. Scapulis suis obũbrabit tibi. ℟. Et sub pennis eius sperabis.

Tẽpore Passionis. ℣. De ore leonis libera me domine. ℟. Et à cornibus vnicorniũ humilitatem meam.

Tempore Paschali. Aña. Halleluia, Quem quæris mulier? halleluia, viuentem cũ mortuis, halleluia, halleluia. ℣. Surrexit Domin⁹ verè. hallã. ℟. Et apparuit Simoni. hallã.

Per annum. Aña. In tua iustitia libera me Dñe. ℣. Quoniam tu illuminas lucernam meã Domine. ℟. Deus meus illumina tenebras meas.

Lectiones legũtur de sermonibus doctorum, cũ suis Rñsoriis, vt in ꝓprio de tẽpore.

IN TERTIO NOCTVR.

Aña. Halleluia. Cantica, quæ sequuntur dicuntur ab octa. Pentec. vsq; ad Pascha, quando sit de Dominica.

Canticum j.



Domine miserere nostri, te enim expectauimus: esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulationis. Isa. 33.

A voce Angeli fugerunt populi : & ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes.

Et congregabũtur spolia vestra sicut colligit brucus : velut cum fossæ plenæ fuerint de eo.

Magnificatus est Dominus, quoniam habitauit in excelso : impleuit Sion iudicio, & iustitia; & erit fides in temporibus suis.

Diuitiæ salutis sapientia, & scientia : timor Domini ipse est thesaurus eius.

Ecce videntes clamabunt foris : Angeli pacis amarè flebũt.

Dissipatæ sunt viæ, cessauit transiens per semitam : irritum factum est pactum, proiecit ciuitates, non reputauit homines.

Luxit, & elanguit terra : cõfusus est Libanus, & obsorduit.

Et factus est Saron sicut desertum : & concussa est Basan, & Carmelus.

Nunc exurgam, dicit Dominus : nunc exaltabor, & nunc sublimabor. Canticum ij.

Isa. 33. Audite, qui lõgè estis, quę fecerim, dicit Dominus : & cognoscite vicini fortitudinem meam.

Conterriti sunt in Sion peccatores : possedit timor hypocritas.

Quis poterit habitare de uobis cum igne deuorante? aut quis habitabit ex vobis cũ ardoribus sempiternis?

Qui ambulat in iustitiis, & loquitur veritatem : qui proiicit auaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere.

Qui obturat aures suas ne audiat sanguinẽ : & claudit oculos suos ne videat malum.

Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius : panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt.

Regem in decore suo videbunt oculi eius, cernent terrã de longe : cor tuum meditabitur timorem. Canticum iij.

Miserere Domine plebi tuæ, super quam inuocatum est nomẽ tuũ : & Israel, quem coęquasti primogenito tuo. Isa. 36

Miserere ciuitati sanctificationis tuæ Ierusalem : ciuitati requiei tuæ.

Reple Sion inenarrabilibus virtutibus tuis : & gloria tua populum tuum.

Da testimoniũ, quia ab initio creaturæ tuæ sunt : & suscita precationes, quas locuti sunt ĩ nomine tuo prophetæ priores.

Da mercedem domine sustinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur : & exaudi orationes seruorum tuorum.

Secũdum benedictionẽ Aaron da populo tuo : & dirige nos in viam iustitię.

Vt sciant omnes, qui habitant terram :

terram: quia tu es Deus conspector seculorum. Antiph. Halleluia, halleluia, halla.

Et sic dicitur in omnibus Dominicis per annum extra tps Paschale, quãdo fit de Dñica. A Septuagesima autem vsque ad Pascha, dicit alia Aña, quæ suis locis habetur propria. Sequẽtia Cantica dñr in Dñicis toto tempore Paschali. Aña. Halleluia, Noli flere.

Canticum j.

Isa. 63. QVis est iste, qui venit de Edom: tinctis vestibus de Bosra?

Iste formosus ĩ stola sua: gradiens in multitudine fortitudinis suæ.

Ego qui loquor iustitiam: & propugnator sum ad saluandum.

Quare ergo rubrum est indumentum tuum: & vestimenta tua, sicut calcãtium in torculari?

Torcular calcaui solus: & de gentibus non est vir mecum.

Calcaui eos in furore meo: & conculcaui eos in ira mea.

Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea: & omnia indumẽta mea ĩquinaui.

Dies enim vltionis in corde meo: annus retributionis meę venit.

Circũspexi, & non erat auxiliator: quæsiui, & non fuit, qui adiuuaret.

Et saluauit mihi brachium meum: & indignatio mea, ipsa auxiliata est mihi. Cãt. ij.

Osee 6. VEnite, & reuertamur ad Dominum, quia ipse cępit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos.

Viuificabit nos post duos dies: & in die tertia suscitabit nos.

Et viuemus in cõspectu eius: sciemus, sequemurque, vt cognoscamus Dominum.

Quasi diluculum præparatus est egressus eius: & veniet nobis quasi imber tẽporaneus, & serotinus terræ.

Quid faciam tibi Ephraim. quid faciam tibi Iuda? misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens.

Propter hoc dolaui in ꝓphetis, & occidi eos in verbis oris mei: & iudicia mea quasi lux egredientur.

Quia misericordiam volui, & non sacrificium: & scientiam Dei plusquam holocaustum. Canticum iij.

Soph. 3. EXpecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis meę in futurum: quia iudiciũ

meum,

meum, vt congregem gentes, & colligam regna.

Et effundam super eos indignationem meam: & omnẽ iram furoris mei.

In igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra: quia tũc reddam populis labium electum: vt inuocent omnes nomen Domini, & seruiant ei humero vno.

Vltra flumina Aethiopiæ, inde supplices mei: filii dispersorum meorum deferẽt munus mihi.

In die illa non confunderis super cunctis adinuentionibus tuis: quibus præuaricata es in me.

Quia tũc auferam de medio tui magniloquos supbiæ tuæ: & non adiicies exaltari amplius in monte sancto meo.

Et derelinquã in medio tui populum pauperem, & egenum: & sperabunt in nomine domini reliquiæ Israel.

Non facient iniquitatẽ, nec loquentur mendacium: & nõ inuenietur in ore eorum lingua dolosa.

Quoniam ipsi pascentur, & accubabunt: & non erit qui exterreat. Aña. Halleluia, Noli flere Maria, halleluia, resurrexit dominus, halla, halla.

In Aduẽtu. ℣. Egredietur dominus de loco sancto suo. ℟. Veniet, vt saluet populũ suũ.

In Quadragesima. ℣. Scuto circũdabit te veritas eius. ℟. Nõ timebis à timore nocturno. Tẽpore passionis. ℣. Ne perdas cum impiis Deus animam meam. ℟. Et cum viris sanguinum vitam meam.

Tempore Paschali. ℣. Gauisi sunt discipuli, halleluia. ℟. Viso Dño, halla. Per annum. ℣. Exaltare domine in virtute tua. ℟. Cãtabimus, & psallemus virtutes tuas.

Lectiones dicũtur ex Homilia in Euãgelium Dominicæ currentis, cum suis Responsoriis, vt in proprio de tẽpore. Quibus finitis pronunciatur Hymnus. Te Deũ laudamus. Qui semper dicitur post duodecimum Responsoriũ, tàm in Dominicis, quàm in festis.

Hymnus Sanctorum Ambrosii, & Augustini.

TE Deum laudamus: te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem: omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli: tibi cœli, & vniuersæ potestates.

Tibi Cherubim, & Seraphim: incessabili voce proclamant.

Sanctus.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cœli, & terra: maiestatis gloriæ tuæ.
Te gloriosus Apostolorum chorus.
Te prophetarum laudabilis numerus.
Te martyrum cādidatus laudat exercitus.
Te per orbem terrarum sancta confitetur Ecclesia.
Patrem immensæ maiestatis
Venerandum tuum verum: & vnicum filium.
Sanctum quoque paraclitum Spiritum.
Tu rex gloriæ Christe.
Tu Patris sempiternus es filius.
Tu ad liberandum suscepturus hominem: nō horruisti virginis vterum.
Tu deuicto mortis aculeo: aperuisti credētibus regna cœlorum.
Tu ad dexteram Dei sedes: in gloria Patris.
Iudex crederis esse venturus.
Te ergo quæsumus, tuis famulis subueni: quos pretioso sanguine redemisti.
Aeterna fac cum sanctis tuis: gloria munerari.
Saluum fac populum tuum Domine: & benedic hæreditati tuæ.
Et rege eos, & extolle illos: vsque in æternum.
Per singulos dies: benedicimus te.
Et laudamus nomē tuum in seculum: & in seculum seculi.
Dignare Domine die isto: sine peccato nos custodire.
Miserere nostri Domine: miserere nostri.
Fiat misericordia tua Domine super nos: quemadmodum sperauimus in te.
In te Domine speraui: non confundar in æternum.
Hic dr̃ Euangeliū, cuius principiū in nona lctōne lectum est, pmisso ℣. Dn̄s uobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
Sequētia S. Euangelii s̄m N. Et in fine Euāgelii dr̃. Amen.
Deinde Hymnus.

TE decet laus: te decet hymnus:
Tibi gloria Deo Patri, & Filio, cum sancto Spiritu in secula seculorū. Am̄. Oremus.
Postea dicitur oratio, quæ dicta est in primis Vesperis, quę pariter in Laudibus, & in aliis Horis dicitur, præterquàm ad Primam, & Complet. Deinde dicitur ℣. Dominus uobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias. ℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

AD LAVDES.

Pater noster. Aue Maria. ℣. Deus in adiutor. Gloria Pri.
Deinde Psalmus 66.

DEus misereatur nostri, & bn̄dicat nobis: illuminet vultum suū super nos, & misereatur nostri.
Vt cognoscamus in terra viā tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.
Confiteant̄ tibi populi Deus: confiteantur tibi populi oēs.
Lætentur, & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate: & gentes in terra dirigis.
Confiteant̄ tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes; terra dedit fructū suum.
Benedicat nos Deus, De⁹ noster, benedicat nos Deus: & metuant eum oēs fines terræ.
Gloria Patri, & filio: &c.
A Dominica post octauā Epiphaniæ, vsque ad Septuagesimam, & ab octa. Pentec vsque ad Aduētum, & tpe Paschali.
Aña. Halleluia. Psalmus 50.

MIserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meā ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.
Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cū iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti: incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.
Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudiū, & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.
Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.
Cor mūdū crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis.
Ne proiicias me à facie tua: & Spiritū sanctum tuum ne auferas à me.
Redde mihi lætitiam salutaris

ris tui, & spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te conuertentur.
Libera me de sanguinibus Deus, Deꝰ salutis meę: & exaltabit lingua mea iustitiã tuã.
Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam.
Quoniam si uoluisses sacrificium, dedissem vtique: holocaustis non delectaberis.
Sacrificium Deo spiritus cõtribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.
Benignè fac Domine in bona uoluntate tua Sion: vt ædificentur muri Ierusalem.
Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta: tunc imponent super altare tuũ vitulos. Psal. 117.

Confitemini Dño, quoniam bonus: quoniã in seculum misericordia eius.
Dicat nũc Israel, quoniã bonus: quoniã in seculum misericordia eius.
Dicat nunc domus Aaron: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicant nunc, qui timent Dominum: quoniam in seculum misericordia eius.
De tribulatione inuocaui dominum: & exaudiuit me in latitudine dominus.
Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.
Dominus mihi adiutor: & ego despiciã inimicos meos.
Bonum est confidere in Domino: quàm confidere in homine.
Bonum est sperare in Domino: quàm sperare in principibus.
Omnes gẽtes circuierũt me: & in nomine domini, quia vltus sum in eos.
Circundantes circundederũt me: & in nomine domini, quia ultus sum in eos.
Circũdederũt me sicut apes, & exarserũt sicut ignis in spinis: & in nomine domini, quia ultus sum in eos.
Impulsus, euersus sum, vt caderem: & dominus suscepit me.
Fortitudo mea, & laus mea dominus: & factus est mihi in salutem.
Vox exultationis, & salutis: in tabernaculis iustorum.
Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me: dextera Domini fecit virtutem.

Non moriar, sed viuam: & narrabo opera Domini.
Castigans castigauit me dominus: & morti non tradidit me.
Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas cõfitebor domino: hæc porta domini, iusti intrabunt in eam.
Cõfitebor tibi, quoniã exaudisti me: & factus es mihi in salutem.
Lapidem quem reprobauerunt ædificantes: hic factus est in caput anguli.
A domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris.
Hæc dies, quam fecit dominus: exultemus, & lætemur in ea.
O domine saluum me fac, ò domine benè prosperare: benedictus, qui venit in nomine domini.
Benediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus, & illuxit nobis.
Constituite diem solennem in condensis: vsque ad cornu altaris.
Deus meus es tu, & cõfitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.
Cõfitebor tibi, quoniã exaudisti me: & factus es mihi in salutem.
Confitemini domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
In festis sanctorum, & per octauas, etiam si infra octa. fiat de Dominica, & toto tempore Paschali, loco psalmorum. Miserere. & Cõfitemini. dicũ psalmi. Dñs regnauit decorẽ. f. 48. & Iubilate Deo. f. 49.

Psalmus 62.

Deus Deus meus: ad te de luce vigilo.
Sitiuit in te anima mea: quã multipliciter tibi caro mea.
In terra deserta, inuia, & inaquosa, sic ĩ sancto apparui tibi: vt viderem uirtutem tuã, & gloriam tuam.
Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.
Sic benedicã te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe, & pĩguedine repleatur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meũ.
Sic memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes, qui iurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua.

Tempore Paschali. Aña. Halleluia, halleluia, hallel. hallel. hallel. hallel. hallel. hal. hal. hal. Aña. Surrexit Christus.

Per annum. Aña. Halleluia, halleluia, halleluia, halleluia, halleluia, halleluia, halleluia.

Antiphona. Tres pueri.

Canticum trium puerorum.

Dan. 3 Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite cęli domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt domino: benedicite omnes uirtutes domini domino.

Benedicite sol, & luna domino: benedicite stellæ cœli domino.

Benedicite imber, & ros domino: benedicite omnis spiritus Dei domino.

Benedicite ignis, & æstus domino: benedicite frigus, & æstas domino.

Benedicite rores, & pruina domino: benedicite gelu, & frigus domino.

Benedicite glacies, & niues domino: benedicite noctes, & dies domino.

Benedicite lux, & tenebræ domino: benedicite fulgura, & nubes domino.

Benedicat terra domino: laudet, & superexaltet eum in secula.

Benedicite montes, & colles domino: benedicite vniuersa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes domino: benedicite maria, & flumina domino.

Benedicite Cete, & oĩa quæ mouentur in aquis domino: benedicite oẽs volucres cœli Domino.

Benedicite omnes bestiæ, & pecora domino: benedicite filii hominum domino.

Benedicat Israel dominum: laudet, & superexaltet eum in secula.

Benedicite sacerdotes domini domino: benedicite serui domini domino.

Benedicite spiritus, & animæ iustorum domino: benedicite

sancti,

sancti, & humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicamus Patrem, & Filium cum sancto Spiritu: laudemus, & superexaltemus eũ in secula.

Benedictus es domine in firmamento cœli: & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in secula. Hic non dicit Gloria Patri, neque Amen.

Tempore Paschali. Aña. Surrexit Christus de sepulchro: qui liberauit tres pueros de camino ignis ardentis, hallĩa.

Per annum. Aña. Tres pueri iussu regis in fornacem missi sunt: non timentes flammam ignis, dicentes, bñdictus De⁹.

Aña. Halleluia. Psal. 148.

Laudate Dominũ de cœlis: laudate eũ in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eũ sol, & luna: laudate eum omnes stellæ, & lumen.

Laudate eum cœli cœlorum: & aquæ omnes, quæ super cęlos sunt laudent nomen dñi.

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in seculum seculi: præceptũ posuit, & non præteribit.

Laudate dominum de terra: dracones, & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius.

Montes, & omnes colles: ligna fructifera, & oẽs cedri.

Bestiæ, & vniuersa pecora: serpentes, & uolucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi: principes, & omnes iudices terræ.

Iuuenes, & virgines, senes, cũ iunioribus laudent nomẽ domini: quia exaltatum est nomen eius solius.

Confessio eius super cœlum, & terram: & exaltauit cornu populi sui.

Hymnus oĩbus sanctis eius: filiis Israel populo appropinquanti sibi. Hic non dicitur Gloria Patri. Psalmus 149.

Cantate Domino canticũ nouum: laus eius in Ecclesia sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit eum: & filię Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro: in tympano, & psalterio psallant ei.

 Quia

Quia beneplacitum est domino in populo suo: & exaltauit mansuetos in salutem.
Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.
Exaltationes Dei in gutture eorum: & gladii ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorum in cōpedibus: & nobiles eorū in manicis ferreis.
Vt faciant in eis iudiciū conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius. Hic nō dr̄ Gloria Patri. Psalmus 150.

Laudate Dominū in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eū in virtutibus ei⁹: laudate eum secundum multitudinē magnitudinis eius.
Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio, & cithara.
Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in chordis, & organo.
Laudate eū in cymbalis benè sonātibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum.
Tp̄e Paschali, & p̄ annū. Aña. Halleluia, hallel. hallel. Cap.

Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro, in secula seculorū. Amen. ℟. Deo grās. Apoc. 7.
℟. br. Hæc est dies, Quam fecit dominus. ℣. Exultemus, & lætemur in ea. Quā fecit dn̄s. Gloria Pr̄i. Hęc est dies.
Aliud ℟. br. dicendū a Septuagesima, vsq; ad Quadragesimam. Adiutor meus esto Deus. Ne derelīquas me. ℣. Neque despicias me Deus salutaris meus. Ne derelinquas. Gloria. Adiutor meus.
Qn̄ ad Noct. dr̄ Hym. Primo dierum. Ad Laudes dr̄ Hym.

Æterne rerum conditor, D. Ambrosij.
Noctē diēq; qui regis,
Et tēporum das tempora,
Vt alleues fastidium.
Præco diei iam sonat
Noctis profundæ peruigil,
Nocturna lux viantibus,
A nocte noctem segregās.
Hoc excitatus Lucifer
Soluit polum caligine,
Hoc omnis errorū chorus
Viam nocendi deserit.
Hoc nauta vires colligit,
Pontiq; mitescunt freta;
Hoc, ipsa petra Ecclesiæ,
Canente, culpam diluit.
Surgamus ergo strenuè,
Gallus iacentes excitat,

Et somnolentos increpat,
Gallus negantes arguit.
Gallo canente spes redit,
Aegris salus refunditur,
Mucro latronis conditur,
Lapsis fides reuertitur.
Iesu labentes respice,
Et nos videndo corrige:
Si respicis, lapsi stabunt,
Fletuq; culpa soluitur.
Tu lux refulge sensibus,
Mentisq; somnū discute:
Te nr̄a vox primū sonet,
Et vota soluamus tibi.
Deo Patri sit gloria,
Eiusq; soli Filio,
Cum Spiritu paraclito;
Et nūc, & in p̄petuū. Amē.

℣. Dominus regnauit, decorē induit. ℟. Induit dn̄s fortitudinem, & præcinxit se.
A Septuagesima, vsq; ad Quadrag. ℣. Domine refugiū factus es nobis. ℟. A generatione, & progenie.
Quando ad nocturnū dicitur Hymnus. Nocte surgentes.
Ad Laudes dicitur Hymnus.

Ecce iam noctis tenuatur
vmbra,
Lucis aurora rutilans coruscat,
Nisibus totis rogitem⁹ omnes
Cuncti potentem.
Vt Deus nostri miserat⁹ omnem
Pellat languorem, tribuat
salutem,
Donet & nobis pietate Patris
Regna polorum.
Præstet hoc nobis deitas beata
Patris, ac Nati, pariterque
sancti
Spiritus, cuius reboat in
omni Gloria mūdo. Am̄.

℣. Dominus regnauit. vt sup.
Canticum Zachariæ.

Benedictus Dominus De⁹ Israel: quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suę. Luc. 1.
Et erexit cornu salutis nobis: in domo Dauid pueri sui.
Sicut locutus est per os sanctorū: qui à seculo sunt prophetarum eius.
Salutem ex inimicis nostris: & de manu omniū, qui oderunt nos.
Ad faciendam misericordiā cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti.
Iusiurādum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrū: daturum se nobis.
Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi.
In sanctitate, & iustitia corā ipso: omnibus diebus nostris.
Et tu puer propheta Altissimi vocaberis: p̄ibis enim ante faciem Dn̄i parare vias eius.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionē peccatorum eorum.
Per viscera misericordię Dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto.
Illuminare his, qui in tenebris & vmbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.
Post Añam dicit Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. P F nr. & oro ppria. Deinde (si contingat) fit commem. alicuius sancti occurrentis. Postremo (si id tempus requirit) fiunt commemorationes cōmunes, vt infra in Vesperis Sabbathi. In fine dr̃ vna ex Añis beatæ Marię, vt habetur in fine Cōpletorij.

FERIA SECVNDA

AD MATVTINVM.

Inuitatorium. Venite, Exultemus Domino. Psalmus Iubilemus. fol. 9. Hymnus. D. Ambrosij.

Somno refectis artubus,
Spreto cubili surgimus:
Nobis Pater canentibus,
Adesse te deposcimus.
Te lingua primum cōcinat,
Te mentis ardor ambiat,
Vt actuum sequentium
Tu sancte sis exordium.
Cedant tenebræ lumini,
Et nox diurno sideri:
Vt culpa, quā nox intulit,
Lucis labascat munere.
Precamur ijdem supplices,
Noxas vt omnes amputes,
Et ore te canentium
Lauderis in perpetuum.
Præsta Pater piissime. vt sup.

In j. noct. Aña. Rectos decet. Tempore Paschali Aña. Halleluia. Psalmus 32.

Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio.
Confitemini Domino in cithara: in psalterio decē chordarum psallite illi.
Cantate ei canticum nouum: benè psallite ei in vociferatione.
Quia rectum est verbū Domini: & omnia opera eius in fide.
Diligit misericordiam, & iudicium: misericordia domini plena est terra.
Verbo Domini cœli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum.
Cōgregās sicut in vtre aquas maris: ponens in thesauris abyssos.
Timeat Dominū omnis terra: ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem.

Quoniam

Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.
Dominus dissipat cōsilia gētium, reprobat autem cogitationes populorū: & reprobat consilia principum.
Consilium autem domini in æternum manet: cogitationes cordis eius in generatione, & generationem.
Beata gēs, cuius est dominus Deus eius: populus, quē elegit in hæreditatem sibi.
De cœlo respexit Dominus: vidit omnes filios hominū.
De pręparato habitaculo suo: respexit super omnes, qui habitant terram.
Qui finxit sigillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum.
Nō saluatur rex per multam virtutem: & gigas nō saluabit in multitudine virtutis suæ.
Fallax equus ad salutem: in abundātia autem virtutis suę non saluabitur.
Ecce oculi domini super metuentes eum: & in eis qui sperant super misericordia eius.
Vt eruat à morte animas eorum: & alat eos in fame.
Anima nostra sustinet dominum: quoniā adiutor, & protector noster est.
Quia in eo lætabitur cor nostrū: & in nomine sancto eius sperauimus.
Fiat misericordia tua domine super nos: quemadmodū sperauimus in te. Psal. 33.

Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo.
In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & lætentur.
Magnificate Dominum mecum: & exaltemus nomē eius in idipsum.
Exquisiui Dominū, & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationib9 meis eripuit me.
Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestræ non confundentur.
Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum: & de omnibus tribulationibus eius saluauit eum.
Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos.
Gustate, & videte, quoniam suauis est Dn̄s: beatus vir, qui sperat in eo.
Timete dominum oēs sancti eius: quoniam nō est inopia timentibus eum.
Diuites eguerūt, & esurierūt: inquirentes autē Dominum

non

non minuentur omni bono.
Venite filii, audite me: timorem Domini docebo vos.
Quis est homo, qui vult vitã: diligit dies videre bonos?
Prohibe linguam tuã à malo: & labia tua ne loquantur dolum.
Diuerte à malo, & fac bonũ: inquire pacem, & persequere eam.
Oculi Domini super iustos: & aures eius in preces eorũ.
Vultus autem Domini super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.
Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.
Iuxta est dominus iis, qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit.
Multæ tribulationes iustorũ: & de omnibus his liberabit eos Dominus.
Custodit dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur.
Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustum delinquent.
Redimet dominꝰ animas seruorum suorum: & non delinquent omnes, qui sperant in eo.

Aña. Rectos decet collaudatio. Aña. Expugna. Psal. 34.

Iudica Domine nocentes me: expugnã impugnantes me.
Apprehende arma, & scutũ: & exurge in adiutoriũ mihi.
Effunde frameam, & conclude aduersus eos, qui pſequuntur me: dic animæ meæ, salus tua ego sum.
Confundantur, & reuereantur: quærentes animã meam.
Auertantur retrorsum, & cõfundantur: cogitantes mihi mala.
Fiant tamquam puluis ante faciem venti: & Angelus dñi coarctans eos.
Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum: & Angelus domini persequens eos.
Quoniam gratis abscõderũt mihi interitum laquei sui: superuacuè exprobrauerunt animam meam.
Veniat illi laqueus, quẽ ignorat; & captio quam abscondit apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipsum.
Anima autem mea exultabit in domino: & delectabitur super salutari suo.
Omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tibi?
Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum, & pauperem à diripiẽtibus eũ.
Surgentes testes iniqui: quæ ignorabam interrogabãt me.
Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatẽ animę meæ.
Ego autem cum mihi molesti essent: induebar cilicio.
Humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in sinu meo conuertetur.
Quasi proximũ, & quasi fratrem nostrum, sic complacebam: quasi lugens, & contristatus, sic humiliabar.
Et aduersum me lætati sunt, & conuenerunt: congregata sunt sup̃ me flagella, & ignoraui.
Dissipati sunt, nec cõpuncti: tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione: frenduerũt super me dẽtibus suis.
Domine quãdo respicies? restitue animam meam à malignitate eorũ: à leonibus vnicam meam.
Confitebor tibi in Ecclesia magna: in populo graui laudabo te.
Non supergaudeãt mihi, qui aduersantur mihi iniquè: qui oderunt me gratis, & annuũt oculis.
Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur: & in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant.
Et dilatauerunt super me os suum: dixerunt, euge, euge, viderunt oculi nostri.
Vidisti Domine, ne sileas: domine ne discedas à me.
Exurge, & intende iudicio meo: Deus meus, & dominus meus in causam meam.
Iudica me secundum iustitiã tuam domine Deus meus: & non supergaudeant mihi.
Non dicant in cordibus suis, euge, euge animæ nostræ: nec dicant, deuorabimus eum.
Erubescant, & reuereantur simul: qui gratulantur malis meis.
Induantur confusione, & reuerentia: qui maligna loquũtur super me.
Exultent, & lætentur qui volunt iustitiam meam: & dicãt semper, magnificetur Dominus, qui volunt pacem serui eius.
Et lĩgua mea meditabitur iustitiam tuam: tota die laudem tuam. Aña. Expugna impugnantes me. Aña. Reuela domino. Psalmus 36. 27

Noli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem.
Quoniam tamquam fœnum veloci-

velociter arescent: & quemadmodum olera herbarum cito decident.

Spera in domino, & fac bonitatem: & inhabita terram, & pasceris in diuitiis eius.

Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.

Reuela Domino viam tuam: & spera in eo, & ipse faciet.

Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tamquam meridiem: subditus esto Domino, & ora eum.

Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua: in homine faciente iniustitias.

Desine ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari, vt maligneris.

Quoniam qui malignantur exterminabuntur: sustinentes autem Dominum ipsi hæreditabunt terram.

Et adhuc pusillum, & non erit peccator: & quæres locũ eius, & non inuenies.

Mansueti autem hæreditabunt terram: & delectabuntur in multitudine pacis.

Obseruabit peccator iustum: & stridebit super eum dentibus suis.

Dominus autẽ irridebit eũ: quoniam prospicit, quod veniet dies eius.

Gladium euaginauerũt peccatores: intenderunt arcum suum.

Vt decipiant pauperẽ, & inopẽ: vt trucident rectos corde.

Gladius eorum intret in corda ipsorum: & arcus eorum confringatur.

Melius est modicũ iusto: sup diuitias peccatorum multas.

Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos Dominus.

Nouit Dominus dies immaculatorum: & hæreditas eorum in æternum erit.

Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur: quia peccatores peribunt.

Inimici verò Domini, mox vt honorificati fuerint, & exaltati: deficientes quemadmodum fumus deficient.

Mutuabitur peccator, & non soluet: iustus autem miseretur, & tribuet.

Quia benedicentes ei hæreditabunt terram: maledicentes autem ei disperibunt.

Apud Dominum gressus hominis dirigentur: & viã eius volet.

Cum ceciderit non collidetur: quia Dominus supponit manum suam.

Iunior fui, etenim senui: & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.

Tota die miseretur, & cõmodat: & semen illius in benedictione erit.

Diuisio psalmi 36.

Declina à malo, & fac bonum: & inhabita in seculum seculi.

Quia domin⁹ amat iudiciũ, & nõ derelĩquet sanctos suos: in æternum conseruabuntur.

Iniusti punientur: & semen impiorum peribit.

Iusti autem hæreditabũt terram: & inhabitabunt in seculum seculi super eam.

Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium.

Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius.

Considerat peccator iustum: & quærit mortificare eum.

Dominus autem non derelinquet eũ in manibus eius: nec damnabit eum cum iudicabitur illi.

Expecta Dominum, & custodi viam eius; & exaltabit te, vt hęreditate capias terram: cum perierint peccatores videbis.

Vidi impium superexaltatũ: & eleuatum sicut cedros Libani.

Et transiui, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuẽtus locus eius.

Custodi innocentiam, & vide ęquitatem: quoniam sunt reliquiæ homini pacifico.

Iniusti autem disperibunt: simul reliquiæ impiorum interibunt.

Salus autem iustorum à Domino: & protector eorum in tempore tribulationis.

Et adiuuabit eos dñs, & liberabit eos: & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos: quia sperauerunt in eo.

Añ. Reuela dño viam tuam.

Añ. Ne in ira tua. Psal. 37.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.

Nõ est sanitas ĩ carne mea à facie irę tuæ: nõ est pax ossib⁹ meis à facie pctõrũ meorũ.

Quoniã iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ: & sicut onus graue grauatę sunt super me.

Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ: à facie insipiẽtiæ meæ.

Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem : tota die contristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desideriū meū : & gemitus meus à te non est absconditus.
Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea : & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.
Amici mei, & proximi mei : aduersum me appropinquauerunt, & steterunt.
Et qui iuxta me erant de longe steterunt: & vim faciebant, qui quærebant animam meā.
Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.
Ego autem tamquam surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo nō audiens: & non habens in ore suo redargutiones.
Quoniam in te domine speraui: tu exaudies me domine Deus meus.
Quia dixi, ne quando supergaudeant mihi inimici mei : & dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella paratus sum : & dolor meus in conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meā annunciabo : & cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei viuunt, & confirmati sunt super me : & multiplicati sunt, qui oderunt me iniquè.
Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniā sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me Domine Deus meus : ne discesseris à me.
Intende in adiutorium meū : Domine Deus salutis meæ.
Aña. Ne in ira tua arguas me Domine. In Aduentu ℣. Ex Sion species decoris eius. ℞. Deꝰ noster manifestè veniet.
In Quadragesima ℣. Ipse liberauit me de laqueo venantium. ℞. Et à verbo aspero.
Tpe Passionis ℣. Erue à framea Deus animā meā. ℞. Et de manu canis vnicam meā.
Tempore Paschali. Antiph. Halleluia, halleluia, halleluia. ℣. Surrexit Dominus de sepulchro, halleluia. ℞. Qui p nobis pepēdit in ligno, hallā.

Ver-

Versiculi prædicti dicuntur in fine primi nocturni etiam in sequentibus feriis. Per annū. ℣. Oculi Domini sup iustos. ℞. Et aures eius in pces eorū.
Lectio breuis dicenda à Dominica iij. post Pentec. vsque ad j. Nouembris.
Thr. 2. Consurge in nocte in principio vigiliarum tuarū ; & effunde sicut aquā cor tuū ante cōspectum domini Dei tui. Leua ad eum manus tuas, & miserebitur tui. Tu autem domine miserere nobis.
℞. br. Benedicam Dominum In omni tempore. ℣. Sēper laus eius ore meo. In omni tempore. Gloria. Benedicā.
In ij. nocturno. Aña. Halleluia.
A Septuagesima vsq. ad fer. v. in Cena Domini. Antiphona. Vt non delinquam. Psal. 38.
Dixi, custodiā vias meas : vt nō delinquam in lingua mea.
Posui ori meo custodiam: cū cōsisteret peccator aduersum me.
Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis: & dolor meus renouatus est.
Concaluit cor meū intra me: & in meditatione mea exardescet ignis.
Locutus sum in lingua mea: notum fac mihi Domine finem meum.
Et numerum dierum meorū quis est : vt sciam quid desit mihi.
Ecce mensurabiles posuisti dies meos : & substantia mea tamquam nihilum ante te.
Veruntamen vniuersa vanitas : omnis homo viuens.
Veruntamē in imagine pertransit homo : sed & frustra conturbatur.
Thesaurizat : & ignorat cui congregabit ea.
Et nunc quæ est expectatio mea ? nonne Dominus ? & substantia mea apud te est.
Ab oībus iniquitatibus meis erue me : opprobrium insipienti dedisti me.
Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti : amoue à me plagas tuas.
A fortitudine manus tuæ ego defeci ī increpationibus: propter iniquitatem corripuisti hominem.
Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius: veruntamen vanè conturbatur omnis homo.
Exaudi orationem meā domine, & deprecationem meā: auribus percipe lachrymas meas.

Ne

Ne ſileas, quoniam aduena ego ſum apud te, & peregrinus: ſicut omnes patres mei.
Remitte mihi, vt refrigerer priuſquam abeã: & amplius non ero. Pſal. 39.
EXpectans expectaui Dominum: & intendit mihi.
Et exaudiuit preces meas: & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fecis.
Et ſtatuit ſupra petram pedes meos: & direxit greſſꝰ meos.
Et immiſit in os meum canticum nouum: carmen Deo noſtro.
Videbunt multi, & timebunt: & ſperabunt in Domino.
Beatus vir, cuius eſt nomen domini ſpes eius: & nõ reſpexit in vanitates, & inſanias falſas.
Multa feciſti tu domine Deꝰ meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.
Annunciaui, & locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum.
Sacrificium, & oblationẽ noluiſti: aures autem perfeciſti mihi.
Holocauſtum, & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi, ecce venio.
In capite libri ſcriptũ eſt de me, vt facerem voluntatẽ tuã: Deus meus volui, & legẽ tuã in medio cordis mei.
Annunciaui iuſtitiam tuam in Eccleſia magna: ecce labia mea nõ prohibebo, Domine tu ſciſti.
Iuſtitiam tuam non abſcõdi in corde meo: veritatem tuã, & ſalutare tuum dixi.
Non abſcondi miſericordiã tuam, & veritatem tuam: à cõcilio multo.
Tu autem Domine ne longẽ facias miſerationes tuas à me: miſericordia tua, & veritas tua ſemper ſuſceperunt me.
Quoniã circundederunt me mala, quorum non eſt numerus: comprehenderũt me iniquitates meæ, & non potui, vt viderem.
Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei: & cor meũ dereliquit me.
Complaceat tibi Domine, vt eruas me: Domine ad adiuuã dum me reſpice.
Confundantur; & reuereantur ſimul: qui quærunt animã meam: vt auferant eam.
Conuertãtur retrorſum, & reuereantur: q volũt mihi mala.
Ferant confeſtim confuſionem ſuam: qui dicunt mihi, euge, euge.

Exultent, & lætentur ſuper te omnes quærentes te: & dicant ſemper, magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuũ.
Ego autem mendicus ſum, & pauper: dominus ſollicitus eſt mei.
Adiutor meus, & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris.
Aña. Vt non delinquã in lingua mea. Añ. Sana. Pſal. 40.
BEatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem: in die mala liberabit eum dominus.
Dominus conſeruet eũ, & viuificet eum, & beatũ faciat eũ in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius.
Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius: vniuerſum ſtratũ eius verſaſti in infirmitate eius.
Ego dixi, Domine miſerere mei: ſana animam meã, quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur, & peribit nomen eius?
Et ſi ingrediebatur, vt videret, vana loquebatur: cor eius cõgregauit iniquitatem ſibi.
Egrediebatur foras: & loquebatur in idipſum.
Aduerſum me ſuſurrabant omnes inimici mei: aduerſum me cogitabant mala mihi.
Verbum iniquum conſtituerunt aduerſum me: nunquid qui dormit, nõ adiiciet vt reſurgat?
Etenim homo pacis meæ, in quo ſperaui: qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem.
Tu autem Domine miſerere mei, & reſuſcita me: & retribuam eis.
In hoc cognoui, quoniã uoluiſti me: quoniam non gaudebit inimicus meus ſup me.
Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti: & confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.
Benedictus Dominus Deus Iſrael à ſeculo, & in ſeculum: fiat, fiat. Pſalmus 41.
QVemadmodũ deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus.
Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quãdo veniã, & apparebo ante faciem Dei?
Fuerunt mihi lachrymę meę panes die, ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deꝰ tuus?
Hæc recordatus ſum, & effu-

di in me animã meam : quoniam trãsibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei.

In voce exultationis, & confessionis: sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea: & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniã adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Ad me ipsum aĩa mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonii à monte modico.

Abyssus abyssum inuocat: in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui: super me transierunt.

In die mãdauit dominus misericordiam suam: & nocte canticum eius.

Apud me oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo, susceptor meus es.

Quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringunt ossa mea: exprobrauerunt mihi, qui tribulant me, inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies: vbi est Deus tuus?

Quare tristis es anima mea: & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniã adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus. 32 Judica 26

Aña. Sana Domine animam meam, quia peccaui tibi.

Aña. Eructauit. Psal. 43.

Deus auribus nostris audiuimus: patres nr̃i annunciauerunt nobis.

Opus quod operatus es in diebus eorum: in diebus antiquis.

Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos: afflixisti populos, & expulisti eos.

Nec enim in gladio suo possederunt terram: & brachium eorum non saluauit eos.

Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui: quoniam complacuisti in eis.

Tu es ipse rex meus, & Deus me⁹: qui mãdas salutes Iacob.

In te inimicos nostros ventilabimus cornu: & in nomine tuo spernemus insurgẽtes in nobis.

Non enim in arcu meo sperabo: & gladius meus nõ saluabit me.

Saluasti enim nos de affligẽtibus nos: & odientes nos cõfudisti.

In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo cõfitebimur in seculum.

Nunc

Nunc autem repulisti, & cõfudisti nos: & non egredieris Deus in virtutibus nostris.

Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: & qui oderunt nos diripiebant sibi.

Dedisti nos tãquã oues escarum: & in gentibus dispersisti nos.

Vendidisti populum tuũ sine pretio: & non fuit multitudo in commutationibus eorum.

Posuisti nos opprobrium vicinis nostris: subsannationẽ, & derisum his, qui sunt in circuitu nostro.

Posuisti nos in similitudinẽ gentibus: commotionem capitis in populis.

Tota die verecundia mea cõtra me est: & confusio faciei meæ cooperuit me.

A voce exprobrantis, & obloquentis: à facie inimici, & persequentis.

Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te: & iniquè non egimus in testamento tuo.

Et non recessit retrò cor nostrum: & declinasti semitas nostras à via tua.

Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis: & cooperuit nos vmbra mortis.

Si obliti sumus nomen Dei nostri: & si expandimus manus nostras ad Deum alienũ.

Nõne Deus requiret ista? ipse enĩ nouit abscõdita cordis.

Quoniam propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis.

Exurge, quare obdormis domine? exurge, & ne repellas in finem.

Quare faciem tuam auertis? obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ?

Quoniã humiliata est in puluere anima nostra: conglutinatus est in terra vẽter noster.

Exurge Domine, adiuua nos: & redime nos propter nomẽ tuum. Psalmus 44.

Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribæ: velociter scribentis.

Speciosus forma prę filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo: super femur tuum potentissime.

Specie tua, & pulchritudine tua: intende, prosperè procede, & regna.

Propter veritatẽ, & mãsuetudinẽ, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuę acutę:(populi sub te cadent) in corda inimicorum regis.
Sedes tua Deus in seculũ seculi: virga directionis, virga regni tui.
Dilexisti iustitiã,& odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.
Myrrha, & gutta, & cassia à vestimentis tuis, à domibus eburneis: ex quibus delectanerũt te filię regum in honore tuo.
Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato: circundata varietate.
Audi filia,& vide, & inclina aurem tuã: & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.
Et concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est dñs Deus tuus, & adorabũt eum
Et filiæ Tyri in muneribus: vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.
Omnis gloria eius filię regis ab intus: in fimbriis aureis, circumamicta varietatibus.
Adducent regi virgines post eã: ꝓximę eius afferent tibi.
Afferent in lætitia, & exultatione: adducent ĩ tẽplũ regis.
Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: constitues eos principes super omnem terram.
Memores erunt nominis tui Domine: in omni generatione, & generationem.
Propterea populi confitebũtur tibi in æternum: & in seculum seculi. Eructauit cor meum verbum bonum.
Benedictum. Aña. Halleluia, halleluia, halleluia. Capit.

Vigilate,& state in fide, viriliter agite, & cõfortamini, & omnia vestra in charitate fiant. ℟. Deo gratias. 1. Cor. 16.

In Aduẽtu. ℣. Emitte agnum Domine dominatorẽ terræ. ℟. De petra deserti ad montẽ filiæ Sion. In Quadragesima ℣. Scapulis suis obũbrabit tibi. ℟. Et sub pẽnis ei⁹ sperabis. Tpe Passionis ℣. De ore leonis libera me Domine. ℟. Et à cornibus vnicorniũ humilitatẽ meã. Tpe Paschali ℣. Surrexit dñs verè, halła. ℟. Et apparuit Simoni, halła. Versiculi ꝑdicti dñr ĩ fine ij. noct. etiã ĩ sequẽtibus feriis. Per annum ℣. Ego dixi, dñe miserere mei. ℟. Sana aĩam meã, quia peccaui tibi. Kyrie eleis. Pater nr̃. Oro de Dñica currẽte, vel alia pro officii qualitate, cũ versib⁹. Dñs vobis. Bñdicamus, & Fideliũ.

AD LAVDES.

Aña. Miserere. Psal. idẽ. f. 17.
Aña. Miserere mei Deus.
Aña. Intellige. Psalmus 5.

Verba mea auribus ꝑcipe Domine: intellige clamorem meum.
Intende voci orationis meæ: rex meus, & Deus meus.
Qm̃ ad te orabo Dñe: manè exaudies vocem meam.
Manè astabo tibi, & videbo: quoniam non Deus uolens iniquitatem tu es.
Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.
Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium.
Virum sanguinum, & dolosum abominabitur dominus: ego autẽ in multitudine misericordiæ tuæ.
Introibo in domũ tuã: adorabo ad templum sanctũ tuũ in timore tuo.
Domine deduc me in iustitia tua ꝓpter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viam meam.
Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.
Sepulchrum patens est guttur eorũ; linguis suis dolosè agebant: iudica illos Deus.
Decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinẽ impietatũ eorũ expelle eos: quoniam irritauerunt te Domine.
Et lætentur omnes, qui sperant in te: in æternum exultabunt,& habitabis in eis.
Et gloriabũtur in te omnes, qui diligunt nomẽ tuũ: quoniam tu benedices iusto.
Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ: coronasti nos.
Aña. Intellige clamorẽ meũ domine. Antiphona. Domine. Psalmus 35.

Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso: non est timor Dei ante oculos eius.
Quoniam dolosè egit in cõspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium.
Verba oris eius iniquitas, & dolus: noluit intelligere, vt benè ageret.
Iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit omni vię nõ bonæ, malitiam autem non odiuit.
Dñe ĩ cęlo misericordia tua: & veritas tua, vsque ad nubes.
Iustitia tua sicut montes Dei: iudicia tua abyssus multa.

Homines, & iumenta saluabis domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus.
Filii autem hominum: in tegmine alarum tuarum sperabunt.
Inebriabunt ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos.
Quoniã apud te est fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen.
Prætende misericordiã tuam scientibus te: & iustitiam tuã his, qui recto sunt corde.
Non veniat mihi pes superbiæ: & manus peccatoris non moueat me.
Ibi ceciderunt qui operãtur iniquitatẽ: expulsi sunt, nec potuerunt stare. 22
Aña. Dñe in cœlo misericordia tua. Aña. Conuersus est.

Canticum Isaiæ.

Cap. 12.

Confitebor tibi Domine. quoniã iratus es mihi: conuersus est furor tuus, & consolatus es me.
Ecce Deus saluator meus: fiducialiter agã, & nõ timebo.
Quia fortitudo mea, & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem.
Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris: & dicetis in illa die, confitemini domino, & inuocate nomen eius.
Notas facite in populis adinuentiones eius: mementote, qm̃ excelsum est nomẽ eius.
Cantate Domino, quoniam magnificè fecit: anunciate hoc in vniuersa terra.
Exulta, & lauda habitatio Siõ: quia magnus in medio tui sanctus Israel.
Aña. Cõuersus est furor tuus Dñe, & cõsolatus es me. Aña. Laudate. Psal. idẽ. f. 19. Aña. Laudate dñm de cœlis. Cap.

Nox præcessit, dies autẽ appropiquauit: abiiciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis. sicut in die honestè ambulem⁹. Ro. 13.
℞. br. Dñe ĩ cęlo, Misericordia tuã. ℣. Et veritas tua, vsque ad nubes, Misericordia tua. Gloria. Domine. Hymnus.

D. Ambrosij.

Splendor paternæ gloriæ,
De luce lucem proferens,
Lux lucis, & fons luminis,
Dies diem illuminans.
Verusq; sol illabere,
Micans nitore perpeti:
Iubarq; sancti Spiritus
Infunde nostris sensibus.
Votis vocemus & patrem,
Patrem perennis gloriæ,
Pater potentis gratiæ
Culpam releget lubricam.
Informet actus strenuos,
Dentes retundat inuidi,
Casus secundet asperos,
Donet gerendi gratiam.
Mentem gubernet, & regat,
Casto fideli corpore,
Fides calore ferueat,
Fraudis venena nesciat.
Christusq; nobis sit cibus,
Potusq; noster sit fides,
Læti bibamus sobriam
Ebrietatem spiritus.
Lætus dies hic transeat,
Pudor sit vt diluculum,
Fides velut meridies,
Crepusculum mẽs nesciat.
Aurora cursus prouehit,
Aurora totus prodeat,
In Patre totus Filius,
Et totus in Verbo Pater.
Deo Patri sit gloria. vt supra.
℣. Repleti sumus mane misericordia tua. ℞. Exultauim⁹, & delectati sumus. Ad Bñs, Aña. Bñs dñs Deus Israel.
Deinde dicit oratio propria, & quando fiunt commemorationes communes, ante eas fit etiam commemoratio de Cruce, vt in vesperis Sabbathi.

FERIA TERTIA

AD MATVTINVM.

Inuitatoriũ. Iubilemus Deo, Salutari nostro. Psalmus. Venite. fol. 9. Hymnus.

D. Ambrosij.


Consors paterni luminis,
Lux ipse lucis, & dies,
Noctem canẽdo rũpimus,
Assiste postulantibus.
Aufer tenebras mentium,
Fuga cateruas dæmonum,
Expelle somnolentiam,
Ne pigritantes obruat.
Sic Christe nobis omnibus
Indulgeas credentibus:
Vt prosit exorantibus,
Quod pręcinẽtes psallim⁹.
Præsta Pater piissime. vt sup.
In primo noct. Aña. Adiutor.
Tpe Paschali. Aña Halleluia.

Psalmus 45.

Deus noster, refugium, & virtus: adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.
Propterea nõ timebimus, dũ turbabitur terra: & transferẽtur montes in cor maris.
Sonuerunt, & turbatæ sunt aquæ eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius.
Fluminis impet⁹ lætificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suũ Altissimus.
Deus in medio eius non cõmouebitur: adiuuabit eam Deus manè diluculò.
Cõturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna: dedit vocẽ suam,

ſuam,& mota eſt terra.
Dominus virtutum nobiſcũ:
ſuſceptor noſter Deus Iacob.
Venite,& videte opera Dñi,
quæ poſuit prodigia ſup ter-
ram : auferens bella vſque ad
fines terræ.
Arcum conteret, & cõfringet
arma:& ſcuta comburet igni.
Vacate,& videte,quoniã ego
ſum Deus:exaltabor in genti-
bus,& exaltabor in terra.
Dominus virtutum nobiſcũ:
ſuſceptor noſter Deus Iacob.

Pſalmus 46.

OMnes gentes plaudite
manibus: iubilate Deo
in uoce exultationis.
Quoniã Dominus excelſus,
terribilis : rex magnus ſuper
omnem terram.
Subiecit populos nobis:& gẽ
tes ſub pedibus noſtris.
Elegit nobis hæreditatẽ ſuã :
ſpeciem Iacob, quem dilexit.
Aſcendit Deus in iubilo : &
dominus in uoce tubæ.
Pſallite Deo noſtro, pſallite:
pſallite regi noſtro, pſallite.
Quoniam rex omnis terræ
Deus: pſallite ſapienter.
Regnabit Deus ſuper gẽtes :
Deus ſedet ſuper ſedem ſan-
ctam ſuam.
Principes populorum cõgre-
gati ſunt cum Deo Abraham:
quoniam Dii fortes terræ ve-
hementer eleuati ſunt.
Aña. Adiutor in tribulationi-
bus. Aña. Magn⁹ dñs. ps 47.

MAgnus Dñs, & lauda-
bilis nimis: in ciuitate
Dei nñi,in mõte ſancto eius.
Fũdatur exultatione vniuer-
ſæ terræ: mons Sion latera A-
quilonis,ciuitas regis magni.
Deus ĩ domibus eius cogno-
ſcetur: cum ſuſcipiet eam.
Quoniã ecce reges terrę cõ-
gregati ſunt : conuenerunt in
vnum.
Ipſi vidẽtes ſic admirati ſunt,
conturbati ſunt,cõmoti ſunt :
tremor apprehendit eos.
Ibi dolores vt parturiẽtis : in
ſpiritu uehementi cõteres na-
ues Tharſis.
Sicut audiuimus,ſic uidimus
in ciuitate domini uirtutum,
in ciuitate Dei noſtri : Deus
fundauit eam in æternum.
Suſcepimus Deus miſericor-
diã tuã :in medio templi tui.
Secundum nomẽ tuũ Deus,
ſic & laus tua in fines terræ :
iuſtitia plena eſt dextera tua.
Lætetur mons Sion, & exul-
tent filiæ Iudæ : propter iudi-
cia tua domine.
Circundate Sion, & comple-
ctimini eam: narrate in turri-
bus eius.

Ponite corda veſtra in virtu-
te eius, & diſtribuite domos
eius: vt enarretis in progenie
altera.
Quoniam hic eſt Deus Deus
noſter in ęternum, & in ſecu-
lum ſeculi : ipſe reget nos in
ſecula.

Pſalmus 48.

AVdite hæc omnes gen-
tes:auribus pcipite oẽs,
qui habitatis orbem.
Quiq; terrigenæ, & filii ho-
minum: ſimul in vnũ diues,
& pauper.
Os meum loquetur ſapientiã:
& meditatio cordis mei pru-
dentiam.
Inclinabo in parabolam au-
rem meam: aperiam in pſal-
terio propoſitionem meam.
Cur timebo in die mala? ini-
quitas calcanei mei circunda-
bit me.
Qui confidũt in virtute ſua :
& in multitudine diuitiarum
ſuarum gloriantur.
Frater non redimit, redimet
homo : non dabit Deo placa-
tionem ſuam.
Et pretium redẽptionis ani-
mæ ſuæ : & laborabit in æter-
num, & viuet adhuc in finẽ.
Non videbit interitum, cum
viderit ſapientes moriẽtes: ſi-
mul inſipiẽs,& ſtult⁹ peribũt.
Et relinquent alienis diuitias
ſuas : & ſepulchra eorum do-
mus illorum in æternum.
Tabernacula eorum in pro-
genie, & progenie:vocauerũt
nomina ſua in terris ſuis.
Et homo cum in honore eſ-
ſet,non intellexit : compara-
tus eſt iumẽtis inſipientibus,
& ſimilis factus eſt illis.
Hæc via illorum ſcandalum
ipſis : & poſtea in ore ſuo cõ-
placebunt.
Sicut oues in inferno poſiti
ſunt:mors depaſcet eos.
Et dominabuntur eorum iu-
ſti in matutino: & auxiliũ eo-
rum veteraſcet in inferno à
gloria eorum.
Veruntamen Deus redimet
animam meam de manu in-
feri:cum acceperit me.
Ne timueris, cũ diues factus
fuerit homo : & cũ multipli-
cata fuerit gloria domus eius.
Quoniam cum interierit,nõ
ſumet omnia: neque deſcen-
det cum eo gloria eius.
Quia anima eius in vita ip-
ſius benedicetur: confitebitur
tibi, cum benefeceris ei.
Introibit uſque in progenies
patrum ſuorum : vſque in æ-
ternum non videbit lumen.
Homo cum in honore eſſet,
nõ intellexit:cõparatus eſt iu-
mẽtis inſipiẽtibus, & ſimilis

factus est illis. Aña. Magnus dñs, & laudabilis nimis. Aña. Deus Deorum. Psalmus 49.

DEus Deorum Dominus locut⁹ est: & vocauit terram.

A solis ortu vsq; ad occasum: ex Siō species decoris eius.

D eus manifestè veniet: Deus noster, & non silebit.

I gnis in conspectu eius exardescet: & in circuitu eius tēpestas valida.

A duocauit cęlum de sursum: & terram discernere populū suum.

C ongregate illi sanctos eius: qui ordinant testamentū eius super sacrificia.

E tannunciabunt cęli iustitiā eius: quoniā Deus iudex est.

A udi populus meus, & loquar Israel, & testificabor tibi: Deus Deus tuus ego sum.

N on in sacrificiis tuis arguā te, holocausta autē tua in cōspectu meo sunt semper.

N on accipiam de domo tua vitulos: neq; de gregibus tuis hircos.

Q uoniam meæ sunt omnes feræ syluarū: iumenta in mōtibus, & boues.

C ognoui oīa volatilia cęli: & pulchritudo agri mecum est.

S i esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius.

N unquid mādu cabo carnes taurorum: aut sanguinē hircorum potabo?

I mmola Deo sacrificiū laudis: & redde Altissimo vota tua.

E t inuoca me in die tribulationis: eruam te, & honorificabis me.

P eccatori autē dixit De⁹: quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?

T u verò odisti disciplinam: & proiecisti sermones meos retrorsum.

S i videbas furem, currebas cū eo: & cum adulteris portionē tuam ponebas.

O s tuum abūdauit malitia: & lingua tua cōcinnabat dolos.

S edens aduersus fratrē tuum loquebaris, & aduersus filiū matris tuæ ponebas scandalū: hæc fecisti, & tacui.

E xistimasti iniquè, quod ero tui similis: arguam te, & statuā contra faciem tuam.

I ntelligite hæc, qui obliuiscimini Deū: ne quādo rapiat, & non sit qui eripiat.

S acrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostēdam illi salutare Dei. ps 51.

17 Miserere mei 229 Quid

QVid gloriaris in malitia: qui potens es in iniquitate?

T ota die iniustitiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum.

D ilexisti malitiā super benignitatem: iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem.

D ilexisti omnia verba pręcipitationis: lingua dolosa.

P roptere a Deus destruet te in finē: euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicē tuam de terra viuentium.

V idebunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent: ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum.

S ed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: & præualuit in vanitate sua.

E go autem sicut oliua fructifera in domo Dei: speraui in misericordia Dei in æternū, & in seculum seculi.

C onfitebor tibi in seculum, quia fecisti: & expectabo nomē tuū, qm̄ bonum est in cōspectu sanctorum tuorum.

Aña. Deus Deorū Dñs locutus est. ℣. Immola Deo sacrificium laudis. ℟. Et redde Altissimo vota tua.

Tpe Paschali. Aña. Halleluia, halleluia, halleluia. Lectio br.

Pro. 3. DOminus sapiētia fundauit terrā, & stabiliuit cęlos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyssi, & nubes rore con crescunt. Tu autē Dñe.

℟. br. Deus in nomine tuo, Saluum me fac Domine.

℣. Et in virtute tua libera me. Saluum: Gloria. Deus.

In ij. noct. Antiph. Halleluia. A Septuagesima, vsq; in Cœna dñi. Aña. Auertit dñs. ps 52.

DIxit insipiens in corde suo: non est Deus.

C orrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus: non est qui faciat bonum.

D eus de cęlo prospexit super filios hominum: vt videat si est intelligens, aut requirens Deum.

O mnes declinauerunt, simul inūtiles facti sunt: nō est qui faciat bonū, nō ē vsq; ad vnū.

N onne sciēt oēs, qui operant̄ iniquitatem: qui deuorāt plebem meam, vt cibum panis?

D eum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.

Q uoniā Deus dissipauit ossa eorū, qui hominibus placēt: confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.

Q uis dabit ex Sion salutare Israel? cū cōuerterit dominus capti-

captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lętabitur Israel.

Psalmus 53.

DEus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationẽ meã: auribus pcipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meam: & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adiuuat me: & dominus susceptor est animæ meæ.

Auerte mala inimicis meis: in veritate tua disperde illos.

Voluntariè sacrificabo tibi: & cõfitebor nomini tuo domine, quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & sup inimicos meos despexit oculus meus. Aña. Auertit Dominus captiuitatem plebis suę.

Antiphona. Intẽde. Psal. 54.

EXaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me.

Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.

Quoniam declinauerunt in me iniquitates: & in ira molesti erant mihi.

Cor meum conturbatum est in me: & formido mortis cecidit super me.

Timor, & tremor uenerunt super me: & contexerunt me tenebræ.

Et dixi, quis dabit mihi pennas sicut columbæ: & volabo, & requiescam?

Ecce elõgaui fugiens: & mãsi in solitudine.

Expectabam eum, qui saluũ me fecit: à pusillanimitate spiritus, & tempestate.

Pręcipita dñe, diuide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate.

Die ac nocte circundabit eã sup muros eius iniqtas: & labor ĩ medio eius, & iniustitia.

Et nõ defecit de plateis eius: vsura, & dolus.

Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissem vtique.

Et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset: abscõdissem me forsitan ab eo.

Tu verò homo vnanimis: dux meus, & notus meus.

Qui simul mecum dulces capiebas cibos: ĩ domo Dei ambulauimus cum consensu.

Veniat

Veniat mors super illos: & descendant in infernum viuentes.

Quoniam nequitiæ in habitaculis eorũ: in medio eorũ.

Ego autem ad Deũ clamaui: & Dominus saluauit me.

Vespere, & mane, & meridie narrabo, & annunciabo: & exaudiet vocem meam.

Redimet in pace animã meã ab his, qui appropinquãt mihi: quoniã inter multos erat mecum.

Exaudiet Deus, & humiliabit illos: qui est ante secula.

Non enim est illis commutatio, & non timuerunt Deũ: extendit manum suam in retribuendo.

Contaminauerunt testamentũ eius, diuisi sunt ab ira vultus eius: & appropinquauit cor illius.

Molliti sunt sermones eius super oleũ: & ipsi sunt iacula.

Iacta super Dominum curã tuam, & ipse te enutriet: & nõ dabit in æternum fluctuationem iusto.

Tu verò Deus deduces eos: in puteum interitus.

Viri sanguinum, & dolosi nõ dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te Domine. Psalmus 55.

MIserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo: tota die impugnãs tribulauit me.

Conculcauerunt me inimici mei tota dię: quoniam multi bellantes aduersum me.

Ab altitudine diei timebo: ego verò in te sperabo.

In Deo laudabo sermones meos, in Deo speraui: non timebo quid faciat mihi caro.

Tota die verba mea execrabantur: aduersum me omnes cogitationes eorum in malũ.

Inhabitabunt, & abscondẽt: ipsi calcaneum meum obseruabunt.

Sicut sustinuerunt animam meã, pro nihilo saluos facies illos: ĩ ira populos cõfringes.

Deus vitam meam annunciaui tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.

Sicut & in promissione tua: tunc conuertent inimici mei retrorsum.

In quacunque die inuocauero te: ecce cognoui, quoniam Deus meus es.

In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonẽ: in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo.

In me sunt Deus vota tua: quæ reddã laudationes tibi.

Quoniam

Quoniam eripuisti animam meã de morte, & pedes meos de lapsu: vt placeã corã Deo in lumine viuẽtiũ. Aña. Intẽ-
32 de in me, & exaudi me dñe.

Aña. Iustè iudicate. Psal. 57.

SI verè vtique iustitiam loquimini: rectè iudicate filii hominum.

Etenim in corde iniquitates operamini in terra: iniustitias manus uestræ concinnant.

Alienati sunt petõres à vulua: errauerunt ab utero, locuti sunt falsa.

Furor illis secundum similitudinem serpẽtis: sicut aspidis surdæ, & obturãtis aures suas.

Quæ non exaudiet uocẽ incantantium: & venefici incãtantis sapienter.

Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet dominus.

Ad nihilum deuenient tamquã aqua decurrens: intendit arcum suũ donec infirment.

Sicut cera, quæ fluit, auferentur: supercecidit ignis, & non viderunt solem.

Priusquam intelligerent spinæ vestrę rhamnum: sicut viuentes, sic in ira absorbet eos.

Lætabitur iustus, cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.

Et dicet homo, si vtique est fructus iusto: vtique est Deus iudicãs eos in terra. Psal. 58.

ERipe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgẽtibus in me libera me.

Eripe me de operãtibus iniquitatem: & de viris sanguinum salua me.

Quia ecce ceperunt animam meam: irruerũt in me fortes.

Neque iniquitas mea, neque peccatum meũ domine: sine iniquitate cucurri, & direxi.

Exurge in occursum meum, & vide: & tu domine Deus virtutum Deus Israel.

Intende ad visitandas oẽs gẽtes: non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem.

Conuertentur ad uesperam, & famem patientur vt canes: & circuibunt ciuitatem.

Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorũ: quoniã quis audiuit?

Et tu domine deridebis eos: ad nihilum deduces omnes gentes.

Fortitudinem meã ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es: Deus meus misericordia eius præueniet me.

Deus ostẽdit mihi sup inimicos meos, ne occidas eos: ne quãdo obliuiscant ppli mei.

Disper-

Disperge illos in virtute tua: & depone eos, ꝓtector meus domine.

Delictum oris eorũ, sermonẽ labiorum ipsorũ: & comprehendantur in superbia sua.

Et de execratione, & mendacio annunciabuntur in consummatione: in ira consummationis, & non erunt.

Et scient quia Deus dominabitur Iacob: & finium terræ.

Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes: & circuibunt ciuitatem.

Ipsi dispergentur ad manducandum: si verò non fuerint saturati, & murmurabunt.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam: & exaltabo mane misericordiam tuam.

Quia factus es susceptor meus: & refugium meum in die tribulationis meæ.

Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es:
33 Deus meꝰ misericordia mea.

Antiphona. Iustè iudicate filii hominum.

Per annum. Antiphona. Halleluia, halleluia, halleluia.

Cap. Vigilate. fol. 26. ℣. Deus vitam meam annunciaui tibi. ℟. Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Kyrieeleison. &c.

AD LAVDES.

Aña. Dele Dñe. Psal. Miserere. f. 17. Aña. Dele domine iniquitatem meam. Aña. Salutare. Psalmus 42.

IVdica me Deus, & discerne causam meam de gente nõ sancta: ab homine iniquo, & doloso erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repulisti, & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuã, & veritatẽ tuã: ipsa me deduxerũt, & adduxerunt in montẽ sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam.

Cõfitebor tibi in cithara Deꝰ Deus meꝰ: quare tristis es aĩa mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniã adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus. Aña. Sa- 26
lutare vultus mei, & Deꝰ meꝰ.

Aña. Quoniam. Psal. 56.

MIserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.

Et in vmbra alarum tuarum sperabo: donec transeat iniquitas.

Clamabo

Clamabo ad Deū altiſſimū: Deum qui benefecit mihi.
Miſit de cęlo, & liberauit me: dedit in opprobrium cōculcantes me.
Miſit Deus miſericordiā ſuā, & veritatem ſuam: & eripuit animam meam de medio catulorum leonū, dormiui cōturbatus.
Filii hominum dentes eorū arma, & ſagittæ: & linguæ eorum gladius acutus.
Exaltare ſuper cœlos Deus: & in omni terra gloria tua.
Laqueum parauerunt pedibus meis: & incurauerūt animam meam.
Foderunt ante faciem meam foueam: & inciderunt in eā.
Paratum cor meū Deus, paratum cor meum: cantabo, & pſalmum dicam.
Exurge gloria mea, exurge pſalterium, & cithara: exurgā diluculo.
Confitebor tibi in populis domine: & pſalmum dicā tibi in gentibus.
Quoniā magnificata eſt vſq; ad cœlos miſericordia tua: & vſque ad nubes veritas tua.
Exaltare ſuper cęlos Deus: & ſuper omnē terrā gloria tua.
Aña. Quoniam in te cōfidit aïa mea. Aña. Cūctis diebus.

Canticum Ezechiæ.

EGo dixi in dimidio dierū meorum: vadam ad portas inferi. Iſa. 38.
Quæſiui reſiduum annorum meorū: dixi, non videbo dominū Deum in terra viuētiū.
Non aſpiciam hominē vltra: & habitatorem quietis.
Generatio mea ablata eſt, & conuoluta eſt à me: quaſi tabernacula paſtorum.
Precīſa eſt velut à texente vita mea, dū adhuc ordirer ſuccidit me: de mane vſq; ad veſperam finies me.
Sperabā vſq; ad mane: quaſi leo ſic cōtriuit oïa oſſa mea.
De mane vſque ad veſperam finies me: ſicut pullus hirundinis, ſic clamabo, meditabor vt columba.
Attenuati ſunt oculi mei: ſuſpicientes in excelſum.
Domine vim patior, reſponde pro me: quid dicam, aut quid reſpondebit mihi cū ipſe fecerit?
Recogitabo tibi omnes annos meos: ī amaritudine animæ meæ.
Domine, ſi ſic viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei, corripies me, & viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amariſſima.

Tu autem eruiſti animam meam, vt non periret: proieciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea.
Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt qui deſcēdūt in lacū veritatē tuā.
Viuens viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam.
Domine ſaluum me fac: & pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vitæ noſtræ, in domo dñi. Aña. Cūctis dieb⁹ vitæ nřæ ſaluos nos fac dñe.
Aña. Oēs Angeli eius laudate dñm de cęlis. ps. Laudate. f. 19. Cap. Nox pceſſit. f. 27. R. br. Miſerere mei De⁹, Miſerere mei. V. Quoniā in te confidit anima mea. Miſerere. Gloria. Miſer. Hymnus.

Aurelii Prudētii.

ALes diei nuncius
Lucē ꝓpiquā præcinit:
Nos excitator mentium
Iam Chriſtus ad vitā vocat.
Auferte, clamat, lectulos
Aegros ſopore deſides,
Caſteque, rectè, ac ſobriè
Vigilate, iā ſum proximus.
Ieſum ciamus vocibus
Flentes, precantes, ſobriè:
Intenta ſupplicatio
Dormire cor mūdū vetat.
Tu Chriſte ſomnū diſcute,
Tu rumpe noctis vincula,
Tu ſolue peccatum vetus,
Nouumq; lumen ingere.
Deo Patri ſit gloria. vt ſup. V. Repleti ſumus. Ad Bñs. Aña. Erexit nobis Dñs cornu ſalutis in domo Dauid pueri ſui.

FERIA QVARTA
AD MATVTINVM.

Inuit. In manu tua dñe, Omnes fines terræ. ps. Venite. 9. Hym.

REru creator optime, D. Ambroſij
Rectorque noſter aſpice,
Nos a quiete noxia
Merſos ſopore libera.
Te ſancte Chriſte poſcimus:
Ignoſce tu criminibus:
Ad cōfitendum ſurgimus,
Moraſq; noctis rūpimus.
Mentes, manuſq; tollimus,
Propheta ſicut noctibus
Nobis gerendum pręcipit,
Paulusq; geſtis cenſuit.
Vides malū quod geſſimus:
Occulta noſtra pandimus:
Preces gementes fundim⁹:
Dimitte quod peccauimus.
Preſta Pater piiſſime. vt ſup.
In j. noctur. Aña, Da nobis.
T pe Paſch. Aña. Hall. ps 59.
DEus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos, iratus es, & miſertus es nobis.

Commouisti terram, & conturbasti eam: sana cōtritiones eius, quia commota est.

Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino cōpūctionis.

Dedisti metuentibus te significationem: vt fugiant à facie arcus.

Vt liberentur dilecti tui: saluum fac dextera tua, & exaudi me.

Deus locutus est in sancto suo: lætabor, & partibor sichimam, & conuallem tabernaculorum metibor.

Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim fortitudo capitis mei.

Iuda rex meꝰ: Moab olla spei meæ.

In Idumæam extendam calciamētum meum: mihi alienigenæ subditi sunt.

Quis deducet me in ciuitatē munitā? quis deducet me vsque in Idumæam?

Nonne tu Deus, qui repulisti nos: & non egredieris Deus in virtutibus nostris?

Da nobis auxiliū de tribulatione: quia vana salus hōis.

In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos. Psalmus 60.

Exaudi Deꝰ deprecationē meā intēde orationi meę.

A finibus terræ ad te clamaui: dum anxiaretur cor meū, in petra exaltasti me.

Deduxisti me, quia factus es spes mea: turris fortitudinis à facie inimici.

Inhabitabo ī tabernaculo tuo in secula: protegar in velamēto alarum tuarum.

Quoniā tu Deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hæreditatē timentibus nomen tuum.

Dies sup dies regis adiicies: annos eius usq; in diem generationis, & generationis.

Permanet in æternum in cōspectu Dei: misericordiam, & veritatē eius quis requiret?

Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi: vt reddam vota mea de die in diē.

Aña Da nobis Domine auxiliū de tribulatione. Antiph. Nonne Deo. Psalmus 61.

Nonne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enī salutare meum.

Nam & ipse Deus meus, & salutaris meus: susceptor meꝰ, non mouebor amplius.

Quousque irruitis in hominem? interficitis vniuersi vos, tamquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ?

Veruntamen pretium meum cogi-

cogitauerūt repellere, cucurri in siti: ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.

Verūtamē Deo subiecta esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea.

Quia ipse Deus meus, & salnator meus: adiutor meus nō emigrabo.

In Deo salutare meū, & gloria mea: Deus auxilii mei, & spes mea in Deo est.

Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum.

Veruntamen vani filii hominum, mendaces filii hominū in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.

Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: diuitiæ si affluāt, nolite cor apponere.

Semel locutus est Deus, duo hæc audiui; quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia: quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua. Psalmus 65.

Iubilate Deo omnis terra, psalmū dicite nomini eiꝰ: date gloriam laudi eius.

Dicite Deo, quam terribilia sunt opera tua dñe: in multitudine virtutis tuæ mentiētur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.

Venite, & videte opera Dei: terribilis in consiliis super filios hominum.

Qui conuertit mare in aridā, in flumine pertransibunt pede ibi lætabimur in ipso.

Qui dñatur in uirtute sua in æternum, oculi eius super gētes respiciunt: qui exasperant non exaltentur in semetipsis.

Benedicite gentes Deum nostrum: & auditam facite vocē laudis eius.

Qui posuit animam meā ad vitam: & non dedit in cōmotionem pedes meos.

Quoniā probasti nos Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueū, posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra.

Transiuimus per ignem, & aquam: & eduxisti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi uota mea, quæ distinxerunt labia mea.

Et locutum est os meum: in tribulatione mea.

Holocausta medullata offerã tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues cum hircis.

Venite, audite, & narrabo omnes, qui timetis Deũ: quãta fecit animæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamaui: & exultaui sub lingua mea.

Iniquitatem si aspexi in corde meo: non exaudiet Dñs.

Propterea exaudiuit Deus: & attendit voci deprecationis meæ.

Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam: & misericordiam suam à me.

Antiphona. Nõne Deo subiecta erit anima mea? Antiph. In Ecclesijs. Psalmus 67.

Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiãt, qui oderunt eum, à facie eius.

Sicut deficit fumus, deficiãt: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereãt peccatores à facie Dei.

Et iusti epulẽtur, & exultent in conspectu Dei: & delectẽtur in lætitia.

Cãtate Deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi.

Exultate in conspectu eius: turbabuntur à facie eius, patris orphanorum, & iudicis viduarum.

Deus in loco sancto suo: Deꝰ qui inhabitare facit vniꝰ moris in domo.

Qui educit vinctos in fortitudine: similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

Deus cum egredereris in cõspectu populi tui: cũ pertransires in deserto.

Terra mota est, etenim cœli distillauerunt à facie Dei Synai: à facie Dei Israel.

Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ: & infirmata est, tu vero perfecisti eam.

Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi Deus.

Dominus dabit verbũ euangelizantibus: virtute multa.

Rex virtutum dilecti, dilecti: & speciei domus diuidere spolia.

Si dormiatis ĩter medios cleros, pennæ columbæ deargẽtatæ: & posteriora dorsi eius in pallore auri.

Dum discernit cœlestis reges sup eã, niue dealbabunt̃ ĩ Selmõ: mõs Dei, mons pinguis.

Mons coagulatus mons pinguis: vt quid suspicamini mõtes coagulatos?

Mons in quo beneplacitũ est

Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.

Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: Dñs in eis in Synai, in sancto.

Ascendisti in altum cœpisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus.

Etenim non credentes: inhabitare Dominum Deum.

Diuisio psalmi 67.

Benedictus Dominus die quotidie: prosperum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum.

Deus noster Deus saluos faciendi: & Dñi Domini exitus mortis.

Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suorũ: verticem capilli perambulãtium in delictis suis.

Dixit Dominus, ex Basan cõuertã: conuertam in profundum maris.

Vt intingat̃ pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.

Viderunt ingressus tuos Deꝰ: ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto.

Præuenerunt principes coniuncti psallentibus: in medio iuuencularũ tympanistriarũ.

In Ecclesijs benedicite Deo domino: de fontibus Israel.

Ibi Beniamin adolescentulus: in mentis excessu.

Principes Iuda, duces eorũ: principes Zabulon, principes Nephtalim.

Manda Deus virtuti tuæ: cõfirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

A templo tuo in Ierusalẽ: tibi offerent reges munera.

Increpa feras arundinis, cõgregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludãt eos, qui probati sunt argento.

Dissipa gentes quæ bella volunt: venient legati ex Aegypto; Aethiopia præueniet manus eius Deo.

Regna terræ cãtate Deo: psallite Domino.

Psallite Deo, qui ascendit super cœlum cœli: ad oriẽtem.

Ecce dabit voci suæ vocẽ virtutis; date gloriam Deo: super Israel magnificẽtia eius, & virtus eius in nubibus.

Mirabilis Deꝰ in sanctis suis, Deus Israel, ipse dabit virtutem, & fortitudinẽ plebi suæ: benedictus Deus.

Aña. In Ecclesiis benedicite Dominũ. ℣. Benedicite gẽtes Deum nostrum. ℟. Et auditam facite vocẽ laudis eius.

T pe Paschali. Aña Halleluia, halleluia, halleluia. Lectõ br.

ap. 1. Dilígite iustitiam qui iudicatis terram: Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illũ: quoniã inuenitur ab his, qui non tentant illum: apparet autem eis, qui fidem habent in illum. Tu autem Domine.
℟. br. In te Domine speraui, Non confundar in æternum. ℣. In iustitia tua libera me, & eripe me. Non. Gloria. In te Domine.
In secundo noctur. Antipho. Halleluia. A Septuagesima, vsque in Cœnam Domini.
Aña. Quærite Deũ. Psal. 68.
Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.
Infixus sum in limo profundi: & non est substantia.
Veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me.
Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ: defecerunt oculi mei dum spero in Deum meum.
Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderunt me gratis.
Confortati sunt, qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: quæ nõ rapui, tunc exoluebã.
Deus tu scis insipientiam meam: & delicta mea à te non sunt abscondita.
Nõ erubescant in me, qui expectant te Dñe: Dñe virtutũ.
Non cõfundantur super me: qui quærunt te Deus Israel.
Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam.
Extraneus factus sum fratribus meis: & peregrinus filiis matris meæ.
Quoniam zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.
Et operui in ieiunio animã meã: & factum est in opprobrium mihi.
Et posui vestimentum meum cilicium: & factus sum illis in parabolam.
Aduersum me loquebant, q̃ sedebãt in porta: & in me psallebant qui bibebant vinum.
Ego verò orationem meã ad te Domine: tempus beneplaciti Deus.
In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me: in veritate salutis tuæ.
Eripe me de luto, vt nõ infigar: libera me ab his qui oderũt me, & de profundis aquarum.
Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum: neque vrgeat super me puteus os suum.

Diuisio psalmi 68.

Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.
Et ne auertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me.
Intende animæ meæ, & libera eã: propter inimicos meos eripe me.
Tu scis improperium meũ, & confusionem meam: & reuerentiam meam.
In cõspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me: improperium expectauit cor meum, & miseriam.
Et sustinui, qui simul cõtristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inueni.
Et dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto.
Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum: & in retributiones, & in scandalum.
Obscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua.
Effunde super eos iram tuã: & furor iræ tuæ comprehendat eos.
Fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis eorum nõ sit qui inhabitet.
Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt: & super dolorem vulnerum meorũ addiderunt.
Appone iniquitatẽ super iniquitatem eorum: & non intrent in iustitiam tuam.
Deleantur de libro viuẽtiũ: & cum iustis non scribantur.
Ego sum pauper, & dolens: salus tua Deus suscepit me.
Laudabo nomen Dei cum cantico: & magnificabo eum in laude.
Et placebit Deo super vitulũ nouellum: cornua producentem & vngulas.
Videant pauperes, & lætentur: quærite Deum, & viuet anima vestra.
Quoniam exaudiuit pauperes Dominus: & vinctos suos non despexit.
Laudent illum cœli, & terra: mare, & oĩa reptilia in eis.
Quoniam Deus saluam faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iudæ.
Et inhabitabunt ibi: & hæreditate acquirent eam.
Et semen seruorũ eius possidebit eam: & qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

Antiphona. Quærite Deum, & viuet anima vestra.
Aña. Domine Deus. Psal. 69.

DEus in adiutoriũ meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.
Confundantur, & reuereantur: qui quærunt animam meam.
Auertantur retrorsum, & erubescãt: qui volũt mihi mala.
Auertantur statim erubescẽtes: qui dicũt mihi, euge euge.
Exultent, & lætẽtur in te oẽs, qui quærunt te: & dicãt semper, magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.
Ego verò egenus, & pauper sum: Deus adiuua me.
Adiutor meus, & liberator meus es tu: Dñe ne moreris.

Psalmus 70.

IN te Dñe speraui, nõ confundar in æternũ: in iustitia tua libera me, & eripe me.
Inclina ad me aurem tuam: & salua me.
Esto mihi in Deũ protectorem, & in locum munitum: vt saluum me facias.
Quoniam firmamentũ meũ: & refugium meum es tu.
Deus meus eripe me de manu peccatoris: & de manu cõtra legem agentis, & iniqui.
Qm̃ tu es patiẽtia mea Dñe: dñe spes mea à iuuẽtute mea.
In te confirmatus sum ex vtero: de ventre matris meæ tu es protector meus.
In te cantatio mea semper: tamquã prodigiũ factus sum multis, & tu adiutor fortis.
Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuã: tota die magnitudinem tuam.
Ne proiicias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.
Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum.
Dicẽtes, Deus dereliquit eũ: persequimini, & comprehendite eum, quia nõ est qui eripiat.
Deus ne elõgeris à me: Deus meus in auxiliũ meũ respice.
Confundantur, & deficiant detrahẽtes animæ meæ: operiantur confusione, & pudore, qui quærunt mala mihi.
Ego autem semper sperabo: & adiiciam super omnẽ laudem tuam.
Os meum annũciabit iustitiã tuã: tota die salutare tuum.
Quoniam non cognoui litteraturam, introibo in potentias Domini: Dñe memorabor iustitiæ tuæ solius.
Deus docuisti me à iuuẽtute mea:

mea: & vsque nunc pronunciabo mirabilia tua.
Et vsque in senectam, & seniũ: Deus ne derelinquas me.
Donec annnnciem brachiũ tuum: generationi omni, quę ventura est.
Potentiam tuam, & iustitiam tuam Deus, vsq; in altissima, quæ fecisti magnalia: Deus, quis similis tibi?
Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas: & conuersus viuificasti me: & de abyssis terræ iterum reduxisti me.
Multiplicasti magnificentiã tuam: & conuersus cõsolatus es me.
Nam & ego cõfitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam Deus: psallam tibi in cithara sanctus Israel.
Exultabũt labia mea, cũ cantauero tibi: & anima mea, quã redemisti.
Sed & lĩgua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: cum confusi, & reueriti fuerint, qui quærũt mala mihi. Aña Domine Deus in adiutoriũ meũ intende. Antiphona. Quam bonus.

Psalmus 71.

DEus iudicium tuum regi da: & iustitiam tuam filio regis.
Iudicare populũ tuũ in iustitiã: & paupes tuos in iudicio.
Suscipiant montes pacẽ populo: & colles iustitiam.
Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperũ: & humiliabit calumniatorem.
Et permanebit cum sole, & ante lunam: in generatione, & generationem.
Descẽdet sicut pluuia in vellus: & sicut stillicidia stillãtia super terram.
Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis: donec auferatur luna.
Et dominabitur à mari vsque ad mare: & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum.
Coram illo procidẽt Aethiopes: & inimici eius terram lingent.
Reges Tharsis, & insulæ munera offerent: Reges Arabum, & Saba dona adducent.
Et adorabũt eum omnes reges terræ: omnes gentes seruient ei.
Quia liberabit pauperem à potente: & pauperem, cui nõ erat adiutor.
Parcet pauperi, & inopi: & aĩas pauperũ saluas faciet.
Ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomẽ eorũ corã illo.

Et viuet,& dabitur ei de auro Arabiæ,& adorabunt de ipso semper:tota die benedicēt ei.

Erit firmamentum in terra in summis montium, super extolletur super Libanum fructus eius: & florebunt de ciuitate, sicut fœnum terræ.

Sit nomen eius benedictum in secula: ante solem permanet nomen eius.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dominus Deus Israel:qui facit mirabilia solꝰ.

Et benedictum nomē maiestatis eius in æternum: & replebitur maiestate eius omnis terra, fiat, fiat. Psal. 72.

Qvam bonus Israel Deꝰ: his q̄ recto sunt corde?

Mei autē penè moti sunt pedes: penè effusi sunt gressus mei.

Quia zelaui super iniquos: pacem peccatorum videns.

Quia non est respectus morti eorum: & firmamentum in plaga eorum.

In labore hominū non sunt: & cum hominibus non flagellabuntur.

Ideò tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate, & impietate sua.

Prodiit quasi ax adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis.

Cogitauerunt, & locuti sunt nequitiam: iniquitatē in excelso locuti sunt.

Posuerūt in cęlum os suum: & lingua eorum transiuit in terra.

Ideò conuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis.

Et dixerūt quomodo scit Deus? & si est sciētia in excelso?

Ecce ipsi peccatores,& abundantes in seculo: obtinuerunt diuitias.

Et dixi, ergo sine causa iustificaui cor meum: & laui inter innocentes manus meas.

Et fui flagellatus tota die: & castigatio mea in matutinis.

Si dicebam, narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.

Existimabam vt cognoscerē hoc: labor est ante me.

Donec intrem in sanctuariū Dei: & intelligam in nouissimis eorum.

Veruntamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarentur.

Quomodo facti sūt in desolationē: subitò defecerūt, perierunt propter iniquitatē suā.

Velut

Velut somnium surgentium Domine: in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

Quia inflammatum est cor meum,& renes mei commutati sunt:& ego ad nihilum redactus sum,& nesciui.

Vt iumentū factus sum apud te: & ego semper tecum.

Tenuisti manum dexteram meam,& in voluntate tua deduxisti me: & cum gloria suscepisti me.

Quid enim mihi est in cœlo:& à te quid volui sup̄ terra?

Defecit caro mea,& cor meū: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

Quia ecce qui elongant se à te peribunt:perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.

Mihi autem adhærere Deo bonum est:ponere in Domino Deo spem meam.

Vt annūciem omnes prædicationes tuas: in portis filiæ Sion. 40

Antiph. Quam bonus Israel Deus.

Per annum Antiphona. Halleluia, halleluia, halleluia.

Capitulū. Vigilate,&c.fo.26.

℣. Gaudebūt labia mea, cum cantauero tibi.

℟. Et aīa mea,quā redemisti.

AD LAVDES.

Antiphona. Amplius. Psalm. Miserere. folio.17.

Antiph. Amplius laua me Domine ab iniustitia mea.

Aña. A timore. Psalmus 63.

EXaudi Deus orationē meam cū deprecor: à timore inimici eripe aīam meā.

Protexisti me à cōuentu malignantiū: à multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacuerunt vt gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram: vt sagittēt in occultis immaculatum.

Subitò sagittabunt eum, & non timebunt: firmauerūt sibi sermonem nequam.

Narrauerunt, vt absconderēt laqueos: dixerunt, quis videbit eos?

Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio.

Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur Deus.

Sagittæ paruulorū factæ sunt plagæ eorū: & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.

Conturbati sunt omnes, qui videbant eos:& timuit omnis homo.

Et annūciauerūt opera Dei: & facta eius intellexerunt.

Lætabit iustus in Domino,& spe-

sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. Aña. A timore inimici eripe Domine animam meam. Antiphona. Te decet. Psalmus 64.

TE decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Ierusalem.

Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum præualuerũt super nos: & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus quẽ elegisti, & assumpsisti: inhabitabit ĩ atrijs tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templũ tuũ, mirabile in æquitate.

Exaudi nos De⁹ salutaris noster: spes omniũ finium terrę, & in mari longe.

Præparans montes in virtute tua, accinctus potẽtia: qui cõturbas profundum maris, sonum fluctuum eius.

Turbabuntur gẽtes, & timebunt qui habitant terminos à signis tuis: exitus matutini, & vespere delectabis.

Visitasti terram, & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.

Flumẽ Dei repletũ est aquis: parasti cibum illorum, qm̃ ita est præparatio eius.

Riuos eius inebrians multiplica genimina eius: in stillicidiis eius lętabit̃ germinans.

Benedices coronę anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur vbertate.

Pinguescent speciosa deserti: & exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent. Aña. Te decet hymnus Deus in Sion. Aña. Dñs iudicabit. Canticum Annæ.

EXultauit cor meũ in Domino: & exaltatũ est cornu meum in Deo meo. 1. Reg. 2.

Dilatatum est os meũ super inimicos meos: quia lætata sum in salutari tuo.

Nõ est sanctus, vt est Dominus, neque enim est alius extra te: & non est fortis sicut Deus noster.

Nolite multiplicare loqui sublimia: gloriantes.

Recedant vetera de ore vestro, quia Deus scientiarum Dominus est: & ipsi præparãtur cogitationes.

Arcus fortiũ superatus est: & infirmi accincti sunt robore.

Repleti prius pro panibus se locauerunt: & famelici saturati sunt.

Donec sterilis peperit plurimos:

mos: & quæ multos habebat filios infirmata est.

Dominus mortificat, & viuificat: deducit ad inferos, & reducit.

Dominus pauperem facit, & ditat: humiliat, & subleuat.

Suscitãs de puluere egenum: & de stercore erigẽs pauperẽ.

Vt sedeat cum principibus: & solium gloriæ teneat.

Domini enim sunt cardines terrę: & posuit sup eos orbẽ.

Pedes sanctorum suorũ seruabit, & impii in tenebris cõticescent: quia non in fortitudine sua roborabitur vir.

Dominum formidabunt aduersarii eius: & super ipsos in cœlis tonabit.

Dominus iudicabit fines terræ, & dabit imperiũ regi suo: & sublimabit cornu Chri sui.

Aña. Dominus iudicabit fines terræ. Aña. Cęli cęlorũ. Psal. Laudate. f. 19. Aña. Cœli cœlorum laudate Dominũ. Cap. Nox præcessit. fol. 27. ℟. br. Exaudi nos Deus Salutaris noster. ℣. Spes omniũ finium terræ, & in mari longe. Salu. Glo. Exau. Hymn⁹.

Aurelij Prudẽtij.

NOx & tenebrę, & nubila,
Cõfusa mũdi & turbida,
(Lux intrat, albescit polus,
Christus venit) discedite.
Caligo terræ scinditur,
Percussa solis spiculo,
Rebusq; iam color redit,
Vultu nitentis sideris.
Te Christe solum nouimus,
Te mente pura, & simplici,
Flẽdo, & canẽdo, quęsum⁹,
Intende nostris sensibus.
Sunt multa fucis illita,
Quæ luce purgentur tua:
Tu lux eoi sideris,
Vultu sereno illumina.
Deo Patri sit gloria. vt supra.

℣. Repleti sumus. Ad Bñus. Aña. De manu oĩum, qui nos oderũt, libera nos Domine.

FERIA QVINTA AD MATVTINVM.

Inuitatorium. Dominum, qui fecit nos, Venite adoremus. Psalmus. Venite. fol. 9.

Hymnus.

D. Ambrosij.

NOx atra rerum cõtegit
Terræ colores omnium,
Nos confitentes poscimus,
Te iustè iudex cordium.
Vt auferas piacula,
Sordesq; mentis abluas,
Donesq; Christe gratiam,
Vt arceantur crimina.
Mens ecce torpet impia,
Quã culpa mordet noxia,
Obscura gestit tollere,
Et te Redemptor quærere.

Repelle tu caliginem,
Intrinsecus quã maxime,
Vt in beato gaudeat
Se collocari lumine.
Præsta Pater pijssime. vt sup.

In j. nocturno. Aña Liberasti.
Tpe paschali. Aña. Halleluia.

Psalmus 73.

VT quid Deus repulisti in finẽ? iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ?

Memor esto congregationis tuæ: quã possedisti ab initio.

Redemisti virgam hęreditatis tuæ: mons Sion, in quo habitasti in eo.

Leua manus tuas ĩ superbias eorum in finẽ: quanta malignatus est inimicus ĩ sancto?

Et gloriati sunt qui oderunt te: in medio solennitatis tuæ.

Posuerunt signa sua, signa: & non cognouerũt, sicut in exitu super summum.

Quasi in sylua lignorum securibus exciderũt ianuas eius in idipsum: in securi, & ascia deiecerunt eam.

Incenderunt igni sanctuariũ tuum in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui.

Dixerũt in corde suo cognatio eorum simul: quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.

Signa nostra non vidimus, iam non est propheta: & nos non cognoscet amplius.

Vsquequò Deus improperabit inimicus? irritat aduersarius nomen tuum in finem?

Vtquid auertis manum tuã, & dexteram tuam: de medio sinu tuo in finem?

Deus autem rex noster ante secula: operatus est salutẽ in medio terræ.

Tu confirmasti in virtute tua mare: cõtribulasti capita draconum in aquis.

Tu confregisti capita draconis: dedisti eum escam populis Aethiopum.

Tu dirupisti fontes, & torrẽtes: tu siccasti fluuios Ethan.

Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es auroram, & solem.

Tu fecisti omnes terminos terræ: æstatem, & ver tu plasmasti ea.

Memor esto huius, inimicus improperauit domino: & populus insipiens incitauit nomen tuum.

Ne tradas bestiis animas cõfitentes tibi: & animas pauperum tuorũ ne obliuiscaris in finem.

Respice in testamentũ tuum: quia repleti sũt, qui obscurati sunt terrę domibꝰ inquitatũ.

Ne auertatur humilis factus cõfusus: pauper, & inops laudabunt nomen tuum.

Exurge Deus, iudica causam tuam: memor esto improperiorum tuorũ, eorum, quæ ab insipiente sunt tota die.

Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

Psalmus 74.

COnfitebimur tibi Deus: confitebimur, & inuocabimus nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tẽpus, ego iustitias iudicabo.

Liquefacta est terra, & oẽs, qui habitant in ea: ego cõfirmaui columnas eius.

Dixi iniquis, nolite iniquè agere: & delinquentibus, nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altũ cornu vestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.

Quia neq; ab oriẽte, neq; ab occidẽte, neq; à desertis mõtibus: qm̃ Deus iudex est.

Hunc humiliat, & hũc exaltat: quia calix in manu Dñi, vini meri plenus misto.

Et inclinauit ex hoc in hoc, veruntamen fex eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ.

Ego autem annũciabo in seculum: cantabo Deo Iacob.

Et omnia cornua peccatorũ confringam: & exaltabuntur cornua iusti. Aña. Liberasti virgam hæreditatis tuę. Aña. Tu es Deus.

Psalmus 76.

VOce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Deum, & intendit mihi.

In die tribulationis meę Deũ exquisiui, manibus meis nocte contra eum: & non sum deceptus.

Renuit cõsolari anima mea: memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus.

Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum, & non sum locutus.

Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in mente habui.

Et meditatus sum nocte cum corde meo: & exercitabar, & scopebam spiritum meum.

Nunquid in æternum proiiciet Deus: aut non apponet, vt complacitior sit adhuc?

Aut in finem misericordiam suam abscindet: à generatione in generationem?

Aut obliuiscet misereri Deꝰ? aut continebit in ira sua misericordias suas?

Et dixi, nunc cœpi: hæc mutatio

tatio dexteræ excelsi.
Memor fui operum Domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.
Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinuentionibus tuis exercebor.
Deus in sancto via tua, quis Deus magnus sicut Deus nr̃? tu es Deꝰ, qui facis mirabilia.
Notam fecisti in populis virtutem tuã: redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob, & Ioseph.
Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: & timuerũt, & turbatæ sunt abyssi.
Multitudo sonitus aquarũ: vocem dederunt nubes.
Etenim sagittæ tuæ transeũt: vox tonitrui tui in rota.
Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: commota est, & contremuit terra.
In mari via tua, & semitæ tuę in aquis multis: & vestigia tua non cognoscentur.
Deduxisti sicut oues populũ tuum: in manu Moysi, & Aaron. Aña. Tu es Deꝰ, qui facis mirabilia. Aña. Inclinate.

Psalmus 77.

Attendite popule meus legẽ meã: inclinate aurem vestrã in verba oris mei.
Aperiã in parabolis os meũ: loquar ꝓpositiones ab initio.
Quãta audiuimus, & cognouimus ea: & patres nostri narrauerunt nobis?
Nõ sunt occultata à filiis eorum: in generatione altera.
Narrantes laudes domini, & virtutes eius: & mirabilia eiꝰ, quæ fecit.
Et suscitauit testimoniũ ĩ Iacob: & legem posuit in Israel.
Quãta mãdauit patribus nostris nota facere ea filiis suis: vt cognoscat generatio altera.
Filii qui nascentur, & exurgent: & narrabunt filiis suis.
Vt ponant in Deo spem suã, & non obliuiscantur operum Dei: & mãdata eius exquirat.
Ne fiant sicut patres eorum: gñatio praua, & exasperans.
Generatio quæ non direxit cor suum: & non est creditus cum Deo spiritus eius.
Filii Ephrem intendentes, & mittentes arcum: cõuersi sunt in die belli.
Non custodierunt testamentũ Dei: & in lege eius noluerunt ambulare.
Et obliti sunt benefactorum eius: & mirabilium eius, quæ ostendit eis.
Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti: in campo Taneos.

Inter-

Interrupit mare, & perduxit eos: & statuit aquas quasi in vtre.
Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis.
Interrupit petrã in eremo: & adaquauit eos, velut in abysso multa.
Et eduxit aquam de petra: & deduxit tamquam flumina aquas.
Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram excitauerunt excelsum in inaquoso.
Et tẽtauerunt Deum in cordibus suis: vt peterent escas animabus suis.
Et male locuti sunt de Deo: dixerũt, nũquid poterit Deus parare mensam in deserto?
Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ: & torrẽtes inundauerunt.
Nunquid & panem poterit dare: aut parare mensam populo suo?
Ideò audiuit dominus, & distulit: & ignis accensus est in Iacob, & ira ascẽdit in Israel.
Quia nõ crediderũt in Deo: nec sperauerũt in salutari eiꝰ.
Et mandauit nubibus desuper: & ianuas cęli aperuit.
Et pluit illis mãna ad mãducãdũ: & panem cęli dedit eis.
Panem Angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia.
Transtulit Austrũ de cęlo: & induxit in virtute sua Africũ.
Et pluit super eos sicut puluerem carnes: & sicut arenam maris volatilia pennata.
Et ceciderunt in medio castrorum eorum: circa tabernacula eorum.
Et manducauerunt, & saturati sunt nimis, & desiderium eorũ attulit eis: non sunt fraudati à desiderio suo.
Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum: & ira Dei ascẽdit super eos.
Et occidit pingues eorum: & electos Israel impediuit.
In omnibus his peccauerũt adhuc: & non crediderunt in mirabilibus eius.
Et defecerũt in vanitate dies eorum: & anni eorum cum festinatione.
Cum occideret eos, quærebant eũ, & reuertebãtur: & diluculo veniebant ad eum.
Et rememorati sunt, quia Deus adiutor est eorũ: & Deꝰ excelsus redemptor eorũ est.

Diuisio psalmi 77.

Et dilexerunt eum in ore suo: & lingua sua mentiti sunt ei.

Cor

Cor autem eorum non erat rectum cũ eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.
Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum: & non disperdet eos.
Et abundauit, vt auerteret irã suam: & non accendit omnẽ iram suam.
Et recordatus est, quia caro sunt: spiritus vadens, & non rediens.
Quoties exacerbauerunt eũ in deserto: in iram concitauerunt eum in inaquoso.
Et conuersi sunt, & tentauerunt Deum: & sanctum Israel exacerbauerunt.
Non sunt recordati manus eius: die qua redemit eos de manu tribulantis.
Sicut posuit in Aegypto signa sua: & prodigia sua in campo Taneos.
Et conuertit in sanguinẽ flumina eorum: & imbres eorũ ne biberent.
Misit in eos cynomyam, & comedit eos: & ranam, & disperdidit eos.
Et dedit ærugini fruct⁹ eorũ: & labores eorum locustæ.
Et occidit in grãdine vineas eorum: & moros eorum in pruina.
Et tradidit grandini iumenta eorum: & possessiones eorum igni.
Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, & iram, & tribulationem: immissiones per angelos malos.
Viam fecit semitæ iræ suæ, non pepercit à morte animabus eorum: & iumẽta eorum in morte conclusit.
Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti: primitias omnis laboris eorũ in tabernaculis Cham.
Et abstulit sicut oues populũ suum: & percussit eos tãquam gregem in deserto.
Et eduxit eos in spe, & non timuerunt: & inimicos eorũ operuit mare.
Et induxit eos in montẽ sanctificationis suę: montem quẽ acquisiuit dextera eius.
Et eiecit à facie eorum gẽtes: & sorte diuisit eis terrã in funiculo distributionis.
Et habitare fecit in tabernaculis eorum: tribus Israel.
Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelsum: & testimonia eius nõ custodierũt.
Et auerterũt se, & non seruauerunt pactum: quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum.
In iram concitauerunt eum in

in collibus suis: & in sculptilibus suis ad ęmulationem eũ prouocauerunt.
Audiuit Deus, & spreuit: & ad nihilũ redegit valde Israel.
Et repulit tabernaculum Silo: tabernaculum suum, vbi habitauit in hominibus.
Et tradidit in captiuitatẽ virtutem eorũ: & pulchritudinẽ eorum in manus inimici.
Et conclusit in gladio populum suum: & hæreditatẽ suã spreuit.
Iuuenes eorũ comedit ignis: & virgines eorum nõ sunt lamentatæ.
Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: & viduę eorũ non plorabantur.
Et excitatus est tamquã dormiens Dominus: tamquam potens crapulatus à vino.
Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis.
Et repulit tabernaculum Ioseph: & tribum Ephraim non elegit.
Sed elegit tribum Iuda: montem Sion, quem dilexit.
Et ædificauit sicut vnicorniũ sanctificium suum in terra: quam fundauit in secula.
Et elegit Dauid seruũ suũ, & sustulit eũ de gregibus ouiũ: de post fętantes accepit eum.
Pascere Iacob seruum suum: & Israel hæreditatem suam.
Et pauit eos ĩ innocẽtia cordis sui: & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.
Aña. Inclinate aurem vestrã ĩ verba oris mei. Antiphona. Propitius esto. Psalmus 78.

Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctũ tuũ: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam.
Posuerũt morticina seruorũ tuorum escas volatilibus cœli: carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.
Effuderũt sanguinẽ ipsorum tãquã aquã ĩ circuitu Ierusalem: & nõ erat, qui sepeliret.
Facti sumus opprobriũ vicinis nostris: subsannatio, & illusio his, q ĩ circuitu nr̃o sũt.
Vsquequò dñe irasceris in finem? accendetur velut ignis zelus tuus?
Effunde irã tuã in gẽtes, quę te nõ nouerũt: & ĩ regna, quæ nomẽ tuũ non inuocauerũt.
Quia comederunt Iacob: & locum eius desolauerunt.
Ne memineris iniquitatum nostrarũ antiquarũ, cito anticipẽt nos misericordiæ tuæ: qa pauperes facti sum⁹ nimis.

Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriã nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Ne forte dicant in gentibus, vbi est Deus eorum? & innotescat ĩ nationibus corã oculis nostris.

Vltio sanguinis seruorũ tuorum qui effusus est: introeat in conspectu tuo gemitus cõpeditorum.

Secundũ magnitudinẽ brachii tui: possidc filios mortificatorum.

Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorũ, quod exprobrauerunt tibi Domine.

Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ: cõfitebimur tibi in seculum.

In generatione,& gñatione: annunciabimus laudem tuã.

Aña. Propitius esto peccatis nostris Domine. ℣. Deus in sancto via tua. ℟. Quis Deus magnus sicut Deus noster?

Tpe Pasch. Aña. Hal. hal. hal.

Qui cõfidũt in dño, L. br. ĩtelligẽt veritatẽ, & fideles in dilectione acqescẽt illi: qm̃ donũ & pax ẽ electis Dei.

℟. br. Exultate Deo Adiutori nr̃o. ℣. Iubilate Deo Iacob.

In ij. noct. Aña. Hal.

A Septuag. vsq; in cęnã Dñi.

Aña. Exultate. Psalmus 79.

Qui regis Israel intende: qui deducis velut ouem Ioseph.

Qui sedes super Cherubim: manifestare coram Ephraim, Beniamin,& Manasse.

Excita potentiam tuam,& veni: vt saluos facias nos.

Deus conuerte nos: & ostẽde faciem tuam, & salui erimus.

Domine Deus virtutũ: quousque irasceris super orationem serui tui?

Cibabis nos pane lachrymarum: & potum dabis nobis in lachrymis in mensura.

Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: & inimici nostri subsannauerũt nos.

Deus virtutum cõuerte nos: & ostende faciem tuã,& salui erimus.

Vineam de Aegypto transtulisti: eiecisti gentes, & plantasti eam.

Dux itineris fuisti in conspectu eius: & plantasti radices eius, & impleuit terram.

Operuit montes vmbra eius: & arbusta eius cedros Dei.

Extendit palmites suos vsque ad mare: & vsque ad flumen propagines eius.

Vt quid destruxisti maceriã eius:

eius: & vindemiãt eã omnes, qui prætergrediuntur viam?

Exterminauit eam aper de sylua: & singularis ferus depastus est eam.

Deus virtutum conuertere: respice de cœlo,& vide, & visita vineam istam.

Et perfice eam,quam plantauit dextera tua: & super filiũ hominis,quẽ cõfirmasti tibi.

Incensa igni, & suffossa: ab increpatione vultus tui peribunt.

Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ:& super filiũ hominis,quẽ confirmasti tibi.

Et non discedimus à te: viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus.

Domine Deus virtutũ conuerte nos: & ostende faciem tuã,& salui erimus. Psal. 80.

Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob.

Sumite psalmũ, & date tympanum: psalterium iucundũ cum cithara.

Buccinate in Neomenia tuba: in insigni die solennitatis vestræ.

Quia præceptũ in Israel est: & iudicium Deo Iacob.

Testimonium in Ioseph posuit illud,cum exiret de terra Aegypti: linguam,quam non nouerat audiuit.

Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruierunt.

In tribulatione inuocasti me, & liberaui te: exaudiui te in abscondito tẽpestatis,probaui te apud aquã cõtradictionis.

Audi populus meus, & contestabor te: Israel si audieris me, nõ erit in te Deus recẽs, neque adorabis Deũ alienũ.

Ego eñ sum dñs Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: dilata os tuũ, & ĩplebo illud.

Et nõ audiuit populus meus vocem meam: & Israel non intendit mihi.

Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus suis.

Si populus me⁹ audisset me: Israel si ĩ viis meis ambulasset.

Pro nihilo forsitan inimicos eorũ humiliassẽ:& sup tribulãtes eos misissẽ manũ meã.

Inimici Dñi mẽtiti sunt ei: & erit tempus eorũ in secula.

Et cibauit illos ex adipe frumenti:& de petra, melle saturauit eos. Aña. Exultate Deo adiutori nostro. Antiphona Tu solus. Psalmus 81.

Deus stetit in Synagoga Deorum: in medio autẽ Deos dijudicat.

V quequò iudicatis iniquitatem: & facies peccatorum sumitis?

Iudicate egeno, & pupillo: humilē, & pauperē iustificate.

Eripite pauperē: & egenū dē manu peccatoris liberate.

Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ.

Ego dixi, Dii estis: & filii excelsi omnes.

Vos autē sicut homines moriemini: & sicut vnus de principibus cadetis.

Surge Deus, iudica terram: quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Psal. 82.

DEus quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris Deus.

Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderūt te, extulerunt caput.

Super populū tuū malignauerunt consilium: & cogitauerunt aduersus sanctos tuos.

Dixerunt, venite, & disperdamus eos de gente: & nō memoretur nomen Israel vltra.

Quoniā cogitauerūt vnanimiter: simul aduersum te testamētū disposuerūt tabernacula Idumeorū, & Ismaelitæ.

Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalec: alienigenæ cū habitantibus Tyrum.

Etenim Assur venit cū illis: facti sunt in adiutorium filiis Lot.

Fac illis sicut Madiā, & Sisaræ: sicut Iabin ī torrēte Cissō.

Disperierunt in Endor: facti sunt vt stercus terræ.

Pone principes eorum sicut Oreb, & Zeb: & Zebeæ, & Salmana.

Omnes principes eorū, qui dixerunt: hæreditate possideamus sanctuarium Dei.

Deus meus pone illos vt rotā: & sicut stipulam ante faciem venti.

Sicut ignis, q cōburit syluā: & sicut flamma cōburēs mōtes.

Ita persequeris illos in tempestate tua: & in ira tua turbabis eos.

Imple facies eorum ignominia: & quærēt nomē tuū dñe.

Erubescant, & conturbentur in seculum seculi: & confundantur, & pereant.

Et cognoscant, quia nomen tibi Dominus: tu solus altissimus in oī terra. Aña. Tu solus altissimus sup oēm terrā.

Aña. Benedixisti. Psal. 83.

QVam dilecta tabernacula tua Domine virtutū: concupiscit, & deficit anima

mea in atria Domini.

Cor meū, & caro mea: exultauerunt in Deum viuum.

Etenim passer inuenit sibi domum: & turtur nidum, vbi ponat pullos suos.

Altaria tua Domine virtutū: rex meus, & Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua: in secula seculorum laudabunt te.

Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascēsiones in corde suo disposuit, in valle lachrymarum, in loco quem posuit.

Etenim benedictiones dabit legislator, ibunt de virtute in virtutē: videbitur Deus Deorum in Sion.

Domine Deus virtutū exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Iacob.

Protector noster aspice De⁹: & respice in faciem Chri tui.

Quia melior est dies vna in atriis tuis: super millia.

Elegi abiectus esse in domo Dei mei: magis, quā habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam, & veritatem diligit Deus: gratiā, & gloriam dabit Dominus.

Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

Psalmus 84.

BEnedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuā: auertisti ab ira indignationis tuæ.

Conuerte nos Deus salutaris noster: & auerte iram tuam à nobis.

Nūquid in æternum irasceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?

Deus tu cōuersus viuificabis nos: & plebs tua lætabit in te.

Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

Audiā quid loquatur in me Dñs Deus: quoniam loquet pacem in plebem suam.

Et sup sanctos suos: & in eos qui conuertuntur ad cor.

Veruntamen propè timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est: & iustitia de cœlo prospexit.

Etenim dominus dabit benignitatem : & terra nostra dabit fructum suum.
Iustitia ante eum ambulabit : & ponet in via gressus suos.
Antiphona. Benedixisti Domine terram tuam.
Per annum. Antiphona. Halleluia, halleluia, halleluia.
Capitulum. Vigilate. fol. 26.
℣. Beati qui habitant in domo tua Domine. ℟. In secula seculorũ laudabũt te. Kyrie eleis. Christe el. Kyrie. &c.

AD LAVDES.

Aña. Tibi soli. psal. Miserere. f.17. Aña. Tibi soli peccaui Domine: miserere mei. Aña. Intret oratio mea. Psal. 87.

Domine Deus salutis meę: in die clamaui, & nocte coram te.
Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.
Quia repleta est malis anima mea : & vita mea inferno appropinquauit.
Aestimatus sum cum descẽdẽtibus in lacum : factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber.
Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius : & ipsi de manu tua repulsi sunt.
Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis, & in vmbra mortis.
Super me cõfirmatus est furor tuus : & oẽs fluctus tuos induxisti super me.
Longe fecisti notos meos à me: posuerunt me abominationem sibi.
Traditus sum, & non egrediebar: oculi mei languerunt prę inopia.
Clamaui ad te Dñe tota die : expandi ad te manus meas.
Nunquid mortuis facies mirabilia? aut medici suscitabũt, & confitebuntur tibi?
Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiã tuã : & veritatẽ tuã in perditione?
Nunquid cognoscẽtur in tenebris mirabilia tua : & iustitia tua in terra obliuionis?
Et ego ad te Domine clamaui : & mane oratio mea pręueniet te.
Vt quid Domine repellis orationem meam? auertis faciem tuam à me?
Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea : exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus.
In me transierunt irę tuę : & terrores tui cõturbauerũt me.

Circũdederũt me sicut aqua: tota die circundederunt me simul.
Elongasti à me amicum, & proximum : & notos meos à miseria.
Antiphona. Intret oratio mea in conspectu tuo Domine.
Aña. Domine. Psalmus 89.

Domine refugium factus es nobis : à generatione in generationem.
Priusquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis : à seculo, & vsque in seculum tu es Deus.
Ne auertas hominem in humilitatem: & dixisti, conuertimini filii hominum.
Quoniam mille anni ante oculos tuos : tãquam dies hesterna, quę prœteriit.
Et custodia in nocte: quę pro nihilo habentur, eorum anni erunt.
Manè sicut herba trãseat, manè floreat, & transeat : vespere decidat, induret, & arescat.
Quia defecimus in ira tua : & in furore tuo turbati sumus.
Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo : seculũ nostrum in illuminatione vultus tui.
Quoniam omnes dies nostri defecerunt : & in ira tua defecimus.
Anni nostri sicut aranea meditabũtur : dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.
Si autẽ in potentatibus octoginta anni: & amplius eorum labor & dolor.
Quoniam superuenit mansuetudo: & corripiemur.
Quis nouit potestatẽ irę tuę? & prę timore tuo irã tuã dinumerare?
Dexteram tuam sic notã fac: & eruditos corde in sapientia.
Conuertere Domine vsquequò: & deprecabilis esto super seruos tuos.
Repleti sumus mane misericordia tua : exultauimus, & delectati sumus in omnibus diebus nostris.
Lętati sumus ꝓ diebus, quibus nos humiliasti : annis, quibus vidimus mala.
Respice in seruos tuos, & in opera tua : & dirige filios eorum.
Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos : & opus manuum nostrarum dirige. 77

Aña. Dñe refugium factus es nobis. Antiph. Cantemus.

Canticum Moysi.

Exo. 5. CAntemus Domino, gloriosè enim magnificatus est: equum, & ascensorem deiecit in mare.

Fortitudo mea, & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem.

Iste Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum.

Dominus quasi vir pugnator omnipotens nomē eius: currus Pharaonis, & exercitū eius proiecit in mare.

Electi principes eiº submersi sūt in mari rubro, abyssi operuerūt eos: descenderūt in profundum quasi lapis.

Dextera tua Domine magnificata est ī fortitudine, dextera tua Domine percussit inimicū: & in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios meos.

Misisti iram tuam, quæ deuorauit eos sicut stipulam: & in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ.

Stetit vnda fluens: congregatæ sunt abyssi in medio mari.

Dixit inimicus, persequar, & comprehendā: diuidā spolia, implebitur anima mea.

Euaginabo gladium meum: interficiet eos manus mea.

Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis similis tui in fortibus Domine, quis similis tui magnificus in sanctitate, terribilis, atque laudabilis, & faciens mirabilia?

Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra: dux fuisti in misericordia tua populo, quem redemisti.

Et portasti eum in fortitudine tua: ad habitaculum sanctum tuum.

Ascenderunt populi, & irati sunt: dolores obtinuerūt habitatores Philisthiim.

Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaam.

Irruat super eos formido & pauor: in magnitudine brachii tui.

Fiant immobiles quasi lapis, donec pertrāseat populus tuus Dñe: donec pertrāseat populus tuus iste, quem possedisti.

Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ: firmissimo habitaculo tuo, qđ opera-

operatus es Domine.

Sanctuarium tuum Domine, quod firmauerunt manus tuæ: Dominus regnabit in æternum, & vltra.

Ingressus est enī eques Pharao cum curribus, & equitibº eius in mare: & reduxit super eos Dominus aquas maris.

Filii aūt Israel ambulauerūt per siccum in medio eius.

Antiphona. Cantemus Domino gloriosè.

Aña. In sanctis eius. Psalm. Laudate. fol. 19. Aña. In sanctis eius laudate Deum.

Capit. Nox præcessit fo. 27.

℟. brc. Domine refugium Factus es nobis. ℣. A generatione, & progenie. Factus. Gloria. Domine. Hymnus.

Aurelij Prudētii. LVx ecce surgit aurea,
Pallens fatiscat cæcitas,
Quæ nosmet in pceps diu
Errore traxit deuio.
Hæc lux serenum conferat,
Purosq; nos præstet sibi:
Nihil loquamur subdolū,
Voluamus obscurū nihil.
Sic tota decurrat dies,
Nec lingua mendax, nec manus,
Oculi nec peccent lubrici,
Nec noxa corpus inquet.
Speculator astat desuper,
Qui nos diebus omnibus,
Actusq; nostros prospicit,
A luce prima in vesperū.
Deo Patri sit gloria. vt supra.

℣. Repleti sumus.

Ad Benedictus. Antiphona. In sanctitate seruiamus Domino, & liberabit nos ab inimicis nostris.

FERIA SEXTA

AD MATVTINVM

Inuitatoriū. Adoremus Dominum. Quoniam ipse fecit nos. Psalm. Venite fol. 9.

Hymnus.

D. Ambrosii. TV Trinitatis vnitas,
Orbē potenter qui regis, (ca,
Attēde laudū cātica,
Quę excubantes psallimº.
Nam lectulo consurgimus
Noctis quieto tempore,
Vt flagitemus vulnerum
A te medelam omnium.
Quò, fraude qcqd dęmonū
In noctibus deliquimus,
Abstergat illud cœlitus
Tuæ potestas gloriæ.
Ne corpus adsit sordidum,
Nec torpor instet cordiū,
Nec criminis contagio,
Tepescat ardor spiritus.
Ob hoc Redēptor q̄sumus,
Reple tuo nos lumine,
Per quod dierum circulis,
Nullis ruamur actibus.
Præsta Pater piissime. vt sup.

In

In primo nocturn. Antipho.
Inclina Domine.
Tempore Paschali. Antipho.
Halleluia. Psalmus 85.

INclina Domine aurē tuā, & exaudi me: qm̄ inops, & pauper sum ego.

Custodi animam meam, qm̄ sanctus sum: saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te.

Miserere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die: lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui.

Quoniam tu Domine suauis & mitis: & multæ misericordiæ omnibus inuocātibus te.

Auribus percipe Dn̄e orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meę clamaui ad te: quia exaudisti me.

Nō est similis tui in diis Domine: & non est secundum opera tua.

Omnes gentes quascunque fecisti venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.

Qm̄ magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna est sup me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus, iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quæsierunt animā meā: & non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu Domine Deus miserator, & misericors: patiens, & multę misericordiæ, & verax.

Respice in me, & miserere mei, da imperium tuū puero tuo: & saluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur: quoniā tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.

Psalmus 86.

FVndamenta eius in mōtibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.

Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas Dei.

Memor ero Raab, & Babylonis: scientium me.

Ecce alienigenæ, & Tyrus, & popu-

popu-

populus Aethiopum: hi fuerunt illic.

Nunquid Sion dicet, homo, & homo natus est in ea: & ipse fundauit eam Altissimus?

Dominus narrabit in scripturis populorum: & principum horū, qui fuerunt in ea.

Sicut lætantium omnium: habitatio est in te.

Antiphona. Inclina Domine aurem tuā, & exaudi me.

Antiphona. Benedictus.

Psalmus 88.

MIsericordias Domini: in æternum cantabo.

In generatione, & generationem: annunciabo veritatem tuam in ore meo.

Quoniam dixisti, in æternū misericordia ædificabitur in cœlis: præparabitur veritas tua in eis.

Disposui testamentum electis meis, iuraui Dauid seruo meo: vsque in æternum præparabo semen tuum.

Et ædificabo in generatione, & generationem: sedem tuā.

Confitebuntur cœli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum.

Quoniam quis in nubibus ęquabitur Domino? similis erit Deo in filiis Dei?

Deus qui glorificatur in consilio sanctorum: magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.

Domine Deus virtutum quis similis tibi? potens es Dn̄e, & veritas tua in circuitu tuo.

Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.

Tu humiliasti sicut vulneratum superbum: in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.

Tui sunt cęli, & tua est terra; orbem terræ, & plenitudinē eius tu fundasti: Aquilonem, & mare tu creasti.

Tabor, & Hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cum potentia.

Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua: iustitia, & iudicium præparatio sedis tuæ.

Misericordia, & veritas præcedent faciem tuā: beatus populus, qui scit iubilationem.

Domine in lumine vultus tui ambulabunt: & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur.

Quoniam gloria virtutis eorum tu es: & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrū.

Quia Dn̄i est assumptio nr̄a: & sancti Israel regis nostri.

Diuisio

Diuisio psalmi 88.

TVnc locutus es in visio-
ne sanctis tuis,& dixisti:
posui adiutorium in potente,
& exaltaui electum de plebe
mea.
Inueni Dauid seruum meũ:
oleo sancto meo vnxi eum.
Manus enim mea auxiliabi-
tur ei : & brachium meum
confortabit eum.
Nihil proficiet inimicus in
eo : & filius iniquitatis non
apponet nocere ei.
Et cõcidam à facie ipsius ini-
micos eius : & odientes eũ in
fugam conuertam.
Et veritas mea, & misericor-
dia mea cum ipso:& in noĩe
meo exaltabitur cornu eius.
Et ponam in mari manum
eius: & in fluminibus dexte-
ram eius.
Ipse inuocabit me, pater meus
es tu:Deus meus,& susceptor
salutis meæ.
Et ego primogenitum ponã
illum: excelsum præ regibus
terræ.
In æternum seruabo illi mi-
sericordiam meam:& testa-
mentum meum fidele ipsi.
Et ponam in seculum seculi
semen eius: & thronum eius
sicut dies cœli.
Si autem dereliquerint filij
eius legem meam:& in iudi-
ciis meis non ambulauerint.
Si iustitias meas prophana-
uerint: & mandata mea non
custodierint.
Visitabo in virga iniquita-
tes eorum : & in verberibus
peccata eorum.
Misericordiam autem meã
non dispergam ab eo: neque
nocebo in veritate mea.
Neque prophanabo testamẽ-
tum meum: & quæ procedũt
de labiis meis,nõ faciã irrita.
Semel iuraui in sancto meo,
si Dauid mentiar: semẽ eius
in æternum manebit.
Et thronus eius sicut sol in
conspectu meo : & sicut luna
perfecta in æternum, & te-
stis in cœlo fidelis.
Tu verò repulisti,& despexi-
sti:distulisti Christum tuum.
Auertisti testamentum serui
tui:prophanasti in terra san-
ctuarium eius.
Destruxisti omnes sepes eius:
posuisti firmamentum eius
formidinem.
Diripuerunt eum oẽs tran-
seuntes viam: factus est op-
probrium vicinis suis.
Exaltasti dexteram deprimẽ-
tium eum: lætificasti omnes
inimicos eius.
Auertisti adiutorium gladii
eius:

eius : & non es auxiliatus ei
in bello.
Destruxisti eum ab emũda-
tione : & sedem eius in terra
collisisti.
Minorasti dies temporis eius:
perfudisti eum confusione.
Vsquequò Domine auertis
in finem ? exardescet sicut
ignis ira tua ?
Memorare quæ mea substã-
tia:nunquid enim vanè cõsti
tuisti omnes filios hominũ?
Quis est homo,qui viuet, &
non videbit mortem : eruet
animam suam de manu in-
feri ?
Vbi sunt misericordiæ tuæ
antiquæ Domine : sicut iura-
sti Dauid in veritate tua ?
Memor esto Domine oppro
brii seruorum tuorum:quod
continui in sinu meo multa-
rum gentium.
Quod exprobrauerũt inimi
ci tui Domine : quod expro-
brauerunt commutationem
Christi tui.
Benedictus Dominus in æ-
ternum:fiat,fiat.
Antipho. Benedictus Domi-
nus in æternum.
Sequens psalmus omittitur,
quando fit officium de festo
simplici, & tempore Pascha-
li,cuius loco [illegible] dicitur Psal.
Notus in Iudæa. vt infra in
Lau. Aña. Exaltare. Psal. 92.

DOminus regnauit,deco-
rem indutus est:indutus
est Dominus fortitudinem,
& præcinxit se.
Etenim firmauit orbem ter-
ræ:qui non commouebitur:
Parata sedes tua ex tunc:à se-
culo tu es.
Eleuauerunt flumina Domi
ne: eleuauerunt flumina vo-
cem suam.
Eleuauerunt flumina fluctus
suos: à vocibus aquarũ mul-
tarum.
Mirabiles elationes maris:
mirabilis in altis Dominus.
Testimonia tua credibilia fa-
cta sunt nimis:domum tuam
decet sanctitudo Domine in
longitudine dierum.

Psalmus 93.

DEus vltionũ Dñs: Deus
vltionum liberè egit.
Exaltare qui iudicas terrã:red-
de retributionem superbis.
Vsquequò peccatores Domi
ne:vsquequò peccatores glo-
riabuntur ?
Effabuntur, & loquentur
iniquitatem: loquentur oẽs
qui operantur iniustitiam?
Populum tuũ Domine hu-
miliauerunt. & hæreditatem
tuam vexauerunt.
Viduam,

Viduam, & aduenam interfecerũt:& pupillos occiderũt.
Et dixerunt, non videbit Dominus: nec intelliget Deus Iacob.
Intelligite insipientes in populo:& stulti aliquãdo sapite.
Qui plantauit aurem nõ audiet? aut qui finxit oculum non considerat?
Qui corripit gentes non arguet? qui docet hominem scientiam?
Dñs scit cogitationes hominum: quoniam vanæ sunt.
Beatus homo, quem tu erudieris Domine:& de lege tua docueris eum.
Vt mitiges ei a diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea.
Quia nõ repellet Dominus plebem suam: & hæreditatẽ suam non derelinquet.
Quoadusq; iustitia conuertatur in iudicium: & qui iuxta illã omnes qui recto sunt corde.
Quis consurget mihi aduersus malignantes? aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?
Nisi quia Dominus adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea.
Si dicebã, motus est pes me⁹: misericordia tua Domine adiuuabat me.
Secundum multitudinẽ dolorum meorũ in corde meo: consolationes tuę lætificauerunt animam meam.
Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborẽ in præcepto?
Captabunt in animam iusti: & sanguinem innocentem condemnabunt.
Et factus est mihi Dominus in refugium: & Deus meus in adiutorium spei meæ.
Et reddet illis iniquitatẽ ipsorum, & in malitia eorũ disperdet eos: disperdet illos Dominus Deus noster.
Antiphona. Exaltare qui iudicas terram.
℣. Beatus homo, quẽ tu erudieris Domine.
℟. Et de lege tua docueris eũ.
Tempore Paschali. Antipho. Hallelu. halle. halle. Lectõ br.

Sap. 1.

Benignus est enim spiritus sapientiæ, & nõ liberabit maledictũ à labiis suis: quoniam renum illius testis est Deus, & cordis ei⁹ scrutator est verus, & linguæ illius auditor. Quoniã spiritus Dñi repleuit orbẽ terrarũ: Et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. Tu autem.

℟. br. Misericordias tuas Domine. In æternum cantabo.
℣. In generatione, & generationem. In æternum. Gloria patri. Misericordias.
In ij. noctur. Aña. Halleluia.
A Septuagesima, vsq; in Cœnam Domini. Aña. Cantate Domino. Psalmus 95.

Cantate Domino canticũ nouum: cantate Domino omnis terra.
Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annunciate de die in diem salutare eius.
Annunciate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius.
Quoniã magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis est super omnes Deos.
Quoniam omnes Dii gentium dęmonia: Dominus autem cœlos fecit.
Confessio & pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius.
Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriã, & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius.
Tollite hostias, & introite in atria eius: adorate Dominum in atrio sancto eius.
Commoueatur à facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus, qa Dominus regnauit.
Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur: iudicabit populos in æqtate.
Lætentur cœli, & exultet terra, commoueatur mare, & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt.
Tunc exultabunt omnia ligna syluarum à facie Domini, quia venit: quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terræ in æquitate: & populos in veritate sua. Psalmus 96.

Dominus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ.
Nubes, & caligo in circuitu eius: iustitia, & iudicium correctio sedis eius.
Ignis ante ipsum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius.
Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra.
Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini: à facie Domini omnis terra.
Annunciauerunt cœli iustitiam eius: & viderunt omnes populi gloriam eius.
Confundantur oẽs qui ado-

rant sculptilia: & qui gloriātur in simulachris suis.

Adorate eum omnes Angeli ei⁹: audiuit, & lætata est Sion.

Et exultauerunt filiæ Iudæ: propter iudicia tua Domine.

Quoniam tu Dominus altissimus sup omnē terrā: nimis exaltatus es super oēs Deos.

Qui diligitis Dñm odite malum: custodit Dominus animas sanctorū suorū, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est iusto & rectis corde lætitia.

Lætamini iusti in Domino: & confitemini memoriæ sanctificationis eius.

Antiph. Cantate Domino, & benedicite nomini eius.

Aña. Quia mirabilia. Ps. 97.

Cantate Dño canticū nouū: quia mirabilia fecit.

Saluauit sibi dextera eius: & brachium sanctum eius.

Notum fecit Dominus salutare suum: in conspectu getiū reuelauit iustitiam suam.

Recordatus est misericordię suæ: & veritatis suæ domui Israel.

Viderunt omnes termini terræ: salutare Dei nostri.

Iubilate Deo oīs terra: cantate, & exultate, & psallite.

Psallite Domino in cithara, in cithara, & voce psalmi: in tubis ductilibus, & voce tubæ corneę.

Iubilate in conspectu regis Domini: moueatur mare, & plenitudo eius: orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt à cōspectu Domini: quoniam venit iudicare terram:

Iudicabit orbem terrarum in iustitia: & populos in ęquitate. Psalmus 98.

Dominus regnauit, irascatur populi: qui sedes sup Cherubim moueat terra.

Dñs in Sion magnus: & excelsus super oēs populos.

Confiteant nōi tuo magno: qm̄ terribile, & sanctū est: & honor regis iudiciū diligit.

Tu parasti directiones: iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti.

Exaltate Dñm Deū nostrū: & adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est.

Moyses, & Aaron in sacerdotibus ei⁹: & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius.

Inuocabant Dominū, & ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.

Custodiebāt testimonia eius: & pręceptū quod dedit illis.

Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorū.

Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate in monte sancto eius: quoniam sanctus Dominus Deus noster.

Antiphona. Quia mirabilia fecit Dominus.

Quando fit officium de festo simplici, & tempore Paschali, loco sequētis psalmi, qui tūc omittitur, dicitur Psalmus. Bonū est confiteri Domino. cum sua Aña, vt infra in Laudibus. Aña. Iubilate. Psal. 99.

Iubilate Deo omnis terra: seruite Domino in lętitia.

Introite in conspectu eius: in exultatione.

Scitote qm̄ Dñs ipse est De⁹: ipse fecit nos, & nō ipsi nos.

Populus eius, & oues pascuæ eius introite portas eius in cōfessione: atria eius in hymnis confitemini illi.

Laudate nomen eius, quoniā suauis est Dominus, in ęternum misericordia eius: & vsque in generatione, & generatione veritas eius. Ps. 100.

Misericordiā, & iudiciū: cantabo tibi Domine.

Psallā, & intelligā in via immaculata: qn̄ venies ad me.

Perambulabā in innocentia cordis mei: in medio domus meę.

Non proponebam ante oculos meos rē iniustam: facientes pręuaricationes odiui.

Non adhęsit mihi cor prauū: declinantem à me malignū non cognoscebam.

Detrahentem secretò proximo suo: hunc persequebar.

Superbo oculo, & insatiabili corde: cum hoc non edebā.

Oculi mei ad fideles terrę, vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.

Nō habitabit ī medio dom⁹ meę, qui facit superbiā: qui loquit̄ iniqua, nō direxit in cōspectu oculorum meorum.

In matutino interficiebā oēs peccatores terrę: vt disperderem de ciuitate Dñi omnes operantes iniquitatem.

Aña. Iubilate Deo oīs terra.

Per annū: Aña. Hal. hal. hal.

Capitulum. Vigilate. fol. 26.

℣. Iubilate Deo omnis terra.

℟. Seruite Dño in lętitia.

AD LAVDES.

Antiph. Spiritu principali.

Psalm. Miserere fol. 17.

Aña. Spiritu principali confirma cor meum Deus.

Aña. In Israel. Psal. 75.

NOtus i Iudęa De⁹: in Israel magnũ nomen eius.

Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in Sion.

Ibi confregit potentias: arcũ, scutum, gladium, & bellum.

Illuminans tu mirabiliter à mõtibus æternis: turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suũ: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.

Ab increpatione tua Deus Iacob: dormitauerunt, qui ascẽderunt equos.

Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua.

De cœlo auditum fecisti iudiciũ: terra tremuit, & quieuit.

Cum exurgeret in iudicium Deus: vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.

Qm̃ cogitatio hõis cõfitebit̃ tibi: & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.

Vouete & reddite Domino Deo vestro: omnes qui in circuitu eius affertis munera.

Terribili, & ei qui aufert spiritum principum: terribili apud omnes reges terræ. 40

Aña. In Israel magnum nomen eius.

Aña. Bonum est. Psal. 91.

BOnum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo Altissime.

Ad annunciandũ manè misericordiam tuam: & veritatem tuam per noctem.

In decachoro psalterio: cum cantico in cithara.

Quia delectasti me Dñe in factura tua: & ĩ operibus manuum tuarum exultabo.

Quam magnificata sũt opera tua Dñe: nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.

Vir insipiẽs nõ cognoscet: & stultus non intelliget hæc.

Cũ exorti fuerint peccatores sicut fœnũ: & apparuerint oẽs, qui operantur iniquitatem.

Vt intereant in seculum seculi: tu autem altissimus in æternum Domine.

Qm̃ ecce inimici tui Domine, qm̃ ecce inimici tui peribunt: & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem.

Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meũ: & senectus mea in misericordia vberi.

Et despexit oculus meus inimicos meos: & insurgẽtibus in me malignantibus audiet auris mea.

Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabit̃.

Plantati in domo Domini: in atriis domus Dei nostri florebunt.

Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi: & benè patientes erunt, vt annuncient.

Quoniam rectus Dominus Deus noster: & non est iniquitas in eo. 48

Aña. Bonũ est cõfiteri Dño.

Antiphona. Domine audiui.

Canticum Abacuch.

Cap. 3. DOmine audiui auditionem tuam: & timui.

Domine opus tuum: in medio annorum viuifica illud.

In medio annorum notũ facies: cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.

Deus ab Austro veniet: & sanctus de monte Pharan.

Operuit cœlos gloria eius: & laudis eius plena est terra.

Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius.

Ibi abscondita est fortitudo ei⁹: ante faciẽ eius ibit mors.

Egrediet̃ diabol⁹ ante pedes eius: stetit, & mẽsus est terrã.

Aspexit, & dissoluit gentes: & cõtriti sunt montes seculi.

Incuruati sunt colles mũdi: ab itinerib⁹ æternitatis eius.

✠ Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiæ: turbabuntur pelles terræ Madian.

Nunquid in fluminibus iratus es Domine: aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua?

Qui ascẽdis sup equos tuos: & quadrigæ tuæ saluatio.

Suscitans suscitabis arcum tuum: iuramenta tribubus, quæ locutus es.

Fluuios scindes terræ, viderunt te, & doluerunt montes: gurges aquarum transijt.

Dedit abyssus vocẽ suam: altitudo manus suas leuauit.

Sol & luna steterunt in habitaculo suo: in luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tuæ.

In fremitu conculcabis terram: & in furore obstupefacies gentes.

✠ Egressus es in salutẽ populi tui: in salutẽ cũ Christo tuo.

Percussisti caput de domo impii: denudasti fundamentum eius vsque ad collum.

Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorũ eius: veniẽtibus vt turbo ad dispergẽdũ me.

Exultatio eorũ: sicut ei⁹ q̃ deuorat pauperẽ in abscõdito.

Viã fecisti ĩ mari equis tuis: in luto aquarum multarum.

Audiui, & conturbatus est vẽter meus: à voce contremuerunt labia mea.

Ingrediatur putredo in ossi-bꝰ meis: & subter me scateat.
Vt requiescam in die tribulationis: & ascendam ad populum accinctum nostrum.
Ficus enim non florebit: & non erit germen in vineis.
Mentietur opus oliuæ: & arua non afferent cibum.
Abscindetur de ouili pecus: & non erit armentum in præsepibus.
Ego autem in Domino gaudebo: & exultabo in Deo Iesu meo.
Deus Dñs fortitudo mea: & ponet pedes meos quasi ceruorum.
Et super excelsa mea deducet, me victor: in psalmis canentem.
Antiphona. Domine audiui auditum tuum, & timui.
Aña. In tympano, & choro.
Psalmus. Laudate. fol. 19.
Antiphona. In tympano, & choro, in chordis, & organo laudate Deum.
Capit. Nox præcessit. fol. 27.
℟. br. Ad annunciandũ mane Misericordiam tuam.
℣. Et veritatẽ tuã per noctẽ. Misericord. Gloria. Ad annuncian. Hymnus.

D. Ambrosii.

Aeterna cœli gloria,
Beata spes mortalium,
Celsi tonantis vnice,
Castæq; proles virginis.
Da dexteram surgentibus,
Exurgat & mens sobria,
Flagrãsq; in laudem Dei,
Grates rependat debitas.
Ortus refulget Lucifer,
Sparsamq; lucem nũciat,
Cadit caligo noctium:
Lux sancta nos illuminet.
Manensq; nostris sensibus,
Noctem repellat seculi,
Omniq; fine diei
Purgata seruet pectora,
Quæsita iam primum fides
Radicet altis sensibus,
Fœcunda spes cõgaudeat,
Quo maior extat charitas,
Deo Patri sit gloria. vt supra.
℣. Repleti sumus.
Ad Benedictus, Aña. Per viscera misericordiæ Dei nr̃i, visitauit nos oriens ex alto.

SABBATHO

AD MATVTINVM.

Inuitatorium. Dñm Deum nostrũ, Venite adoremus.
Psal. Venite fol. 9 Hymnus.

D. Ambrosij.

Svmmæ Deus clementiæ,
Mundique factor machinæ,
Vnus potentialiter,
Trinusq; personaliter.
Nostros pius cum canticis
Fletus benigne suscipe:
Quò

Quò corde puro sordibus
Te perfruamur largius.
Lumbos iecurq; morbidum
Adure igne congruo:
Accincti vt sint perpetim,
Luxu remoto pessimo.
Vt quiq; horas noctium
Nunc cõcinẽdo rũpimus,
Donis beatæ patriæ
Ditemur omnes affatim.
Præsta Pr̃ piissime. vt sup.
In j. noc. Aña. Clamor meus.
Tẽpore Paschali. Aña. Hall.

Psalmus 101.

Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuam à me: in quacunq; die tribulor, inclina ad me aurem tuam.
In quacunq; die inuocauero te: velociter exaudi me.
Quia defecerũt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt.
Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panẽ meum.
A voce gemitus mei: adhæsit os meum carni meæ.
Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.
Vigilaui: & factus sum sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabãt me aduersum me iurabant.
Quia cinerem tamquam panem manducabam: & poculum meum cũ fletu miscebã.
A facie iræ indignationis tuæ: quia eleuans allisisti me.
Dies mei sicut vmbra declinauerunt: & ego sicut fœnum arui.
Tu aũt Dñe in æternũ permanes: & memoriale tuũ in generatione, & generationẽ.
Tu exurgens Dñe misereberis Sion: quia tempus miserẽdi eius, quia venit tempus.
Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius: & terræ eius miserebuntur.
Et timebunt gentes nomen tuum Domine: & omnes reges terræ gloriam tuam.
Quia ędificauit Dñs Sion: & videbitur in gloria sua.
Respexit in orõnẽ humiliũ: & non spreuit preces eorum.
Scribantur hęc in gñatione altera: & populus qui creabitur laudabit Dominum.
Quia prospexit de excelso sancto suo: Dominus de cœlo in terram aspexit.
Vt audiret gemitus compeditorum: vt solueret filios interemptorum.
Vt annũciẽt in Sion nomen

Dñi:& laudẽ ei⁹ in Ierusalẽ.
In conueniendo populos in vnũ: & reges vt seruiãt Dño.
Respondit ei in via virtutis suę:paucitatem dierum meorum nuncia mihi.
Ne reuoces me in dimidio dierum meorũ:in generatione & generationem anni tui.
Initio tu Domine terrã fundasti: & opera manuum tuarum sunt cœli.
Ipsi peribunt, tu autem permanes:& omnes sicut vestimentum veterascent.
Et sicut opertorium mutabis eos,& mutabunt:tu aũt idẽ ipse es,& anni tui nõ deficiẽt.
Filii seruorum tuorum habitabunt:& semen eorum in seculum dirigetur. Psa. 102.
Benedic anima mea Domino: & omnia quæ intra me sunt nomini sãcto ei⁹.
Benedic anima mea Domino: & noli obliuisci omnes retributiones eius.
Qui propitiat' omnibus iniquitatibus tuis:qui sanat omnes infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vitã tuam:qui coronat te in misericordia,& miserationibus.
Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur vt Aquilæ iuuentus tua.
Faciens misericordias Dominus:& iudicium omnibus iniuriam patientibus.
Notas fecit vias suas Moysi: filiis Israel voluntates suas.
Miserator, & misericors Dominus: longanimis, & multum misericors.
Non in perpetuũ irascet':neque in æternũ comminabit'.
Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.
Quoniam secundum altitudinem cœli à terra: corroborauit misericordiam suam super timentes se.
Quantum distat ortus ab occidente: longè fecit à nobis iniquitates nostras.
Quomodo miseretur pater filiorum,misertus est Dominus timẽtibus se:qm̃ ipse cognouit figmentum nostrum.
Recordatus est quoniam pulnis sumus:homo sicut fęnum dies eius; tamquam flos agri sic efflorebit.
Quoniam spiritus pertransibit in illo,& non subsistet: & non cognoscet amplius locũ suum.
Misericordia autem Domini ab ęterno:& vsq; in æternum super timentes eum.

Et

Et iustitia illius in filios filiorum:his qui seruant testamẽtum eius.
Et memores sunt mãdatorũ ipsius:ad faciendum ea.
Dominus in cœlo parauit sedem suam: & regnum ipsius omnibus dominabitur.
Benedicite Domino omnes Angeli eius potentes virtute: faciẽtes verbum illius, ad audiẽdam vocẽ sermonũ eius.
Benedicite Domino omnes virtutes eius:ministri ei⁹, qui facitis voluntatem eius.
Benedicite Domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius: benedic anima mea Domino. Aña. Clamor meus ad te veniat Deus.
Antiphona. Benedic. ps 103.
Benedic anima mea Domino:Domine Deus me⁹ magnificatus es vehemẽter.
Confessionem, & decorẽ induisti: amictus lumine sicut vestimento.
Extendens cœlũ sicut pellẽ: qui tegis aquis superiora ei⁹.
Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulas super pẽnas ventorum.
Qui facis angelos tuos spiritus: & ministros tuos ignem vrentem.
Qui fundasti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in seculum seculi.
Abyssus sicut vestimẽtũ amictus eius: super montes stabunt aquæ.
Ab increpatione tua fugiẽt:à voce tonitrui tui formidabũt.
Ascendunt montes, & descẽdunt campi:in locum, quem fundasti eis.
Terminum posuisti,quẽ non transgredientur: neque conuertentur operire terram.
Qui emittis fontes in cõuallibus: inter medium montiũ pertransibunt aquæ.
Potabunt omnes bestiæ agri: expectabũt onagri in siti sua.
Super ea volucres cœli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.
Rigans montes de superioribus suis: de fructu operũ tuorum satiabitur terra.
Producens fœnum iumẽtis: & herbam seruituti hominũ.
Vt educas panem de terra: & vinum lætificet cor hominis.
Vt exhilaret faciẽ in oleo: & panis cor hominis cõfirmet.
Saturabuntur ligna campi,& cedri Libani, quas plantauit; illic passeres nidificabunt.
Herodii domus dux est eorum: montes excelsi ceruis, petra refugium herinaciis.

Fecit

Fecit lunam in tempora: sol cognouit occasum suum.
Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibũt omnes bestiæ syluæ.
Catuli leonum rugientes vt rapiant: & quærãt à Deo escã sibi.
Ortus est sol, & congregati sunt: & in cubilibus suis collocabuntur.
Exibit homo ad opus suum: & ad operationem suam vsq; ad vesperam.
Quã magnificata sunt opera tua Domine: omnia in sapiẽtia fecisti: impleta est terra possessione tua.

Diuisio psalmi 103.

HOc mare magnum, & spatiosum manibus: illic reptilia, quorum non est numerus.
Animalia pusilla cũ magnis: illic naues pertransibunt.
Draco iste quem formasti ad illudẽdum ei: omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore.
Dante te illis, colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.
Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes spiritũ eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur.
Emitte spiritum tuũ, & creabuntur: & renouabis faciem terræ.
Sit gloria Domini in seculũ: lætabitur Dominus in operibus suis.
Qui respicit terram, & facit eam tremere: qui tangit mõtes, & fumigant.
Cãtabo Domino ĩ vita mea: psallam Deo meo, quamdiu sum.
Iucundum sit ei eloquium meum: ego verò delectabor in Domino.
Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita vt non sint: benedic anima mea domino. Aña. Benedic anima mea Dño.

Aña. Lætetur cor. Psal. 104.

COnfitemini Domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius.
Cantate ei & psallite ei: narrate omnia mirabilia eius.
Laudamini in nomine sancto eius: lætetur cor quærentium Dominum.
Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciẽ eius semper.
Memẽtote mirabilium eius, quæ fecit: prodigia eius, & iudicia oris eius.
Semen Abraham serui eius: filii Iacob electi eius.

Ipse Dominus Deus noster: in vniuersa terra iudicia eius.
Memor fuit in seculũ testamenti sui: verbi, quod mãdauit in mille generationes.
Quod disposuit ad Abrahã: & iuramenti sui ad Isaac.
Et statuit illud Iacob in præceptum: & Israel in testamẽtum æternum.
Dicens tibi dabo terrã Chanaam: funiculum hæreditatis vestræ.
Cum essent numero breui: paucissimi & incolæ eius.
Et pertransierunt de gente in gentem: & de regno ad populum alterum.
Non reliquit hominem nocere eis: & corripuit pro eis reges.
Nolite tangere Chr̃os meos: & in prophetis meis nolite malignari.
Et vocauit famem super terram: & omne firmamentum panis contriuit.
Misit ante eos virum: in seruum venundatus est Ioseph.
Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrũ pertransiit animam eius: donec veniret verbum eius.
Eloquium Domini inflammauit eũ: misit rex, & soluit eum, princeps populorum, & dimisit eum.
Constituit eum dominũ domus suæ: & principem omnis possessionis suæ.
Vt erudiret principes eius sicut semetipsum: & senes eius prudentiam doceret.

Diuisio Psalmi 104.

ET intrauit Israel in Aegyptum: & Iacob accola fuit in terra Cham.
Et auxit populum suum vehementer: & firmauit eum super inimicos eius.
Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius: & dolum facerent in seruos eius.
Misit Moysen seruum suum: Aaron quem elegit ipsum.
Posuit in eis verba signorum suorum: & prodigiorum in terra Cham.
Misit tenebras, & obscurauit: & non exacerbauit sermones suos.
Conuertit aquas eorũ in sanguinẽ: & occidit pisces eorũ.
Edidit terra eorum ranas: in penetralibus regum ipsorũ.
Dixit, & venit cynomya: & cinifes in omnibus finibus eorum.
Posuit pluuias eorum grandinem: ignem comburentem in terra ipsorum.

Et percussit vineas eorum, & ficulneas eorum: & contriuit lignum finium eorum.
Dixit, & venit locusta, & bruchus: cuius nõ erat numerus.
Et comedit omne fęnum in terra eorum: & comedit omnem fructum terræ eorum.
Et percussit omne primogenitum in terra eorum: primitias omnis laboris eorum.
Et eduxit eos cum argento, & auro: & non erat in tribubus eorum infirmus.
Læata est Aegyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum super eos.
Expandit nubẽ in protectionem eorum: & ignem, vt luceret eis per noctem.
Petierunt, & venit coturnix: & pane cœli saturauit eos.
Dirupit petram, & fluxerunt aquæ: abierunt in sicco flumina.
Quoniam memor fuit verbi sancti sui: quod habuit ad Abraham puerum suum.
Et eduxit populum suum in exultatione: & electos suos in lætitia.
Et dedit illis regiones gentium: & labores populorum possederunt.
Vt custodiant iustificationes eius: & legem eius requirant.

Aña. Lætetur cor quærentiũ Dominũ. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.
Tẽpore Paschali. Aña. Halleluia, hallã, hallã. Lectõ br.

Benefac iusto, & inuenies retributionem magnã: & si non ab ipso, certè à Domino: non est enim ei bene, qui assiduus est in malis, & eleemosinam non danti: quoniã & Altissimus odio habet peccatores, & misertus est pęnitentibus. Tu autẽ Domine. Eccl. 12.
In ij. noctur. Aña. Halleluia.
A Septuag. vsq; in Cenã Dñi. Aña. Visita nos. Psal. 105.

Confitemini Domino, quoniã bonus: quoniã in seculũ misericordia eius.
Quis loquetur potentias Domini? auditas faciet oẽs laudes eius?
Beati qui custodiunt iudiciũ: & faciũt iustitiã in oĩ tẽpore.
Memento nostri Domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo.
Ad videndũ in bonitate electorum tuorum: ad letandum in lætitia gentis tuæ: vt lauderis cum hæreditate tua.
Peccauimus cũ patribus nostris: iniustè egimus, iniquitatem fecimus.

Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ.
Et irritauerunt ascendẽtes in mare: mare rubrum.
Et saluauit eos propter nomen suum: vt notam faceret potentiam suam.
Et increpuit mare rubrũ, & exiccatum est: & deduxit eos in abyssis sicut in deserto.
Et saluauit eos de manu odientium: & redemit eos de manu inimici.
Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remãsit.
Et crediderunt verbis eius: & laudauerunt laudem eius.
Citò fecerũt, obliti sunt operum eius: & non sustinuerunt consilium eius.
Et cõcupierunt concupiscẽtiam in deserto: & tentauerũt Deum in inaquoso.
Et dedit eis petitionem ipsorum: & misit saturitatem in animas eorum.
Et irritauerũt Moysen in castris: Aaron sanctũ Domini.
Aperta est terra, & deglutiuit Dathan: & operuit super congregationem Abiron.
Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma cõbussit peccatores.
Et fecerunt vitulum in Horeb: & adorauerunt sculptile.
Et mutauerunt gloriã suam: in similitudinẽ vituli comedentis fœnum.
Obliti sunt Deum, qui saluauit eos: qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Chã, terribilia in mari rubro.
Et dixit vt disperderet eos: si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius.
Vt auerteret iram eius, ne disperderet eos: & pro nihilo habuerũt terrã desiderabilẽ.
Non crediderũt verbo eius, & murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierũt vocem Domini.
Et eleuauit manũ suã super eos: vt pſterneret eos ĩ deserto.
Et vt deiiceret semen eorum in nationibus: & dispergeret eos in regionibus.
Et initiati sunt Beelphegor: & comederunt sacrificia mortuorum.
Et irritauerunt eum in adinuentionibus suis: & multiplicata est in eis ruina.
Et stetit Phinees, & placauit: & cessauit quassatio.
Et reputatũ est ei in iustitiã: in generatione, & generationem vsque in sempiternum.

Diuisio Psalmi 105.

ET irritauerũt eũ ad aquas contradictionis: & vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritũ eius.

Et distinxit in labiis suis: nõ disperdiderunt gentes, quas dixit Dominus illis.

Et commisti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptibilibus eorum: & factum est illis in scandalum.

Et immolauerunt filios suos: & filias suas dæmoniis.

Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorũ suorum, & filiarum suarum: quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaam.

Et infecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum: & fornicati sunt in adinuentionibus suis.

Et iratus est furore Dominus in populum suum: & abominatus est hæreditatem suam.

Et tradidit eos in manus gentium: & dominati sunt eorũ, qui oderunt eos.

Et tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum: sæpè liberauit eos.

Ipsi autem exacerbauerũt eũ in consilio suo: & humiliati sunt in iniquitatibus suis.

Et vidit cum tribularentur: & audiuit orationem eorum.

Et memor fuit testamẽti sui: & pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ.

Et dedit eos in misericordias: in conspectu omnium, qui ceperant eos.

Saluos fac nos Domine Deus noster: & cõgrega nos de nationibus.

Vt confiteamur nomini sancto tuo: & gloriemur in laude tua.

Benedictus Dominus Deus Israel à seculo, & vsque in seculum: & dicet omnis populus, fiat, fiat. Aña. Visita nos Domine in salutari tuo. Aña. De necessitatibus. Psal. 106.

COnfitemini Dño, quoniam bonus: quoniã in seculum misericordia eius.

Dicant qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici: & de regionibus congregauit eos.

A solis ortu, & occasu: ab Aquilone, & mari.

Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.

Esuriẽtes, & sitiẽtes: aĩa eorũ

in ipsis defecit.

Et clamauerunt ad Dominũ cum tribularentur: & de necessitatibus eorũ eripuit eos.

Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatẽ habitationis.

Confiteantur Domino misericordię eius: & mirabilia eius filiis hominum.

Quia satiauit animam inanem: & animam esurientem satiauit bonis.

Sedẽtes ĩ tenebris, & vmbra mortis: vinctos in mendicitate, & ferro.

Quia exacerbauerunt eloquia Dei: & consilium Altissimi irritauerunt.

Et humiliatum est in laboribus cor eorum: & infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret.

Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.

Et reduxit eos de tenebris, & vmbra mortis: & vincula eorum dirupit.

Confiteantur Domino misericordię eius: & mirabilia eius filiis hominum.

Quia contriuit portas ęreas: & vectes ferreos confregit.

Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniustitias enim suas humiliati sunt.

Omnem escam abominata est anima eorum: & appropinquauerunt vsque ad portas mortis.

Et clamauerunt ad Dominũ cum tribularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.

Misit verbum suum, & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum.

Confiteãtur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filiis hominum.

Et sacrificent sacrificiũ laudis: & annuncient opera eius in exultatione.

Qui descendunt mare in nauibus: facientes operationem in aquis multis.

Ipsi viderunt opera Domini: & mirabilia eius in profundo.

Diuisio Psalmi 106.

DIxit, & stetit spiritus procellę: & exaltati sunt fluctus eius.

Ascendunt vsque ad cœlos, & descendunt vsque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.

Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius: & omnis sapientia eorum deuorata est.

Et clamauerunt ad Dominũ

cum tribularentur: & de necessitatibus corũ eduxit eos.

Et statuit procellam eius in auram: & siluerunt fluctus eius.

Et lætati sunt quia siluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum.

Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eiꝰ filiis hominum.

Et exaltent eum in Ecclesia plebis: & in cathedra seniorum laudent eum.

Posuit flumina in desertum: & exitus aquarum in sitim.

Terram fructiferam in salsuginem: a malitia inhabitantium in ea.

Posuit desertum in stagna aquarum: & terram sine aqua in exitus aquarum.

Et collocauit illic esurientes: & constituerunt ciuitatẽ habitationis.

Et seminauerunt agros, & plantauerunt vineas: & fecerunt fructum natiuitatis.

Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis: & iumẽta eorum non minorauit.

Et pauci facti sunt: & vexati sunt à tribulatione malorũ, & dolore.

Effusa est cõtẽtio super principes: & errare fecit eos in inuio, & non in via.

Et adiuuit pauperem de inopia: & posuit sicut oues familias.

Videbunt recti, & lætabuntur: & omnis iniquitas opilabit os suum.

Quis sapiẽs, & custodiet hęc? & itelliget misericordias Domini? Ant. De necessitatibus nostris libera nos Domine.

Antiphona. Confitebor Domino. Psalmus 107.

Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & psallã in gloria mea.

Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cithara: exurgã diluculò.

Confitebor tibi in populis Domine: & psallam tibi in nationibus.

Quia magna est super cœlos misericordia tua: & vsque ad nubes veritas tua.

Exaltare super cęlos Deus, & super omnem terram gloria tua: vt liberentur dilecti tui.

Saluum fac dextera tua, & exaudi me: Deus locutus est in sancto suo.

Exultabo, & diuidam Sichimam: & conuallem tabernaculorum dimetiar.

Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim susceptio capitis mei.

Iuda

Iuda rex meus: Moab lebes spei meæ.

In Idumæam extendam calciamẽtum meum: mihi alienigenæ amici facti sunt.

Quis deducet me in ciuitatẽ munitã? quis deducet me vsq; in Idumæam?

Nonne tu Deus, qui repulisti nos: & nõ exibis Deus in virtutibus nostris?

Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hoĩs.

In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilũ deducet inimicos nostros. Psal. 108.

Deus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris, & os dolosi sup me apertum est.

Locuti sunt aduersum me lĩgua dolosa: & sermonibꝰ odii circundederunt me, & expugnauerunt me gratis.

Pro eo vt me diligerẽt detrahebant mihi: ego autem orabam.

Et posuerunt aduersum me mala pro bonis: & odium pro dilectione mea.

Constitue super eum peccatorem: & diabolus stet à dextris eius.

Cum iudicatur exeat cõdemnatus: & oratio eius fiat in peccatum.

Fiant dies eius pauci: & episcopatũ eius accipiat alter.

Fiant filii eius orphani: & uxor eius uidua.

Nutantes transferantur filii eius, & mendicent: & eiciantur de habitationibus suis.

Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius: & diripiant alieni labores eius.

Nõ sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius.

Fiant nati eius in interitum: in generatione una deleatur nomen eius.

In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini: & peccatum matris eius non deleatur.

Fiant contra Dominũ semper, & dispereat de terra memoria eorũ: pro eo quòd non est recordatus facere misericordiam.

Et persecutus est hominem inopem, & mendicum: & cõpunctũ corde mortificare.

Et dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit bñdictionem, & elongabitur ab eo.

Et induit maledictionẽ sicut vestimẽtum: & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.

Fiat ei sicut vestimentũ quo operitur: & sicut zona, qua sem-

semper præcingitur.
Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum: & qui loquuntur mala aduersus animam meam.
Et tu Domine Domine fac mecum propter nomen tuũ: qa suauis est misericordia tua.
Libera me, quia egenus, & pauper ego sum: & cor meũ conturbatum est intra me.
Sicut vmbra cum declinat, ablatus sum: & excussus sum sicut locustæ.
Genua mea infirmata sunt à ieiunio: & caro mea immutata est propter oleum.
Et ego factus sum opprobriũ illis: viderunt me, & mouerunt capita sua.
Adiuua me Domine Deus meus: saluum me fac propter misericordiam tuam.
Et sciãt quia manus tua hęc: & tu Domine fecisti eam.
Maledicent illi, & tu benedices: qui insurgunt in me, confundantur: seruus autem tuus lætabitur.
Induantur, qui detrahũt mihi pudore: & operiantur sicut diploide confusione sua.
Confitebor Domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum.
Qui astitit à dextris pauperis: vt saluam faceret à persequentibus animam meam.
Antiphona. Confitebor Domino nimis in ore meo.
Per annum. Antiphona. Halleluia, halleluia, halleluia.
Capitulum. Vigilate. fol. 26.
℣. Cõfitebor Domino nimis in ore meo. ℟. Et in medio multorum laudabo eum.

AD LAVDES.

Antiphona. Benignè fac.
Psalmus. Miserere. fol. 17.
Antiphona. Benignè fac in bona voluntate tua Domine.
Aña. In veritate tua. ps 142.
Domine exaudi orationem meam, auribus pcipe obsecrationẽ meã: in veritate tua exaudi me in tua iustitia.
Et non intres in iudicium cũ seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.
Quia persecutus est inimic⁹ animam meam: humiliauit in terra vitam meam.
Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: & anxiatus est super me spiritus me⁹, in me turbatum est cor meũ.
Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: & in factis manuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me Domine: defecit spiritus meus.
Non auertas faciem tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum.
Auditam fac mihi manè misericordiam tuam: quia in te speraui.
Notam fac mihi viã in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.
Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine viuificabis me in æquitate tua.
Educes de tribulatione aĩam meã: & ĩ misericordia tua disperdes oẽs inimicos meos.
Et perdes omnes qui tribulãt animam meã: quoniam ego seruus tuus sum. Aña. In veritate tua exaudi me Dñe.
Aña. Date magnitudinem.
Canticum Moysi.
Deut. 32. Audite cœli quæ loquor: audiat terra verba oris mei.
Concrescat in pluuiam doctrina mea: fluat vt ros eloquium meum.
Quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina: quia nomen Dñi inuocabo.
Date magnificentiã Deo nostro: Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia.
Deus fidelis, & absq; vlla iniquitate, iustus, & rectus: peccauerunt ei, & nõ filij eius in sordibus.
Generatio praua, atque peruersa: hæccine reddis Domino popule stulte, & insipiens?
Nunquid non ipse est pater tuus: qui possedit te, & fecit, & creauit te?
Memento dierũ antiquorũ: cogita generationes singulas.
Interroga patrem tuum, & annũciabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi.
Quãdo diuidebat Altissimus gentes: quãdo separabat filios Adam.
Constituit terminos populorum: iuxta numerum filiorũ Israel.
Pars autem Domini populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius.
Inuenit eum in terra deserta: in loco horroris, & vastę solitudinis.

Circumduxit eum,& docuit: & custodiuit quasi pupillam oculi sui.
Sicut aquila prouocans ad volãdum pullos suos:& super eos volitans.
Expandit alas suas,& assumpsit eũ : atque portauit in humeris suis.
Dominus solus dux eius fuit: & nõ erat cũ eo Deus alien⁹.
Constituit eũ super excelsam terram : vt comederet fructus agrorum.
Vt sugeret mel de petra:oleũque de saxo durissimo.
Butyrum de armento, & lac de ouibus : cũ adipe agnorũ, & arietum filiorum Basan.
Et hircos cum medulla tritici : & sanguinem vuæ biberet meracissimum.
Incrassatus est dilectus,& recalcitrauit:incrassatus,impinguatus,dilatatus.
Dereliquit Deũ factorẽ suũ : & recessit à Deo salutari suo.
Prouocauerunt eum in Diis alienis, & in abominationib⁹ ad iracũdiam concitauerũt.
Immolauerunt dæmoniis, & nõ Deo:Diis quos ignorabãt.
Noui recentesq; venerunt : quos nõ coluerũt p̃res eorũ.
Deũ q te genuit dereliqsti:& oblitus es Dñi creatoris tui.
Vidit Dominus, & ad iracũdiam concitatus est:quia prouocauerunt eũ filii sui,& filię.
Et ait, abscondam faciẽ meã ab eis:& considerabo nouissima eorum.
Generatio enim peruersa est: & infideles filii.
Ipsi me prouocauerũt in eo, qui non erat Deus : & irritauerunt in vanitatibus suis.
Et ego prouocabo eos in eo, qui non est populus: & in gẽte stulta irritabo illos.

Diuisio Cantici Moysi.

Ignis succensus est in furore meo: & ardebit vsque ad inferni nouissima.
Deuorabitq; terram cũ germine suo : & mõtium fundamenta comburet.
Congregabo super eos mala: & sagittas meas cõplebo ĩ eis.
Consumentur fame : & deuorabũt eos aues morsu amarissimo.
Dentes bestiarũ immittã in eos: cum furore trahentiũ super terram,atque serpentiũ.
Foris vastabit eos gladius, & intus pauor: iuuenem simul, ac virginem, lactentem cum homine sene.
Et dixi, vbi nam sunt? cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.

Sed propter iram inimicorũ distuli: ne fortè superbirent hostes eorum.
Et diceret: manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia.
Gens absque cõsilio est, & sine prudentia:vtinam saperẽt, & intelligerent, ac nouissima prouiderent.
Quomodo persequebať vn⁹ mille: & duo fugarent decem millia?
Nonne ideò, quia Deus suus vendidit eos: & Dominus cõclusit illos?
Non enim est Deus noster vt Dii eorũ: & inimici nostri sunt iudices.
De vinea Sodomorum vinea eorum: & de suburbanis Gomorrhæ.
Vua eorum vua fellis : & botrus amarissimus.
Fel draconum vinum eorũ : & venenũ aspidũ insanabile.
Nõne hæc cõdita sunt apud me:& signata ĩ thesaurismeis?
Mea est vltio, & ego retribuã eis in tempore : vt labatur pes eorum.
Iuxtà est dies perditionis : & adesse festinant tempora.
Iudicabit Dominus populũ suum:& in seruis suis miserebitur.
Videbit quod infirmata sit manus, & clausi quoq; defecerũt:residuiq; cõsumpti sũt.
Et dicet, vbi sunt Dii eorũ:in quibus habebant fiduciam?
De quorum victimis comedebant adipes:& bibebant vinum libaminum.
Surgant, & opitulẽtur uobis: & in necessitate vos protegãt.
Videte quod ego sim solus: & non sit alius Deus præter me.
Ego occidam, & ego viuere faciam;percutiam, & ego sanabo:& non est qui de manu mea possit eruere.
Leuabo ad cœlum manum meam, & dicam: viuo ego in æternum.
Si acuero,vt fulgur, gladium meum: & arripuerint iudiciũ manus meæ.
Reddam vltionem hostibus meis: & his qui oderunt me retribuam.
Inebriabo sagittas meas sanguine: & gladius meus deuorabit carnes.
De cruore occisorum : & de captiuitate nudati inimicorũ capitis.
Laudate gentes populũ eius: quia sanguinem seruorũ suorum ulciscetur.
Et vindictã retribuet in hostes

stes eorum: & propitius erit terræ populi sui. Aña. Date magnitudinem Deo nostro.
Antiphona. In cymbalis.
Psalmus. Laudate. folio 19.
Antiphona. In cymbalis benè sonãtibus laudate Deum.
Cap. Nox præcessit. folio 27.
℞. br. Auditam fac mihi manè Misericordiam tuam. ℣. Quia in te speraui Domine. Misericordiam tuam. Gloria patri. Auditam fac mihi.

Hymnus. S. Ambrosii.

AVrora iam spargit polũ,
Terris dies illabitur,
Lucis resultat spiculum,
Discedat omne lubricum.
Phantasma noctis decidat,
Mentis reatus subruat,
Quicquid tenebris horridũ
Nox attulit culpæ, cadat.
Vt mane illud vltimum,
Quod prestolamur cernui,
In lucem nobis effluat,
Dum hoc canore cõcrepat.
Deo Patri sit gloria. vt supra.

℣. Repleti sumus.
Ad Benedictus, Aña. Illuminare Dñe his qui in tenebris sedẽt, & dirige pedes nostros in viam pacis Deus Israel.

DOMINICA AD PRIMAM.

Hymus. Iam lucis. folio 1.
Antiphona. Halleluia.

Psalmus 118.



Beati immaculati ĩ uia: qui ambulant in lege Domini.
Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.
Non enim qui operãtur iniquitatem: in viis eius ambulauerunt.
Tu mandasti mãdata tua: custodiri nimis.
Vtinam dirigantur viæ meæ: ad custodiendas iustificationes tuas.
Tunc non confundar: cum perspexero in omnibus mandatis tuis.
Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ.
Iustificationes tuas custodiã: non me derelinquas vsquequaque. Diuisio.
IN quo corrigit adolescentior viam suã? in custodiendo sermones tuos.
In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me à mandatis tuis.
In corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi.
Benedictus es Domine: doce me iustificationes tuas.
In labiis meis pronunciaui: omnia iudicia oris tui.

In via testimoniorum tuorũ delectatus sum: sicut in omnibus diuitiis.
In mandatis tuis exercebor: & considerabo vias tuas.
In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos. Diuisio.
REtribue seruo tuo: viuifica me, & custodiam sermones tuos.
Reuela oculos meos: & cõsiderabo mirabilia de lege tua.
Incola ego sum in terra: non abscõdas à me mãdata tua.
Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas: in omni tempore.
Increpasti superbos: maledicti q declinãt à mãdatis tuis.
Aufer à me opprobriũ, & cõtemptum: quia testimonia tua exquisiui.
Etenim sederũt principes, & aduersum me loquebantur: seruus autẽ tuus exercebatur in iustificationibus tuis.
Nam & testimonia tua meditatio mea est: & cõsiliũ meũ iustificationes tuæ. Diuisio.
ADhæsit pauimẽto anima mea: viuifica me secundum verbum tuum.
Vias meas enũciaui, & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.
Viam iustificationum tuarũ instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.
Dormitauit aĩa mea præ tædio: cõfirma me ĩ verbis tuis.
Viã iniquitatis amoue à me: & de lege tua miserere mei.
Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.
Adhæsi testimoniis tuis Domine: noli me confundere.
Viam mandatorũ tuorũ cucurri: cum dilatasti cor meũ.

Sequẽs symbolum dicitʳ tãtũ, qñ fit de Dñica, exceptis Dñicis infra octauas Domini.

Symbolum S. Athanasij.

QVicunque vult saluus esse: ante oĩa opus est, vt teneat catholicam fidem.
Quam nisi quisq; integram inuiolatãq; seruauerit: absq; dubio in æternum peribit.
Fides autẽ catholica hæc est: vt vnum Deum in trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur.
Neque cõfundẽtes personas: neque substantiã separantes.
Alia est enim persona Patris, alia Filii: alia Spiritus sancti.
Sed Patris, & Filii, & Spiritus sancti vna est diuinitas: æqualis gloria, coæterna maiestas.
Qualis Pater, talis Filius: talis Spiritus sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius: increatus Spũs sanctus.
Immẽsus Pater, immẽsus Filius: immẽsus Spũs sanctus.
Aeternus Pater, æternus Filius: æternus Spiritus sanctus.
Et tamen non tres æterni: sed vnus æternus.
Sicut nõ tres increati, nec tres immensi: sed vnus increatus, & vnus immensus.
Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius: omnipotens Spiritus sanctus.
Et tamen non tres omnipotentes: sed vnus omnipotens.
Ita Deus Pater, Deus Filius: Deus Spiritus sanctus.
Et tamen non tres Dii: sed vnus est Deus.
Ita Dominus Pater, Dñs Filius: Dñs Spiritus sanctus.
Et tamen non tres Domini: sed unus est Dominus.
Quia sicut sigillatim vnamquamq; personam Deum, ac Dñm confiteri christiana veritate compellimur: ita tres Deos, aut Dños dicere, catholica religione prohibemur.
Pater à nullo est factus: nec creatus, nec genitus.
Filius à Patre solo est: nõ factus, nec creatus, sed genitus.
Spiritus sanctus à Patre & Filio: nõ factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.
Vnus ergo Pater, non tres Patres, vnus Filius, nõ tres Filii: vnus Spiritus sanctus, nõ tres Spiritus sancti.
Et i hac Trinitate nihil prius, aut posterius, nihil maius, aut minus: sed totæ tres personæ coæternę sibi sũt, & coęquales.
Ita vt per omnia (sicut iã supra dictum est:) & vnitas in trinitate, & Trinitas in vnitate veneranda sit.
Qui vult ergo saluus esse: ita de Trinitate sentiat.
Sed necessarium est ad æternam salutem: vt incarnationẽ quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat.
Est ergo fides recta, vt credamus, & cõfiteamur: quia Dñs noster Iesus Christus Dei filius, Deus & homo est.
Deus est ex substantia Patris ante secula genitus: & homo est ex substantia Matris in seculo natus.
Perfectus Deus, perfectus homo: ex anima rationali, & humana carne subsistens.
Aequalis Patri secundum diuinitatem: minor Patre secũdum humanitatem.
Qui licet Deus sit, & hõ: nõ duo tamẽ, sed vnus est Chrs.
Vnus autem non cõuersione diuinitatis in carnem: sed assumptione humanitatis in Deum.
Vnus omnino non confusione substantiæ: sed vnitate personæ.
Nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo: ita Deus & homo vnus est Christus.
Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos: tertia die resurrexit à mortuis.
Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est iudicare viuos & mortuos.
Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cũ corporibus suis: & reddituri sunt de factis propriis rationem.
Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala in ignem æternum.
Haec est fides catholica: quã nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit, saluus esse non poterit.
Antiphona. Hallel. hal. hal.
Tẽpore Paschali addit aliud Halleluia. similiter ad Tertiam, Sextam, & Nonam. Cap.

1. Ti. 1. Regi seculorum immortali, & inuisibili, soli Deo honor, & gloria, in secula seculorum. Amen.

℣. Exurge Chre adiuua nos.
℟. Et libera nos propter nomen tuum.
Kyrie eleison. Christe eleis. Kyrie eleison. Pater noster, & Credo. Cętera vt supra in feria secũda ad Primam. f. 1.

AD TERTIAM.

Hymnus. D. Ambrosi

Nunc sancte nobis Spiritus,
Vnum Patri cum Filio,
Dignare promptus ingeri,
Nostro refusus pectori.
Os, lingua, mẽs, sensus, vigor
Confessionem personent,
Flammescat igne charitas,
Accendat ardor proximos.
Præsta Pater piissime,
Patriq; compar vnice,
Cum Spiritu paraclito
Regnãs p oẽ seculũ. Amẽ.

Antiphona. Halleluia.

Diuisio.

Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum: & exquiram eam semper.
Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: & custodiã illam in toto corde meo.
Deduc me in semitam mandatorum tuorum: quia ipsam volui.
Inclina cor meũ i testimonia tua:

tua:& non in auaritiam.
Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.
Statue seruo tuo eloquium tuum: in timore tuo.
Amputa opprobrium meũ, quod suspicatus sum: quia iudicia tua iucunda.
Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me.

Diuisio.

ET veniat super me misericordia tua Domine: salutare tuum secundum eloquium tuum.
Et respondebo exprobrantibus mihi verbum: quia speraui in sermonibus tuis.
Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque: quia in iudiciis tuis supersperaui.
Et custodiam legem tuã semper: in seculum, & in seculum seculi.
Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui.
Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum: & non confundebar.
Et meditabar in mãdatis tuis: quæ dilexi.
Et leuaui manus meas ad mãdata tua quæ dilexi: & exercebor in iustificationibus tuis.

Diuisio.

MEmor esto verbi tui seruo tuo: in quo mihi spem dedisti.
Hæc me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me.
Superbi iniquè agebant vsquequaque: à lege autem tua non declinaui.
Memor fui iudiciorum tuorum à seculo Domine: & consolatus sum.
Defectio tenuit me: pro peccatoribus derelinquẽtibus legem tuam.
Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ: in loco peregrinationis meæ.
Memor fui nocte nominis tui Domine: & custodiui legem tuam.
Hęc facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui.
Antiphona. Halleluia, halleluia, halleluia.

Capitulum.

DEus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. 1. Io. 4.
℣. Ego dixi, Domine miserere mei. ℟. Sana animam meam, quia peccaui tibi. Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie eleis. Pater noster.
Oratio de Dominica currẽte.

AD

AD SEXTAM.

Hymnus.

D. Ambrosij.

REctor potens, verax Deus,
Qui temperas rerũ vices,
Splendore manè instruis,
Et ignibus meridiem.
Extingue flammas litium,
Aufer calorem noxium,
Cõfer salutem corporum,
Veramq; pacem cordium.
Præsta Pater piissime. vt sup.
Antiphona. Halleluia.

Diuisio.

POrtio mea Domine: dixi custodire legem tuam.
Deprecatus sum faciem tuã in toto corde meo: miserere mei secundũ eloquium tuũ.
Cogitaui vias meas: & cõuerti pedes meos ĩ testimonia tua.
Paratus sum, & non sum turbatus: vt custodiã mãdata tua.
Funes peccatorum circumplexi sunt me: & legem tuam non sum oblitus.
Media nocte surgebã ad cõfitendum tibi: super iudicia iustificationis tuæ.
Particeps ego sum omnium timentium te: & custodientium mandata tua.
Misericordia tua Domine plena est terra: iustificationes tuas doce me.

Diuisio.

BOnitatem fecisti cum seruo tuo Domine: secundũ verbum tuum.
Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me: quia mãdatis tuis credidi.
Priusquam humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui.
Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.
Multiplicata est sup me iniquitas superborum: ego autem in toto corde scrutabor mandata tua.
Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego verò legem tuam meditatus sum.
Bonum mihi, quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas.
Bonum mihi lex oris tui: super millia auri & argenti.

Diuisio.

MAnus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me: da mihi intellectum, vt discam mandata tua.
Qui timent te, videbunt me, & lętabuntur: quia in verbo tuo supersperaui.
Cognoui Domine, quia æquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliasti me.
Fiat misericordia tua, vt consoletur

soletur me:secũdum eloquiũ tuũm seruo tuo.

Veniant mihi miserationes tuę,& viuam:quia lex tua meditatio mea est.

Confundantur superbi, quia iniustè iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.

Conuertantur mihi timentes te: & qui nouerunt testimonia tua.

Fiat cor meũm immaculatũ in iustificationibus tuis: vt nõ confundar.

Antiphona. Hallelulia,hallel. halleluia. Capitulum.

Gal.6. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem Christi. ℣. Dominus regit me,& nihil mihi deerit. ℟. In loco pascuę ibi me collocauit.

AD NONAM.

Hymnus.

Ambrosij. Rerum Deus tenax vigor,
Immotus in te permanens,
Lucis diurnæ tempora
Successibus determinans.
Largire clarum vespere,
Quo vita nusquã decidat,
Sed prēmiũ mortis sacræ
Perennis instet gloria.
Presta Pr̃ piissime. vt supra.

Antiphona. Halleluia. Diuisio.

Defecit in salutare tuum anima mea: & in verbũ tuum supersperaui.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum:dicentes, quando consolaberis me.

Quia factus sum sicut vter in pruina:iustificationes tuas nõ sum oblitus.

Quot sunt dies serui tui?quãdo facies de persequentibus me iudicium?

Narrauerunt mihi iniqui fabulationes:sed non vt lex tua.

Omnia mandata tua veritas: iniqui psecuti sunt me, adiuua me.

Paulominus consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.

Secundum misericordiã tuã viuifica me: & custodiam testimonia oris tui.

Diuisio.

In ęternum Domine: verbum tuum permanet in cœlo.

In generatione,& generationem veritas tua: fundasti terram,& permanet.

Ordinatione tua perseuerat dies: quoniam omnia seruiunt tibi.

Nisi quod lex tua meditatio mea

mea est: tunc fortè periissem in humilitate mea.

In ęternum non obliuiscar iustificationes tuas:quia in ipsis viuificasti me.

Tuus sum ego, saluũ me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui.

Me expectauerũt peccatores, vt perderent me: testimonia tua intellexi.

Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. Diuisio.

Quomodo dilexi legem tuam Domine:tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudētem me fecisti mandato tuo: quia in ęternum mihi est.

Super omnes docẽtes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi: quia mandata tua quęsiui.

Ab omni via mala prohibui pedes meos:vt custodiam verba tua.

A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua:sup mel ori meo.

A mandatis tuis intellexi:propterea odiui omnem viam iniquitatis.

Aña. Hallel. hallel.hallel.

Capitulum.

Empti enim estis p̃tio ma- 1.Cor.6.
gno:glorificate,& portate Deum in corpore vestro.

℣. Ab occultis meis munda me Domine.

℟. Et ab alienis parce seruo tuo.

FERIA SECVNDA AD TERTIAM.

Tẽpore Paschali. Aña. Hall. Aña. Adiuua me. Diuisio.

Lucerna pedib⁹ meis verbum tuum: & lumē semitis meis.

Iuraui, & statui: custodire iudicia iustitię tuę.

Humiliatus sum vsquequaq; Domine: viuifica me secundum verbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine:& iudicia tua doce me.

Anima mea ĩ manibus meis semper: & legem tuam non sum oblitus.

Posuerunt peccatores laqueũ mihi:& de mandatis tuis non erraui.

Hęreditate acquisiui testimonia tua in æternũ: quia exultatio cordis mei sunt.

Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in ęternum: propter retributionem.

Diuisio.

Diuiſio.

INiquos odio habui: & legem tuam dilexi.
Adiutor, & ſuſceptor meus es tu: & in verbum tuum ſuperſperaui.
Declinate à me maligni: & ſcrutabor mandata Dei mei.
Suſcipe me ſecundũ eloquiũ tuum, & viuam: & nõ cõfundas me ab expectatione mea.
Adiuua me, & ſaluus ero: & meditabor in iuſtificationib⁹ tuis ſemper.
Spreuiſti omnes diſcedentes à iuſtitiis tuis: quia iniuſta cogitatio eorum.
Præuaricantes reputaui oẽs peccatores terræ: ideò dilexi teſtimonia tua.
Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui.

Diuiſio.

FEci iudicium & iuſtitiã: nõ tradas me calumniãtibus me.
Suſcipe ſeruum tuum in bonum: non calumnientur me ſuperbi.
Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum: & in eloquium iuſtitiæ tuæ.
Fac cum ſeruo tuo ſecundũ miſericordiam tuam: & iuſtificationes tuas doce me.
Seruus tuus ſum ego: da mihi intellectum, vt ſciam teſtimonia tua.
Tempus faciendi Domine: diſſipauerunt legem tuam.
Ideò dilexi mandata tua: ſuper aurum, & topazion.
Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

Tempore Paſchali. Aña. Halleluia, halleluia, hallel. hallel.
Sic dicitur ad vj. & ix. etiam in ſequentibus feriis. Antipho. Adiuua me, & ſaluus ero Domine.

Capitulum.

SAna me Domine, & ſanabor: ſaluum me fac, & ſaluus ero, quoniam laus mea tu es. Ier. 17.

℣. Adiutor meus eſto, ne derelinquas me. ℟. Neque deſpicias me De⁹ ſalutaris me⁹.

AD SEXTAM.

Aña. Aſpice in me. Diuiſio.


Irabilia teſtimonia tua: ideò ſcrutata eſt ea anima mea.
Declaratio ſermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis.
Os meũ aperui, & attraxi ſpiritum: quia mandata tua deſiderabam.
Aſpice in me, & miſerere mei: ſecundum iudicium diligentium nomen tuum.

Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniuſtitia.
Redime me à calumniis hominum: vt cuſtodiam mandata tua.
Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum: & doce me iuſtificationes tuas.
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam.

Diuiſio.

IVſtus es Domine: & rectũ iudicium tuum.
Mandaſti iuſtitiã teſtimonia tua: & veritatem tuã nimis.
Tabeſcere me fecit zel⁹ me⁹: quia obliti ſunt verba tua inimici mei.
Ignitum eloquium tuum vehementer: & ſeruus tuus dilexit illud.
Adoleſcentulus ſum ego & contemptus: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.
Iuſtitia tua iuſtitia in æternũ: & lex tua ueritas.
Tribulatio, & anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt.
Aequitas teſtimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & viuam.

Diuiſio.

CLamaui in toto corde meo, exaudi me Domine: iuſtificationes tuas reqrã.
Clamaui ad te, ſaluũ me fac: vt cuſtodiam mandata tua.
Præueni in maturitate & clamaui: quia in verba tua ſuperſperaui.
Præuenerunt oculi mei ad te diluculò: vt meditarer eloquia tua.
Vocem meam audi ſecundũ miſericordiam tuam Domine: & ſecundum iudicium tuũ viuifica me.
Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati: à lege autem tua longè facti ſunt.
Propè es tu Domine: & omnes viæ tuæ veritas.
Initio cognoui de teſtimoniis tuis: quia in æternũ fundaſti ea.

Antiphona. Aſpice in me, & miſerere mei Domine.
Capitulũ. Alter alterius. f. 62.
℣. Dominus regit me.

AD NONAM.

Aña. Fiat manus tua. Diuiſio.


Ide humilitatem meã, & eripe me: quia legem tuam non ſum oblitus.
Iudica iudicium meum, & redime me: propter eloquiũ tuum

tuum viuifica me.

L ongè à peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt.

M isericordiæ tuæ multę Domine: secundum iudiciũ tuũ viuifica me.

M ulti qui persequuntur me, & tribulant me: à testimoniis tuis non declinaui.

V idi præuaricãtes,& tabescebam: quia eloquia tua nõ custodierunt.

V ide quoniam mandata tua dilexi Domine: in misericordia tua viuifica me.

Principium verborum tuorum veritas: in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.

Diuisio.

P Rincipes persecuti sunt me gratis:& à verbis tuis formidauit cor meum.

L ætabor ego super eloquia tua:, sicut qui inuenit spolia multa.

I niquitatem odio habui, & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.

S epties in die laudem dixi tibi: super iudicia iustitiæ tuæ.

P ax multa diligentibus legem tuam:& non est illis scãdalum.

E xpectabã salutare tuum Domine:& mandata tua dilexi.

C ustodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer.

S eruaui mandata tua, & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

Diuisio.

A Ppropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine:iuxta eloquium tuũ da mihi intellectum.

I ntret postulatio mea in conspectu tuo:secundum eloquiũ tuum eripe me.

E ructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iustificationes tuas.

P ronũciabit lingua mea eloquium tuum:quia omnia mãdata tua æquitas.

F iat manus tua,vt saluet me: quoniam mandata tua elegi.

C oncupiui salutare tuũ Domine: & lex tua meditatio mea est.

V iuet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.

E rraui sicut ouis quæ periit: quære seruũ tuum,quia mandata tua non sum oblitus.

Antiphona. Fiat manus tua Domine vt saluum me facias: quia mandata tua concupiui.

Capit. Empti enim estis. f. 63.

℣. Ab occultis meis.

FERIA TERTIA, & vsque ad Sabbathum inclusiuè. Ad Tertiam. Antiphona.

In domum Domini. Ps. 119.



A D dominum cum tribularer clamaui: & exaudiuit me.

D omine libera animam meam à labiis iniquis: & à lingua dolosa.

Q uid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam?

S agittæ potentis acutæ:cũ carbonibus desolatoriis.

H eu mihi q̃a incolatus meus prolongatus est:habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea.

C um his, qui oderunt pacẽ, eram pacificus:cum loquebar illis,impugnabant me gratis.

Psalmus 120.

L Euaui oculos meos in montes:vnde veniet auxilium mihi.

A uxilium meum à Domino: qui fecit cœlum,& terram.

N on det in commotionẽ pedem tuum:neq; dormitet qui custodit te.

E cce non dormitabit, neque dormiet:qui custodit Israel.

D ominus custodit te, Dominus protectio tua:super manũ dexteram tuam.

P er diem sol non vret te: neque luna per noctem.

D ominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

D ominus custodiat introitũ tuum,& exitum tuum: ex hoc nunc,& vsque in seculum.

Psalmus 121.

L Aetatus sum in his, quæ dicta sunt mihi:in domũ Domini ibimus.

S tantes erant pedes nostri: in atriis tuis Ierusalem.

I erusalem,quæ ædificatur, vt ciuitas:cuius participatio eius in idipsum.

I lluc enim ascenderũt tribus, tribus Domini, testimonium Israel:ad confitendum nomini Domini.

Q uia illic sederũt sedes in iudicio:sedes sup domũ Dauid.

R ogate quæ ad pacẽ sunt Ierusalẽ:& abundantia diligentibus te.

F iat pax in virtute tua:& abũdantia in turribus tuis.

P ropter fratres meos, & ꝓximos meos:loq̃bar pacẽ de te.

Propter domũ Domini Dei nostri:quæsiui bona tibi.

Antiphona. In domum Domini lætantes ibimus.

Capit. Sana me Domine. f. 65.

℣. Adiutor meus.

AD SEXTAM.

Aña. Qui habitas in cœlis.

Psalmus 122.

AD te leuaui oculos meos: qui habitas in cœlis.

Ecce sicut oculi seruorum: in manibus Dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrũ, donec misereatur nostri.

Miserere nostri Domine, miserere nostri: quia multũ repleti sumus despectione.

Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abũdãtibus, & despectio superbis.

Psalmus 123.

NIsi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel: nisi quia Dominus erat in nobis.

Cum exurgerent homines in nos: fortè viuos deglutissent nos.

Cum irasceretur furor eorũ in nos: forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransiuit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.

Benedictus Dñs: q nõ dedit nos in captionẽ dẽtibus eorũ.

Anima nr̃a sicut passer erepta est: de laqueo venantium.

Laqueus contritus est: & nos liberati sumus.

Adiutorium nostrum in nomine Domini: qui fecit cœlum, & terram.

Psalmus 124.

QVi confidunt in Domino, sicut mons Sion: nõ commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem.

Mõtes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc, & vsque in seculum.

Quia non relinquet Dñs virgam peccatorum super sortẽ iustorum: vt non extendãt iusti ad iniquitatẽ manus suas.

Benefac Domine: bonis, & rectis corde.

Declinãtes autem in obligationes, adducet Dominus cũ operantibus iniquitatem: pax super Israel.

Aña. Qui habitas in cœlis, miserere nobis. Cap. Alter alterius. fol. 62. ℣. Dñs regit me.

AD NONAM.

Aña. Beati omnes. Psal. 125.

IN cõuertendo Dominus captiuitatem Sion: facti sumus sicut cõsolati.

Tunc repletum est gaudio os nostrũ: & lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gẽtes: magnificauit Dominus facere cum eis.

Magnificauit Dñs facere nobiscum: facti sumus lætantes.

Conuerte Domine captiuitatem nostram: sicut torrens in Austro.

Qui seminant in lachrymis: in exultatione metent.

Euntes ibant, & flebant: mittentes semina sua.

Venientes autem venient cũ exultatione: portantes manipulos suos. Psalmus 126.

NIsi Dominus ædificauerit domũ: in vanũ laborauerunt, qui ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis, qui mãducatis panem doloris.

Cũ dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas Domini, filii merces fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis: ita filii excussorum.

Beatus vir, qui impleuit desiderium suũ ex ipsis: non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

Psalmus 127.

BEati omnes, qui timent Dominum: qui ambulãt in viis eius.

Labores manuum tuarũ quia manducabis: beatus es, & benè tibi erit.

Vxor tua sicut vitis abũdans: in lateribus domus tuæ.

Filii tui sicut nouellæ oliuarum: in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo: qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Ierusalẽ omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem super Israel. Aña. Beati omnes, qui timent Dominũ. Cap. Empti enim estis. fol. 63. ℣. Ab occultis.

DOMINICA AD VESPERAS.

Antiphona. Dixit Dominus. Tempore Paschali Aña. Hal.

Psalmus 109.

DIxit Dominus Domino meo: sede à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos: scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum : ex vtero ante luciferum genui te.
Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum:tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.
Dominus à dextris tuis: confregit in die iræ suæ reges.
Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorum.
De torrente in via bibit: propterea exaltabit caput.
Aña. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis.
Aña. Fidelia. Psalmus 110.
Confitebor tibi Domine in toto corde meo: in cōsilio iustorū, & cōgregatione.
Magna opera Domini : exquisita in omnes voluntates eius.
Confessio, & magnificentia opus eius : & iustitia eius manet in seculum seculi.
Memoriam fecit mirabilium suorū misericors, & miserator Dn̄s: escā dedit timētibus se.
Memor erit in seculum testamēti sui : virtutem operū suorum annunciabit populo suo.
Vt det illis hæreditatem gentium: opera manuum eius veritas, & iudicium.
Fidelia omnia mandata eius, confirmata in seculum seculi: facta in veritate, & æquitate.
Redemptionem misit populo suo: mandauit in æternum testamentum suum.
Sanctum, & terribile nomen eius: initium sapientiæ timor Domini.
Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in seculum seculi.
Antiph. Fidelia omnia mandata eius : confirmata in seculum seculi.
Aña. In mandatis. Psal. 111.
Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis.
Potēs in terra erit semen eius: generatio rectorū benedicetur.
Gloria & diuitiæ in domo eius : & iustitia eius manet in seculum seculi.
Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors, & miserator, & iustus.
Iucundus homo, qui miseretur, & cōmodat, disponet sermones suos in iudicio : quia in æternum nō commouebitur.
In memoria æterna erit iustus : ab auditione mala non timebit.
Paratum cor eius sperare in Domino, confirmatum est cor eius : non commouebitur,

tur ; donec despiciat inimicos suos.
Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi : cornu eius exaltabitur in gloria.
Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet : desiderium peccatorum peribit.
Antiphona. In mandatis eius cupit nimis. Antiphona. Sit nomen Domini.
Psalmus 112.
Laudate pueri Dominū : laudate nomen Domini.
Sit nomen Domini benedictum : ex hoc nunc, & vsque in seculum.
A solis ortu vsq; ad occasum : laudabile nomen Domini.
Excelsus super omnes gentes Dominus: & super cœlos gloria eius.
Quis sicut dominus Deus noster, qui in altis habitat: & humilia respicit in cœlo, & in terra ?
Suscitans à terra inopē : & de stercore erigens pauperem.
Vt collocet eum cum principibus : cum principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum lætantem.
Antiphona. Sit nomen Domini benedictum in secula.
Tempore Paschali. Antipho. Halleluia, halleluia, halleluia.
Capitulum.
Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi: Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. 2. Cor. 1.
℟. br. Quā magnificata sunt Opera tua domine.
℣. Omnia in sapientia fecisti. Opera tua. Gloria. Quam magnificata.
Aliud ℟. br. dicendum à Dominica Septuagesimæ, vsque ad primā Quadragesimæ exclusiue. Spes mea Domine A iuuentute mea. ℣. In te cōfirmatus sum ex vtero: de ventre matris meæ tu es meus protector. A iuuentute. Gloria. Spes mea Domine.
Hymnus.
Lucis creator optime, D. Gregorii.
Lucem dierum proferēs,
Primordiis lucis nouæ,
Mundi parans originem.
Qui mane iunctum vesperi
Diem vocari præcipis,
Tetrum chaos illabitur,
Audi preces cum fletibus.
Ne mens grauata crimine,
Vitæ sit exul munere,

Dum nil perenne cogitat,
Seseq; culpis illigat.
Cœlorum pulset intimum,
Vitale tollat præmium:
Vitemus omne noxium,
Purgemus omne pessimũ.
Præsta Pater pijssime. vt sup.

℣. Dirigatur Dñe oratio mea.
℟. Sicut incensum in cõspectu tuo.

Prædictus hymnus cum suo ℣. dicitur in omnibus Dominicis per annum extra Aduẽtum, Quadragesimam, & tempus Paschale.

Canticum B. Mariæ Virginis.

Luc. 1. MAgnificat: anima mea Dominum.
Et exultauit spiritus meus: in Deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna, qui potẽs est: & sanctũ nomẽ eius.
Et misericordia eius à progenie in ꝓgenies: timẽtibus eũ.
Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles.
Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes.
Suscepit Israel puerum suũ: recordatus misericordię suę.
Sicut locutus est ad patres nostros: Abraham, & semini eius in secula. Gloria Patri &c.

Deinde dicitur Aña. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. & oratio propria, vt in ꝓprio de tempore. Deinde (si contingat) fit commemoratio alicuius sancti occurrentis. Deinde (si tempus requirat) fiunt commemorationes, vt in vesperis sabbathi.

FERIA SECVNDA AD VESPERAS.

Antiph. Nos qui viuimus.
Tepore Paschali Aña. Halle.

Psalmus 113.

IN exitu Israel de Aegypto: domus Iacob de populo barbaro.
Facta est Iudæa sanctificatio eius: Israel potestas eius.
Mare vidit, & fugit: Iordanis conuersus est retrorsum.
Montes exultauerũt vt arietes: & colles sicut Agni ouiũ.
Quid est tibi mare quod fugisti: & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum?
Montes exultastis sicut arietes: & colles sicut agni ouiũ.
A facie Domini mota est terra: à facie Dei Iacob.

Qui conuertit petram in stagna aquarum: & rupẽ in fontes aquarum.
Non nobis Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriã.
Super misericordia tua, & veritate tua: ne quando dicant gentes, vbi est Deus eorum?
Deus autem noster in cœlo: omnia quęcunq; voluit fecit.
Simulacra gentium argentum, & aurum: opera manuũ hominum.
Os habent & nõ loquentur: oculos habent, & nõ videbũt.
Aures habent, & non audiẽt: nares habẽt, & nõ odorabunt.
Manus habent, & non palpabunt, pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.
Similes illis fiant qui faciũt ea: & oẽs qui cõfidunt in eis.
Domus Israel sperauit in Domino: adiutor eorum, & protector eorum est.
Domus Aaron sperauit in Domino: adiutor eorum, & protector eorum est.
Qui timent Dominum, sperauerunt in Domino: adiutor eorum, & protector eorũ est.
Dominus memor fuit nostri: & benedixit nobis.
Benedixit domui Israel: benedixit domui Aaron.
Benedixit omnibus, qui timẽt Dominum: pusillis cum maioribus.
Adiiciat Dominus super vos: super vos, & sup filios vestros.
Benedicti vos à Domino: q̃ fecit cœlum & terram.
Cœlum cœli Domino: terrã autem dedit filiis hominum.
Non mortui laudabũt te Domine: neque omnes qui descendunt in infernum.
Sed nos, qui viuimus benedicimus Domino: ex hoc nũc, & vsque in seculum. Antiph. Nos, qui viuimus, bñdicimus Domino. Aña. Inclinauit.

Psalmus 114.

DIlexi, quoniam exaudiet Dominus: vocẽ orationis meæ.
Quia inclinauit aurẽ suã mihi: & ĩ diebus meis inuocabo.
Circundederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.
Tribulationẽ, & dolorem inueni: & nomẽ Dñi inuocaui.
O dñe libera animam meam: misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur.
Custodiens paruulos Dñs: humiliatus sum, & liberauit me.
Conuertere anima mea in requiem tuã: quia Dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam
de morte: oculos meos à la-
chrymis, pedes meos à lapsu.
Placebo Domino in regione
viuorum. Aña. Inclinauit Do
minus aurem suam mihi.
Antiphona Credidi. Ps. 115.

CRedidi, propter quod lo-
cutus sum: ego autem hu
miliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo: om-
nis homo mendax.
Quid retribuã dño: pro om-
nibus quæ retribuit mihi?
Calicem salutaris accipiã: &
nomen Domini inuocabo.
Vota mea Domino reddam
coram omni populo eius: pre
tiosa in conspectu Domini
mors sanctorum eius.
O Domine quia ego seruus
tuus: ego seruus tuus, & filius
ancillæ tuæ.
Dirupisti vincula mea, tibi sa
crificabo hostiã laudis: & no-
men Domini inuocabo.
Vota mea Domino reddam,
in conspectu omnis populi
eius: in atriis domus Domini,
in medio tui Ierusalem.
Hic non dicitur Gloria Patri.
quando fit de feria. Psal. 116.

LAudate Dominum om-
nes gentes: laudate eum
omnes populi:
Quoniam confirmata est sup
nos misericordia eius: & veri-
tas Domini manet in æternũ. 60
Antiphona. Credidi, propter
quod locutus sum. Aña. Sæpe.

Psalmus 128.

SAepe expugnauerunt me
à iuuentute mea: dicat nũc
Israel.
Sæpe expugnauerunt me à
iuuentute mea: etenim non
potuerunt mihi.
Supra dorsum meum fabri-
cauerunt peccatores: prolon-
gauerunt iniquitatem suam.
Dominus iustus cõcidet cer-
uices peccatorum: confundã-
tur, & cõuertantur retrorsum
omnes qui oderunt Sion.
Fiant sicut fœnum tectorũ: qđ
priusquam euellatur exaruit.
De quo non impleuit manũ
suam qui metet: & sinum suũ
qui manipulos colliget.
Et nõn dixerunt, qui præteri-
bant, benedictio Domini su-
per vos: benediximus vobis
in nomine domini.
Antiphona. Sæpe expugnaue-
runt me à iuuentute mea.
Tẽpore Paschali. Aña. Halle-
luia, halleluia, halleluia.
Capitul. Bñdictus Deus. f. 67.
℟. br. Adiutorium nostrum
In nomine Domini. ℣. Qui
fecit cœlum & terram. In
nomine. Glor. Patri. Adiut.
Hymnus.

Hymnus.

D. Ambrosij.

IMmense cœli conditor,
Qui mista ne cõfunderẽt,
Aquæ fluenta diuidens,
Cœlum dedisti limitem.
Firmans locum cęlestibus,
Simulq; terræ riuulis,
Vt vnda flammas tẽperet,
Terræ solum ne dissipet.
Infunde nunc piissime
Donum perennis gratiæ,
Fraudis nouæ ne casibus
Nos error atterat vetus.
Lucem fides inueniat,
Sic luminis iubar ferat,
Vt vana cuncta terreat,
Hãc falsa nulla cõprimat.
Præsta Pater piissime. vt sup.
℣. Dirigatur Domine.
Ad Magnificat, Aña. Magnifi-
cat aĩa mea Dñm: quia respe-
xit Deus humilitatem meam.
Orõ de Dñica currẽte. Deĩde
fit cõmem. de cruce cum reli-
quis, vt in vesperis sabbathi.

FERIA TERTIA
AD VESPERAS.

Antiphona. De profundis.
Tpe Paschali. Aña. Halleluia.

Psalmus 129.

DE profundis cla-
maui ad te Dñe:
Domine exaudi
vocem meam.
Fiant aures tuæ intendentes:
in vocem deprecationis meę.
Si iniquitates obseruaueris
Domine: Domine quis susti-
nebit?
Quia apud te propitiatio est:
& propter legem tuam susti-
nui te Domine.
Sustinuit anima mea in ver-
bo eius: sperauit anima mea
in Domino.
A custodia matutina vsque ad
noctem: speret Israel in Do-
mino.
Quia apud Dominum mise-
ricordia: & copiosa apud eũ
redemptio.
Et ipse redimet Israel: ex om-
nibus iniquitatibus eius.
Aña. De pfundis clamaui ad
te Dñe. Aña. Speret. ps 130.

DOmine non est exaltatũ
cor meum: neque elati
sunt oculi mei.
Neque ambulaui in magnis:
neq; in mirabilibus sup me.
Si nõ humiliter sentiebã: sed
exaltaui animam meam.
Sicut ablactatus est super ma-
trem suam: ita retributio in
anima mea.
Speret Israel in Dño: ex hoc
nunc, & vsque in seculum.
Aña. Speret Israel in Dño.
Aña. Et omnis. Psalmus 131.

MEmento Domine Da-
uid: & omnis mansue-
tudinis eius,

Sicut iurauit Domino: votũ vouit Deo Iacob.
Si introiero in tabernaculũ domus meæ: si ascendero in lectum strati mei.
Si dedero somnum oculis meis: & palpebris meis dormitationem.
Et requiem tẽporibus meis, donec inueniam locum Domino: tabernaculum Deo Iacob.
Ecce audiuimus eã in Ephrata: inuenimus eam in campis syluæ.
Introibimus in tabernaculũ eius: adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius.
Surge Domine in requiem tuam: tu, & arca sanctificationis tuæ.
Sacerdotes tui induantur iustitiam: & sancti tui exultent.
Propter Dauid seruum tuũ: non auertas faciẽ Christi tui.
Iurauit Dominus Dauid veritatem, & nõ frustrabitur eũ: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.
Si custodierint filii tui testamẽtum meum: & testimonia mea hæc quæ docebo eos.
Et filii eorum vsque in seculum: sedebunt super sedem tuam.
Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in habitationem sibi.
Hæc requies mea in seculum seculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.
Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus.
Sacerdotes eius induam salutari: & sancti eius exultatione exultabunt.
Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo.
Inimicos eius induam confusione: super ipsum autẽ efflorebit sanctificatio mea.
Aña. Et omnis mansuetudinis eius. Aña. Ecce quàm bonum. Psalmus 132.

Ecce quàm bonũ, & quàm iucundum: habitare fratres in vnum.
Sicut vnguentum in capite: quod descendit in barbam, barbam Aaron.
Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.
Quoniam illic mãdauit Dominus benedictionem: & vitam vsque in seculum. 77 Ecce nunc
Antiphona. Ecce quàm bonum, & quàm iucũdum, habitare fratres in vnum.

Tem-

Tẽpore Paschali. Aña. Halleluia, halleluia, halleluia.
Cap. Benedictus Deus. f. 67.
℟. br. Adiutorium nostrum.

Hymnus.

D. Ambrosij.

Telluris ingens cõditor,
Mũdi solum qui erues,
Pulsis aquæ molestiis,
Terrã dedisti immobilẽ.
Vt germen aptum proferens,
Fuluis decora floribus,
Fœcunda fructu sisteret,
Pastumq; gratũ redderet.
Mentis perustæ vulnera,
Munda virore gratiæ,
Vt facta fletu diluat,
Motusq; prauos atterat.
Iussis tuis obtemperet,
Nullis malis approximet,
Bonis repleri gaudeat,
Et mortis actum nesciat,
Præsta Pater piissime vt sup.
℣. Dirigatur Domine.
Ad Magnificat, Aña. Exultet spũs meꝰ ĩ Deo salutari meo.

FERIA QVARTA AD VESPERAS.

Antiphona. Omnia.
Tp̃e Paschali. Aña Halleluia.

Psalmus 134.

Laudate nomẽ Domini: laudate serui Dominum.
Qui statis in domo Domini: in atriis domus Dei nostri.
Laudate Dominũ, quia bonus Dominus: psallite nomini eius, quoniam suaue.
Quoniam Iacob elegit sibi Dominus: Israel in possessionem sibi.
Quia ego cognoui quod magnus est Dominus: & Deus noster præ omnibus Dijs.
Omnia quæcũq; voluit Dominus fecit in cœlo, & in terra: in mari, & in omnibus abyssis.
Educens nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiã fecit.
Qui producit ventos de thesauris suis: qui percussit primogenita Aegypti ab homine vsque ad pecus.
Et misit signa, & prodigia in medio tui Aegypte: in Pharaonem, & in omnes seruos eius.
Qui percussit gentes multas: & occidit reges fortes.
Seon regem Amorrhæorum, & Og regem Basan: & omnia regna Chanaam.
Et dedit terram eorum hæreditatem: hæreditatem Israel populo suo.
Domine nomen tuũ in æternũ: Domine memoriale tuũ in generatione, & generationem.
Quia iudicabit Dominus populum

pulum suum: & in seruis suis deprecabitur.
Simulachra gentium argentum, & aurum: opera manuũ hominum.
Os habent, & non loquẽtur: oculos habẽt, & non videbũt.
Aures habent, & non audiẽt: neq; enim est spiritus in ore ipsorum.
Similes illis fiant, qui faciũt ea: & oẽs, qui cõfidunt in eis.
Domus Israel bñdicite Domino: domus Aaron benedicite Domino.
Domus Leui benedicite Domino: qui timetis Dominum benedicite Domino.
Benedictus Dñs ex Sion: qui habitat in Ierusalem.
Antiphona. Omnia, quæcunque voluit Dominus fecit.
Aña. Quoniam in æternum.
Psalmus 135.
Confitemini Dño, quoniam bonus: quoniam in æternũ misericordia eius.
Confitemini Deo Deorum: quoniam in æternum.
Confitemini Dño Dominorum: quoniam in æternum.
Qui facit mirabilia magna solus: quoniam in æternum.
Qui fecit cęlos in intellectu: quoniam in æternum.
Qui firmauit terrã sup aquas: quoniam in æternum.
Qui fecit lumina magna: quoniam in æternum.
Solem in potestatẽ diei: quoniam in æternum.
Lunam, & stellas in potestatem noctis: qm̃ in æternum.
Qui percussit Aegyptum cũ primogenitis eorum: quoniam in æternum.
Qui eduxit Israel de medio eorum: quoniam in æternũ.
In manu potenti, & brachio excelso: quoniam in æternũ.
Qui diuisit mare rubrum in diuisiones: qm̃ in æternum.
Et eduxit Israel per medium eius: quoniam in æternum.
Et excussit Pharaonẽ, & virtutẽ eius in mari rubro: quoniam in æternum.
Qui traduxit populum suum per desertum: qm̃ in æternũ misericordia eius.
Qui percussit reges magnos: quoniam in æternum.
Et occidit reges fortes: quoniam in æternum.
Seon regem Amorrhęorum: quoniam in æternum.
Et Og regem Basan: quoniã in æternũ misericordia eius.
Et dedit terram eorum hęreditatem: quoniam in æternũ.
Hæreditatẽ Israel seruo suo: quoniam in æternum.

Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: quoniam in ęternũ misericordia eius.
Et redemit nos ab inimicis nostris: quoniam in æternũ.
Qui dat escam omni carni: quoniam in æternum.
Confitemini Deo Cęli: quoniam in æternum.
Confitemini Domino Dominorũ: quoniam in æternũ.
Antiphona. Quoniã in æternum misericordia eius. Aña. Hymnum cantate. Psal. 136.
Super flumina Babylonis, illic sedimus, & fleuimus: dum recordaremur tui Sion.
In salicibus in medio eius: suspendimus organa nostra.
Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos: verba cantionum.
Et qui abduxerunt nos: hymnum cantate nobis de canticis Sion.
Quomodo cantabimus cãticũ Dñi: in terra aliena?
Si oblitus fuero tui Ierusalẽ: obliuioni detur dextera mea.
Adhæreat lĩgua mea faucib⁹ meis: si non meminero tui.
Si non proposuero Ierusalẽ: in principio lætitiæ meæ.
Memor esto Domine filiorũ Edom: in die Ierusalem.
Qui dicunt, exinanite, exinanite: vsq; ad fundamẽtũ in ea.
Filia Babylonis misera: beat⁹, qui retribuet tibi retributionẽ tuã: quam retribuisti nobis.
Beatus qui tenebit: & allidet paruulos suos ad petram.
Antiphona. Hymnum cantate nobis de canticis Sion.
Aña. In conspectu. ps 137.
Confitebor tibi Domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei.
In conspectu Angelorũ psallam tibi: adorabo ad templũ sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.
Super misericordia tua, & veritate tua: quoniã magnificasti super omne nomen sanctum tuum.
In quacunque die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.
Confiteãtur tibi Domine oẽs reges terræ: quia audierũt oĩa verba oris tui.
Et cantent in viis Dñi: quoniam magna est gloria Dñi.
Quoniã excelsus Dominus, & humilia respicit: & alta à lõgè cognoscit.
Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me: & super iram inimicorũ meorũ extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me, Domine misericordia tua in seculum: opera manuum tuarum ne despicias.

Aña. In conspectu Angelorũ psallam tibi Deus meus.

Tempore Paschali. Aña. Halleluia, halleluia, halleluia.

Cap. Benedictus Deus. f. 67.

℟. br. Adiutorium nostrum.

Hymnus.

.Am rosii.

Coeli Deus sanctissime,
Qui lucidũ centrũ poli
Candore pingis igneo,
Augens decoro lumine.

Quarto die qui flammeam
Solis rotam constituens,
Lunæ ministras ordinem,
Vagosq; cursus siderum.

Vt noctibus vel lumini
Diremptionis terminum,
Primordiis & mensium
Signum dares notissimũ.

Illumina cor hominum,
Absterge sordes mentium,
Resolue culpæ vinculum,
Euerte moles criminum.

Præsta Pater piissime. vt sup.

℣. Dirigatur Domine.

Ad Magnificat, Aña. Respexit in me Dñs humilitatẽ meã, & fecit ĩ me magna, q potẽs est.

FERIA QVINTA AD VESPERAS.

Antiphona. Domine.

Tge Paschali. Aña. Hallã.

Psalmus 138.

Domine ꝓbasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

Intellexisti cogitationes meas de longè: semitam meam, & funiculum meum inuestigasti.

Et omnes vias meas præuidisti: quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Domine tu cognouisti omnia nouissima, & antiqua: tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est sciẽtia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam.

Quò ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam?

Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades.

Si sumpsero pennas meas diluculò: & habitauero in extremis maris.

Etenim illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua.

Diuisio psalmi 138.

Et dixi, forsitan tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio mea in deliciis meis.

Quia

Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.

Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris meæ.

Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis.

Non est occultatum os meũ à te, quod fecisti in occulto: & substantia mea in inferioribus terræ.

Imperfectum meum viderũt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum.

Dinumerabo eos, & sup arenam multiplicabuntur: exurrexi, & adhuc sum tecum.

Si occideris Deus peccatores: viri sanguinum declinate à me.

Quia dicitis in cogitatione: accipient in vanitate ciuitates suas.

Nonne, qui oderunt te Domine, oderam: & super inimicos tuos tabescebam?

Perfecto odio oderam illos: & inimici facti sunt mihi.

Proba me Deus, & scito cor meum: interroga me, & cognosce semitas meas.

Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna. Antiphona. Domine ꝓbasti me, & cognouisti me.

Aña. A viro iniquo. ps 139.

Eripe me Domine ab homine malo: à viro iniquo eripe me.

Qui cogitauerũt iniquitates in corde: tota die constituebãt prælia.

Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenum aspidum sub labijs eorum.

Custodi me Domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitauerũt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi,

Et funes extenderunt in laqueum: iuxta iter scandalum posuerunt mihi.

Dixi Domino, Deus meus es tu: exaudi Domine vocẽ deprecationis meæ.

Domine Domine virtus salutis meæ: obumbrasti super caput meum in die belli.

Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me, ne derelinquas

linquas me, ne fortè exaltentur.
Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorū operiet eos.
Cadent super eos carbones: in ignem deijcies eos, in miseriis non subsistent.
Vir linguosus non dirigetur in terra: virum iniustū mala capient in interitu.
Cognoui quia faciet Dominus iudicium inopis: & vindictam pauperum.
Verantamen iusti confitebūtur nomini tuo: & habitabunt recti cū vultu tuo. Aña. A viro iniquo libera me Domine.
Aña. Dñe clamaui. Psal. 140.
Domine clamaui ad te, exaudi me: intende voci meæ cum clamauero ad te.
Dirigat oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo: eleuatio manuū mearum sacrificium vespertinum.
Pone Domine custodiam ori meo: & ostium circunstantiæ labiis meis.
Non declines cor meum in verba malitiæ: ad excusandas excusationes in peccatis.
Cum hominibus operātibus iniquitatem: & non communicabo cum electis eorum.
Corripiet me iustus in misericordia: & īcrepabit me: oleū autem peccatoris non impinguet caput meum.
Quoniā adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum.
Audient verba mea, quoniā potuerūt: sicut crassitudo terræ erupta est super terram.
Dissipata sunt ossa nostra secus infernum, quia ad te Domine Domine, oculi mei: in te speraui, non auferas animā meam.
Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi: & à scandalis operantium iniquitatem.
Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego donec transeam. Aña. Dñe clamaui ad te, exaudi me.
Tépore Paschali. Aña. Halleluia, halleluia, halleluia.
Capitulū. Benedictus Deus. fol. 67. ℟. br. Adiutoriū nostrum.

Hymnus. D. Ambrosij.

Magnæ Deus potentiæ,
Qui ex aquis ortū gen⁹,
Partim remittis gurgiti,
Partim leuas in aera.
Demersa lymphis imprimēs,
Subuecta cœlis irrogans,
Vt stirpe vna prodita,
Diuersa rapiant loca.
Largire cunctis seruulis,
Quos mūdat vnda sāguinis,

Nescire

Nescire lapsus criminum,
Nec ferre mortis tædium.
Vt culpa nullum deprimat,
Nullum leuet iactantia,
Elisa mens ne concidat,
Elata mens ne corruat.
Præsta Pater piissime. vt sup.
℣. Dirigatur Domine.
Ad Magnificat, Antiphona.
Fac Deus potentiam in brachio tuo: disperde superbos, & exalta humiles.

FERIA SEXTA AD VESPERAS.

Antiphona. Portio mea.
Tpe Paschali. Aña. Halleluia.
Psalmus 141.
Voce mea ad Dominū clamaui: voce mea ad Dominum deprecatus sum.
Effundo in conspectu eius orationē meā: & tribulationē meā ante ipsum pronuncio.
In deficiendo ex me spiritū meum: & tu cognouisti semitas meas.
In via hac, qua ambulabam: absconderunt superbi laqueū mihi.
Considerabam ad dexteram, & videbam: & non erat, qui cognosceret me.
Periit fuga a me: & non est, qui requirat animam meam.
Clamaui ad te Domine: dixi, tu es spes mea, portio mea in terra viuentium.
Intēde ad deprecationē meā: quia humiliatus sum nimis.
Libera me à persequentibus me: qa cōfortati sunt sup me.
Educ de custodia animā meā ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti donec retribuas mihi. Aña. Portio mea Dñe sit in terra viuētiū. 58
Aña. Benedictus. Psal. 143.
Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium: & digitos meos ad bellum.
Misericordia mea & refugiū meum: susceptor meus, & liberator meus.
Protector me⁹, & in ipso speraui: qui subdit populū meū sub me.
Domine, quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum?
Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra prætereunt.
Domine inclina cęlos tuos, & descende: tange montes, & fumigabunt.
Fulgura coruscationē, & dissipabis eos: emitte sagittas tuas, & conturbabis eos.
Emitte manū tuam de alto: eripe

eripe me, & libera me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum.
Quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorũ dextera iniquitatis.
Diuisio psalmi 143.
DEus canticum nouũ cãtabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi.
Qui das salutem regibus, qui redemisti Dauid seruum tuũ: de gladio maligno eripe me.
Et erue me de manu filiorũ alienorum, quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.
Quorum filii sicut nouellæ plantationes: in iuuentute sua.
Filiæ eorum cõpositæ: circũornatæ vt similitudo templi.
Promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud.
Oues eorum fœtosæ, abundãtes ĩ egressibus suis: boues eorum crassæ.
Non est ruina maceriæ, neq; transitus: neque clamor in plateis eorum.
Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt: beatus populus, cuius Dominus Deus eius.
Antiphona. Benedictus Dominus Deus meus. Antiph. Per singulos dies.

Psal. 144.
EXaltabo te Deus meus rex: & benedicam nomini tuo in seculum, & in seculum seculi.
Per singulos dies benedicam tibi: & laudabo nomen tuum in seculũ, & in seculũ seculi.
Magnus Dominus, & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis.
Generatio, & generatio laudabit opera tua: & potentiam tuam pronunciabunt.
Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur: & mirabilia tua narrabunt.
Et virtutem terribilium tuorum dicẽt: & magnitudinem tuam narrabunt.
Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt: & iustitia tua exultabunt.
Miserator, & misericors dominus: patiens, & multũ misericors.
Suauis Dominus vniuersis: & miserationes eius super omnia opera eius. Aña. Per singulos dies benedicã te Dñe.
Tẽpore Paschali. Antiphona. Halleluia, halleluia, hallã.
Cap. Bñs Deus. fol. 67. ℟. br. Adiutoriũ nostrũ. Hymnus.
PLasmator hominis Deus, Qui cũcta solus ordinãs, Hu- D. Ambrosij.

Humum iubes producere
Reptantis, & feræ genus.
Qui magna rerum corpora,
Dictu iubentis viuida,
Vt seruiant per ordinem,
Subdens dedisti homini.
Repelle à seruis tuis,
Quicquid per immũditiã,
Aut moribus se suggerit,
Aut actibus se interserit.
Da gaudiorum præmia,
Da gratiarum munera,
Dissolue litis vincula,
Astringe pacis fœdera.
Præsta Pater piissime. vt sup.
℣. Dirigatur Domine.
Ad Magnificat, Antiphona.
Deposuit potentes sanctos persequentes, & exaltauit humiles Christum confitentes.

SABBATHO AD VESPERAS.

Aña. Regnũ tuum Domine.
Tpe Paschali. Aña. Halleluia.
Diuisio Psalmi 144.
COnfiteantur tibi Domine omnia opera tua: & sancti tui benedicãt tibi.
Gloriam regni tui dicent: & potentiam tuam loquentur.
Vt notã faciant filiis hoĩum potentiam tuam: & gloriam magnificentiæ regni tui.
Regnum tuum regnum omnium seculorum: & dominatio tua in omni generatione, & generationem.
Fidelis Dominus in omnib° verbis suis: & sanctus in omnibus operibus suis.
Alleuat Dñs oẽs qui corruũt: & erigit omnes elisos.
Oculi omnium in te sperant Domine: & tu das escam illorum in tempore opportuno.
Aperis tu manum tuã: & imples oẽ animal benedictione.
Iust° Dñs ĩ omnib° viis suis: & sanctus ĩ oĩbus opibus suis.
Propè est dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate.
Volũtatem timentium se faciet, & deprecationem eorũ exaudiet: & saluos faciet eos.
Custodit dominus omnes diligentes se: & omnes peccatores disperdet.
Laudationẽ Domini loquetur os meũ: & benedicat omnis caro nomini sancto eius in seculum, & in seculum seculi. Aña. Regnum tuũ Dñe regnum omnium seculorũ.
Aña. Laudabo. Psal. 145.
LAuda anima mea Dominum, laudabo Dominũ in vita mea: psallã Deo meo quamdiu fuero.

Nolite confidere in principibus: in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus.
Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.
Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, ſpes eius in Domino Deo ipſius: qui fecit cœlũ, & terrã, mare, & omnia quę in eis ſunt.
Qui cuſtodit veritatem in ſeculum, facit iudicium iniuriã patientibus: dat eſcam eſuriẽtibus.
Dominus ſoluit cõpeditos: Dominus illuminat cæcos.
Dominus erigit eliſos: dominus diligit iuſtos.
Dominus cuſtodit aduenas, pupillum, & viduã ſuſcipiet: & vias peccatorũ diſperdet.
Regnabit dominus in ſecula: Deus tuus Sion in generatione, & generationẽ. Aña. Laudabo Deũ meũ in vita mea.
Aña. Deo noſtro. Pſal. 146.
Laudate Dominum, quoniam bonus eſt pſalmus: Deo noſtro ſit iucunda decoraq; laudatio.
Aedificans Ieruſalem Dominus: diſperſiones Iſraelis cõgregabit.
Qui ſanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.
Qui numerat multitudinem ſtellarum: & omnibus eis nomina vocat.
Magnus Dominus noſter, & magna virtus eius: & ſapiẽtiæ eius non eſt numerus.
Suſcipiens manſuetos dominus: humilians autem peccatores vſque ad terram.
Præcinite Domino in cõfeſſione: pſallite Deo noſtro in cithara.
Qui operuit cęlum nubibus: & parat terræ pluuiam.
Qui producit in montibus fœnum: & herbam ſeruituti hominum.
Qui dat iumentis eſcam ipſorum: & pullis coruorũ inuocantibus eum.
Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibiis uiri beneplacitum erit ei.
Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum: & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia eius. Aña. Deo noſtro iucũda ſit laudatio. Aña. Lauda. Pſalmus 147.
Lauda Ieruſalem Dñm: lauda Deum tuum Sion.
Qm cõfortauit ſeras portarũ tuarũ: bñdixit filiis tuis in te.
Qui poſuit fines tuos pacem: & adipe frumenti ſatiat te.

Qui emittit eloquiũ ſuũ terræ: velociter currit ſermo ei⁹.
Qui dat niuem ſicut lanam: nebulam ſicut cinerẽ ſpargit.
Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit.
Emittet verbum ſuum & liquefaciet ea: flabit ſpũs eius, & fluent aquæ.
Qui annunciat verbũ ſuũ Iacob: iuſtitias, & iudicia ſua Iſrael.
Nõ fecit taliter omni nationi: & iudicia ſua nõ manifeſtauit eis. Aña. Lauda Ierlẽm Dñm. Tẽpore Paſchali. Aña. Allła, allła, allła. Capitulũ.

Ro. 11 O Altitudo diuitiarũ ſapiẽtiæ, & ſciẽtiæ Dei, quàm incõprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ ei⁹. ℟. br. Magnus Dñus nr̃. Et magna virt⁹ ei⁹. ℣. Et ſapiẽtię eius nõ eſt numerus. Et ma. Glor. Magnus. Hymn.

D. Gregorii.
O Lux beata Trinitas,
Et principalis vnitas,
Iam ſol recedit igneus,
Infunde lumen cordibus.
Te mane laudum carmine,
Te deprecemur veſperi:
Te noſtra ſupplex gloria
Per cuncta laudet ſecula.
Deo Patri ſit gloria. vt ſupra.

℣. Veſpertina oratio aſcendat ad te Domine. ℟. Et deſcẽdat ſup nos miſericordia tua. Ad Mag. Aña. Suſcepit Deus Iſrael puerum ſuum, ſicut locutus eſt ad Abraham, & ſemẽ eius: exaltare humiles vſq; in ſeculum. Cap. O altitudo. dicitur in Veſperis Sabbathi, ab octaua Corporis Chriſti, vſque ad Aduentũ, & ab octa. Epiphaniæ, vſque ad Septuageſimã. ℟. br. Hym. & ℣. etiã vſque ad Quadrageſimã. Aña. ad Mag. ab octaua Epiphanię, vſque ad Septuag. tantum.
Poſt Añam dicitur Kyrie el. Chriſte el. Kyrie el. Pr̃ nr̃, & oratio propria. Deinde fiũt ſequentes commemorationes cões, ſeu ſuffragia ſanctorũ, quæ dicuntur etiã ad Laudes.

COMMEMOR. DE CRVCE dicenda in feriali officio tantum, & dicitur ante omnes alias commemorationes in Laud. & Veſp. Antiphona.

Per ſignum crucis, de inimicis noſtris libera nos Deus noſter. ℣. Omnis terra adoret te, & pſallat tibi. ℟. Pſalmum dicat nomini tuo Domine. Oratio.

PErpetua nos, quæſumus Dñe, pace cuſtodi: quos per lignum ſanctæ crucis redimere dignatus es.

Commem. de Cruce, quę solo dr̃ tpe Paschali, hr̃ in feria ij. post octa. Paschæ. fol.

De sancta Maria in Vesperis, & Laudibus. Antiphona.

Sancta Maria succurre miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles, ora ꝓ populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo sexu: sentiāt omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam sanctam cōmemorationem. ℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi. Oro.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione, a præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

Ab octaua Epiphaniæ, vsque ad Purificationem dicitur ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. Oratio. Deꝰ q̃ salutis. vt ĩ off. eius.

De Apostolis ĩ Vesperis. Aña. Petrus apostolus, & Paulus doctor gentium, ipsi nos docuerunt legem tuam Dñe. ℣. Annunciauerunt opera Dei. ℟. Et facta eius intellexerūt.

Ad Laudes. Antiphona. Gloriosi pricipes terræ quomodo in vita dilexerūt se, ita & in morte non sunt separati. ℣. Annūciauerūt. Oratio.

Deus, cuius dextera beatū Petrum ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit: & coapostolū eius Paulū, tertiò naufragātē, de ꝓfundo pelagi liberauit: exaudi nos ꝓpitiꝰ, & ꝯcede: vt ąborū meritis ęternitatis gl̃iā ꝯsequamur.

De SS. Benedicto, & Romualdo, ĩ Vesperis, & Laudib. Aña. Isti sunt duę oliuę, & duo cādelabra lucentia ante Dominum. ℣. Lętamini in Dño, & exultate iusti. ℟. Et gloriamini oēs recti corde. Oro.

Fac nos, quæsumus Domine, beatissimorū Patrum nostrorum Benedicti, & Romualdi, hic imitari labores, vt eorū gloriæ participes esse mereamur in celis.

Infra Octa. aũt S. Benedicti, si tūc dicēda sint suffragia, ꝓ S. Romualdo dicatꝰ Aña de j. Vesp. festi ipsiꝰ, cū ℣. Iustū deduxit. & oratione propria.

Postremo de Pace, in Vesperis, & Laudibus. Antiphona. Da pacē Domine in diebus nr̃is, quia nō est alius, qui pugnet ꝓ nobis, nisi tu Deꝰ nr̃.

℣. Fiat

℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis. Oratio.

Deus, à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera: da seruis tuis illā, quā mundus dare nō potest, pacē: vt, & corda nr̃a mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua ꝓtectione trāquilla. Per Dñm nostrū Iesum Christum filiū tuum. Qui tecum. ℣. Dñs vobisc. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Bñdicamus Dño. ℟. Deo gratias. ℣. Fidelium animæ per misericordiā Dei requiescant in pace. ℟. Am̃.

Deinde secretò Pater noster.

Sic dicitur in fine omniū horarum, vbi alia non sequatur hora. Vltrà dictas cōmemorationes fit cōmemoratio de patrono, vel Titulo Ecclesiæ suo loco pro dignitate illius. Dictę cōmemor. dr̃r ab octa. Epiph. vsq; ad Dñicā Passionis exclusiuè, & ab oct. Pent. vsq; ad Aduentum exclusiuè, exceptis duplicibus, & diebus infra octauam. Quando dicitur officium paruum beatæ Mariæ in Choro, non fit alia commemoratio de ea.

AD COMPLETORIVM.

Non dicitur Pater noster, sed Lector dicit Iube domne bedicere. Benedictio. Noctem quietam, & finem perfectum cōcedat nobis Dominus omnipotens. ℟. Amen.

Lectio breuis. 1. Pe. 5

Fratres: Sobrii estote, & vigilate: quia aduersarius vester Diabolus, tamquā leo rugiens, circuit, quærens, quē deuoret: cui resistite fortes in fide. Tu autem Dñe miserere nobis. ℟. Deo gratias.

In conuentu, loco superioris lectionis, leguntur Collationes, vel aliud quod ædificet audientes. Et cum omnes fuerint in Choro, Lector dicat.

Finem loquendi omnes pariter audiamus: Deū time, & mandata eius obserua, hoc est enim omnis homo. Tu autē. ℟. Deo gratias. Deinde dicit per superiorem. ℣. Adiutoriū nostrum in noīe Dñi ℟. Qui fecit cęlum, & terrā. Pater nr̃. secretò. Deinde absolutè fit confessio alternatim, vt suprà ad Primam fol. 1. facta absolutione, dicitur per Hebdomadarium. ℣. Conuerte nos Deus salutaris noster. ℟. Et auerte iram tuam à nobis. ℣. Deus in adiutorium. ℣. Gloria Patri.

Absolutè sine Antiphona incipitur Psalmus 4.

CVm inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi.
Miserere mei: & exaudi orationem meam.
Filii hominũ vsquequò graui corde? vt quid diligitis vanitatem,& quæritis mẽdaciũ?
Scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum suum: dominus exaudiet me, cùm clamauero ad eum.
Irascimini,& nolite peccare, quæ dicitis in cordibus vřis: & in cubilibus vestris compungimini.
Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Dño: multi dicunt, quis ostendit nobis bona?
Signatum est super nos lumẽ vultus tui Domine: dedisti lætitiam in corde meo.
A fructu frumẽti, vini, & olei sui: multiplicati sunt.
In pace in idipsum: dormiã, & requiescam.
Quoniam tu Dñe singulariter in spe: constituisti me.

Psalmus 90.

QVi habitat in adiutorio Altissimi: in protectione Dei cæli commorabitur.
Dicet Dño, susceptor meus es tu,& refugium meũ: Deus meus sperabo in eum.
Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantiũ: & à verbo aspero.
Scapulis suis obũbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis.
Scuto circumdabit te veritas eius: nõ timebis à timore nocturno.
A sagitta volante in die, à negocio perambulante in tenebris: ab incursu, & dæmonio meridiano.
Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autẽ non appropinquabit.
Veruntamen oculis tuis considerabis: & retributionẽ peccatorum videbis.
Qm̃ tu es Dñe spes mea: altissimũ posuisti refugiũ tuũ.
Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.
Quoniam Angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus viis tuis.
In manib⁹ portabũt te: ne fortè offẽdas ad lapidẽ pedẽ tuũ.
Super aspidem,& basiliscum ambulabis: & cõculcabis leonem,& draconem.
Quoniã in me sperauit, liberabo eum: protegam eũ, quoniam cognouit nomen meũ.

Cla-

Clamauit ad me,& ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum,& glorificabo eum.
Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meum.

Psalmus 133.

ECce nunc benedicite Dominum: omnes serui Domini.
Qui statis in domo Domini: in atriis domus Dei nostri.
In noctibus extollite manus vestras in sancta: & benedicite Dominum.
Benedicat tibi Dominus ex Sion: qui fecit cœlum, & terram.

Hymnus.

[D. Ambrosij.] TE lucis ante terminum
Rerũ creator poscimus,
Vt solita clementia
Sis præsul ad custodiam.
Procul recedant somnia,
Et noctium phantasmata,
Hostemq; nostrũ cõprime,
Ne polluantur corpora.
Præsta Pater omnipotens,
Per Iesum Christũ Dñm,
Qui tecum in perpetuum
Regnat cum sctõ Spũ. Am.

Capitulum.

[Iere. 14.] TV autem in nobis es Domine,& nomen sanctũ tuum inuocatum est super nos: ne derelinquas nos Domine Deus noster. ℟. Deo gratias. ℣. Custodi nos Domine, vt pupillam oculi. ℟. Sub vmbra alarum tuarum protege nos. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleis. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. Credo in Deum. reliquum secretò ℣. Carnis resurrectionem. ℟. Vitam æternam. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

VIsita quæsumus Domine habitationem istam, & omnes insidias inimici ab ea longè repelle: Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant: & benedictio tua sit super nos semper. Per Dominum nostrum. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias. Benedictio. Benedicat,& custodiat nos omnipotens, & misericors Dominus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. ℟. Amen.

Si dicendum sit officium beatæ Mariæ, Benedictio datur à Superiore post eius Completorium, & non antè. Deinde dicitur vna ex infrascriptis Antiphonis pro tempore: Superiore incipiente.

Apri-

A primis Vesperis Dñicæ j. Aduentus inclusiuè, vsque ad secundas Vesperas Purificationis exclusiuè.

Antiphona.

ALma Redemptoris mater, quæ peruia cœli
Porta manes, & stella maris,
succurre cadenti,
Surgere qui curat populo, tu
quæ genuisti,
Natura mirante, tuum sanctũ
Genitorem,
Virgo prius, ac posterius, Gabrielis ab ore
Sumens illud Aue, peccatorum miserere.

In Aduentu ℣. Angelus Domini nunciauit Mariæ. ℟. Et concepit de Spiritu sancto.

Oratio.

GRatiam tuam, quęsumus Domine, mentibus nostris infunde: vt, qui Angelo nunciante Christi filii tui incarnationem cognouimus, per passionem eius, & crucem ad resurrectionis gloriã perducamur. Et famulos tuos ab omni aduersitate custodi. Per eundem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Post Natiuitatem ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

Oratio.

DEus, qui salutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fęcunda, humano generi prę mia præstitisti: tribue, quæsumus, vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quã meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum Iesum Christum filium tuũ. Et famulos tuos ab omni aduersitate custodi. Per eundem Christum Dominum nostrũ. ℟. Amen.

A secundis Vesperis Purificationis inclusiuè, vsque ad feriam v. in Cœna Domini exclusiuè. Antiphona.

AVe Regina cœlorum,
Aue Dña Angelorum,
Salue radix sancta,
Ex qua mũdo lux est orta.
Gaude gloriosa,
Super omnes speciosa,
Vale valde decora,
Et pro nobis semper Christum exora.

℣. Dignare me laudare te virgo sacrata. ℟. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Oratio.

COncede misericors Deus fragilitati nostræ præsidium: vt, qui sanctę Dei genitricis memoriam agimus, intercessionis eius auxilio, à nostris iniquitatibus resurgamus. Et famulos tuos ab omni aduersitate custodi. Per eũdem Christum Dominũ nostrum. ℟. Amen.

A Completorio Sabbathi sancti inclusiuè, vsque ad Vesperas Sabbathi Trinitatis exclusiuè. Antiphona.

REgina cęli lætare, hallẽl.
Quia quem meruisti portare. halleluia.
Resurrexit, sicut dixit, hallel.
Ora pro nobis Deum, hallel.

℣. Gaude, & lætare virgo Maria, halleluia.
℟. Quia surrexit Dominus verè, halleluia.

Oratio.

DEus, qui per resurrectionem filii tui Domini nostri Iesu Christi familiam tuam lætificare dignatus es: præsta, quæsumus, vt per eius genitricem virginem Mariã, perpetuæ capiamus gaudia vitæ. Et famulos tuos ab omni aduersitate custodi. Per eundem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Ab octaua Pentecostes vsque ad Aduentum. Antiphona.

SAlue regina, mater misericordiæ. Vita, dulcedo, & spes nostra salue. Ad te clamamus exules filii Euę. Ad te suspiramus gementes, & flentes in hac lachrymarum valle. Eia ergo aduocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Et Iesum benedictum fructum vẽtris tui nobis post hoc exiliũ ostende. O clemens, ò pia, ò dulcis virgo Maria. ℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui gloriosę virginis matris Marię corpus, & animam, vt dignum filii tui habitaculũ effici mereretur, Spiritu sancto cooperante, pręparasti: da, vt cuius commemoratione lętamur, eius pia intercessione, ab instantibus malis, & à morte perpetua liberemur. Et famulos tuos ab omni aduersitate custodi. Per eũdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Si non sint dicendæ vigiliæ mortuorum dicitur immediatè. Antiphona.

OBierunt Eremitæ nostrę Congregationis, & alii familiares, ac benefactores nostri. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. Psalmus. De profundis. f. 69. Requiẽ ęter.

Pater

Pater noster. ℣. A porta inferi. ℟. Erue. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum. Oratio. Deus veniæ lar. fol. Deinde dicitur secreto Pater noster, & Aue Maria. Postea pulsatur campana, & ter dicitur Aue Maria. Et fit aspersio aquæ benedictæ p superiorē.

Sic dicitur Completorium per totum annum prӕterquā in triduo maioris hebdomadæ. Et tempore Paschali additur Halleluia ad ℣. Custodi nos Domine. Si post Completorium sequitur Matutinum, tunc bis dicatur Pater noster, & Aue Maria, & postea Cre. Antiphonæ prædictæ dicuntur etiam in fine Laudum, & omnium horarum; quando discedendum est à Choro: tūc enim dicto Fidelium animæ, & Pater noster secretò dicitur Versus. Dominus det nobis suam pacem. ℟. Et vitam æternam. Amen.

Deinde dicitur vna ex prædictis Antiphonis, & in fine. ℣. Diuinum auxilium maneat semper nobiscum. ℟. Amen.

FINIS PSALTERII.

PRO.

PROPRIVM
DE TEMPORE.

PRIMO SABBATHO ADVENTVS.

Ad Vesperas, Capitulum.

Ro.13. Ratres: Hora est iã nos de sõno surgere: nunc enim ꝓpior est nostra salus, quam cum credidimus. ℟. Deo gratias. Sic semper respondetur in fine omnium Capitulorum. ℟.br. Veni ad liberãdũ nos, Domine Deus virtutum. Repetitur. Veni ad liberãdũ nos, Domine Deus virtutum. ℣. Ostende faciem tuam, & salui erimus. ℟. Domine Deus virtutum. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. ℟. Veni ad liberandum nos, Domine Deus virtutum. Et ita dicuntur ℟ia br. præterquam tempore Passionis: tunc enim non dicitur. Gloria Patri, sed eius loco repetitur ℟.br. à principio.

Hymnus.

Onditor alme siderum, D. Ambrosij
Aeterna lux credentium,
Christe Redẽptor omniũ,
Exaudi preces supplicum.
Qui condolens interitu
Mortis perire seculum,
Saluasti mundũ languidũ,
Donans reis remedium.
Vergente mundi vespere,
Vti sponsus de thalamo
Egressus honestissima
Virginis matris clausula.
Cuius forti potentiæ
Genu curuantur omnia,
Cęlestia, terrestria,
Nutu fatentur subdita.
Te deprecamur agiè,
Venturę iudex seculi,
Conserua nos in tempore,
Hostis à telo perfidi.
Laus, honor, virtus, gloria
Deo Patri, & Filio,
Sancto simul paraclito,
In seculorum secula. Amen.

℣. Rorate cęli desuper, & nubes pluant iustum. ℟. Aperiatur terra, & germinet Saluatorem.

natorem. Ad Magnificat. Aña.
Ecce nomen dñi venit de lon-
ginquo: & claritas eius replet
orbem terrarum. Kyrie eleis.
Christe ele. Kyrie ele. Pr nr.
Quod dicit' clara voce ab eo,
qui præest choro, in vesperis,
& laudibus. In alis verò horis
dr ab omnibus secretò vsq; ad
℣. Et ne nos inducas in tenta-
tionē. ℟. Sed libera nos à ma
lo. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et
cū spiritu tuo. Oremus. Oro.
Excita, quęsumus domine,
potentiam tuam, & veni:
vt ab imminentibus peccato-
rum nostrorū periculis, te me
reamur protegente eripi, te li-
berāte saluari. Qui viuis, & re-
gnas cum Deo patre, in vnita-
te Spiritus sancti Deus, p om-
nia secula seculorū. ℟. Amē.
℣. Dominus vobiscū. ℟. Et
cum spiritu tuo. ℣. Benedica-
mus domino. ℟. Deo gratias.
℣. Fidelium animæ per mise
ricordiam Dei requiescant in
pace. ℟. Amen. ¶ Cōmemo-
rationes communes, seu suf-
fragia, ab hac die omittunt' vs-
que post octauam Epiphanię,
etiam in officio de Sanctis.
¶ In aduentu non fit de festo,
nisi fuerit duplex, aut semidu.
quod si occurrat in dñica, trās-
fertur, vt in rubr. de Comme.
nu. 3. De simplici verò fit cō-
cōm. in primis Vesp. & Laud.
¶ Completoriū semper dr eo
modo, quo adnotatur in psal-
terio, excepto triduo maioris
hebdomadę, proximo Paschę.

DOMINICA PRIMA Aduentus.

Ad Matut. Inuit. Regē ventu-
rū Dñm, Venite adore. Et di-
citur in Dñicis, & feriis, vsque
ad Dñicā iii. Aduentus exclu-
siuè. ps. Venite. fo. 9. Hym.

Verbum supernum prodiens, D. Gregorii.
A patre olim exiens,
Qui natus orbi subuenis,
Cursu decliui temporis.
Illumina nunc pectora,
Tuoq; amore concrema,
Audito vt præconio,
Sint pulsa tandem lubrica.
Iudexq; cum post aderis,
Rimari facta pectoris,
Reddēs vicem pro abditis,
Iustisq; regnū pro bonis.
Non demū arctemur malis
Pro qualitate criminis:
Sed cum beatis compotes,
Simus perennes cęlibes.
Laus, honor virt' glia. vt sup.

In j. noctur. Aña. Veniet ecce
rex. ps. Dñe in virtute. cū reli.
vt in psalterio. fo. 9. Post ℣.
in quolibet noctur. dr Pr nr.
secretò

secretò vsque ad ℣. Et ne nos.
℟. Sed libera nos à malo.

ABSOLVTIO.

Exaudi Domine Iesu Xpe
preces seruorū tuorū, &
miserere nobis: qui cū patre,
& Spiritu sancto viuis, & re-
gnas in secula seclorū. ℟. Amē.
Deinde lector. Iube domne
benedicere. Benedictio. Bñdi
ctione ppetua benedicat nos
Pater æternus. ℟. Amen.

Incipit liber Isaiæ prophetæ.
Lectio prima.

Cap. 1. Visio Isaię filii A-
mos, quam vidit
super Iudam, &
Ierusalē in die-
bus Oziæ, Ioathan, Achaz, &
Ezechiæ regum Iuda. Audi-
te cœli, & auribus percipe ter-
ra; qm̄ dñs locutus est. Filios
enutriui, & exaltaui: ipsi autē
spreuerūt me. Tu autem Dñe
miserere nobis. ℟. Deo grās.
Sic semper terminātur lectio-
nes, nisi aliter signet'. ℟. Aspi-
ciens à longe, ecce video Dei
potentiam venientē, & nebu-
lam totam terram tegētē. Ite
obuiā ei, & dicite. Nūcia no-
bis, si tu es ipse. Qui regnatu-
rus es in ppl'o. Israel ℣. Quiq;
terrigenę, & filij hoīum, simul
in vnū diues, & pauper. ℟. Ite
obuiā ei, & dicite ℣. Qui re-
gis Israel intēde: qui deducis
velut ouem Ioseph. ℟. Nūcia
nobis, si tu es ipse. ℣. Tollite
portas principes vestras: & ele
uamini portæ æternales: &
introibit rex gloriæ. ℟. Qui
regnaturus es ī populo Israel.
℣. Gloria Patri & Filio, & Spi
ritui sancto. Deinde repetitur
℟. Aspiciens à longe. vsq; ad
℣. Quiq; terrigenæ. Hoc ℟.
non dicitur per hebdomadā,
sed eius loco dicitur. ℟. Con-
fortate manus fatigatas, & ge-
nua dissoluta roborate: qui pu
sillo animo estis mente con-
ualescite: me timere, dicit dñs,
quia venio Dirumpere iugū
captiuitatis vestræ. ℣. Ciuitas
Ierusalem noli flere, quia citò
veniet salus tua. Dirumpere.
℣. Iube domne. Benedictio.
Vnigenitus Dei filius nos be-
nedicere, & adiuuare digner'.
℟. Amen. Lectio ii.

Cognouit bos possessorē
suum, & asinus præsepe
Dñi sui: Israel autē me nō co
gnouit, & populus meus non
intellexit. Vę genti peccatrici,
populo graui iniqtate, semini
nequā, filiis sceleratis: dereli-
querūt dñm, blasphemauerūt
sanctū Israel, abalienati sunt
retrorsum. ℟. Aspiciebam in
visu noctis, & ecce in nubib'

cœli filius hominis veniebat: & datum est ei regnum, & honor: Et omnis populus tribus, & linguæ seruient ei. ℣. Potestas eius potestas ęterna, quę non auferetur: & regnũ eius, quod non corrumpetur. Et omnis. ℣. Iube domne. Benedictio. Spiritus sancti gratia illuminet sensus, & corda nostra. ℟. Amen.

Lectio iij.

SVper quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem? Omne caput languidum, & omne cor mœrens: A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Vulnus, & liuor, & plaga tumens: nõ est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. ℟. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginẽ, desponsatam Ioseph, nuncians ei verbum: & expauescit virgo de lumine: ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud dominum. Ecce concipies, & paries, & vocabitur Altissimi filius. ℣. Dabit ei Dominus Deus sedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in ęternũ. Ecce cõcipies. ℣. Iube dõne. Benedictio. In vnitate sancti Spiritus, benedicat nos Pater, & Filius. ℟. Amen.

Lectio iiij.

TErra vestra deserta, ciuitates vestrę succęsę igni. Regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & desolabitur sicut in vastitate hostili: Et derelinquetur filia Sion, ut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur. ℟. Aue Maria, gratia plena, dominus tecum. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: quod enim ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei. ℣. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei. Spiritus sanct⁹. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spũi sancto. Spiritus sanctus. Sic semper dicitur Gloria Patri. in fine vltimi ℟. ij. cuiuslibet nocturn. In ij. nocturno. Antiphona. Gaude, & lętare. Psalm⁹. Dominus illum. cum reliquis, vt in Psalterio. fol. 12.

ABSOLVTIO.

IPsius pietas, & misericordia nos adiuuet, qui cũ patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in secula seculorum. ℟. Amẽ. ℣. Iube domne. Benedictio. De⁹ pr̃ oĩpotẽs sit nobis ꝓpiti⁹, & clemẽs. ℟. Amẽ.

Sermo

Sermo sancti Leonis Papę.

Lectio v.

Ser. 8. de ieiu. x. mẽsis in init.



CVm de Aduentu regni Dei, & de mũdi fine, ac tẽporũ, discipulos suos Saluator instrueret, totamq; Ecclesiã suam in Apostolis suis erudiret: Cauete, inquit, ne forte grauentur corda uestra crapula, & ebrietate, & cogitationibus secularibus. ℟. Saluatorem expectamus dominum Iesum Christum: Qui reformabit corp⁹ humilitatis nostræ, configuratũ corpori claritatis suæ. ℣. Sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatã spẽ, & aduentũ glorię magni Dei. Qui. ℣. Iube domne. Bñdictio. Christus ꝑpetuæ det nobis gaudia vitæ. ℟. Amen.

Lectio vj.

QVod vtique præceptum, dilectissimi, ad nos specialius pertinere cognoscim⁹, quibus denunciatus dies, etiã si est occultus, non dubitatur esse vicinus. Ad cuius aduentum omnem hominem conuenit præparari, ne quemquã aut ventri deditũ, aut curis secularibus inueniat implicatum. ℟. Obsecro domine, mitte quem missurus es: vide afflictionem populi tui. Sicut locutus es veni, & libera nos. ℣. Qui regis Israel intende: qui deducis velut ouẽ Ioseph, qui sedes sup Cherubim. Sicut. ℣. Iube domne. Benedictio. Ignem sui amoris accendat Deus in cordibus nostris. ℟. Amen.

Lectio vij.

QVotidiano enim, dilectissimi, experimento probatur, potus satietate aciẽ mẽtis obtundi, ciborum nimietate vigorem cordis hæbetari; ita vt delectatio edendi ẽt corporum contraria sit saluti, nisi ratio temperantiæ obsistat illecebræ, & quod futurũ est oneri, subtrahat voluptati. ℟. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, dicit dominus: Et vocabitur nomen eius admirabilis, Deus fortis. ℣. Supra solium Dauid & super regnum eius sedebit in æternũ. Et vocabitur. ℣. Iube dõne. Benedictio. A cunctis vitiis, & peccatis mundet nos virtus sanctæ Trinitatis. ℟. Amen.

QVamuis enim sine anima nihil caro desideret, & inde accipiat sensus, vnde sumit & motus: eiusdem tñ est animæ, quædam sibi subiectæ negare substantiæ, & interiori iudicio ab inconue-

 nien-

nientibus exteriora frenare, vt à corporeis cupiditatib⁹ sę-pius libera, in aula mẽtis pos-sit diuinæ uacare sapientiæ.

℟. Audite uerbum dñi gen-tes, & annũciate illud in fini-bus terrę. Et insulis, quæ pro-cul sũt dicite: Saluator nöster adueniet. ℣. Annũciate, & au-ditũ facite, loqmini, & clama te. Et insulis. Glor. Et insu.

In iii. nocturno. Antiphona. Halle. halle. halle. Canticum. Domine miserere. cum reliq. vt in psalterio. fol. 14.

ABSOLVTIO.

A Vinculis peccatorũ nö-strorũ absoluat nos om-nipotens, & misericors domi-nus. ℟. Amen. ℣. Iube dom-ne. Benedictio. Euangelica le-ctio sit nobis salus, & ꝓtectio. ℟. Amen.

Lectio Sancti Euangelii secũ-dum Lucam.

Lectio. ix.

Ca.21 IN illo tempore: Di-xit Iesus discipulis suis: Erunt signa in sole, & luna, & stel-lis, & in terris pressura gẽtiũ. Et reliqua. Homilia Sancti Gregorii Papæ.

Ho. I. euãg. init. DOminus, ac redemptor noster paratos nos inue-nire desiderans, senescentem mundum quæ mala sequan-tur denunciat, vt nos ab eius amore compescat. Appropin-quantem eius terminũ, quan-tæ percussiones præueniant innotescit, vt si Deum metue-re in tranquillitate nolumus, vicinum eius aduentum vel percussionibus attriti timea-mus. ℟. Ecce dies veniunt, di cit dominus, & suscitabo Da-uid germen iustum, & regna-bit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in ter-ra. Et hoc est nomẽ quod vo cabunt eum, Dominus iustus noster. ℣. In diebus illis sal-uabitur Iuda, & Israel habita-bit confidenter. Et hoc est. ℣. Iube domne. Benedictio. Ille nos benedicat, qui sine fine vi uit, & regnat. ℟. Amen.

Lectio decima.

HVic etenim lectioni san cti Euangelii, quam mo dò vestra fraternitas audiuit, paulò superius Dominus prę-misit, dicens: Exurget gens cõ tra gentem, & regnum aduer-sus regnum, & erant terręmo tus magni per loca, & pestilẽ-tię, & fames. Et quibusdam in-terpositis, hoc quod modo au-distis adiunxit. Erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in ter ris ꝓssura gentiũ, præ confu-sione

sione sonitus maris, & flu-ctuum. ℟. Suscipe verbũ vir-go Maria, quod tibi à dño per Angelum transmissum est: cõ cipies, & paries Deũ pariter, & hoĩem. Et bñdicta dicaris in-ter omnes mulieres. ℣. Paries quidem filium, & virginitatis non patieris detrimentum: ef-ficieris grauida, & eris mater sp ĩtacta. Et bñdicta. ℣. Iube dõne. Bño. Diuinũ auxiliũ maneat semper nobiscũ. ℟. Amen. Qñ fit officiũ de san-cto dr. Cuius vel Quorũ festũ colimus, ipse, vel ipsa ipsi vel ipsę intercedat vel interce dãt ꝓ nobis ad dñm. ℟. Am̃. Quando fit officiũ de S. Ma-ria. Cuius festũ colimus, ipsa virgo virginũ ĩtercedat ꝓ no-bis ad dñm. ℟. Am̃. Lect. xi.

EX quibus profectò om-nibus alia iam facta cer nimus, alia ẽ proximo ventu-ra formidamus. Nam gentẽ contra gentem exurgere, ea-rumq; præssurã terris insiste-re, plus iã in nostris tẽporib⁹ cernimus, q̃ in codicibus legi-mus. ℟. Lętetur cęli, & exul-tet terra iubilate montes lau-dẽ, quia dñs noster veniet. Et pauperum suorũ miserebitur. ℣. Orietur in diebus eius iu-stitia, & abundantia pacis. Et pauperũ. ℣. Iube dõne. Bño. Ad societatem ciuium super-norum perducat nos rex An-gelorum. ℟. Amen.

Qñ legitur aliud Euangeliũ cum Homilia, dicitur sequẽs.

Per euangelica dicta delean-tur nostra delicta. ℟. Amen.

¶ Prędicto ordine dicunť ab-solutiones, & benedictiones quandocunq; fit officium xii. lectionum. Quando verò fit trium lectionũ, si singulę tres lectiones sint de scriptura, Ab-solutio, & tres primæ benedi-ctiones i. noctur. dñr. ii. & v. feria. Absolutio. & tres primæ bñdictiones ii. noct. iii. & vi. feria. Absolutio. & tres vltimę benedictiones iii noct. iiii. fe-ria, & sabbato. Si autẽ singulę tres lectiones non sint de scri ptura, sed de Homilia, Absolu tiones dñr eodẽ ordine, Bño-nes verò vt in iii. noct. ii. prer-missa. Si fit de Scto prima erit illa. Ille nos bñdic. ii. Cuius festũ. iii. Ad societatẽ. Qñ ve-ro legiť vna tm̃ lctõ dr. Nos Deus in regno: faciat gaudere superno. ℟. Amen. Lec. xii.

QVod terręmotus vrbes innumeras obruat ex aliis mundi partibus, scitis, quàm frequenter audiuimus, pestilentias sine cessatione pati-

patimur. Signa verò in ſole, & luna, & ſtellis, adhuc apertè minimè vidimus, ſed quia, & hæc non longè ſint, ex ipſa iam aeris immutatione colligimus: ℟. Alieni non tranſibũt per Ieruſalem amplius. Nam in illa die ſtillabũt mõtes dulcedinem, & colles fluent lac, & mel, dicit dominus. ℣. Deus à libano veniet, & ſanctus de monte vmbroſo, & condenſo. Nam. Gloria Patri. Nã. Hymnus. Te Deum laudamus. Qui ſemper dicitur quando leguntur xij. Lectiones, poſt xij. ℟iũ, incipiente ſuperiore. Qui etiam poſt ipſum Hymnum legit euangelium cum reliquis, vſq; ad principium laudũ incluſiuè.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Sequentia S. Euang. ſm Lucã.

℟. Gloria tibi Domine.

Cap. 21. poſt med. IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis, & in terris preſſura gẽtiũ, prę confuſione ſonitus maris, & fluctuum, areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ ſuperueniẽt vniuerſo orbi. Nam virtutes cœlorum mouebuntur: & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cũ poteſtate magna & maieſtate. His autem fieri incipientibus, reſpicite, & leuate capita veſtra, quoniã appropinquat redemptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinem. Videte ficulneam, & omnes arbores, cum producunt iam ex ſe fructum, ſcitis, quoniam propè eſt æſtas: ita & vos cum videritis hæc fieri, ſcitote qm̃ propè eſt regnum Dei. Amen dico vobis quoniã nõ præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum, & terra tranſibunt: verba autem mea non tranſibunt. ℟. Amẽ. Hymnꝰ. Te decet laus. Choro vſque in finem pariter proſequente. Te decet hymnus, tibi gloria Deo patri, & filio, cum ſancto Spiritu in ſecula ſeculorũ. Amẽ. Oremus. Oro. Excita. fol. 79. cum verſibus. Dominus vobiſcum. Benedicamus dño. Fidelium animę.

¶ In laud. & per horas. Aña. IN illa die ſtillabũt montes dulcedinẽ, & colles fluent lac & mel, halleluia. ps. Miſerere. cũ reliqs de dñica. f. 17. Aña. Iucundare filia Sion, & exulta ſatis filia Ieruſalẽ, hall. Aña. Ecce dñs veniet, & oẽs ſancti eius cũ eo, & erit in die illa lux magna hallelu. Aña. Omnes

Oẽs ſitientes venite ad aquas: quærite dominum dum inueniri poteſt, halleluia. Aña. Ecce veniet propheta magnus, & ipẽ renouabit Ieruſalẽ, hal. Cap. Fratres: Hora eſt. ℟. br. Oſtende nobis domine, Miſericordiã tuã. Repetitur. Oñde.

℣. Et ſalutare tuum da nobis.

℟. Miſericordiam tuam.

℣. Gloria Patri. ℟. Oſtẽde.

Hymnus.

D. Ambroſij.

VOx clara ecce intonat,
Obſcura q̃q; increpat,
Pellantur eminus ſomnia,
Ab ęthere Chriſtꝰ ꝓmicat.
Mens iam reſurgat torpida,
Quæ ſorde extat ſaucia,
Sidus refulget iam nouũ,
Vt tollat omne noxium.
Ecce ſurſum agnus mittitur
Laxare gratis debitum,
Omnes pro indulgentia
Vocẽ demus cũ lachrymis.
Secundò vt cum fulſerit,
Mundũq; horror cinxerit,
Non pro reatu puniat,
Sed nos pius tũc protegat.
Laus, honor, virtꝰ, gl̃ia. vt ſup.

℣. Vos clamantis in deſerto, parate viam Domini. ℟. Rectas facite ſemitas eius.

Ad Benedictus Aña. Spiritus ſanctus in te deſcẽdet Maria: ne timeas, habebis in vtero filiũ Dei, hall. Kyrie ele. Chriſte ele. Kyrie ele. Pr̃ nr̃, Oro. & reliqua vt ſup. in Veſperis.

¶ Ad j. iij. vj. & ix. Añæ de laudibus dñr per ordinẽ, iiij. prætermiſſa: Quod ſeruat̃ in omnibus dominicis Aduentus. Per hebdomadã in feriali officio ſumuntur ex dominica præcedẽti, niſi ad laudes ferię, ꝓpriæ Antiphonę aſſignent̃.

¶ Ad primam. Hym Iã lucis orto. fol. 1. Aña. In illa die. ps Beati immaculati. cum reliq. de dñica ut in pſalterio 59

¶ Ad iij. Hymnus Nũc ſãcte. f. 61. Aña. Iucundare. ps. Legem pone. cum reliq. de Dominica f. 61. Cap Fratres: Hora eſt. ℣. Timebũt gentes nomen tuum dñe. ℟. Et omnes reges terræ gloriam tuã. Oro. Excita. vt in Veſperis. Quæ dr̃ etiam ad vi. & ad ix. fol. 79.

¶ Ad vi. Hym. Rector. fo. 62. Aña. Ecce dñs. ps. Portio mea Domine. cum reliq f. 62. Cap.

Ro. 13. NOx ꝓceſſit, dies autẽ appropinquauit: abiiciamꝰ ergo opera tenebrarũ, & ĩduamur arma lucis. ℣. Memẽto nr̃i dñe in bñplacito ppl̃i tui. ℟. Viſita nos in ſalutari tuo.

¶ Ad Nonam Hymnus. Rerum Deus. fol. 62. Aña Ecce veniet. Pſal Defecit. cum reliquis de dominica. fol. 62.

Cap.

Capitulum.

Rom. 13. Sicut in die honestè ambulemus: non in commessationibus, & ebrietatibus, nõ in cubilibus, & impudicitiis, non in contẽtione, & æmulatione: sed induimini dominũ Iesum Christũ. ℣. Dñe Deus virtutũ cõuerte nos. ℟. Et ostẽde faciem tuam, & salui erimus. Ad Vesp. Aña. In illa die. cum reliq. de Laud. ps. Dixit dñs cum rel. de Dominica. f. 66. Cap. Fratres, Hora est. ℟. br. Veni ad liberan. ℣. vt sup. in vesper. sabbathi Hym. Cõditor. ℣. Rorate Ad Magnific. Aña. Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Dominũ: Ecce concipies, & paries filiũ, halleluia. Oratio. Excita, cætera, vt sup. in primis Vesperis. Hymni, Versic. & Rñsoria br. huius Dominicæ dicuntur in aliis dominicis, & feriis Aduentus.

FERIA SECVNDA.

Ad Matu. Inuit. Regẽ venturũ dominum. Psal. Venite. fol. 9. Hym. Verbũ supernũ pdiẽs. Anę, & Psal. de feria vt in psalterio. f. 20. ℣. Ex Siõ. Pr nr. Absolutiones, & Benedictiones in hac, & sequentibus feriis dicuntur ordine superius descripto.

De Isaia Propheta. Lectio j.

Si fuerint peccata vestra vt Coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis, & audieritis me, bona terrę comedetis. Quod si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis: gladius deuorauit uos, quia os Dñi locutum est. Ex capit. 1. sub fine. Responsoria Dominicæ præteritæ dicuntur per ordinem.

Lectio secunda.

Quomodo facta est meretrix Ciuitas fidelis plena iudicii? iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Argẽtũ tuũ versum est ĩ scoriã: vinũ tuum mistum est aqua. Principes tui infideles, socii furũ: oẽs diligunt munera, sequuntur retributiones. Lectio iij.

Pupillo nõ iudicãt, & causa viduæ non ingreditur ad illos. Propter hoc ait Dominus Deus exercituũ, fortis Israel: Heu consolabor super hostibus meis. iiij. Et conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferã oẽ stãnũ tuũ. In ij. nocturno. Aña. Halleluia, halla, halla. ps. Dixi custodiã. cũ rel. de psalt. fol. 24. Cap.

Capitulum.

Isa. 2. Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles: & fluent ad eum omnes gentes. ℣. Emitte agnũ Domine dominatorem terræ. ℟. De petra deserti ad montẽ filiæ Siõ. Kyrieeleis. Christeeleis. Kyrie eleison. Pater noster, & oratio Dominicæ præteritæ, quæ semper dicitur per hebdomadam in feriali officio, quãdo propria nõ assignat. Et similr. ad laudes, & horas diei. Ad laudes. Aña. Miserere. ps. idẽ, cũ rel. de psalterio. f. 17.

Capitulum.

Isa. 2. Venite & ascendamus ad mõtem Dñi, & ad domũ Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem. ℟. br. Ostẽde nobis Domine. Hymnus. Vox clara. ℣. Vox clamantis. Ad Benedictus, Antiphona. Angelus Domini nunciauit Mariæ, & concepit de Spiritu sancto, halleluia. Cætera omnia vt supra in dominica. Ad primam, Aña. In die illa. ps de feria. fol. 1. Capitulũ. Pacẽ. Cętera oĩa, vt ĩ psalt. fol. 2.

Ad Absolutionem Capituli: Domine miserere nostri. vt in psalterio. folio 2. Ad iij. Antiphona. Iucundare.

Capitulum.

Iere. 23. Ecce dies veniũt, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustũ: & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in terra. ℣. Timebunt gentes. Ad Sextam, Antiphona. Ecce Dominus veniet.

Capitulum.

Iere. 23. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter: & hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. ℣. Memento nostri Domine in benepl. Ad Nonam, Antiphona. Ecce veniet propheta.

Capitulum.

Isa. 1. Propè est vt veniat tempus eius: & dies eius non elõgabuntur: Miserebitur enim dominus Iacob, & Israel saluabit. ℣. Dñe Deus virtutũ. Ad Vesperas, Antiphona. Nos qui viuimus. Psalmus. In exitu Israel. cũ reliquis psalmis de feria. fol. 67.

Capitulum.

Gen. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mitten-

mittendus est: & ipse erit expectatio gentium. ℟. br. Veni ad liberandum. Hym. Conditor. folio 79. ℣. Rorate.

Ad Mag. Aña. Leua Ierusalem oculos tuos, & vide potentiam regis: ecce Saluator venit soluere te à vinculo. Oro vt sup.

Predictus modus seruet quotidie in feriali officio, vsq; ad vigiliam Natiuitatis Domini.

FERIA TERTIA.

De Isaia Propheta. Lectio j.

Cap.2. ... DOmus Iacob venite, & ambulemus in lumine Domini. Proiecisti enim populum tuum domũ Iacob: quia repleti sunt vt olim, & augures habuerunt, vt Philisthiim, & pueris alienis adhæserunt. Repleta est terra argẽto, & auro: & non est finis thesaurorum eis. Lectio ij.

ET repleta est terra eius equis; & innumerabiles quadrigæ eius. Et repleta est terra eius idolis: opus manuũ suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. Et incuruauit se homo, & humiliatus est vir: ne ergo dimittas eis.

Lectio tertia.

INgredere in petram, & abscondere in fossa humo à facie timoris domini, & à gloria maiestatis eius. Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum. iiij. Exaltabitur autem Dominus solus in die illa. Quia dies Domini exercituum super omnem superbũ, & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur.

Ad Benedictus, Antiphona.

Antequam conuenirent, inuenta est Maria habẽs in vtero de Spiritu sancto, halleluia.

Ad Mag. Aña. Quærite dominum, dum inueniri potest: inuocate eũ, dũ prope est, halla.

FERIA QVARTA.

De Isaia Propheta. Lectio j.

Cap.3. in initio. ECce enim Dominator Dñs exercituum auferet à Ierusalem, & à Iuda validum & fortem; omne robur panis, & oẽ robur aquæ: fortem, & virum bellatorem, iudicem, & prophetã, & ariolum, & senem. Lectio ij.

PRincipẽ super quinquaginta, & honorabilẽ vultu, & consiliarium, & sapientẽ de architectis, & prudentem eloquii mystici. Et dabo pueros prĩcipes eorũ, & effœminati dominabunt eis. Lectio iij.

ET irruet populus, vir ad virum, & vnusquisque ad

proxi-

proximum suũ; tumultuabitur puer cõtra senem, & ignobilis contra nobilem. iiij. Apprehendet enim vir fratrem suum domesticum patris sui * Vestimentum tibi est, princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua.

* dicens.

Ad Benedictus, Antiphona.

De Sion exibit lex, & verbum domini de Ierusalẽ. Ad Magnif. Aña. Veniet fortior me post me, cuius nõ sum dignus soluere corrigiã calciamẽtorũ.

FERIA QVINTA.

De Isaia Propheta. Lectio j.

Cap.4. in initium. ET apprehendent septem mulieres virum vnũ in die illa, dicentes: Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operimur: tãtummodo inuocetur nomen tuũ super nos, & aufer opprobrium nostrum. Lectio ij.

IN die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his, qui saluati fuerint de Israel. Et erit: omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Ierusalẽ, sanctus vocabit, omnis q scriptᵒ est ĩ vita ĩ Ierlm. Lectio iij.

SI abluerit dominus sordes filiarum Sion, & sanguinẽ Ierusalẽ lauerit de medio eius in spiritu iudicii, & spiritu ardoris. iiij. Et creabit Dominᵒ super omnem locum montis Sion, & ubi inuocatus est, nubem per diem, & fumum, & splendorem ignis flammantis in nocte, super omnẽ enim gloriam protectio.

Ad Benedictus, Antiphona.

Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus vẽtris tui.

Ad magnificat. Aña. Expectabo Dominum saluatorẽ meũ, & prestolabor eum, dum propè est, halleluia.

FERIA SEXTA.

De Isaia Propheta. Lectio j.

Cap.6. in initium. IN anno, quo mortuus est rex Ozias, vidi dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum *; & ea quæ sub ipso erant, replebant templum. Seraphim stabant super illud: sex alæ vni, & sex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. Lectio ij.

*& plena erat domᵒ à maiestate eius.

ET clamabãt alter ad alterum, & dicebant, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dñs Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. Et commota sunt super liminaria cardi-

num

num à voce clamantis, & domus repleta est fumo. Lect. iij.

ET dixi, Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum, & in medio populi polluta labia habetis ego habito, & regē dominū exercituum vidi oculis meis. iiij. Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Ecce veniet Deus & homo de domo Dauid, sedere in throno, halleluia. Ad Magn. Aña. Ex Aegypto vocaui filium meum; veniet vt saluet populum suum.

SABBATHO.

De Isaia Propheta. Lectio j.

Cap. 7 ante medium. ET adiecit Dominus loqui ad Achaz, dicens, Pete tibi signū à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsū supra. Et dixit Achaz, Non petam, & non tentabo Dominum. Et dixit, Audite ergo domus Dauid, Nunquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Lectio ij.

PRopter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet Filium, & uocabitur nomē eius Emmanuel. Butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malū, & eligere bonū. Lect. iij.

QVia antequā sciat puer reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra, quam tu detestaris, à facie duorum regum suorū. iiij. Adducet Dominus super te, & super populum tuū, & super domum patris tui dies qui non venerunt à die separationis Ephraim à Iuda cum rege Assyriorum. Ad Benedictus, Antiphona. Sion noli timere, ecce Deus tuus veniet, halla.

Ad Vesperas, Capitulum.

Rom. 15. FRatres. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam, & consolationē scripturarum, spem habeamus. ℟. br. Veni ad liberandum. Hym. Conditor. ℣. Rorate. Ad Magnificat, Antiphona. Veni Domine visitare nos in pace: vt lętemur coram te corde perfecto. Oratio.

EXcita Domine corda nostra ad præparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduentum, purificatis tibi mentibus seruire mereamur. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, &c.

DO-

DOMINICA II. ADVENTVS.

Ad Matutinum, Inuitatorium Hymnus, & reliqua vsque ad Lectiones dicuntur de Dominica præcedenti.

De Isaia Propheta. Lectio j.

Cap. 11. in initio. ET egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascēdet: & requiescet super eū spiritus Domini, spiritus sapiētię, & intellectus, spiritus cōsilii, & fortitudinis, spiritu scientiæ, & pietatis; & replebit eū spūs timoris Dñi. ℟. Ierusalē citò veniet salus tua: quare mœrore consumeris? Nunquid consiliarius non est tibi, quia innouauit te dolor? Saluabo te, & liberabo te, noli timere. ℣. Ego enim sum dominus Deus tuus, sanctus Israel redemptor tuus. Saluabo te, & liberabo te, noli timere. Lectio ij.

NOn secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum auriū arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet ī equitate pro mansuetis terræ: Et percutiet terrā virga oris sui, & spiritu labiorum suorū interficiet impium. Et erit iustitia cingulū lumborū eius, & fides cinctorium renū eius. ℟. Ecce Dominus veniet, & omnes sancti eius cum eo: & erit in die illa lux magna: & exibunt de Ierusalem sicut aqua munda: & regnabit Dominus in æternū Super omnes gentes. ℣. Ecce Dominus cum virtute veniet, & regnum in manu eius, & potestas, & imperium. Super omnes gētes. Lectio iij.

HAbitabit lupus cū agno, & pardus cum hędo accubabit: vitulus, & leo, & ouis simul morabūtur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus, & vrsus pascentur: simul requiescent catuli eorum: & leo quasi bos comedet paleas. ℟. Ciuitas Ierusalē noli flere: quoniam doluit Dominus super te. Et auferet à te omnem tribulationem. ℣. Ecce Dominus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. Et auferet à te omnem tribulationem. Lectio iiij.

ET delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis: & in cauernam reguli, qui ablactatus fuerit manum suam mittet. Non nocebunt, & non occident in vniuerso monte sancto meo, qa repleta est terra sciētia Dñi,

sicut

sicut aquæ maris operientes. ℟. Ecce veniet dominus protector noster, sanctus Israel, Coronam regni habẽs in capite suo. ℣. Et dominabitur à mari, vsque ad mare: & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Coronam regni. Gloria. Coronam.

De expositione S. Hier. pbyt. in Isaiam prophetam. Lect. v.

Ex lib. cõm. 4 ĩ Isa. cap. 11 in initio.

ET egredietur virga de radice Iesse. Vsque ad principium visionis, vel ponderis Babylonis, quod vidit Isaias, filius Amos, omnis hæc prophetia de Christo est; quàm per partes uolumus explanare, ne simul proposita, atq; disserta, lectoris confundat memoriã. ℟. Sicut mater consolatur filios suos, ita consolabor uos, dicit dominus, & de Ierusalẽ Ciuitate, quã elegi, veniet vobis auxilium. Et videbitis, & gaudebit cor vestrum. ℣. Dabo in Sion salutem, & in Ierusalem gloriam meam. Et videbitis. Lectio vj.

VIrgam, & florem de radice Iesse, ipsum Dominũ Iudæi interpretant: quòd scilicet in virga regnantis potẽtia, in flore pulchritudo monstretur. Nos autem virgam de radice Iesse, Sanctam Mariã Virginem intelligamus: quæ nullum habuit sibi fruticẽ cohærentem: de qua supra legimus. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. ℟. Ierusalẽ plãtabis vineam in mõtibus tuis: exultabis, quoniam dies Domini veniet: Surge Sion, conuertere ad Dominum Deum tuum: gaude, & lætare Iacob. Quia de medio gentium saluator tuus veniet. ℣. Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem. Quia. Lectio vij.

FLorem autem Dominum Saluatorem intelligamus, qui dicit in Cantico Cãticorũ: Ego flos campi, & lilium conuallium. Super hũc igitur florem, qui de trunco, & radice Iesse per Mariam Virginem repentè consurget, requiescet Spiritus domini; quia in ipso complacuit omnẽ plenitudinem diuinitatis habitare corporaliter. ℟. Egredietur Dominus de Samaria ad portam, quæ respicit ad Orientem: & veniet in Bethlehem, ambulãs super aquas redemptionis Iudæ. Tunc saluus erit omnis homo, quia ecce veniet. ℣. Et præparabitur in misericordia solium eius, & sedebit super illud in veritate. Tunc saluus erit omnis homo. Lect. viij.

Ne-

NEquaquàm per partes vt ĩ cęteris sanctis, sed iuxtà euangelium eorũ, quod Hebræo sermone conscriptũ, legunt Nazaræj, Descendit super eum omnis fons Spiritus sancti: Dñus autem spũs est, & vbi spũs Dñi, ibi libertas. ℟. Festina, ne tardaueris Dñe, Et libera populum tuum. ℣. Veni Dñe, & noli tardare, relaxa facinora plebi tuę. Et lib.

Lectio sancti Euangelij secũdum Matthæum. Lect. ix.

Cap. 11 IN illo tempore: Cũ audisset Iohannes in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Ex homil. 6. sub initium.

VIsis tot signis, tantisque virtutibus non scandalizari quisquàm potuit, sed admirari. Sed infidelium mens graue in illo scãdalum pertulit cum eum post tot miracula moriẽtem vidit. Vnde et Paulus dicit: Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudęis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. ℟. Ecce Dñs veniet cum splendore descendens, & virtus eius cum eo. Visitare populum suum in pace, & constituere super eum vitam sempiternam. ℣. Ecce Dominus noster cum virtute veniet. Visitare populũ suum in pace. Lectio x.

STultum quippè hominibus visum est, vt pro hominibus Auctor vitæ moreretur: Et inde contra eũ homo scandalũ sumpsit, vnde ei amplius debitor fieri debuit. Nam tãtò Deus dignius ab hominibus honorãdus est, quãtò pro hominibus, & indigna suscepit. ℟. Montes Israel ramos vestros expandite, & florete, & fructus facite. Propè est vt veniat dies domini. ℣. Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem. Propè est vt veniat. Lectio xj.

QVid est ergo dicere, beatus homo, qui nõ fuerit scandalizatus in me, nisi aperta voce abiectionẽ mortis suę, humilitatemque signare? ac si patenter dicat. Mira quidem facio, sed abiecta perpeti non dedignor: Quia ergo moriendo te subsequor, cauẽdum ualde est hominibus, ne in me mortem despiciant, qui signa uenerãtur. ℟. Erumpãt montes iucunditatem, & colles iustitiam: Quia lux mundi Dominus cũ potẽtia uenit.

℣. De

℣. De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem. Quia lux mundi. Lectio xij.

SEd dimissis Iohannis discipulis, quid de eodē Iohanne turbis dicat, audiamus. Quid existis in desertū videre? Arundinem vento agitatam? Quod videlicet non asserendo, sed negando intulit. ℟. Ecce ab Austro venio ego Dominus vester. Visitare uos in pace. ℣. Aspiciam uos, & crescere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meū uobiscum. Visitare. Hymnus. Te Deum laudamus. fol. 16. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Sequentia sancti Euangelii secundum Matthæum.

11 init. IN illo tempore: Cū audisset Iohannes in vinculis opera Chri, mittēs duos de discipulis suis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Et respondens Iesus, ait illis. Euntes renunciate Iohanni, quæ audistis, & vidistis. Cęci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur, Et beatus, qui nō fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Iohanne. Quid existis in desertū videre? Arundinem vento agitatā? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiūtur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiā dico vobis, & plusquam Prophetam. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuā, qui præparabit viā tuā ante te. ℟. Am. Hym. Te decet, cum reliq. ut supra fol. 16.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

ECce in nubibus cęli Dñs veniet cū potestate magna, halleluia. ps Miserere. cum reliq. de Dominica f. 17. Antiphona Vrbs fortitudinis nostræ Sion; saluator ponetur in ea murus, & antemurale: aperite portas, quia nobiscum Deus, halleluia. Antiphona. Ecce apparebit Dominus, & non mētietur: si morā fecerit, expecta eū, quia veniet, & non tardabit, halleluia. Aña Mōtes, & colles cantabunt coram Deo laudē, & omnia ligna syluarū plaudent manibus, qm̄ veniet dñator Dñs in regnum æternū, hallā, hallā. Aña Ecce Dñs nr̄ cū virtute veniet, & illumi-

luminabit oculos seruorū suorū, hallā. Cap. Fratres, Quæcūq;. ℟. br. Oñde nob. Hym. Vox clara. ℣. Vox clamātis.

Ad Benedictus, Antiphona. Iohannes aūt cum audisset in vinculis opera Christi, mittēs duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui uenturus es, an aliū expectamus? Orō vt s. in vesp. Ad iij. Cap. Fratres, Quæcūq;. ℣. Timebūt gētes. Ad vj. Cap.

Rom. 15. DEus autem patientiæ, & solatij det vobis idipsum sapere in alterutrū secundum Iesum Christū: vt unanimes, vno ore honorificetis Deum, & Patrē Dñi nr̄i Iesu Chr̄i. ℣. Memēto nr̄i Dñe. Ad ix. Cap.

Rom. 15. DEus aūt spei repleat uos omni gaudio, & pace in credendo; vt abundetis in spe, & virtute Spiritus sancti. ℣. Domine Deus virtutum.

Ad Vesp. Aña Ecce in nubib⁹. cum reliquis. Psal Dixit Dñs. cū reliq. de Dominica f. 66. Cap Fratres: Quæcūq;. ℟. br. Veni ad liberandum. Hymn⁹. Conditor. ℣ Rorate. Ad Magnificat. Aña Tu es qui venturus es, an aliū expectamus? Dicite Iohāni, q̄ vidistis: ad lumē redeūt cęci: mortui resurgunt, pauperes euangelizātur, halleluia. Oratio vt supra.

FERIA SECVNDA.

De Isaia Propheta. Lectio j.

ONus Babylonis, quod vidit Isaias filius Amos. Super montem caliginosum leuate signum, exaltate vocem, leuate manum, & ingrediātur portas duces. Ego mādaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea. Responsoria Dominicæ preteritæ per ordinē. Lect. ij. Cap. 13. in init.

VOx multitudinis in mōtibus quasi populorū frequētium, uox sonitus regum, & gentium congregatarum; Dominus exercituum præcepit militiæ belli; venientibus de terra procul, à sūmitate cœli Dominus, & uasa furoris eius, vt disperdat omnem terram. Lectio iij.

VLulate, quia ꝓpe est dies Domini: quasi vastitas à Domino ueniet. Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet, & conteretur. iij. Torsiones, & dolores tenebunt, quasi parturiēs dolebūt, unusquisque ad proximum suum stupebit, facies combustæ uultus eorū. Ad Bñs. Antiphona. De cœlo ueniet dominator Dominus, & in manu eius honor & imperium.

Ad Magnificat, Antiphona.

Ecce veniet rex Dominus terræ, & ipse auferet iugum captiuitatis nostræ.

FERIA TERTIA.

De Isaia Propheta. Lectio j.

Cap. 14. in init. PRopè est vt veniat tempus eius, & dies eius non elõgabuntur. Miserebitur enim Dominus Iacob, & eliget adhuc de Israel, & requiescere eos faciet super humum suã. Adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob. Lec. ij.

ET tenebunt eos populi, & adducent eos in locum suum: & possidebit eos domus Israel super terrã Domini in seruos, & ancillas: Et erunt capiẽtes eos, q̃ se ceperãt, & subijciẽt exactores suos. Lect. iij.

ET erit in die illa: cum requiem dederit tibi Deus à labore tuo, & à concussione tua, & a seruitute dura, qua antè seruisti, sumes parabolam istam contra Regẽ Babylonis. iiij. Et dices. Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? Contriuit Dominus baculum impiorum virgam dominantium, cędẽtem populos in indignatione plaga insanabili.

Ad Benedictus, Antiphona.

Super te Ierusalẽ orieť Dñs, & gloria eius in te videbitur.

Ad Magnificat, Antiphona.

Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri.

FERIA QVARTA.

De Isaia Propheta. Lectio j.

Cap. 16. in init. EMitte agnũ Domine dominatorem terrę: de petra deserti ad montem filiæ Sion. Et erit sicut auis fugiẽs, & pulli de nido auolantes, sic erunt filiæ Moab in transcensu Arnon. Lectio ij.

INi consilium, coge concilium: pone quasi noctẽ vmbram tuam in meridie: abscõde fugientes, & vagos ne prodas: Habitabunt apud te profugi mei. Moab esto latibulũ eorum à facie vastatoris: finitus est enim puluis, consummatus est miser, defecit, qui conculcabat terram. Lect. iij.

ET præparabitur in misericordia solium, & sedebit super eũ in veritate in tabernaculo Dauid iudicãs, & quęrens iudiciũ, & velociter reddens quod iustum est. iiij. Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde: superbia eius & arrogantia eius, & indignatio eius, plusquã fortitudo eiꝰ.

Ad Benedictus, Antiphona.

Ecce ego mitto Angelũ meũ, qui pręparabit viam meã ante

faciem

faciem tuam. Ad Mag. Aña. Sion renouaberis, & videbis iustum tuum, qui venturus est in te.

FERIA QVINTA.

De Isaia Propheta. Lectio j.

Cap. 19. in init. ONus Aegypti: Ecce Dominus ascẽdet super nubem leuem, & ingredieť Aegyptum, & commouebuntur simulachra Aegypti à facie eiꝰ, & cor Aegypti tabescet in medio eius. Lectio ij.

ET concurrere faciã Aegyptios aduersus Aegyptios: & pugnabit vir contra fratrẽ suum, & vir contra amicum suum, Ciuitas aduersus Ciuitatem, regnum aduersus regnum. Lectio iij.

ET dirũpetur spiritus Aegypti in uisceribus eius, & consilium eius præcipitabo: Et interrogabunt simulachra sua, & diuinos suos, & ariolos, & pythones. iiij. Et tradam Aegyptum in manu dominorum crudeliũ, & rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus exercituum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Tu es qui venturus es Domine, quem expectamus, vt saluum facias populum tuum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Qui post me uenit, ante me factus est, cuius non sum dignus calciamenta soluere.

FERIA SEXTA.

De Isaia Propheta. Lectio j.

Cap. 24. in init. ECce Dominus dissipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem eius, & disperget habitatores eius. Et erit sicut populus, sic sacerdos: & sicut seruus, sic dominus eius: sicut ancilla, sic domina eius: sicut emens, sic ille qui uẽdit: sicut fœnerator, sic is, qui mutuum accipit: sicut qui repetit, sic qui debet.

Lectio secunda.

DIssipatione dissipabitur terra, & direptione prędabitur. Dominus enim locutus est uerbum hoc. Luxit, & defluxit terra, & infirmata est: defluxit orbis, & infirmata est altitudo populi terræ. Lectio iij.

ET terra infecta est ab habitatoribus suis: quia trãsgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fędus sempiternum. iiij. Propter hoc maledictio uorabit terram, & peccabũt habitatores eius: ideoque insanient cultores eius, & relinquentur homines pauci.

Ad Benedictus, Antiph. Dicite pusillanimes, cõfortamini,

 ecce

ecce dñs Deus noster veniet. Ad Magnificat, Ana. Cantate Domino canticum nouum: laus eius ab extremis terræ.

SABBATHO.

De Isaia Propheta. Lectio j.

Cap. 25. in init.

DOmine Deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo: quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles: Amen. Quia posuisti Ciuitatem in tumulum, vrbem fortem in ruinam, domum alienorum: ut nõ sit Ciuitas, & in sempiternum non ædificetur. Lectio ij.

SVper hoc laudabit te populus fortis, Ciuitas gentiũ robustarũ timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno ĩ tribulatione sua, spes à turbine, umbraculũ ab æstu. Spũs eñ robustorũ quasi turbo ĩpellẽs parietẽ. Lect. iij.

SIcut æstus in siti, tumultũ alienorum humiliabis: & quasi calore sub nube torrente propaginem fortium marcescere facies. ℟. iij. Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc, conuiuium pinguium, conuiuiũ uindemiæ pinguium medullatorum, uindemiæ defęcatæ. Ad Benedictus, Antiphona. Leuabit Dominus signum in nationibus: & cõgregabit dispersos Israel. Ad Vesp. Cap.

Phil. 4.

FRatres, Gaudete in Domino semper: iterũ dico gaudete: modestia uestra nota sit omnibus hominibus: Dominus enim propè est. ℟. br. Veni ad liberandum. Hymn⁹. Cõditor. ℣. Rorate. Ad Mag. Aña. Ante me non est formator Deus, & post me non erit: quia mihi curuabitur omne genu, & confitebitur omnis lingua. Oratio.

AVrem tuam, quæsumus Domine, precib⁹ nostris accommoda: & mentis nostræ tenebras gratia tuæ visitationis illustra. Qui viuis.

DOMINICA III. ADVENTVS.

Ad Matutinum, Inuitatorium. Propè est iam Dominus, Venite adoremus. Et dr quotidie vsque ad vigiliam Natiuitatis Domini. Psal. Venite. fol. 9. Hymn. & reliq. vsque ad Lectiones, vt in Dominica j.

De Isaia Propheta. Lectio j.

Cap. 26. in init.

IN illa die cantabitur canticum istud in terra Iuda, Vrbs fortitudinis nostrę Siõ saluator, ponet in ea murus, & antemurale. Aperite portas, & ingrediatur gens iusta, custodiens veritatẽ. Vetus error abiit: seruabis pacẽ: pacẽ, quia in te sperauimus. ℟. Ecce apparebit Dñs super nubẽ candidam. Et cũ eo Sanctorũ millia: & habebit in vestimẽto, & in fęmore suo scriptum, Rex regũ, & Dñs dominãtiũ. ℣. Apparebit in finẽ, & non mentietur: si morã fecerit, expecta eum: quia veniens veniet. Et cum eo. Lectio ij.

SPerastis in Dño in seculis æternis, in Dño Deo forti in perpetuũ. Quia incuruabit habitantes in excelso, ciuitatẽ sublimem humiliabit: humiliabit eam vsq; ad terrã, detrahet eam vsque ad puluerem: conculcabit eã pes, pedes pauperis, gressus egenorum. ℟. Bethlehem Ciuitas Dei summi, ex te exiet dñator Israel: & egress⁹ ei⁹ sicut a pricipio dierũ ęternitatis, & magnificabit in medio vniuersæ terræ. Et pax erit in terra nostra, dum venerit. ℣. Loquetur pacem in gentibus, & potestas eius à mari vsq; ad mare. Et. Lec. iij.

SEmita iusti recta est, rectus callus iusti ad ambulandũ. Et in semita iudiciorũ tuorum Domine sustinuimus te: nomen tuum, & memoriale tuũ in desiderio animæ. ℟. Qui venturus est veniet, & nõ tardabit, & iam non erit timor in finibus nostris. Quoniam ipse est saluator noster. ℣. Deponet omnes iniquitates nostras, & proiiciet in profundũ maris omnia peccata nostra. Quoniam ipse est. Lectio iiij.

ANima mea desiderauit te in nocte: sed & spũ meo in præcordiis meis de manè vigilabo ad te: cùm feceris iudicia tua in terra, iustitiam discẽt habitatores orbis. ℟. Aegypte noli flere, quia dñator tuus veniet tibi, ante cuius cõspectum mouebuntur abyssi; Liberare populum suum de manu potẽtiæ. ℣. Ecce veniet Dominus exercituum, Deus tuus cũ potestate magna. Liberare populum suum.

Sermo S. Leonis Papę. Lect. v.

Ex ser. 8. de iu. 10. mens.

CVm vniuersa vitia p continẽtiam destruantur, & quicquid auaritia sitit, quicqd superbia ambit, quicquid luxuria concupiscit, huius uirtutis soliditate superetur, qs non intelligat, quãtum nobis præsidii p ieiunia cõferat; in quibus discit, vt nõ solum à cibis sed etiã ab oĩbus carnalib⁹ desideriis tẽperet? ℟. Propè est vt veniat tps eius, & dies eius nõ elongabũtur. Miserebitur

Dominus Iacob, & Iſrael ſaluabitur. ℣. Reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciuitates tuas. Miſerebitur. Lectio vj.

ALioquin ſuperfluũ eſt, ſuſcipere eſuriem, & iniquam non deponere voluntatem: reciſo affligi cibo, & à cõcepto nõ reſilire peccato. Carnale eſt, nõ ſpirituale ieiuniũ, vbi ſoli corpori non parcitur; & in his, quæ omnibus delitiis nocẽtiora ſunt, permanetur. ℟. Deſcendet Dominus ſicut pluuia in vellus. Orietur in diebus eius iuſtitia, & abũdantia pacis. ℣. Et adorabunt eum omnes reges: omnes gẽtes ſeruiẽt ei. Orietur. Lect. vij.

QVid prodeſt animæ, foris agere quaſi dominam, & intus ſeruire captiuam? membris ꝓpriis imperare, & ius ꝓpriæ libertatis amittere? Et merito plerũq; patitur famulam rebellantem, quæ non reddit Domino debitam ſeruitutem. ℟. Veni Domine, & relaxa facinora plebi tuæ. Et reuoca diſperſos in terram ſuam. ℣. Excita Domine potentiã tuã, & veni: vt ſaluos facias nos. Et reuoca diſperſos. Lectio viii.

IEiunet ergo corp⁹ ab eſcis, mẽs ieiunet à vitiis: & curas cupiditateſque terrenas, regis ſui lege diiudicet. Meminerit primã dilectionẽ Deo, ſecundã debere proximo omneſq; affectus ſuos hac regula dirigendos, vt nec à cultu recedat Domini, nec ab utilitate cõſerui. ℟. Ecce radix Ieſſe deſcendet in ſalutem populorum: ipſum gentes deprecabuntur. Et erit nomen eius glorioſum. ℣. Dabit ei Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in ęternum. Et erit nomen. Gloria. Et erit nomen.

Lectio ſancti Euangelii ſecũdum Iohannem. Lectio ix.

Cap. 1.

IN illo tẽpore: Miſerunt Iudęi ab Ieroſolymis ſacerdotes, & leuitas ad Iohannẽ, vt interrogarent eum: Tu quis es? Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papæ.

Hom. 7. in init.

EX huius nobis lectionis verbis, fratres Chariſſimi, Iohannis humilitas cõmẽdatur, qui cũ tantæ virtutis eſſet, vt Chriſtus credi potuiſſet, elegit ſolidè ſubſiſtere in ſe, ne humana opinione raperetur inaniter ſuper ſe. ℟. Docebit nos Dñs vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius. Quia de Sion exibit lex, & verbum Dñi de Ieruſalem. ℣. Venite aſcendamus ad montem Dñi, & ad domũ Dei Iacob. Quia de Sion exibit lex, & verbum.

Lectio decima.

NAm confeſſus eſt, & nõ negauit: & confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus. Sed qui dixit, nõ ſum, negauit planè quod non erat, ſed non negauit quod erat: vt ueritatẽ loquens eius membrum fieret, cuius ſibi nomen fallaciter non vſurparet. ℟. Antè multum tempus prophetauit Ezechiel, vidi portam clauſam, & ecce Deus ante ſecula ex ea procedebat pro ſalute mundi. Et erat iterum clauſa: demonſtrans Virginem, quia poſt partum permanſit virgo. ℣. Porta quam vidiſti, Dominus ſolus tranſibit per illam. Et erat iterum clauſa.

Lectio xj.

ET ipſe præcedet antè illum in ſpiritu & virtute Eliæ, quia ſicut Elias ſecundũ Dñi, aduentum præueniet, ita Iohannes præuenit primum. Sicut ille præcurſor venturus eſt Iudicis, ita iſte præcurſor eſt factus Redẽptoris. Iohannes in ſpiritu Elias erat, in perſona Elias non erat. ℟. Leua Ieruſalem oculos, & vide potentiam regis. Ecce Saluator venit ſoluere te à vinculo. ℣. Leua in circuitu oculos tuos, & vide potentiam regis. Ecce Saluator venit ſoluere.

Lectio xij.

QVod ergo Dominus fatetur de ſpiritu, hoc Iohannes denegat de perſona: quia & iuſtum ſic erat, ut & Dominus diſcipulis ſpiritualem de Iohanne ſententiam diceret, & Iohannes eiſdem turbis carnalibus, non de ſuo ſpiritu, ſed de corpore reſponderet. ℟. Ecce veniet Dominus princeps regum terræ; Beati qui parati ſunt occurrere illi, habebunt partem in Ciuitate Ieruſalem. ℣. Veniens veniet Dominus, & non tardabit. Beati. Gloria. Beati.

Hymnus. Te Deum laudamus. Et reliqua vt ſupra.

Sequentia Sancti Euangelij ſecundum Iohannem.

Cap[illegible] ant[illegible] me[illegible]

IN illo tempore. Miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis ſacerdotes & leuitas ad Iohannem, vt interrogarent eum: Tu quis es? Et confeſſus eſt, & non negauit: & confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus. Et interrogauerunt eum. Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, Non ſum. Propheta es tu?

Et

Et reſpondit, Non. Dixerunt ergo ei: Quis es, vt reſpõſum demus iis, qui miſerunt nos? Quid dicis de teipſo? Ait, Ego vox clamantis in deſerto, Dirigite viam Domini, ſicut dixit Iſaias propheta: Et qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei. Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neq; Elias, neq; propheta? Reſpondit eis Iohannes, dicens. Ego baptizo in aqua; medius autẽ veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis: ipſe eſt, qui poſt me venturus eſt, q ante me factus eſt, cuius ego non ſum dignus, vt ſoluam eius corrigiam calciamenti. Hæc in Bethania facta facta ſunt trãs Iordanem, vbi erat Iohannes baptizans. ℟. Amen. Hym. Te decet. Orõ. Aurem tuam.

¶ Ad laudes, & per horas. Añа.

Veniet Dñs, & nõ tardabit, & illuminabit abſcõdita tenebrarũ, & manifeſtabit ſe ad omnes gentes, halſa. ps. Miſerere. cum reliq f. 17. Aña. Ieruſalem gaude gaudio magno, quia ueniet tibi ſaluator, halſa. Aña. Dabo in Sion ſalutem, & in Ieruſalem gloriam meam, halſa. Aña. Montes, & omnes colles humiliabuntur: & erunt praua in directa, & aſpera in vias planas: veni domine, & noli tardare, halſa. Aña. Iuſtè, & piè viuamus, expectantes beatam ſpẽ, & aduentum domini. Capit. Fratres: Gaudete ℟. br. Oſtende nobis. Hym. Vox clara. ℣. Vox clamantis. Ad Benedictus Aña. Super ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit in æternum. halleluia. Orõ. Aurẽ tuã. vt ſ. in Veſp. Ad iij. Cap. Fratres, Gaudete. ℣. Timebunt gentes.

¶ Ad Sextam. Capitulum.

Nihil ſoliciti ſitis: ſed in omni oratione, & obſecratione, cũ gratiarũ actione, petitiones veſtræ innoteſcant apud Deũ. ℣. Memẽto. Phi. 4.

¶ Ad Nonam. Capitulum.

Et pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras in Chriſto Ieſu domino nrõ. ℣. Dñe Deus virtutũ. Phi. 4.

Ad Veſperas. Aña. Veniet Dominus. cum reliq. ps. Dixit dominus. cum reliq f. 66. Cap. Fratres, Gaudete. ℟. br. Veni ad liberan. Hym. Conditor. fol. 79. ℣. Rorate Ad Mag. Añ. Beata es Maria, q̃ credidiſti Dño: pficient in te, q̃ dicta ſunt tibi à Dño, halle.

Hæc Antiphona prætermittitur, ſi hodie eius loco ponenda ſit vna ex Antiphonis maioribus, vt infra. Quibus ſemper cedunt antiphonę proprię aliis dieb⁹ ad Mag. aſſignatę.

¶ Sequentes Antiphonæ maiores ad Magnificat inchoantur die 17. Decembris, & ſingulæ in principio & fine dicuntur integræ; per ordinem vſque ad diem ante Vigiliam Natiuitatis. Si verò feſtum fuerit, dicuntur, poſt orationem feſti pro commemoratione Aduentus. Antiphona.

Die. 17 O Sapientia, quæ ex ore Altiſſimi prodijſti, attingẽs à fine vſq; ad finẽ, fortiter ſuauiterq; diſponens omnia: veni ad docendum nos viam prudentiæ. Antiphona.

18 O Adonai, & dux domus Iſrael, qui Moyſi in igne flammę Rubi apparuiſti, & ei in Sina legẽ dediſti, veni ad redimendum nos in brachio extento. Antiphona.

19 O Radix Ieſſe, qui ſtas in ſignum populorum, ſuper quẽ continebunt reges os ſuum, quem gentes deprecabuntur, veni ad liberandum nos, iam noli tardare. Antiphona.

20 O Clauis Dauid, & ſceptrum domus Iſrael, qui aperis, & nemo claudit, claudis, & nemo aperit, veni, & educ vinctum de domo carceris, ſedẽtẽ in tenebris, & vmbra mortis. Antiphona.

O Oriens, ſplendor lucis ęternæ, & ſol iuſtitiæ, veni, & illumina ſedentes in tenebris & vmbra mortis. Antiphona. 21

O Rex gentium, & deſideratus earum, lapisq; angularis, qui facis vtraque vnum: veni ſalua hominem, quem de limo formaſti. Antiphona. 22

O Emmanuel rex, & legifer noſter, expectatio gentium, & ſaluator earum, veni ad ſaluãdum nos Domine Deus nr̃. 23

¶ Sequentes Antiphonæ ad laudes & per horas dicuntur in ſex feriis ante Vigiliã Natiuitatis incipiẽdo die 17. Decembris ab Antiphonis quæ feriæ illius diei aſſignantur. Similiter & aliæ dicuntur in propriis feriis vſque ad Vigiliam Natiuitatis.

¶ Quod ſi dies 17. fuerit dominica, Antiphonæ inchoantur ſequenti feria ij. quæ erit dies 18. Decembris. Quæ autem dicendæ eſſent die in quo occurrit feſtum Sancti Thomę, dicũtur in ſabbatho, cum pſalmis Sabbathi, iij. & iiij. aña ꝑtermiſſis, quarũ loco dicitur Antipho.

Aña. Expectetur. Nisi vigilia Natiuitatis venerit in dominica: tunc enim in sabbatho dicuntur Antiphonæ de laudib^9 Dominicæ iij. & iiij. Aña prætermissis, quorũ loco dr̃ Aña, Expectetur. Aña ad Bñdictus, & oratio dicitur, vt in Sabbatho ponitur. Añæ vero de laudibus, quæ occurrunt in die S. Thomæ, eo anno prætermittuntur, & in dominica tunc dicitur Antiphona de vigilia, vt infra dicit in rubrica de vigilia. Similiter omittitur Antiphona Expectetur. quando illud festum in Sabbatho venerit.

FERIA SECVNDA.

Ad Laudes, & per horas Antiphona.

ECce veniet princeps Regum terrę: beati qui parati sunt occurrere illi. Psal. eiusdem feriæ. Antipho. Cum venerit filius hominis, putas inueniet fidẽ super terram? Antiphona. Ecce iam venit plenitudo temporis, in quo misit Deus filium suum in terras. Antiphona. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Antiphona. Egredietur Dominus de loco sancto suo; veniet, vt saluet populum suum.

FERIA TERTIA.

Ad Laudes & per horas Antiphona.

ROrate cœli desuper, & nubes pluant iustum; aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Psalmi eiusdem feriæ. Antiphona. Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiæ Sion. Antipho. Vt cognoscamus Domine in terra viam tuam; in omnibus gentibus Salutare tuum. Antiphona. Da mercedem Domine, sustinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniãtur. Antiphona. Lex per Moysen data est: gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.

FERIA QVARTA.

Ad Laudes & per horas Antiphona.

PRophetæ prædicauerunt nasci Saluatorẽ de Virgine Maria. Psalmi eiusdem feriæ. Antiphona. Spiritus Domini super me, euangelizare pauperibus misit me. Antiphona. Propter Sion non tacebo, donec egrediatur vt splẽdor iustus eius. Antiphona. Ecce veniet Dominus, vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Antiphona. Annunciate populis, &

& dicite: Ecce Deus saluator noster veniet.

FERIA QVINTA.

Ad Laudes, & per horas Antiphona.

DE Sion veniet Dominus omnipotens, vt saluum faciat populum suum. Psalmi eiusdem feriæ. Antiphona. Conuertere Domine aliquantulum, & ne tardes venire ad seruos tuos. Antipho. De Sion veniet qui regnaturus est Dominus, Emmanuel magnũ nomẽ eius. Aña. Ecce Deus meus, & honorabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum. Antiphona. Dominus legifer noster, Dominus rex noster: ipse veniet, & saluabit nos.

FERIA SEXTA.

Ad Laudes, & per horas Antiphona.

COnstantes estote: videbitis auxilium Domini super vos. Psalmi eiusdem feriæ Antiphona. Ad te Domine leuaui animam meam, veni, & eripe me: Dñe ad te confugi. Antipho. Veni Domine, & noli tardare: relaxa facinora plebis tuæ Israel. Antiphona. Deus à libano veniet: & splendor eius sicut lumen erit. Antiphona. Ego autem ad Dominum aspiciã: & expectabo Deum saluatorem meum.

SABBATHO.

Antiphonæ secundum superiorem rubricã. Ad Canticum verò. Antiphona. Expectetur sicut pluuia eloquium meum; & descendat super nos sicut ros Deus, noster. In festo sancti Thomæ pro commemoratione Aduentus. Ad Benedictus Antipho. Nolite timere, quinta enim die veniet ad uos Dominus noster. Si verò contingat festum Sancti Thomæ transferri in ij. feriã, aña predicta dicitur ad Bñs in dominica loco Antiphonæ Aue Maria. Vltimo die ante Vigiliã Natiuitatis. Ad Benedictus Antiphona. Ecce completa sunt omnia, quæ dicta sunt per Angelum de Virgine Maria. Quibus Antiphonis cedunt aliæ antiphonæ in propriis locis assignatæ.

FERIA SECVNDA.

De Isaia propheta. Lectio j.

VAe Coronæ superbiæ, ebriis Ephraim, & flori decidenti, gloriæ exultationis eius, qui erant in vertice vallis pinguissimæ errantẽs à vino. ij Ecce validus, & fortis Dominus, sicut impetus gran-

Capi 28. in init.

grandinis: turbo confringens, sicut impetus aquarum multarum inundantium, & emissarum super terrā spatiosam.

℟. ia. Dominicæ præteritæ.

Lectio secunda.

PEdibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim. Et erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super verticem vallis pinguium, quasi temporaneum ante maturitatem Autumni: quod cum aspexerit videns, statim vt manu tenuerit, deuorabit illud.

Lectio tertia.

IN die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui, & spiritus iudicii sedenti super iudicium, & fortitudo reuertētibus de bello ad portam.

Ad Benedictus Antipho. Egredietur virga de radice Iesse, & replebitur omnis terra gloria domini: & videbit oīs caro salutare Dei.

Ad Magnificat Antiphona. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus. Nisi dicenda sit Aña maior. O.

FERIA TERTIA.

De Isaia Propheta. Lect. j.

30 ed. EXpectat dominus, ut misereatur vestri: & ideò exaltabitur parcens vobis: qa Deus iudicii dominus: Beati omnes qui expectant eum.

Lectio secunda.

POpulus enim Sion habitabit in Ierusalem: plorās nequaquam plorabis, miserans miserebitur tui: ad uocē clamoris tui statim ut audierit, respondebit tibi.

Lect. iij.

ET dabit uobis Dominus panē arctum, & aquam breuem: & non faciet auolare à te ultrà doctorem tuum: & erunt oculi tui uidentes p̄ceptorem tuum. iiij. Et aures tuæ audient uerbum post tergum monentis. Hæc est uia, ambulate in ea: & non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram.

Ad Benedictus Antiphona. Tu Bethlehem, terra Iuda, non eris minima: ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israel.

Ad Magnificat Antipho. Eleuare, eleuare, consurge Ierusalē: solue vincula colli tui captiua filia Sion. Nisi dicenda sit Antiphona maior. O.

FERIA QVARTA Quatuor Temporum.

Tres Lectiones de Homilia in Euangelium Missus est.

℣. Vt in Annunciatione Beatæ Mariæ. folio

℟. j.

℟. j. Clama in fortitudine qui annuncias pacem in Ierusalem: Dic Ciuitatibus Iudę, & habitatoribus Siō: Ecce Deus noster, quem expectabamus, adueniet. ℣. Supra montem excelsum ascende tu, qui Euāgelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam. Dic ciuit.

℟. ij. Orietur stella ex Iacob, & exsurget homo de Israel: & confringet omnes duces alienigenarum. Et erit omnis terra possessio eius. ℣. Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Et erit omnis terra possessio eius.

℟. iij. Modò veniet dominator Dominus, Et nomen eius Emmanuel vocabit̄. ℣. Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. Et nomen.

Ad Benedictus Aña. Missus est Angelus Gabriel ad Mariā Virginem desponsatam Ioseph.

Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotēs Deus: vt redemptionis nostræ uentura solemnitas, & p̄sentis nobis uitæ subsidia conferat: & æternę beatitudinis præmia largiatur. per.

Et dicitur ad omnes horas, præterquam in Vesperis.

Ad Magnifi. Antiphon. Eccee ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Nisi dicenda sit Antiph. maior. O.

Oratio Dominicæ p̄cedentis.

FERIA QVINTA.

De Isaia Propheta Lectio. I.

VAe qui prædaris, nonne & ipse prędaberis? Et qui spernis, nonne & ipse sperneris? Cum consummaueris deprædationem, deprædaberis: cum fatigatus desieris contēnere, contemneris. Capit. 33. in init.

℟. Egredietur Dominus, & præliabitur contra gentes. Et stabunt pedes eius supra montes oliuarum ad orientē. ℣. Et eleuabitur super omnes colles, & fluent ad eum omnes gentes. Et stabunt.

Lectio secunda.

DOmine miserere nostri, te enim expectauimus: esto brachium nostrū in manè, & salus nostra in tempore tribulationis. ij. A uoce Angeli fugerūt populi, & ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes. Et congregabuntur spolia vestra, sicut colligitur bruchus: uelut cùm fossę plenę fuerint de eo. ℟. Præcursor pro nobis ingreditur agnus sine macula, secundum ordinē Melchisedech. Pōtifex factus est in æternum, & in seculū seculi. ℣. Ipse est rex iustitię, cuius gene-

generatio non habet finem. Pontifex factus. Lect. tertia.

MAgnificatus est Dominus, quoniam habitauit in excelso: impleuit Sion iudicio & iustitia: & erit fides in temporibus tuis. Diuitiæ salutis sapientia, & scientia: timor Domini ipse est thesaurus eius. ℟. Videbunt gentes iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum: Et uocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit. ℣. Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui. Et uocabitur. Gloria. Et uocabitur. Ad Benedictus Antiphona. Vigilate animo, in proximo est Dominus Deus noster. Nisi occurrat festum S. Thomæ, quia tunc, ea prætermissa, dicitur, Antiphona. Nolite timere, quinta enim die veniet ad vos Dominus noster. Quod etiã seruatur in sequẽtibus diebus, quando illud festum occurrit. Ad Magnificat Antiphona.

Lætamini cũ Jerusalẽ, & exultate in ea omnes, qui diligitis eam in æternum. Nisi dicenda sit Antiphona maior. O.

FERIA SEXTA

Quatuor Temporum.

Tres Lectiones de Homilia in Euangelium Exurgens Maria. Vt in festo Visitationis Beatæ Mariæ habetur. fol.

℟. i. Emitte agnum Domine dominatorem terræ. De petra deserti ad mõtẽ filiæ Sion. ℣. Ostẽde nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. De petra. ℟. ii. Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, Aperiatur terra, & germinet Saluatorem. ℣. Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiæ Sion. Aperiatur. ℟. iij. Germinauerunt campi Eremi germen odoris Israel: quia ecce Deus noster cum virtute veniet: Et splendor eius cum eo. ℣. Ex Sion species decoris eius: Deus noster manifestè ueniet, Et splẽdor. Ad Benedictus Antiphona. Ex quo facta est uox salutationis tuæ in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Halleluia.

Oratio.

EXcita, quæsumus Domine, potentiam tuam, & veni: vt hi, qui in tua pietate confidunt, ab omni citius aduersitate liberẽtur. Qui viuis. Et dicitur ad omnes horas, præterquã in Vesp. Ad Magnificat. Antiphona.

Antiphona. Hoc est testimonium, quod perhibuit Iohannes: Qui post me venit antẽ me factus est. Nisi dicenda sit Antiphona maior. O. Oro. Dominicæ præteritæ.

SABBATHO

Quatuor Temporum.

Lectio S. Euangelii sm Lucã.

Lectio prima.

Cap. 3 ANno quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæã: Tetrarcha autem Galilææ Herode. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Ho. 20. in init. REdemptoris nostri Præcursor, quo tempore prædicationis officium acceperit, memorato Romanæ Reipublicæ Principe, & Iudææ Regibus designatur. Quia enim illum prædicare veniebat, qui ex Iudæa quosdam, & multos ex Gẽtibus redempturus erat, per regem gentium, & principes Iudæorum prædicationis eius tẽpora designãtur. ℟. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius. ℣. Et requiescet super eum spiritus Domini: spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus cõsilij, & fortitudinis. Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctoriũ.

Lectio secunda.

QVia autem Gẽtilitas colligenda erat, & Iudæa pro culpa perfidiæ dispergenda, ipsa quoque descriptio terreni Principatus ostendit: Quoniam & in Romana republica vnus præfuisse describitur, & in Iudææ regno per quartam partem plurimi principabantur. ℟. Radix Iesse, q exurget iudicare gentes, in eum gẽtes sperabunt: Et erit nomen eius benedictum in secula. ℣. Super ipsum continebunt reges os suum: ipsum gentes deprecabuntur. Et erit.

Lectio tertia.

APtè quoque non solum sub quibus regibus, sed sub quibus etiam sacerdotibus actum sit, demonstratur, vt qa illum Iohannes Baptista prædicaret, qui simul rex, & sacerdos existeret: Lucas Euangelista prædicationis eius tempora per regnum & sacerdotium designaret. ℟. Rex noster adueniet Christus. Quem Iohannes prædicauit agnum esse vẽturum. ℣. Super ipsum continebunt reges os suum, ipsum gentes depræcabuntur. Quẽ. Ad Benedictus Antiphona.

Quomodo fiet istud Angele Dei, quoniam virum non cognosco? Audi Maria virgo Christi: Spiritus sanct⁹ superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Nisi hęc dies fuerit ante vigiliã Natiuitatis, quia tunc, ea prætermissa, dicitur Antiphona. Ecce completa sunt omnia, quæ dicta sunt per Angelũ de Virgine Maria. Quod etiam seruatur, si idem contingat in sequentibus diebus. Oratio.

DEus, qui conspicis, quia ex nostra prauitate affligimur: concede propitius: vt ex tua visitatione cõsolemur. Qui viuis. Et dicitur per horas.

Ad Vesperas Capitulum.

1. Cor. 4 FRatres: Sic nos existimet hõ, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorũ Dei. Hic iam quæritur inter dispẽsatores, vt fidelis quis inueniatur. ℟. br. Veni ad liber. Hym. Conditor. fol. 79. ℣. Rorate. Ad Magnificat Antiphona. Vna ex maioribus. O. Orõ.

EXcita, quæsumus Domine, potentiam tuã, & veni, & magna nobis virtute succurre: vt per auxilium gratiæ tuæ, quod nostra peccata præpediũt, indulgẽtia tuæ propitiationis acceleret. Qui viuis.

DOMINICA QVARTA Aduentus.

Ad Matutinum Inuitatoriũ. Propè est iã Dominus: Venite adoremus. ps. Venite. fo. 9. Hym. Verbum. fol. 79. Et reliqua, vt supra in j. Dominica. De Isaia Propheta. Lectio j.

LAetabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans: Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron: ipsi videbũt gloriam Domini, & decorem Dei nostri. ℟. Canite tuba in Sion, vocate gentes, annunciate populis, & dicite: Ecce De⁹ Saluator noster adueniet. ℣. Annunciate, & auditum facite, loqmini, & clamate. Ecce Deus Saluator nr̃ adueniet. Capit. 35. in init.

Lectio Secunda.

COnfortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Dicite pusillanimis: confortamini, & nolite timere. Ecce Deus vester vltionem adducet retributionis. Deus ipse veniet, & saluabit vos. ℟. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fęmore eius, donec veniat, qui mittendus est. Et ipse erit expectatio gentium. ℣. Pulchriores

res sunt oculi eius vino, & dẽtes eius lacte candidiores. Et ipse erit expectatio gentium.

Lectio tertia.

TVnc aperientur oculi cęcorum, & aures surdorũ patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum: quia scissę sunt in deserto aquæ, & torrẽtes in solitudine. Et quæ erat arida, erit in stagnum, & sitiẽs in fontes aquarum. ℟. Me oportet minui, illum autem crescere: qui autem post me venit, ante me factus est: Cuius non sum dignus, corrigiã calciamentorum soluere. ℣. Ego baptizaui vos aqua, ille autem baptizabit vos Spiritu sancto. Cuius non sum dignus, corrigiam calciamentorum soluere.

Lectio quarta.

IN cubilibus, in quibus pri⁹ Dracones habitabant, orietur viror calami, & iunci. Et erit ibi semita, & via, & via sancta vocabitur: Non transibit per eam pollutus, & hæc erit vobis directa via, ita vt stulti non errent per eam. ℟. Nascetur nobis paruulus, & vocabitur Deus fortis. Ipse sedebit super thronum Dauid patris sui & imperabit: cuius potestas super humerum eius. ℣. In ipso benedicentur omnes Tribus terræ, omnes gentes seruient ei. Ipse sedebit.

Sermo sancti Leonis Papæ.

Lectio quinta.

SI fideliter, Dilectissimi, atque sapienter creationis nostræ intelligamus exordiũ, inueniemus hominem ideo ad imaginem Dei conditum, vt imitator sui esset auctoris, & hanc esse naturalem nostri generis dignitatem, si in nobis, quasi in quodam speculo diuinæ benignitatis forma resplendeat. ℟. Ecce iam venit plenitudo temporis, in quo misit Deus filium suum in terris, natum de virgine, factum sub lege, Vt eos, qui sub lege erant redimeret. ℣. Propter nimiam charitatẽ suam, qua dilexit nos Deus, filium suum misit in similitudinem carnis peccati. Vt eos, qui sub lege erant. Ser. 2. de ieiu x. mens. in init.

Lectio sexta.

AD quam quotidie nos vtique reparat gratia Saluatoris, dum quod cecidit in Adam primo, erigitur in secundo. Causa autem nostræ reparationis non est nisi misęricordia Dei: quem non diligeremus, nisi prius nos ipse dili-

diligeret, & tenebras ignoran-
tiæ nřæ, ſuæ veritatis luce di-
ſcuteret. ℟. Virgo Iſrael reuer
tere ad ciuitates tuas. Vſque-
quò dolens auerteris? gene-
rabis Dominum Saluatorem,
oblationem nouam in terra:
ambulabunt homines in ſal-
uationem. ℣. In charitate per-
petua dilexi te. Ideo attraxi te,
miſerans tui. Vſquequo do-
lens auerteris? generabis Do-
minum Saluatorem.

Lectio ſeptima.

Diligendo itaq; nos Deus,
ad imaginem ſuam nos
reparat: & vt in nobis formam
ſuæ benignitatis inueniat, dat
vnde ipſi quoque quod opera-
tur operemur, accendens ſcili-
cet mentium noſtrarum lucer
nas, & igne nos ſuæ charita-
tis inflammans, vt non ſolum
ipſum, ſed etiam quicquid di-
ligit diligamus. ℟. Iuraui, di-
cit Dominus, vt vltrà iam non
iraſcar ſuper terram: montes
enim & colles ſuſcipient iuſti-
tiam meam. Et teſtamentum
pacis erit in Ieruſalem. ℣. Iux
tà eſt ſalus mea, vt veniat: & iu-
ſtitia mea, vt reueletur. Et teſta-
mentum pacis erit in Ieruſalē.

Lectio octaua.

Nam ſi inter homines ea
demùm firma amicitia
eſt, quam morum ſimilitudo
ſociauerit, cum tamē parilitas
voluntatum ſæpè in reprobos
tendat affectus: quantum nobis
optandum atque nitendū eſt,
vt in nullo ab his, quæ Deo
ſunt placita, diſcrepemus?
℟. Non diſcedimus à te, viui-
ficabis nos Domine, & nomē
tuum inuocabimus. Oſtende
nobis faciem tuā, & ſalui eri-
mus. ℣. Memento noſtri Do-
mine in beneplacito populi
tui, viſita nos in ſalutari tuo.
Oſtende. Gloria. Oſtende.

Lectio S. Euangelij ſm Lucā.
Lectio nona.

Anno quintodecimo Im- Cap. 3
perij Tiberij Cæſaris, ꝓ-
curāte Pontio Pilato Iudęam,
Tetrarcha autem Galilææ He-
rode. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Dicebat Iohannes ad Tur- Ex homi. 20. cir. medium.
bas, quæ exibant, vt bapti-
zarentur ab eo. Genimina vi-
perarum, quis oſtendit vobis
fugere à ventura ira? Ventura
enim ira, eſt animaduerſio
vltionis extremæ: quam tunc
peccator fugere non valet, qui
nunc ad lamenta pęnitentiæ
non recurrit. ℟. Intuemini
quantus ſit iſte, qui ingreditur
ad ſaluādas gētes: ipſe eſt rex:
iuſtitiæ. Cuius generatio non
habet

habet finem. ℣. Præcurſor pro
nobis ingreditur, ſecundùm
ordinem Melchiſedec, Ponti-
fex factus in æternum. Cuius
generatio non habet finem.

Lectio decima.

ET notandum, quod malæ
ſoboles malorum paren-
tum actiones imitantes geni-
mina viperarū vocantur: quia
per hoc, quòd bonis inuident,
eoſque perſequuntur, qđ qui-
buſdam mala retribuūt, quòd
læſiones proximis exquirunt:
quoniā in his omnibus prio-
rum ſuorum carnalium vias
ſequuntur, quaſi venenati filii
de venenatis parentibus nati
ſunt. ℟. Veniet nobis ſalus à
Domino celeriter, & conteret
iugum graue, & ſoluet vincula
peccatorum noſtrorū. Quia
potens eſt. ℣. Et dominabitur
à mari vſque ad mare: & à flu-
mine vſque ad terminos orbis
terrarum. Quia potens eſt.

Lectio vndecima.

Sed quia iàm peccauimus,
quia vſu malæ conſuetudi
nis inuoluti ſumus, dicat, qđ
nobis faciendum ſit, vt fugere
à ventura ira valeamus. Sequi-
tur. Facite ergo fructus dignos
pęnitentiæ. ℟. Paratus eſto
Iſrael in occurſum Domini,
quoniā venit. Formans mon-
tes, & creans ſpiritus, & annun-
cians hominibus ſecundum
aduentum ſuum. ℣. Ecce do-
minator Dominus cum virtu-
te veniet. Formans montes.

Lectio xij.

IN quibus verbis notandū
eſt, quod amicus ſponſi nō
ſolùm fructus pęnitentiæ, ſed
dignos fructus pęnitentiæ ad-
monet eſſe faciendos. Aliud
namquè eſt facere fructum pę
nitentiæ, aliud dignum pęnitē
tiæ fructum facere. Vt enim ſe
cundùm dignos pęnitentię fru
ctus loquamur, ſciendum eſt,
quia quiſquis illicita nulla cō-
miſit, huic iure conceditur, vt
licitis vtatur, ſicq; pietatis ope
ra faciat, vt tamen ſi voluerit,
ea quæ mundi ſunt, non relin
quat. ℟. Ecce Dominus ve-
niet, & omnes ſancti eius cum
eo; tunc aperientur oculi cęco
rum, & aures ſurdorū audient.
Tunc aſcendet claudus quaſi
ceruus, & abſolutæ erunt lin-
guæ mutorum. ℣. Ecce Do-
minus in fortitudine veniet, &
brachium eius dominabitur.
Tunc aſcendet claudus quaſi
ceruus, & abſolutæ erunt.

Sequentia Sancti Euangelij ſecundum Lucam.

Anno quintodecimo Im- Cap.
perii Tiberij Cæſaris, initi

procurante Pontio Pilato Iudæam: tetrarcha autem Galilęæ Herode: Philippo autem fratre eius, tetrarcha Ithurçæ, & Trachonitidis regionis: & Lisania Abilinæ tetrarcha: sub principibus sacerdotũ Anna, & Caipha, factum est verbum Domini super Iohannem Zachariæ filium in deserto. Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum penitentiæ in remissionẽ peccatorum, sicut scriptum est in libro sermonũ Isaię prophetæ: Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur & erũt praua in directa. & aspera in vias planas, & videbit omnis caro Salutare Dei ℟. Amen. Hymnus. Te decet. folio. 16. Ad Laudes & per horas, Aña.

CAnite tuba in Sion, quia prope est dies Domini, ecce veniet ad saluandum nos, hallã, hallã. ps. Miserere. f. 17. cũ reliquis. Aña. Ecce veniet desideratus cunctis gentibus, & replebit gloria domus Domini, halleluia. Aña. Erunt praua in directa, & aspera in vias planas, veni Domine, & noli tardare, halleluia. Antiphona. Dominus veniet, occurrite illi, dicentes, magnum principiũ, & regni eius non erit finis: Deus fortis, dominator, princeps pacis, halleluia, halleluia. Aña. Omnipotens sermo tuus Domine à regalibus sedibus veniet, hallã. Cap. Fratres: Sic nos. ℟. bre. Ostende. Hymnus. Vox clara. fol. 83. ℣. Vox clamantis. Ad Benedictus Antipho. Aue Maria, gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus halleluia. Ad iij. Cap. Fratres: Sic nos. ℣. Timebunt gentes. Ad vj. Capitulum.

1. Co. 4 MIhi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, sed neq; meipsum iudico. ℣. Memento nostri. Ad ix. Capitulum.

1. Co. 4 ITaque nolite ante tempus iudicare, quoadvsq; veniat Dñs, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuiq; à Deo. ℣. Domine Deus virtutum. Ad Vesperas Antiphona. Canite tuba. cum reliquis. Psalmus. Dixit Dominus. fol. 66. cum reliq. Capit. Fratres: Sic nos. ℟. bre. Veni ad liberan. Hym. Conditor. ℣. Rorate. Ad Magnificat Antiphona. O.

FERIA SECVNDA.

De Isaia Propheta Lectio j.

Ca. 41. ĩ med. NOli timere vermis Iacob q mortui estis, ex Israel: Ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus, & redemptor tuus sanctus Israel. Responsoria. Dominicæ præteritæ per ordinem.

Lectio secunda.

EGo posui te quasi plaustrũ triturans nouum, habens rostra serrantia: triturabis mõtes, & comminues: & colles quasi puluerem pones. Vẽtilabis eos, & ventus tollet, & turbo disperget eos: & tu exultabis in Domino, in sancto Israel lętaberis.

Lectio tertia.

EGeni, & pauperes quærũt aquas, & non sunt: lingua eorum siti aruit. Ego Dominus exaudiam eos, Deus Israel non derelinquam eos. iiij. Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. Ad Benedictus Antipho. Dicit Dominus, penitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum, halleluia. Ad Magnificat Antiphona. O.

FERIA TERTIA.

De Isaia Propheta. Lectio j.

ECce seruus meus, suscipiã eũ electus meus, cõplacuit sibi ĩ illo anima mea: dedi spiritum meum super eũ, iudicium gentibus proferet. Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox eius foris. Ca. 4[2] inini

Lectio. ij.

CAlamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet, in veritate educet iudicium. Non erit tristis neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium: & legem eius insulæ expectabunt.

Lectio tertia.

HAec dicit Dominus Deus creans cœlos, & extendens eos: firmans terram, & quæ germinãt ex ea: Dans flatum populo qui est super eam, & spiritum calcantibus eam. iiij. Ego Dominus vocaui te in iustitia, & apprehendi manum tuam, & seruaui te, & dedi te in fœdus populi, in lucem gentium. Ad Benedictus Antiphona. Consurge, consurge, induere fortitudinem brachiũ Dñi. Ad Magnificat Aña. O.

FERIA QVARTA.

De Isaia Propheta. Lectio j.

AVdite me qui sequimini quod iustum est, & quæ- Ca. 5[1] in in

ritis Dominum attendite ad petram unde excisi estis, & ad cauernam laci de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Sarã, quę peperit uos, quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum.

Lectio secunda.

Consolabitur ergo Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius: & ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarũ actio, & uox laudis.

Lectio tertia.

Attendite ad me popule meus, & tribus mea audite: quia lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requiescet. iiij. Propè est iustus meus, egressus est saluator meus, & brachia mea populos iudicabunt: me insulę expectabunt, & brachiũ meũ sustinebunt. Ad Bñs Aña. Ponam in Sion salutem, & in Ierusalem gloriam meam, hallã. Ad Magnificat Antiphona. O.

FERIA QVINTA.

De Isaia Propheta. Lectio j.

Ca. 64 in initio.

Vtinam dirumperes cœlos, & descẽderes, à facie tua montes defluerent. Sicut exustio ignis tabescerent, aquę arderent igni, vt notum fieret nomẽn tuum inimicis tuis: à facie tua gentes turbarentur.

Lectio secunda.

Cum feceris mirabilia, nõ sustinebimus: descendisti, & à facie tua montes defluxerunt. A seculo non audierunt neque auribus perceperunt: oculus non vidit Deus absque te, quę præparasti expectantibus te.

Lectio tertia.

Occurristi lętanti, & facienti iustitiam: in vijs tuis recordabuntur tui: Ecce, tu iratus es, & peccauimus: in ipsis fuimus semper, & saluabimur. iiij. Et facti sumus vt immundus oẽs nos, & quasi pannus menstruatę vniuersæ iustitię nrę: & cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostrę quasi ventus abstulerũt nos. Ad Benedictus Antipho. Consolamini, consolamini popule meus, dicit Dominus Deus noster. Ad Magnificat Antiphona. O.

FERIA SEXTA.

De Isaia Propheta. Lectio j.

Ca. 66 sub initio.

Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum eius: Dixerũt fratres vestri odiẽtes vos, & abijcientes propter

nomen

nomen meum: Glorificetur Dominus, & videbimus in lętitia uestra: ipsi autem confundentur. Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionẽ inimicis suis. Lectio ij.

Antequàm parturiret, peperit, antequàm veniret partus eius peperit masculũ. iij. Quis audiuit vnquàm tale? & quis vidit huic simile? numquid parturiet terra ĩ die una, aut parietur gens simul, quia parturiuit, & peperit Sion filios suos? Lectio iij.

Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariã, dicit Dominus? Si ego, qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus?

Ad Benedictus, Antiphona. Ecce completa sunt omnia, quę dicta sunt per Angelũ de virgine Maria.

Si Vigilia Natiuitatis venerit in Dominica, officium fit hoc modo. Ad Matutinum, Inuitatorium de vigilia. Hodie scieti s. vt infra. Hymnus de Aduentu, Antiphonę, Psal. & Vers. Lect. & Respons. in primo, & secundo nocturno dicuntur de Dominica. In iij. nocturno, Antiphona. Halleluia, halleluia, halleluia. Cant. Dñe miserere. fol. 14. ℣. de vigilia. Hodie scietis. Quatuor Lectiones de Hom. Vigil. cũ Responsorijs de vigilia, vt ĩfra. Laudes de vigilia cum commem. de Dominica. Similiter per horas celebratur officiũ de vigil. Homilia autem Dominicę non legitur in vltima lectione, quia posita fuit in Sabbatho.

IN VIGILIA NATIVITATIS DOMINI.

Ad Matutinum, Inuitatoriũ. Hodie scietis, quia veniet Dominus: Et manè videbitis gloriam eius. Hymnus de Aduẽtu, Antiphonæ, & Psal. de feria occurrente. ℣. Hodie scietis, quia veniet dominus. ℟. Et manè videbitis gloriam eiũ. Lectio sancti Euangelij secundum Matthęum. Lectio j.

Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequàm conuenirent, inuẽta est in vtero habens de Spiritu sancto. Et reliqua.

Homilia sancti Ioannis Chrysostomi.

Cuius rei gratia non antequam sponderetur, Virgo cõcepit? Vt videlicet (quod inter ipsa quoque initia significauimus) mysterium interim

quasi

quasi obumbratum lateret, & virgo omnē prorsus occasionem malignæ suspitionis effugeret. ℟. Sactificamini hodie, & estote parati, quia crastina die videbitis, Maiestatē Dei in uobis. ℣. Hodie scietis, quia veniet Dominus, & manè videbitis. Maiestatem Dei in vobis. Lectio ij.

QVādo enim ille qui præcipuo zelo posset ardere, cernitur non solum nō abijcere sponsam, nec eam ignominiæ denotare, sed etiam recipere in cōsortium, & honorare post partū, profectò manifestum est, quod nisi apertè nosset ex operatione Spiritus sancti illā extitisse conceptū, nunquàm vel apud se illam retinuisset, vel ei in omnibus quorū indiguit ministrasset. ℟. Constantes estote; videbitis auxilium Domini super vos: Iudæa & Ierusalem nolite timere. Cras egrediemini, & Dominus erit vobiscum. ℣. Sanctificamini filii Israel, & estote parati. Cras. Lectio iij.

IOseph autem vir eius, cum esset iustus, & nollet eā traducere, voluit occultè dimittere eam. Quia enim & apud se illam retinere iniquum putabat, & publicare, atque in iudicium trahere, nihil esse aliud, quàm in mortem trahere videbat: neutrum horum facit, sed adhuc sub lege viuens, supra legem philosophatur. ℟. Sanctificamini filii Israel, dicit Dominus: die enim crastina descendet Dominus. Et auferet à vobis omnem languorem. ℣. Crastina die delebitur iniquitas terræ, & regnabit super nos Saluator mundi. Et auferet à uobis omnem. In ij. Noct. Cap. & ℣. vt infra ad vj. Oratio de vigilia, vt infra in Laudibus. Si autem hæc vigilia in Dominica venerit, legatur infrascripta lectio pro xij. cum suo Responsorio, & Euangelium, dicto Hymno Te Deum laudamus. Lect. xij.

HÆc ergo eo cogitante, in somnis apparuit ei Angelus. Cur in somnis, & nō potius apertè sicut & Pastoribus, & Zachariæ apparuerat, & Virgini? Quia scilicet erat vir prorsus fidelis, & manifestiori reuelatione non indigens. ℟. Intuemini. require supra in Dominica præcedenti. f. 89.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

CVm esset despōsata mater Iesu Maria Ioseph, antequàm cōuenirent, inuēta Cap. 1. sub medium.

est

est in vtero habens de Spiritu sancto. Ioseph autem vir eius cùm esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini in somnis apparuit ei, dicens: Ioseph, fili Dauid, noli timere, accipere Mariā coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. ℟. Amen. Oratio. Deus qui nos. vt infra in Laudibus.

Deinceps fit officium duplex. Ad Laudes, & per Horas, Aña.

IVdæa, & Ierusalem nolite timere: cras egrediemini, & Dominus erit vobiscum, halleluia. Ps. Dominus regnauit. cum reliq. fol. 18. Antiphona. Hodie scietis, quia veniet Dominus: & manè videbitis gloriam eius. Aña. Crastina die delebitur iniquitas terræ, & regnabit super nos Saluator mūdi. Aña. Dominus veniet, occurrite illi, dicentes, magnū principium, & regni eius non erit finis, Deus fortis, dominator, prīceps pacis, hallel. hall. Aña. Crastina die erit vobis salus, dicit Dñs De^o exercituū.

Capitulum.

PAulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangeliū Dei (quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis) de Filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. ℟. br. Hodie scietis, quia veniet Dominus. ℣. Et manè videbitis gloriam eius. Hymnus. Vox clara. fol. 83. ℣. Crastina die delebitur iniquitas terræ. ℟. Et regnabit super nos Saluator mundi. Rom. 1.

Ad Benedictus, Antiphona.

Orietur sicut sol Saluator mūdi, & descendet in vterū Virginis, sicut imber super gramen, halleluia. Oratio.

DEus, qui nos redēptionis nostræ annua expectatione lætificas: præsta, vt vnigenitum tuum, quem redemptorem læti suscipimus, venientem quoque iudicem securi videamus, dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat: in vnitate Spiritus sancti Deus, &c.

Et dicitur per horas diei, Ad Primam ad Absolutionē capituli dr Capitulum Nonæ.

Ad Tertiam, Capitulum. Paulus. ℣. Hodie scietis,

Ad

Ad Sextam, Capitulum.

Rom. 1. QVi prædestinatus est filius Dei in virtute secũdùm spiritũ sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri. ℣. Crastina die delebitur iniquitas terræ. Ad ix. Cap.

PEr quem accepimus gratiam, & apostolatum ad obediẽdum fidei in omnibus gentibus, pro nomine eius, in quibus estis & vos vocati Iesu Christi Domini nostri. ℣. Crastina erit uobis salus. ℟. Dicit Dñs Deus exercituum. Rom. 1.



Die 25. B.

IN NATIVITATE DOMINI.

DVPLEX I.

AD VESPERAS,

ANTIPHONA.

REx pacificus magnificatus est, cuius vultum desiderat vniuersa terra. Psalm. Dixit Dominus. fol. 66. cum reliquis de Dominica. Aña. Magnificatus est rex pacificus super omnes reges vniuersæ terræ. Aña. Cõpleti sunt dies Mariæ, vt pareret Filium suum primogenitum. Aña. Leuate capita uestra: ecce appropinquat redemptio vestra. Cap.

Tit. 3. Pparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei, nõ ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed sm̃ misericordiã suam saluos nos fecit. ℟. br. Hodie scietis. vt sup. in Laud. vigil. Hymn.

Diui Ambrosij.

CHriste redẽptor omniũ,
Ex patre patris vnice,
Solus ante principium,
Natus ineffabiliter.

Tu lumen, tu splẽdor patris,
Tu spes perennis omniũ,
Intẽde quas fundũt preces
Tui per orbem famuli.

Memento salutis auctor,
Quod nr̃i quõdã corporis
Ex illibata Virgine
Nascẽdo, formã sumpseris.

Sic præsens testatur dies
Currens per anni circulũ,
Quod solus à sede patris
Mundi salus adueneris.

Hunc Cęlũ, terra, hũc mare,
Hunc oẽ, quod in eis est,
Auctorem aduentus tui
Laudans exultat cantico.

Nos quoq; qui sancto tuo
Redẽpti sanguine sumus,
Ob diem natalis tui
Hymnũ nouũ cõcinimus.

Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cũ patre, & sancto Spiritu,
In sempiterna secula. Aña.

Sic terminant oẽs hymni eius dẽ metri, vsq; ad Epiphan. ℣. Crastina die delebit. Ad Mag. Aña. Cũ ortus fuerit sol de cęlo, videbitis regẽ regũ procedentem à patre, tãquàm sponsum de thalamo suo. Oratio.

COncede, quæsumus omnipotẽs Deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem

natiuitas liberet;quos sub peccati iugo vetusta seruitª tenet. Per eundum Dominũ nostrũ.

Ad Matutinum, Inuitatoriũ. Christus natus est nobis. V enite adoremº. ps. Venite. f. 9. Hymnus. Christe redemptor.

In j. nocturno. Antiphona. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu; ego hodie genui te. ps. Quare fremuerunt. f. 1. Aña. Tamquàm sponsus Dominus procedens de thalamo suo, ps. Cęli enarrant. fol. 8. Aña. Eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Psal. Domini est terra. fol. 11. Aña. Diffusa est gratia ĩ labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum, Psal. Eructauit. fol. 26. Aña. Psallite Deo nr̃o, psallite; psallite regi nostro, psallite sapienter. ps. Omnes gentes. fol. 28. Aña. Suscepimus Deus misericordiam tuam: in medio templi tui. Psal. Magnus Dominus. f. 28. ℣. Tamquàm spõsus. ℟. Dñs ꝓcedens de thalamo suo.

Quatuor sequentes lectiones Isaiæ prophetæ leguntur siue titulo. Lectio j.

Isa. ... in ... tio. PRimo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephtalim, & nouissimo aggrauata est via maris trãs Iordanem Galileæ gentium. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. ℟. Hodie nobis cęlorum Rex de virgine nasci dignatus est, ut hominem perditum ad cœlestia regna reuocaret. Gaudet exercitus angelorum: quia salus ęterna humano generi apparuit. ℣. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Gaudet exercitus. Gloria Patri, &c.

Iterum repetitur Respõsoriũ. Hodie nobis cœlorũ. vsq; ad ℣. Gloria in excelsis. sed infra octauam dicitur solùm usque ad Gloria Patri. Lect. ij.

Isa. 40 ĩ init. COnsolamini, cõsolamini popule meus, dicit Deus vester. Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam: qm̃ completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius. Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. ℟. Hodie nobis de cœlo pax vera descẽdit. Hodie per totum mundum melliflui facti sunt cęli. ℣. Hodie illuxit nobis dies redẽptionis nostrę, reparationis antiquæ, fęlicitatis æternæ. Hodie per totum mundum. Lect. iij.

Con-

Isa. ĩ init. COnsurge, cõsurge, induere fortitudine tua Sion, induere uestimẽtis gloriæ tuæ Ierusalem ciuitas Sancti, quia non adijciet vltrà, ut pertranseat per te incircũcisus, & immundus. Excutere de puluere, consurge, sede Ierusalem, solue uincula colli tui captiua filia Siõ. ℟. Quem uidistis Pastores? dicite, & annũciate nobis: ĩ terris quis apparuit? Natum uidimus, & Choros Angelorum collaudantes Dominus. ℣. Dicite, quidnam uidistis, & annunciate Christi natiuitatem. Natum. Lect. iiij.

PRopter hoc sciet populus meus nomẽ meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. Quàm pulchri super mõtes pedes annũciantis, & prædicantis pacem, annũciãtis bonũ, prędicãtis salutem, dicentis Sion, Regnabit Deus tuus? ℟. O magnũ mysterium, & admirabile, sacramentum, ut animalia uiderẽt Dominum natum iacentem in præsepio. Beata uirgo cuius uiscera meruerũt portare Dominum Christum. ℣. Aue Maria, gratia plena; Dominus tecum. Beata. Gloria. Beata.

In ij. nocturno. Antiphona. Orietur in diebus Dñi abundantia pacis, & dominabitur. Psal. Deus iudicium. fol. 37. Aña. Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit. Psal. Benedixisti. fol. 44. Aña. Ipse inuocabit me, halleluia: Pater meus es tu, halleluia. Psal. Misericordias. totus fo. 47. Aña. Lætetur cęli, & exultet terra ante faciem Domini: quoniam uenit. ps. Cantate. j. fol. 49. Aña. Lux orta est i iusto, halleluia: rectis corde lętitia, halleluia. Psal. Dominus regnauit exul folio 49. Aña. Notum fecit Dominus, halleluia: salutare suum, halleluia. Psal. Cantate. ij f. 49. ℣. Speciosus forma præ filijs hominum. ℟. Diffusa est gratia in labijs tuis.

Sermo S. Leonis Papæ. Lect. v.

Ser. in natiuitate Dñi ĩ init & in... SAluator noster, Dilectissimi, hodie natus est: gaudeamus. Neque enim fas est locum esse tristitiæ, vbi natalis est vitæ: quæ consumpto mortalitatis timore, ingerit nobis de promissa æternitate lętitiã. ℟. Beata Dei genitrix Maria, cuius uiscera intacta permanent. Hodie genuit Saluatorem seculi. ℣. Beata quæ credidit, quoniam perfecta sunt oĩa, quæ dicta sunt ei à Dño. Hodie genuit. Lectio vj.

Nemo

NEmo ab huius alacritatis participatione secernit. Vna cunctis lætitiæ cõmunis est ratio: quia Dominus noster peccati, mortisq; destructor, sicut nullum à reatu liberum reperit, ita pro liberãdis omnibus venit. ℟. Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferã, nescio. Quia quem cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti. ℣. Benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Quia. Lectio vij.

VErbum igitur Dei Deꝰ, filius Dei, qui in principio erat apud Deũ, per quẽ facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil, propter liberandum hominem ab æterna morte, factus est homo, ita se ad susceptionem humilitatis nostræ sine diminutione suæ maiestatis inclinans, vt manẽs quod erat, adsumensq; quod non erat, veram serui formã, ei formæ, in qua Deo Patri est ęqualis, vniret, & tanto fędere naturam vtramq; consereret, vt nec inferiorem cõsumeret glorificatio, nec superiorem minueret assumptio. ℟. Beata viscera Marię Virginis, quæ portauerũt æterni patris filiũ: Et beata ubera, quæ lactauerunt Christum Dominum. Quia hodie pro salute mundi de Virgine nasci dignatus est. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis, venite gentes, & adorate Dominum. Quia. Lect. viij.

SAlua igitur proprietate vtriusque substantiæ, & in vnam coeunte personam, suscipitur à maiestate humilitas, à virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas, & ad rependẽdum nostræ conditionis debitum natura inuiolabilis naturæ est vnita passibili. Deusq; verus, & homo verus, in vnitatem Domini temperatur, vt quod nr̃is remedijs congruebat, vnus, atque idem Dei, hominumq; mediator, & mori posset ex vno, & resurgere posset ex altero. ℟. Descendit de cœlis Deus verus, à patre genitus: introiuit in vterũ Virginis, nobis ut appareret visibilis, indutus carne humana protoparente edita. Et exiuit per clausam portam Deus, & homo, lux, & uita, conditor mundi. ℣. Tamquàm spõsus Dominus procedẽs de thalamo suo. Et exiuit p clausam. In iij. noct. Aña. Nato Domino, Angelorum chorus canebat, dicens: Gloria in excelsis Deo, & i terra pax hominibus

bonę

bonæ uoluntatis, halleluia. Cantic. Dñe miserere. cũ rel. fol. 14. ℣. Ipse inuocabit me, hallã. ℟. Pr̃ meus es tu, hallã. Absolutio. A vinculis. ℣. Iube. Bño. Euãgelica lctõ sit nobis salus, & protectio. ℟. Amen. Lec. S. Euãgelij ſm Math. L. ix.

Cap. 1. in init. LIber Gñationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abrahã: Abraham genuit Isaac, Isaac autẽ genuit Iacob. Et reliqua. Homilia S. Hieronymi p̃sbyt.

Ex lib. cõm. ĩ eod. in init. IN Isaia legimus: generationẽ eius quis enarrabit? Nõ ergo putemus Euangelistam Prophetæ esse contrarium, vt quod ille impossibile dicit affatu, hic narrare incipiat, quia ibi de gñatione Diuinitatis, hic de incarnatione est dictũ. A carnalibus autẽ cępit, ut per hominẽ Deum discere incipiamus. ℟. Beata, & venerabilis es virgo Maria, quę sine tactu pudoris inuenta es mater Saluatoris. Iacebat in præsepio, & fulgebat ĩ cęlo. ℣. Dñe audiui auditũ tuũ & timui: cõsideraui opa tua, & expaui: in medio duorũ aĩaliũ. Iacebat. ℣. Iube. Bño Per Euãgelica dicta deleãt nr̃a delicta. ℟. Amẽ. Lctõ Euãgelii ſm Lucã. Lec. x.

Cap. 2. in init. IN illo tempore. Exijt edictũ à Cæsare Augusto, vt describeret vniuersus orbis. Et rel. Homilia S. Gregorij Papæ.

Ho. in in QVid est, quod nascituro Dño mũdus describitur, nisi hoc, quod apertè mõstratur, quia ille apparebat in carne, qui electos suos ascriberet in æternitate? Quod contrà de reprobis per Prophetã dr̃: Deleantur de libro viuentiũ; & cum iustis non scribantur. Qui benè etiam in Bethlehẽ nascitur: Bethlehẽ quippè domus panis interpretatur: ipse namq; est, q ait, Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. ℟. Angelus ad Pastores ait: annũcio vobis gaudium magnũ, qd erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator. Qui est Chr̃s Dñs, in Ciuitate Dauid. ℣. Inuenietis infantẽ pãnis inuolutũ, & positũ in p̃sepio. Qui est. ℣. Iube. Bño. Verba sancti Euãgelij doceat nos Chr̃s filius Dei. ℟. Amẽ. Lec. S. Euãgelij ſm Lucã. L. xj.

Cap ant mec IN illo tempore. Pastores loquebantur ad inuicem: trãseamus usque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est: quod fecit Dominus, & ostẽdit nobis. Et reliq. Homilia S. Ambrosij Epi.

Ex bro cõ ĩ e cap. VIdete Ecclesiæ surgentis exordium. Christus nascitur,

rat, & pastores uigilare cœperunt, qui Gentium greges pecudũ more antè viuẽtes, ĩ caulam Dñi cõgregarẽt; ne quos spiritualiũ bestiarũ, per effusas noctium tenebras, paterentur incursus. Et benè pastores vigilant, quos bonus pastor informat. Grex igitur populus, nox seculum, pastores sunt sacerdotes. ℟. O Regem cœli, cui talia famulãtur obsequia: stabulo ponitur qui continet mundum. Iacet in præsepio, & in cęlis regnat. ℣. Natus est nobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in Ciuitate Dauid. Iacet. ℣ Iube. Bñd. Per euangelicam lectionem: det nobis Dominus suam benedictionem. ℟. Amen.

Lec. S. Euãgelij sm Iohã. L. xij.

Cap. 1 IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Epi.

Tra. j. 1 d. DEus erat uerbum: Exeat nunc nescio quis Arian⁹, & dicat, quia verbum Dei factũ est. Quomodo potest fieri, vt verbũ Dei factũ sit, quando Deus per verbũ fecit omnia? Si & verbũ Dei ipsum factũ est, per quod aliud uerbum factũ est? si hoc dicis, qa, hoc est verbum uerbi, per quod factũ est; illud ipsum dico ego unicum filium Dei. Si autem non dicis uerbum uerbi: concede nõ factum, per quod facta sunt omnia. Nõ enim per seipsum fieri potuit, p quod facta sunt omnia. ℟. Verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Et uidimus gloriam eius, gloriã quasi unigeniti à patre: plenũ gratiæ, & ueritatis. ℣. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Et uidim⁹. Gloria. Et vidim⁹. Hym. Te Deum laud. f. 16. ℣ Dñs uobiscũ. ℟. Et cum spũ tuo. Euangel. Liber generationis. vt ĩ Nat. B. Mariæ f. Hym. Te decet laus. Oro. Concede. Dicto Benedicamus Domino, & Fidelium animæ,

Celebratur prima Missa post mediã noctem, ut in ordinario, qua finita dicũtur Laudes.

Ad Laudes, & per Horas. Aña.

QVem uidistis pastores? dicite, & annũciate nobis: in terris quis apparuit? Natum vidimus, & Choros Angelorum collaudantes Dñm, halleluia, halleluia. Psal. Dñs regnauit. cũ rel. fol. 18. Aña. Genuit puerpera regem, cui nomen æternum: & gaudium matris habens, cum virginitate pudoris: nec primam simi-

lem

lem visa est, nec habere sequẽtem, halleluia. Antiph. Angelus ad pastores ait: annuncio uobis gaudium magnũ, quia nat⁹ est nobis hodie Saluator mundi, halleluia. Aña. Facta est cũ Angelo multitudo cęlestis exercitus, laudantium Deum, & dicentium: Gloria in excelsis Deo: & ĩ terra pax hominibus bonę volũtatis, hall'a. Antiph. Paruulus filius hodie natus est nobis: & uocabitur Deus fortis, hall'a, hall'a. Cap.

Hebr. Cap. 1 MVltifariam, multisque modis, olim Deus loquens patribus in prophetis: nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit hęredem vniuersorum, per quẽ fecit & secula. ℟. br. Viderunt omnes fines terræ: Halleluia, halleluia. ℣ Salutare Dei nostri. Halleluia. Gloria. Viderunt. Hymnus.

Sedul. ĩ hym. de vita Chri.

A Solis ortus cardine
Ad vsq; terræ limitem,
Christũ canamus Principẽ
Natum Maria Virgine.
Beatus auctor seculi
Seruile corpus induit:
Vt, carne carnem liberans
Ne perderet, quos cõdidit.
Castę parentis viscera
Cęlestis intrat gratia:
Venter puellæ baiulat
Secreta, quæ non nouerat.
Domus pudici pectoris
Templum repentè fit Dei:
Intacta nesciens virum,
Verbo concepit Filium.
Enixa est puerpera
Quem Gabriel pdixerat,
Quem matris aluo gestiẽs
Clausus Iohannes senserat.
Fęno iacere pertulit,
Pręsepe non abhorruit,
Paruoq; lacte pastus est,
Per quem nec ales esurit.
Gaudet Chorus cœlestium,
Et Angeli canunt Deo:
Palamq; fit Pastoribus
Pastor, creator omnium.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine.

vt supra. ℣ Notum fecit Dñs, hall'a. ℟ Salutare suũ, hall'a. Ad Bñs, Aña. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, halleluia, hall'a. Oratio. Concede.

Summo manè dicitur Prima, qua finita, celebratur secunda Missa in Aurora, & in ea fit cõmemoratio de S. Anastasia.

Ad Primã. Aña. Quẽ vidistis.

Ad Absolutionem Capituli. Ipsi peribunt. vt ad Nonam.

Tertia dicitur hora sua, qua finita celebratur tertia Missa de die Natiuitatis.

Ad iij. Capitulũ Multifariam.

℣. Verbum caro factum est, halleluia. ℟. Et habitauit in nobis, halleluia. Ad vj. Cap.
Heb. j. ET tu in principio Domine terrã fundasti, & opera manuum tuarum sunt cęli. ℣. Notum fecit Dñs, hallã. ℟. Salutare suum, halleluia.
Ad Nonam, Capitulum.
Heb. j. IPsi peribũt, tu autẽ permanebis; & oẽs sicut vestimẽtũ veterascent. Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. ℣. Viderunt omnes fines terræ, halleluia. ℟. Salutare Dei nr̃i, hallã. Ad Vesp. Aña. Tecũ principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum: ex vtero ante luciferũ genui te. Psal. Dixit Dominus. fol. 66. Aña Redemptionẽ misit Dominus populo suo: mandauit in æternum testamentũ suũ. ps. Confitebor. folio 66. Aña. Exortum est in tenebris lumẽ rectis corde: misericors, & miserator, & iustus Dominus. ps. Beatus vir. folio 66. Aña. Apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio. Psal. De profundis. folio 69. Capit. Multifariàm. ℟. br. Verbum caro factũ est. allã, hallã. ℣. Et habitauit in nobis. Hymn⁹. Christe redẽptor. ℣. Notum fecit Dñs. Ad Magn. Aña. Hodie Chr̃s natus est: hodie saluator apparuit: hodie in terra canunt Angeli, lætantur Archangeli: hodie exultant iusti, dicentes, Gloria in excelsis Deo, hallel. Oratio. Concede. Deinde pro Sancto Stephano Antiphona. Stephan⁹ aũt plenus gratia, & fortitudine, faciebat signa magna in populo. ℣. Iust⁹, vt palma florebit. ℟. Sicut cedr⁹ libani multiplicabitur. Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, imitari quod colimus: vt discamus & inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Iesum Christũ, filium tuum. Qui tecum vi.

IN FESTO S. STEPHANI Protomartyris. Duplex 2. Die. 26. C.

Oĩa de cõi vnius marty. præter hic posita. Ad Matut. Inuitato. Christum natum, qui beatum hodie coronauit Stephanum. Venite adoremus. Psalmus. Venite. fol. 9. In j. Nocturno. De Actibus Apłorum. Lect. j.

Cap. 6 in init. IN diebus illis: Crescẽte numero discipulorum, factũ est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eò quòd despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum. Conuocantes autem duodecim multitudinem Discipulorum, dixerunt. Non est ęquum, nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. ℟. Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine F aciebat prodigia, & signa magna in populo. ℣. Surrexerunt quidam de Synagoga disputantes cum Stephano, & non poterant resistere sapientiæ, & spiritui qui loquebatur. F aciebat. Lectio ij.

COnsiderate ergo, fratres, viros ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiritu sancto, & sapientia, quos constituamus super hoc opus. Nos verò orationi & ministerio verbi instantes erimus. Et placuit sermo coràm omni multitudine. ℟. Videbant omnes Stephanum, qui erant in Concilio: E t intuebãtur vultum eius, tamquàm vultũ Angeli stãtis inter illos. ℣. Plenus gratia, & fortitudine faciebat prodigia, & signa magna in populo. E t. Le. iij.

ET elegerunt Stephanum virum plenum fide & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum. Hos statuerunt antè conspectum Apostolorum: & orantes imposuerunt eis manus. ℟. Intuens in cœlum beatus Stephanus, vidit gloriam Dei, & ait. E cce video cœlos apertos, & Filium hominis stantem à dextris virtutis Dei. ℣. Cum autem esset Stephanus plenus Spiritusancto intendens in cœlum vidit gloriam Dei, & ait, E cce. L. iiij.

STephanus autem plenus gratia, & fortitudine, faciebat prodigia, & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga, quę appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia, & Asia, disputantes cum Stephano: & non poterant resistere sapientiæ, & spiritui qui loquebatur. ℟. Lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem; Domine Iesu Christe accipe spiritum meum: E t ne statuas illis hoc peccatum. ℣. Positis autem genibus clamauit uoce magna, dicens. Domine Iesu Christe. G loria Patri. E t ne statuas.

Sermo S. Fulgentij Epi. Lect. v.

fer. s. eph. nit. HEri celebrauimus temporalem ſempiterni regis noſtri natalem: hodie celebramus triumphalem militis paſſionem. Heri enim rex noſter, trabea carnis indutus, de aula vteri virginalis egrediens, viſitare dignatus eſt mundum: hodie miles de tabernaculo corporis exiens, triumphator migrauit ad cœlum. ℟. Impetum fecerunt vnanimiter in eum, & eiecerunt eum extra Ciuitatem inuocantem, & dicentem: Domine Ieſu accipe ſpiritum meum. ℣. Et teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua, ſecus pedes adoleſcentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum inuocantem, & dicẽtem. Domine Ieſu. **Lect. vj.**

ILle, ſempiternæ Deitatis Maieſtate ſeruata, ſeruile cinctorium carnis aſſumens, in huius ſeculi campum pugnaturus intrauit: Iſte, depoſitis corruptibilibus corporis indumentis, ad cœli palatium perenniter regnaturus aſcendit. ℟. Impij ſuper iuſtum iacturam fecerunt, ut eum morti traderent. At ille gaudens ſuſcepit lapides, vt mereretur accipere coronam gloriæ. ℣. Continuerũt aures ſuas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum. At ille. **L. vij.**

ILle deſcendit carne uelatus, Iſte aſcendit ſanguine laureatus. Aſcendit iſte lapidantibus Iudæis, quia ille deſcendit lætantibus Angelis. Gloria in excelſis Deo, heri exultantes ſancti Angeli cantauerunt, Hodie Stephanum lætantes in ſuum conſortium ſuſceperunt. ℟. Stephanus ſeruus Dei, quem lapidabant Iudæi, vidit cœlos apertos, vidit, & introiuit. Beatus homo, cui cœli patebunt. ℣. Cum igitur ſaxorum crepitantium turbine quateretur, inter æthereos aulæ cœleſtis ſinus, Diuina ei claritas fulſit. Beatus homo. **Lectio octaua.**

HEri Dominus exiuit de vtero Virginis, hodie miles egreſſus eſt de ergaſtulo carnis. Heri Chriſtus pro nobis pannis eſt inuolutus: hodie Stephanus ſtola eſt ab eo immortalitatis indutus. Heri præſepis anguſtia Chriſtum portauit infantem, hodie immenſitas cœli ſuſcepit Stephanum triumphantem. ℟. Pateſactæ ſunt ianuę cęli Chriſti martyri beato Stephano, qui in numero

Martyrum inuentus eſt primus. Et ideò triumphat in cœlis coronatus. ℣. Mortem enim, quam Saluator noſter dignatus eſt pro nobis pati, hanc ille primus reddidit Saluatori. Et ideò. Gloria. Et.

In iij. noctur. Aña. Ieruſalem, Ieruſalẽ, quę occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt. **Canticum.** Beatus vir. **cum reliquis.** folio

Lec. S. Euãgelij ſm Matth. L. ix.

Cap. 23. IN illo tempore: Dicebat Ieſus turbis Iudæorum, & Principibus Sacerdotum. Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis ueſtris. **Et reliqua.**

Hom. ſancti Hieron. pſbyteri.

Ex lib. 4. cõ. ĩ cod. HOc quod antea dixeramus, Implete menſuram patrum veſtrorũ, ad perſonam Domini pertinere, eo quòd occidendus eſſet ab eis, poteſt & ad diſcipulos eius referri, de quibus nunc dicit: Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas. ℟. Heſterna die Dominus natus eſt in terris, vt hodie Stephanus naſceretur in cœlis: ingreſſus eſt Dominus mundum, Vt Stephanus ingrederetur in cœlum. ℣. Heri enim rex noſter trabea carnis indutus, de aula vteri virginalis egrediens, viſitare dignatus eſt mũdũ. Vt Ste. **L. x.**

SImulque obſerua, iuxta Apoſtolum ſcribentem ad Corinthios, varia eſſe dona diſcipulorum Chriſti: alios Prophetas, qui futura prędicant: alios Sapientes, qui nouerint quando debeãt proferre ſermonem: alios ſcribas in lege doctiſſimos; ex quibus lapidatus eſt Stephanus, Paulus occiſus, crucifixus Petrus, flagellati in Actibus Apoſtolorum diſcipuli. ℟. Surrexerunt quidam de ſynagoga, diſputantes cum Stephano. Et non poterant reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui qui loquebatur. ℣. Commouerunt itaque plebem, & concurrentes rapuerunt eũ, & adduxerũt in Conciliũ. Et. **L. xj.**

ET perſecuti ſunt eos de Ciuitate in Ciuitatem, expellentes de Iudæa, vt ad Gentium populum tranſmigrarent. Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, a ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter

templum, & altare. ℟. Cum
esset plen⁹ Spiritu sancto bea-
tus Stephanus, intendens in
cœlum vidit gloriam Dei, Et
Iesum stantẽ à dextris Dei. ℣.
Et clamans voce magna, dixit,
Ecce video cœlos apertos. Et
Iesũ stãtẽ à dextris Dei. L. xij.

DE Abel nulla est ambi-
guitas, quin is sit, quem
Cain frater eius occidit. Iu-
stus autem nõ solum ex Do-
mini nunc sententia, sed ex
Genesis testimonio compro-
batur, vbi accepta eius à Deo
narrantur munera. Quæri-
mus autem quis sit iste Zacha-
rias filius Barachiæ, quia mul-
tos legimus Zacharias. Et ne
libera nobis tribueretur erro-
ris facultas, additũ est. Quem
occidistis inter templum, &
altare. ℟. Sepelierunt Stepha-
num viri timorati, & fecerunt
planctum magnum super eũ:
facta est autẽ persecutio ma-
gna aduersus Ecclesiam, Quę
erat Ierosolymis. ℣. Saulus au
tẽ cõsenties neci eius, deuasta-
bat Ecclesiã. Quę. Glo. Quę.
Sequẽ. S. Euangelij ẜm Matth.

pit. in t. IN illo tempore:
Dicebat Iesus tur-
bis Iudęorum, &
Principibus sacer
dotum. Ecce ego mitto ad vos
prophetas, & sapientes, & scri
bas, & ex illis occidetis, & cru
cifigetis, & ex eis flagellabitis
in synagogis vestris, & perse-
quemini de ciuitate in ciuita-
tem: vt veniat super uos om-
nis sanguis iustus, qui effusus
est super terram, à sanguine
Abel iusti vsque ad sangui-
nem Zachariæ filii Barachiæ,
quem occidistis inter tẽplum
& altare. Amen dico vobis, ve-
nient hæc omnia super ge-
nerationem istam. Ierusalem,
Ierusalem, quę occidis pro-
phetas, & lapidas eos, qui
ad te missi sunt, quoties vo-
lui congregare filios tuos,
quemadmodum gallina con-
gregat pullos suos sub alas,
& noluisti? Ecce relinquetur
vobis domus vestra deserta.
Dico enim vobis, Non me
videbitis amodò, donec dica-
tis. Benedictus qui venit in
nomine Domini. ℟. Amen.
Ad Laudes, & per horas. Aña.

LApidauerũt Stephanum,
& ipse inuocabat Domi-
num, dicens, Ne statuas illis
hoc peccatum. Psalmus. Do-
minus regna. cum reliq. f. 18.
Aña. Lapides torrẽtis illi dul-
ces fuerũt: ipsum sequunt om-
nes animæ iustæ. Aña. Adhę-
sit anima mea post te, quia ca-
ro mea

ro mea lapidata est pro te De⁹
meus. Aña. Stephan⁹ vidit cœ
los apertos: vidit, & introiuit:
Beatus hõ cui cœli patebunt.
Antiphona. Ecce video cœ-
los apertos, & Iesum stantem
à dextris virtutis Dei. Cap.

Act. 6. STephanus autẽ plenus gr̃a
& fortitudine, faciebat pro-
digia & signa magna in pplo.
℟. bre. Posuisti Dñe. Hym.
Martyr Dei. ℣. Sepelierũt Ste
phanum viri timorati. ℟. Et
fecerunt planctum magnum
super eũ. Ad Benedictus, Aña.
Stephanus autem plenus gra-
tia, & fortitudine, faciebat si-
gna magna in populo. Oratio.
Da nobis. Deinde fit comme-
moratio de Natiuitate. Aña.
Gloria in excelsis. ℣. Notum
fecit. Oratio. Concede.
Ad iij. Cap. Stephanus aũt. ℣.
Gloria, & honore. Ad vj. Cap.

Act. 6. SVrrexerunt autem quidã
de synagoga, quæ appella-
tur Libertinorum, & Cyrenẽ-
sium, & Alexandrinorum, &
eorum qui erant à Cilicia, &
Asia, disputantes cũ Stephano:
Et nõ poterant resistere sapiẽ-
tiæ, & Spiritui qui loquebatur.
℣. Posuisti Dñe. Ad ix. Cap.

Act. 7. POsitis autem genibus cla-
mauit voce magna, dicẽs:
Dñe, ne statuas illis hoc pec-
catũ: Et cũ hoc dixisset, obdor-
miuit in Dño. ℣. Magna est
gloria ei⁹. Ad Vesp. Aña. Tecũ
principium. cũ rel. Antipho-
nis & psal. de Natiuitate. Quod
seruat in alijs festis infra hanc
Octauam occurrentibus. Cap.
Stephanus autem. ℟. bre. Glo-
ria, & honore. Hym. Deus tuo
rum. ℣. Stephanus vidit cęlos
apertos. ℟. Vidit & introiuit:
beatus homo cui cęli patebũt.
Ad Mag. Aña. Sepelierunt Ste
phanũ viri timorati, & fecerũt
plãctũ magnũ sup eũ. Oratio.
Da nobis. Pro S. Iohãne. Aña.
Iste est Iohãnes, qui supra pe-
ctus Domini in cęna recubuit:
beatus Apostolus, cui reuelata
sunt secreta cęlestia. ℣. Valdè
honorandus est beatus Iohan-
nes. ℟. Qui supra pectus Dñi
in cęna recubuit. Oratio.

ECclesiam tuam Domine
benignus illustra: vt bea-
ti Iohãnis Apostoli tui, & Euã
gelistæ illuminata doctrinis,
ad dona perueniat sẽpiterna. P.
Et fit cõm. de Natiuitate. Aña.
Hodie Christus natus est. ℣.
Notũ fecit. Oro. Concedè qs.

IN FESTO S. IOHAN.

Apli, & Euangelistæ. Dup. 2.
Omnia de Cõi Apost. pter hic
posita. In j. noct. iiij. lectiones
de epistola j. Beati Iohannis
Apo-

Apostoli. Quod fuit ab initio. Vt ĩ Dñica infra oct. Asc. f.

℟.j. Valdè honorãdus est beatus Iohannes, qui supra pectus Domini in cœna recubuit. Cui Christus in cruce matrẽ virginẽ, virgini cõmẽdauit. ℣. Virgo est electus à Dño, atq; ĩter cęteros magis dilect⁹. Cui.

℟.ij. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hęc. Et scimus q̃a verum est testimonium eius. ℣. Fluenta euangelij de ipso sacro Dominici pectoris fonte potauit. Et scimus q̃a verũ.

℟.iij. Hic est beatissimus Euãgelista, & Apostolus Iohãnes. Qui priuilegio amoris præcipui cæteris altius à Domino meruit honorari. ℣. Hic est discipulus ille, quem diligebat Iesus, qui supra pectus Domini in cęna recubuit. Qui pri.

℟.iiij. Qui vicerit faciam illũ columnam in templo meo, dicit Dominus: Et scribam sup eũ nomẽ meũ, & nomẽ ciuitatis nouæ Ierusalẽ. ℣. Vincenti dabo edere de ligno vitę, q̃d ẽ ĩ paradiso Dei mei. Et. Glo. Et.

Ex libro S. Hierony. Presb. de scriptoribus Ecclesiasticis. L.v.

ib. IOhannes Apostolus quem
ip. Iesus amauit plurimũ, fi-
e. lius Zebedęi, frater Iacobi Apostoli, quem Herodes post passionem Domini decollauit, nouissimus omnium scripsit Euangelium, rogatus ab Asiæ Episcopis aduersus Cherinthũ, aliosq; Hæreticos, & maximè tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse: Vnde & compulsus est Diuinam eius natiuitatem edicere. ℟. Diligebat autem eum Iesus, quoniam specialis prærogatiua castitatis ampliori dilectione fecerat dignũ. Quia virgo electus ab ipso, virgo in ęuum permansit. ℣. In cruce deniquè moriturus, huic matrem suã Virginem, virgini cõmendauit. Quia virgo. L.vj.

SEd & aliam causam huius scripturę ferunt, quòd cũ legisset Matthæi, Marci, & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historię, & vera eos dixisse confirmauerit, sed vnius tantùm anni, in quo & passus est, post carcerem Iohannis historiam texuisse. ℟. In medio Ecclesiæ aperuit os eius. Et impleuit eum Dñs spiritu sapiẽtiæ & intellectus. ℣. Iucũditatẽ, & exultationẽ thesaurizauit sup eum. Et. L.vij.

PRætermisso itaque anno, cuius acta à tribus exposita

ta fuerant, superioris temporis antequàm Iohãnes clauderetur in carcerem, gesta narrauit, sicut manifestum esse poterit his qui diligẽter quatuor Euangeliorum volumina legerint. Scripsit autem & vnam epistolam, cuius exordium est. Quod fuit ab initio, q̃ ab vniuersis Ecclesiasticis & eruditis viris probatur. ℟. In illum diẽ suscipiam te seruum meum, & ponam te sicut signaculum in cõspectu meo. Quoniam ego elegi te, dicit Dñs. ℣. Esto fidelis vsq; ad mortẽ, & dabo tibi coronam vitæ. Q m̃. L.viij.

REliquæ autem duæ, quarum primę principiũ est, Senior Electæ Dominæ: & sequentis. Senior Caio charissimo. Iohannis presbyteri asseruntur, cuius & hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur. Et nonnulli putãt duas memorias eiusdem Iohannis Euãgelistę esse. ℟. Iste est Iohannes, qui supra pectus Domini in cęna recubuit. Beatus Apostolus cui reuelata sunt secreta cęlestia. ℣. Fluenta euãgelij de ipso Dñici pectoris fonte potauit. Btũs. G la. Btũs.

In iij. noct. Aña. Adeptus est sedẽ Apostolici culminis q̃ retia carnalia cõtẽpserat genitoris. Cant. Vos sancti. cũ rel. f.

Lect. S. Euãgelii, sẽm Ioh. L.ix.

IN illo tempore: Dixit Iesus Petro, Sequere me. Cõuersus Petrus vidit illũ discipulũ quẽ diligebat Iesus sequẽtẽ. Et rel. Ga.

Homilia S. August. Episcopi.

DVas vitas sibi Diuinitus prædicatas, & commendatas nouit Ecclesia; quarũ vña est in fide, altera in specie: vna in tempore peregrinationis, altera in æternitate mansionis: Vna in labore, altera in requie: Vna in via, altera in patria: Vna in opere actionis, altera in mercede contemplationis. ℟. Cibauit illũ Dominus pane vitę & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potauit eũ. Et exaltauit eum apud proximos suos. ℣. In medio Ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dñs Spiritu sapientiæ, & intellectus. Et exaltã. Lect. x.

VNa declinat à malo, & facit bonum: altera nullum habet, à quo declinet malum, & magnum habet, quo perfruatur bonum: Vna cum hoste pugnat, altera sine hoste regnat: Vna fortis est in aduersis, altera nil sentit aduersi: Vna carnales libidines fręnat, altera spiritualibus delectationibus vacat. ℟. Sic eum volo manere

Ex 124 mec

manere donec veniam. Quid ad te? Tu me sequere. ℣. Húc ergo cum vidisset Petrus, dixit ad Iesum, Domine hic autem quid? Quid ad te? Tu. Lect. xj.

VNa est vincẽdi cura sollicita, altera est de victoriæ pace secura. Vna in tentationibus adiuuatur, altera sine vlla tentatione in ipso adiutore lætatur. Vna subuenit indigenti; altera ibi est, vbi nullum inuenit indigentem. ℟. Virgo est electus à Domino, atq; inter cæteros magis dilectus, qui supra pectus eius recumbens, Euangelij fluenta de ipso sacro Dñici pectoris fonte potauit. Et verbi Dei gratiam in toto terrarum orbe diffudit. ℣. Spiritus sancti gratia inebriatus, cęteris altius Diuinitatis pa tefecit archanum. Et. Lec. xij.

VNa aliena peccata, vt sua sibi ignoscantur ignoscit, altera nec patitur quod ignoscat, nec facit quod sibi poscat ignosci. Vna flagellatur malis, ne extollatur in bonis, altera tanta plenitudine gratiæ caret omni malo, vt sine vlla tẽtatione superbiæ cohæreat summo bono. Vna & bona, & mala discernit, altera quæ sola bona sunt cernit. ℟. Ecce puer me⁹, quem elegi, dicit Dñs. Electus meus complacuit sibi in illo anima mea. ℣. Posui super eũ spiritũ meum, iudicium gentibus nũciauit. E le. G Fia. E le.

Sequẽtia S. Euang. ſm Iohan.

Cap. 21 IN illo tẽpore: Dixit Iesus Petro, Sequere me. Cõuersus Petr⁹ vidit illum discipulũ quẽ diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuit in cęna super pectus eius, & dixit; Dñe, quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit Iesu, Domine hic autem quid? Dixit ei Iesus. Sic eũ volo manere donec veniã, quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres, qđ discipulus ille non moritur. Et nõ dixit ei Iesus non moritur; sed sic eũ nolo manere donec veniã, qđ ad te? Hic est discipul⁹ ille q testimoniũ ꝑhibet đ his, & scripsit hæc. Et scimus qa verũ est testimoniũ ei⁹. ℟. Am.

Ad Laudes, & per horas, Aña.

VAldè honorãd⁹ est btũs Iohãnes, q supra pectus Domini in cœna recubuit. ps. Dñs regnauit. cũ reliq. fol. 18.

Antiphona. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his: & scimus quia verum est testimonium eius. Antiph. Hic est discipulus meus, sic eũ

volo

volo manere donec veniam. Antiphona. Sunt de hic stantibus, qui non gustabunt mortẽ, donec videant filium hominis in regno suo. Aña. Ecce puer meus electus, quem elegi: posui super eũ spiritũ meũ. Cap.

Eccle. 15. QVi timet Deum, faciet bona: & qui continens est iustitiæ, apprehendet illam, & obuiabit illi quasi mater honorificata. ℟. br. Constitues eos. Hym. Exultet cœlum. ℣. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his. ℟. Et scimus quia verum est testimoniũ eius. Ad Bñs Aña. Iste est Iohãnes, qui supra pectus Dñi in cęna recubuit: beatus Apostolus, cui reuelata sunt secreta cœlestia. Oratio. Ecclesiã tuã. Deindè fit cõm. de Natiuitate. Aña. Gloria in excelsis. ℣. Notum fecit. Oratio. Concede. De sancto Stephano. Aña. Stephanus autem. ℣. Sepelierũt Stephanũ. Oro. Da nobis q̃s. Ad iij. Cap. Qui timet. ℣. In omnem terram. Ad vj. Cap.

Eccle. 15. CIbauit illum pane vitę, & intellectus, & aqua sapiẽtię salutaris potauit illum, Dominus Deus noster. ℣. Constitues eos. Ad ix. Capitulum.

Eccle. 15. IN medio Ecclesię aperuit os eius, & impleuit eum Dominus spiritu sapientię, & intellectus, & stolam gloriæ induit eum. ℣. Nimis honorati. Ad Vesperas Antipho. Tecum principium. cum reliquis Antiphonis, & Psalmis, vt supra. Cap. Qui timet. ℟. br. In omnem terrã. Hymnus. Exultet cœlum. ℣. Valde honorãdus. Vt sup. in j. Vesp. Ad Mag. Aña. Exijt sermo inter fratres, quod discipulus ille nõ morit᷑: & nõ dixit Iesus, nõ moritur, sed sic eũ volo manere donec veniã. Oro. Ecclesiam tuam. Deinde ꝓ sanctis Innocentibus, Aña. Isti sunt, qui cũ mulieribus nõ sũt coinquinati: virgines enim sunt, & sequunt᷑ agnũ quocũq; ierit. ℣. Herodes iratus occidit multos pueros. ℟. In Bethlehẽ Iudę, Ciuitate Dauid. Oro.

DEus, cuius hodierna die pręconium Innocentes Martyres, non loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica, vt fidem tuam, quã lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateat᷑. Per Dñm. Deinde fit commemoratio de Natiuitate. Antiphona. Hodie Christus. ℣. Notum fecit. Oro. Concede. De sancto Stephano, Antiphona. Sepelierũt. ℣. Stephanus. Oratio. Da nobis.

IN

Die 28 IN FESTO SANCTORVM Innocentium. Duplex. 2.

Omnia sumũtur de Cõi plurimorũ Martyrũ, ꝑter hic posita.

Ad Matutinum, Inuitatorium.

Regem Martyrum Dominũ, Venite adoremus. Psalmus. Venite exultemus. f. 9. Hym.

AVdit tyrannus anxius,
Adesse Regũ Principem,
Qui nomen Israel regat,
Teneatq; Dauid Regiam.
Exclamat amens nuncio:
Successor instat, pellimur:
Satelles i, ferrum rape,
Perfunde cunas sanguine.
Quid proficit tantum nefas?
Quid crimẽ Herodẽ iuuat?
Vnus tot inter funera
Impunè Christus tollitur.
Gloria tibi Domine. vt supra.

De Ieremia Propheta. Lect. j.

ca. 31. AVdite verbum Domini Gentes, & annunciate in Insulis quę procul sunt, & dicite. Qui dispersit Israel, congregabit eum, & custodiet eũ sicut pastor gregem suum. Redimet enim Dominus Iacob, & liberabit eum de manu potentioris. ℟. Centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra: hi sunt qui cũ mulieribus non sunt coinquinati, Virgines enim permanserũt, ideò regnant cũ Deo, & Agn⁹ Dei cũ illis. ℣. Isti sunt q̃ venerũt ex magna tribulatione, & lauerũt stolas suas in sanguine Agni. Virgines. Lect. ij.

ET venient, & laudabunt in monte Sion: & confluent ad bona Domini super frumẽto, & vino, & oleo, & fœtu pecorum, & armentorum: eritq; anima eorum quasi hortus irriguus, & vltra non esurient. Tunc lętabitur virgo in choro, iuuenes & senes simul: & conuertam luctum eorum in gaudium & consolabor eos, & lętificabo à dolore suo. ℟. Sub Altare Dei audiui voces occisorum dicentium. Quare nõ defendis sanguinem nostrum? Et acceperunt Diuinum respõsum: Adhuc sustinete modicum tempus, donec impleatur numerus fratrum vestrorum. ℣. Vidi sub altare Dei animas interfectorum propter verbũ Dei, & pp testimonium, quod habebãt, & clamabãt voce magna, dicẽtes: Quare nõ. L. iij.

ET inebriabo animam sacerdotum pinguedine: & populus meus bonis meis adimplebitur, ait Dñs. Hæc dicit Dominus, Vox in excelso audita est lamẽtationis, luctus & fletus Rachel plorãtis filios suos: & nolentis consolari super

per

per eis, quia nõ sunt. ℟. Adorauerunt viuentem in secula seculorum. Mittẽtes coronas suas antè thronũ Domini Dei sui. ℣. Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas; & benedixerũt viuentẽ in secula seculorum. Mittentes. L. iiij.

HÆc dicit Domin⁹, Quiescat uox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis; quia est merces operi tuo, ait Dominus, & reuertentur de terra inimici. Et est spes nouissimis tuis, ait Dominus, & reuertentur filii ad terminos suos. ℟. Effuderunt sanguinem sanctorum velut aquam in circuitu Ierusalem. Et non erat, qui sepeliret. ℣. Posuerunt mortalia seruorũ tuorũ escas volatilibus cœli, carnes sanctorũ tuorum bestijs terrę. Et non. Glo. Et.

Semo S. Augustini Epi. Lect. v.

Ser. 3. in fest. Ss. Innocẽ. HOdie fratres Charissimi, natalem illorum Infantium colimus, quos ab Herode, crudelissimo Rege interfectos esse, Euangelij textus eloquitur. Et ideò cum summa exultatione gaudeat terra Cęlestium militum, & tantarum parens fœcunda virtutum. ℟. Isti sunt qui passi sunt propter te Dñe, vindica eos; Quia clamãt ad te quotidie. ℣. Vindica Dñe sanguinẽ sanctorũ tuorũ, qui effusus est. Quia cla. L. vj.

ECce profanus hostis nunquam beatis paruulis tãtum prodesse potuisset obsequio, quantum profuit odio. Nam, sicut sacratissimum pręsentis diei festum manifestat, quantum cõtra beatos paruulos iniquitas abundauit, tantũ in eis gratia benedictionis refudit. ℟. Isti sunt qui non inquinauerunt vestimenta sua. Ambulabũt mecum in albis, quia digni sunt. ℣. Isti sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Ambulabunt. Lect. vij.

BEata es, ò Bethlehem terra Iuda, quæ Herodis regis immanitatem in puerorũ extinctione perpessa es, quæ sub vno tempore candidatam plebem imbellis Infantiæ Deo offerre meruisti. ℟. Cantabũt sancti canticum nouum antè sedem Dei, & Agni: Et resonabat terra in voces eorũ. ℣. Hi empti sũt ex omnibus primitiæ Deo, & Agno, & in ore ipsorum non est inuentũ mendacium. Et resonab. L. viij.

DIgnè tamen natalem illorum colimus, quos beatius æternæ vitæ mundus ædidit, quàm quos mũdo maternorum

norum

norũ viscerum partus effudit: Si quidem antè vitæ perpetuæ adepti sunt dignitatẽ, quã vsũ præsentis acceperint. Aliorum quidem præciosa mors Martyrum laudẽ in confessione promeruit, horũ in consummatione complacuit. ℟. Vidi sub altare Dei animas interfectorũ propter verbum Dei, ꝙ habebant, & clara voce dicebant: Vindica Domine sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. ℣. Sub throno Dei omnes sancti clamant. Vindica Dñe. Gloria Patri. Vindica Dñe.

In iij. Noct. Aña. Ambulabunt mecum in albis, quoniã digni sunt, & nõ delebo nomina eorum de libro vitæ. Canticum. Vos Sancti Dñi. cũ rel. f.

Lec. S. Euãgelij ẽm Matth. L. ix.

p.2. In illo tẽpore: Angelus Dñi apparuit in somnis Ioseph, dicens. Surge, & accipe puerũ & matrẽ eius, & fuge in Ægyptũ, & esto ibi vsq; dũ dicã tibi. Et reliq. Homi. S. Hier. Presby.

lib. om. co- m. Quando tollit puerum, & matrem eius, vt in Ægyptũ transeat, nocte tollit, & in tenebris: quia noctem ignorãtiæ his, à quibus ipse recessit, reliquit incredulis. Quando verò reuertitur in Iudęã, nec nox nec tenebræ in Euangelio pronuntur: quia in fine mundi, Iudęi fidem tamquàm Christum ab Ægypto reuertentem, suscipiẽtes illuminabuntur. ℟. Isti qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? & vnde venerunt? Et dixit mihi. Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerũt eas in sanguine Agni. ℣. Vidi sub altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant. Et dixit. Lectio x.

Vt adimpleretur quod dictum est a Dño per prophetam dicentem. Ex Ægypto vocaui filium meum. Respondeant qui Hebręorum volumi nũ denegãt veritatem, vbi hoc in septuaginta legat interpretibus. Quod cùm non inuenerint, nos eis dicemus. In Osee Propheta scriptum, sicut exẽplaria probare possunt quę nuper ędidimus. ℟. Ambulabunt mecũ in albis, quia digni sunt, Et nõ delebo nomina eorum de libro vitæ. ℣. Hi sunt, qui cũ mulierib⁹ nõ sunt coinquinati, Virgines enim sũt. Et. L. xj.

Possumus autem locũ istũ & aliter consolari propter contentiosos: quorum consuetudinem Paulus Apostolus habere se denegat, & Ecclesiã Xp̃i: Et

Et testimonium proferimus ex Numeris, dicentem Balaam. Deus ex Aegypto vocauit eũ: gloria eius sicut Vnicornis. ℟. Vidi Agnum stantẽ supra mõtem Sion. Et cum eo Sanctorum millia: & habebant nomẽ eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. ℣. Hi sunt qui tollentes crucem suã, Agnum sequuntur vbique. Et cum eo Sanctorum. Lect. xij.

De Rachel nat⁹ est Beniamin, in cuius tribu nõ est Bethlehẽ. Quæritur ergo quomodo Rachel filios Iudæ, idest, Bethlehẽ, quasi suos ploret. Respõdebim⁹ breuiter quia sepulta sit iuxta Bethlehẽ ĩ Ephrata: & ex materno corpusculi hospitio matris nomen acceperit. ℟. Vox in Rhama audita est ploratus, & vlulatus. Rachel plorans filios suos. ℣. Et noluit consolari, quia non sunt. Rachel. Gloria patri. Rachel.

Sequentia S. Euang. ẽm Matth.

Cap.2. in medio. In illo tẽpore. Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicẽs, surge & accipe puerum, & matrẽ eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi vsque dum dicam tibi: Futurum est enim, vt Herodes quærat puerum ad perdẽdum eum. Qui consurgens accepit puerum, & matrẽ eius nocte; & secessit in Aegyptum; & erat ibi usque ad obitum Herodis: Vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem. Ex Aegypto vocaui filium meum. Tunc Herodes uidens quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde: Et mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à bimatu, & infra, secundùm tempus quod exquisierat à Magis. Tũc adimpletum est, quod dictũ est per Ieremiam prophetam, dicẽtẽ. Vox in Rhama audita est ploratus, & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos. Et noluit consolari quia non sunt.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

Herodes irat⁹ occidit multos pueros in Bethlehẽ Iudę Ciuitate Dauid. ps. Dñs regnauit. cũ rel. f. 18. Aña. A bimatu, & infra occidit multos pueros Herodes propter Dominum. Aña. Angeli eorum semper vident faciem patris. Aña. Vox ĩ Rhama audita est, ploratus, & ululatus, Rachel plorans filios suos. Sub throno Dei omnes sancti clamant, vindica sanguinem nostrum Deus noster. Capitulũ.

Ant. Vidi supra montem Sion Agnum stantem, & cũ eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. ℟. br. Exultent iusti. Hymnus.

Ad Laudẽ. Hym. Salutete flores Martyrum, Quos lucis ipso in limine Christi insecutor sustulit, Ceu turbo nascentes rosas.
Vos prima Christi victima Grex immolatorum tener, Aram antè ipsam simplices Palma & coronis luditis.
Gloria tibi Domine. vt supra.
℣. Herodes irat⁹ occidit multos pueros. ℟. In Bethlehem Iudæ Ciuitate Dauid. Ad Bñs. Aña. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Virgines enim sunt, & sequũtur Agnum quocunque ierit. Oratio. Deus cuius hodierna. Deinde fit cõm. de Natiu. Aña. Gloria in excelsis. ℣. Notum fecit. Oro. Concede q̃sumus. Pro S. Steph. Aña. Stephan⁹ aũt. ℣. Sepelierũt. Oro. Da nobis. Pro S. Iohãne. Aña. Iste est Iohannes. ℣. Hic est discipulus ille. Oro. Ecclesiã tuã. Ad iij. Cap. Vidi supra montem. ℣. Lætamini in Dño. Ad vj. Cap.

Apoc. 14. Hi sunt qui cum mulieribus nõ sunt coinquinati: virgines enĩ sunt, & sequuntur Agnum quocunque ierit. ℣. Exultent iusti. Ad ix. Cap.

Apoc. 14. Hi empti sunt ex omnibus primitiæ Deo & Agno, & in ore ipsorum non est inuẽtum mendacium, sine macula enim sunt antè thronum Dei. ℣. Iusti autem. Ad Vesp. Aña. Tecũ principiũ. cũ rel. vt sup. Cap. Vidi supra montẽ. ℟. br. Lætamini in Domino. Hym. Saluete flores. ℣. Sub throno Dei omnes sancti clamant. ℟. Vidica sanguinẽ nr̃m De⁹ nr̃. Ad Mag. Aña. Innocentes pro Christo infantes occisi sunt, ab iniquo rege lactẽtes interfecti sunt: ipsum sequuntur Agnũ sine macula: & dicunt semper, Gloria tibi Domine. Oratio. Deus cuius hodierna die, &c. Pro S. Thoma Cantuariense, nisi fuerit Sabbathum, Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certauit vsque ad mortem: & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat supra firmã petrã. ℣. Iust⁹ vt pal. Oro.

Deus, pro cuius Ecclesia gloriosus Pontifex Thomas gladijs impiorũ occubuit: præsta quæsumus, vt omnes, qui eius implorant auxilium, petitionis suæ salutarem consequantur effectum. Per Dñm.

Et fiunt Commemor. de octa. per ordinem cũ Añis, & Versiculis de secundis Vesperis. Si festum S. Tho. venerit ĩ Dominica transfertur in ij. feriã, & in Sabbatho, post orationẽ sanctorum Innocentiũ fit cõmem. Dñicæ infra Octa. quæ paulò infrà habetur. Deinde fiunt Commem. aliarũ octauarũ. In vesp. autẽ Dominicæ fit cõmem. S. Thomæ, & octauarũ, & in ij. Vesperis S. Thomæ Añæ, & Psalmi de Natiuit. & duplicantur Añæ. A Capitulo fit de sancto Syluestro cum cõmemoratione sancti Thomæ, & Octauarum.

Die 29 F. IN FESTO S. THOMÆ Epi, & mart. Semiduplex.

Omnia de Cõmuni vnius Martyris præter hic posita.

Si hoc festũ venerit in Sabb. vel transferatur in ij. feriam, in j. noctur. legitur de Actibus Apostolorum. A Mileto. Vt in Communi. Si autem alia die venerit, legit̃ Epistola B. Pauli Apostoli ad Romanos, quæ hr̃ infra in Dominica. Lectio v.

Ex Iohanne, Carnotẽ. epo, & alijs. Thomas Londini in Anglia nat⁹, Theobaldo successit Cãtuariẽsi Episcopo: & qui antea in administrando Cancellariæ munere præclarè se gesserat, in Episcopali officio fortis, & inuictus fuit. Cum enim Henricus Angliæ Rex, coacta synodo Prouincialium Episcoporum, leges ferret vtilitati, ac dignitati Ecclesiæ repugnantes, adeò constanter obstitit regiæ cupiditati; vt, neque pollicitationibus, neque terroribus de sententia decedens, in exilium pulsus sit. Lectio vj.

Contulit igitur se ad Alexandrum tertium Pontificẽ, à quo benignè acceptus est, & inde profectus, Monachis Pontiniacensis Monasterij, Cisterciensis ordinis, ab eodem commendatus. Quod vt cognouit Henricus, missis ad Conuentũ fratrum Cisterciensium minacibus literis, Thomam è Pontiniaco Monasterio exturbare conatur. Lec. vij.

Quare vir sanctus veritus ne sua causa mali aliqd Cisterciẽsis familia pateretur; spontè discessit, & Ludouicum Galliæ Regem, eius inuitatu conuenit: apud quem tàm diù fuit, quo ad Põtifice Maximo, & ipso Rege agentibus, ab exilio summa totius regni gratulatione reuocatur. Lectio viij.

Qui dum boni Pastoris officiũ securus exequitur, ecce quidam nefarij satellites,

ſperãtes ſe gratum regi factu-
ros, ſi Thomã è medio tolle-
rent, clàm conuenientes Can-
tuariam, Epiſcopũ in templo
veſpertinis horis operam dan-
tem aggrediuntur, eumq; ca-
pite truncant quarto Calendas
Ianuarij, milleſimo centeſimo
ſeptuageſimo primo.
In iij. noct. quatuor Lectiones
de Homilia in Euangelium.
Ego ſum paſtor bonus. vt in
Dñica ij. poſt Paſcha. fol.
In Laudib. fit Cõmẽ. de omni-
bus octauis per ordinẽ, vt ſuis
locis. Si feſtum ſancti Thomę
venerit in Sabbatho ſequenti
die fit de Dominica vt infra.

DOMINICA
infra Octauam Natiuitatis.

In ij. Veſp. S. Thomæ, qñ non
venerit in Dominica. Antiph.
Tecum principium. cũ reliq.
Añis, & Pſal. de Natiuit. Cap.
al.4. FRatres; Quanto tẽ-
pore hæres paruu-
lus eſt, nihil differt
à ſeruo, cũ ſit Do-
minus omnium: ſed ſub tuto-
ribus, & actoribus eſt, vſque ad
præfinitum tempus à patre.
℟. br. Verbum caro factũ eſt:
Halſa, halſa. ℣. Et habitauit
in nobis. Hym. Chriſte redẽ-
ptor. f. 102. ℣. Tamquã ſpõſus.
Ad Mag. Aña. Dũm medium
ſilentium tenerent omnia, &
nox in ſuo curſu medium iter
perageret, omnipotens ſermo
tuus Domine à regalibus ſedi-
bus venit, halleluia. Oratio.
OMnipotens ſempiterne
Deus dirige actus nr̃os
in beneplacito tuo: vt in nomi
ne dilecti filii tui mereamur
bonis operibus abundare. Per.
Deinde fit cõmem. S. Thomæ.
Aña. Qui vult venire. ℣. Iuſtus
vt palma. De cõi vnius marty-
ris. f. Orõ. Deus pro cuius.
Deinde fit commemoratio de
Natiuitate, & alijs octauis.
Ad Matut. omnia dñr ſicut in
die Natiuitatis p̃ter hic poſita.
Incipit Epiſtola B. Pauli Apo-
ſtoli ad Romanos. Lectio j.
PAulus ſeruus Ieſu Cap. 1.
Chriſti, vocatus A- 1 init.
poſtolus, ſegrega-
tus in Euangelium
Dei (quod antè promiſerat per
Prophetas ſuos i ſcripturis ſan
ctis) de filio ſuo, qui factus eſt
ei ex ſemine Dauid ſecundùm
carnem: qui prædeſtinatus eſt
filius Dei in virtute, ſecundùm
ſpiritum ſanctificationis ex re-
ſurrectione mortuorum Ieſu
Chriſti Domini noſtri. Lect. ij.
PEr quem accepimus gratiã,
& apoſtolatum ad obediẽ-
dum fidei in omnibus genti-
bus

bus pro nomine eius, in quibꝰ
eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti:
omnibus qui ſunt Romæ dile-
ctis Dei, vocatis ſanctis. Gra-
tia vobis & pax à Deo patre, &
Dño nr̃o Ieſu Chr̃o. Lect. iij.
PRimùm quidẽ gratias ago
Deo meo per Ieſum Chri-
ſtum pro omnibus uobis, quia
fides veſtra annunciatur in v-
niuerſo mundo. Teſtis enim
mihi eſt Deus, cui ſeruio ĩ ſpi-
ritu meo in Euãgelio filij eius,
quod ſine intermiſſione me-
moriam veſtri facio ſemper in
orationibus meis, obſecrans ſi
quo modo tandem aliquando
proſperum iter habeã in volũ-
tate Dei, veniẽdi ad vos. L. iiij.
DEſidero enim videre vos,
vt aliquid impertiar vo-
bis gratiæ ſpiritualis, ad cõfir-
mandos vos: ideſt ſimul conſo-
lari in vobis per eam, quæ in-
uicem eſt fidem veſtram, atq;
meam. Nolo autem vos igno-
rare fratres, quia ſæpe propo-
ſui venire ad vos (& prohibitus
ſum vſque adhuc) vt aliquem
fructum habeam in uobis ſi-
cut & in cæteris gentibus.
Sermo S. Leonis Papę. Lect. v.
Ser. 9. 1 Nati. Dñi in inut. EXcedit quidem, Dilectiſ-
ſimi, multũq; ſupereminet humani eloquij facultatẽ
diuini operis magnitudo: Et
inde oritur difficultas fandi, vñ
adeſt ratio non tacendi. Quia
in Chriſto Ieſu filio Dei non
ſolùm ad diuinam eſſentiam,
ſed etiã ad humanam ſpectat
naturam, quod dictum eſt per
Prophetam. Generationẽ eius
quis enarrabit? Lectio vj.
VTrãq; enim ſubſtantiam
in vnam conueniſſe per-
ſonam, niſi fides credat, ſermo
non explicat. Et ideò nunquã
materia deficit laudis, quia nũ
quàm ſufficit copia laudatoris.
Gaudeamus igitur, quòd ad
eloquendum tantæ miſericor-
diæ Sacramentum impares ſu-
mus; & cum ſalutis noſtræ alti-
tudinem promere non valea-
mus, ſentiamus nobis bonũ eſ-
ſe quod vincimur. Lectio vij.
NEmo enim ad cognitio-
nem veritatis magis pro-
pinquat, quàm qui intelligit,
in rebus diuinis, etiam ſi mul-
tum proficiat, ſemper ſibi ſu-
pereſſe quod quærat. Nam qui
ſe ad id, quò tendit, perueniſſe
p̃ſumit, nõ quæſita reperit, ſed
in inquiſitione deficit. L. viij.
NE autem infirmitatis no-
ſtræ perturbemur angu-
ſtijs, Euãgelicæ nos & Prophe-
ticę adiuuant voces: quibus ita
accendimur, & docemur, vt
nos natiuitatem Domini, qua

verbum caro factũ est, nõ tàm prӕteritã recolere, quàm prӕsentem videamus inspicere.

Lec. S. Euãgelij ſm Lucã. L. ix.

ap. 2 IN illo tẽpore: Erãt Ioseph, & Maria mater Iesu, mirãtes super ijs, quӕ dicebantur de illo. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosij Epi.

eli. 2 NOn solùm ab Angelis &
m. I Prophetis, à pastoribus &
d c. parentibus; sed etiam à senio-
p. 2. ribus & iustis generatio Dñi accepit testimonium. Omnis ӕtas & vterque sexus, euẽtuũq; miracula fidem astruũt. Virgo generat, sterilis parit, mutus loquitur, Elisabeth prophetat, Magus adorat, Vtero clausus exultat, vidua confitetur, iustus expectat. Lectio x.

ET benè iustus, qui nõ suã, sed populi gratiam requirebat, cupiens ipse corporeӕ vinculis fragilitatis exolui, sed expectauit videre promissum: sciebat enim quia beati oculi, qui eum viderent. Et benedixit illis Simeõ, & dixit ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionẽ multorũ in Israel. Vides vberem, in omnes gratiam Domini gñatione diffusam, & prophetiam incredulis negatã esse, non iustis. Lect. xj.

ECce & Simeon prophetat in ruinam, & resurrectionẽ plurimorum venisse Dñm Iesum Christum: vt iustorũ, iniquorumque merita discernat: & ꝑ nr̃orũ qualitate factorũ, iudex ver9, & iust9, aut supplicia decernat, aut p̃mia. L. xij.

ET tuam, inquit, ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Nec litera, nec historia docet, ex hac vita Mariam corporalis necis passione migrasse: Nõ enim anima, sed corpus materiali gladio transuerberat. Et ideò prudentiam Mariӕ haud ignaram mysterij cœlestis ostendit.

Sequentia S. Euãg. ſm Lucam.

IN illo tẽpore: Erant Ioseph, & Maria mater Iesu mirantes super his, quӕ Ex c. 2 sub initium.
dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeõ, & dixit ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionẽ multorũ in Israel, & in signum, cui contradicet: & tuam ipsius animam pertrãsibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de Tribu Aser. Hӕc processerat in diebus multis,

& uixerat cum viro suo annis septẽ à virginitate sua. Et hęc vidua erat vsq; ad annos octoginta quatuor: quӕ non discedebat de tẽplo, ieiunijs & obsecrationibus seruiẽs nocte ac die. Et hӕc ipsa hora superueniens confitebatur Domino: & loquebat̃ de illo omnibus, qui expectabant redemptionẽ Israel. Et ut perfecerunt omnia secũdùm legem Domini, reuersi sunt in Galilӕã, in Ciuitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus sapientia: & gratia Dei erat cum illo. ℟. Amẽ.

Ad Laudes, & per Horas, Aña. Quem vidistis. cũ reliq. de Nati. Cap. Fratres: Quãto tpe. ℟. br. Viderunt omnes fines terrӕ, alleluia, halleluia. ℣. Salutare Dei nostri. Hymnus. A solis ortus. ℣. Tãquã spõs9. Ad Bñs, Aña. Dũ mediũ silẽtiũ. vt s. in Vesp. Orõ. Omnipotẽs. Et fit cõm. de octa. Nati. & alijs octauis vt supra. Ad iij. Capit. Fratres; Quanto tempore. ℣. Verbum caro. Ad vj. Capitulũ.

Gal. 4. AT vbi venit plenitudo tẽporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factũ sub lege: vt eos, q sub lege erãt redimeret, vt adoptionẽ filiorũ reciperemus. ℣. Notũ fecit.

Ad Nonam, Capitulum.

ITaque iam non est seruus, sed filius: quod si filius, & hӕres per Deum. ℣. Viderunt omnes. Ad Mag. Aña. Puer Iesus proficiebat ӕtate, & sapientia coràm Deo, & hominibus. Gal

Si festum Natiuitatis Domini, S. Stephani, S. Iohannis, SS. Innocen. in Dñica venerit, ipso die nihil fit de Dñica, sed primo die post festũ S. Thomę fit officiũ Dñicӕ. De Dñica verò, quӕ tũc veniet in oct. festi, nihil penitus fit. Qñ ergo occurrerit fieri de Dñica ĩ feria post festũ S. Thomę, hoc modo fiat, In ij. Vesp. S. Thomӕ, vt sup. in Dñica ad Matut. vsque ad Lectiones j. Noct. omnia dicant̃ sicut in die Natiuit. Tres Lctõnes de Homilia Dñicӕ cũ tribus primis Respons. de Natiu. In ij. Noctur. Añӕ, & Psal. vt in Natiuitate. Cap. At vbi venit. vt ad vj. in Dñica. ℣. Speciosus forma. Ad Laudes, & per horas diei, vt sup. in Dominica. Si dies post festum S. Thomӕ fuerit Sabbathũ, officium fit de octa. Natiuitatis hoc modo. In ij. Vesp. S. Tho. omnia dñr sicut in ij. Vesp. diei Natiuit. & post orationem Natiuit. fit cõmem. S. Tho. deinde S. Stephani, & aliarum octauarum. Ad

Matut. vsq; ad Lectiones iij. noct. omnia dicuntur sicut in die Natiuitatis. Deinde leguntur tres lect. de Homi. vt infra.

Lectio S. Euãgelii s̃m Luc. L. j.

p.2 IN illo tempore: Pastores loquebantur ad inuicem: Trãseamus vsque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod fecit Dominus, & ostendit nobis. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosij Episco.

lib. om. odẽ. VIdete Ecclesiæ surgentis exordium. Christus nascitur, & pastores vigilare cęperunt, qui Gẽtium greges pecudũ more antè viuentes, in caulam Domini congregarent, ne quos spiritualium bestiarum, p effusas noctium tenebras paterent incursus. Et bene pastores vigilãt, quos bon⁹ pastor ĩformat. ℟. Hodie nobis cęlorũ. Vt in Natiuitate. Lectio ij.

GRex igitur populus, nox seculum, pastores sunt sacerdotes. Aut fortasse etiam ille sit pastor, cui dicitur. Esto vigilans & confirma. Quia non solum episcopos ad tuendum gregem Dominus ordinauit, sed etiam Angelos destinauit. Ecce Angelus Domini stetit ante illos. Videte quemadmodum diuina cura fidẽ astruat. Angelus Mariam, Angelus Ioseph, Angelus pastores edocet. Non satis est semel missum: duobus enim & tribus testibus stat omne verbũ. ℟. Hodie nobis de cœlo. Lectio iij.

ET facta est cũ Angelo multitudo cœlestis exercitus laudantiũ Deum & dicentiũ. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Benè Angelorum nominantur exercitus, qui ducem cęlestis militiæ sequebantur. ℟. Quem vidistis Pastores?

In ij. noct. Antiphonę, & Psal. vt in Natiuit. Cap. Et tu in prĩcipiũ. Vt ad vj. ℣. vt in ij. noct. Speciosus forma. Ad laudes omnia dicuntur vt in Natiuit. & post orationem fit commemoratio de S. Stephano, & reliquis octauis. Ad horas omnia similiter, vt in natiuitate. Ad Vesp. Aña. Tecũ prĩcipiũ. cũ reliquis Antiphonis & Psal. de Natiuit. & Antiphonæ duplicantur. A capitulo fit de Sancto Syluestro.

¶ Si festum S. Syluestri venerit in dominica, agitur de festo cum cõmemoratione Dñicæ in j. Vesp. & laud. antè commemorationẽ omnium octauarum, & ix. lectio erit de Homilia dominicæ vt supra.

Die 31 A.

IN FESTO S. SILVESTRI Confessoris Duplex. 3.

A Cap. omnia de cõmuni confessorum pontificũ præter hic posita. Oratio.

DA quæsumus omnipotens Deus, vt beati Syluestri confessoris tui atq; Pontificis veneranda solennitas & deuotionẽ nobis augeat, & salutem. Per Dominum nostrũ.

Deinde fit commemoratio de octauis vt supra.

De epistola Beati Pauli Apostoli ad Romanos. Lectio j.

Ca. 2. In init. PRopter quod inexcusabilis es ô homo, omnis, qui iudicas; in quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas: eadem enim agis, quę iudicas: scimus enim quoniam iudicium Dei est secundũ veritatem in eos, qui talia agunt. Existimas autem hoc, ô homo, qui iudicas eos, qui talia agũt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius, & patientiæ & lõganimitatis contemnis? Ignoras quoniã benignitas Dei ad pęnitentiam te adducit? Lectio ij.

SEcundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi irã in die iræ, & reuelatiõis iusti Iudicii Dei, qui reddet vnicuique secundũ opera eius: ijs qui secundũ patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionẽ quærunt, vitam ęternam: ijs autem qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio. Lectio iij.

TRibulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malũ Iudæi primùm & Græci: Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primum & Græco: non enim est acceptio personarũ apud Deum. Quicunque enim sine lege peccauerunt sine lege peribunt: & quicunque in lege peccauerũt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum; sed factores legis iustificabuntur. Lectio iiij.

CVm enim gentes, quæ legem non habent naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt: eiusmodi legem non habẽtes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationũ accusantium, aut etiam defendentium, in die cum iudicabit Deus occulta hominum secun-

secundùm euangelium meũ per Iesum Christum. Lect. v.

SYluester Romanus, patre Ruffino, à prima ætate operam dedit Cyrino presbytero: cuius doctrinã, & mores egregiè imitatus, trigesimum annũ agens, Diaconus sanctæ Romanæ Ecclesiæ à Melchiade Pontifice creatur. Quo in munere cùm omni laude clericis alijs antecelleret, in eius postea locum successit, Imperatore Cõstantino; quem ipse postea baptizauit, atque à lepra curauit, vnde Ecclesia plurimùm aucta est. Lectio sexta.

HOc Pontifice habita sunt duo Concilia, Nicenum, scilicet & Romanũ: in quibus Arius, Photin⁹, & Sabellius eorumq; sectatores dãnati sunt. Multa item decreta fecit ecclesiæ Dei vtilia: in his, Vt ab Episcopo chrisma conficeretur. Vt præsbyter chrysmate baptizati summum liniret verticem: Vt Diaconi Dalmaticis in Ecclesia, & palla linostima ad læuam vterentur: Vt in lineo velo sacrificiũ altaris cõficeret. L. vij.

PRęscripsit tẽpus omnibus, qui ordinibus initiati essent, exercend singulos ordines in Ecclesia, antequã quisq; ad altiorem gradum ascenderet. Vt laycus clerico nõ inferret crimen: Ne clericus apud profanum Iudicem causam diceret: Sabbathi, & Dñici nomine diei retento, reliquos hebdomadæ dies feriarum nomine distinctos appellari voluit: quo significaret quotidie Clericos, abiecta ceterarum rerum cura, vni Deo prorsus vacare debere. Lectio octaua.

HVic cęlesti prudẽtiæ, qua Ecclesiã administrabat, ĩsignis vitæ sctĩtas, & benignitas in pauperes ꝑpetuò respõdit: quo in gñe prouidit, vt Clericis copiosis egentes coniungeret, & sacris Virginibus quæ ad victum necessaria essent, suppeditarentur, ne fortasse cogerẽtur egredi septa monasterij. Vixit in pontificatu annos viginti tres, menses decẽ, dies vndecim. Sepultus est in Cęmeterio Priscillæ, via salaria. Fecit ordinationes sex mẽse Decẽbri, qb⁹ creauit epos sexaginta qnq; præsbyteros sexaginta duos, Diaconos viginti sex.

In iij. noctur. Hom. in euang. Sint lumbi vestri pręcincti. Vt in cõi cõfess. nõ Põtifi. reliqua oĩa vsq; ad Vesp. sumuntur de communi cõfessorũ Põtificũ. Et in fine Laudũ fit cõmemoratio de octauis, vt supra.

IN

Die. 1. A. IN CIRCVNCISIONE Domini Duplex 2.

Ad Vesperas. Aña. O admirabile commercium. cum reliq. ac Laudibus. Psal. de S. Maria. Capitulum.

Tit. 2. APparuit gratia Dei saluatoris nři omnibus hominibus: erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & secularia desideria: sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc seculo. ℟. br. Verbum caro. Hymnus. Christe redemptor. fol. 103. ℣. Notum fecit. Ad Magni. Aña. Propter nimiam charitatẽ suã, qua dilexit nos Deus, filiũ suũ misit in similitudinem carnis peccati, halleluia. Oratio.

DEus, qui salutis æternæ, Beatæ Mariæ Virginitate fœcunda, humano generi prẽmia ꝑstitisti, tribue quęsumus; vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, ꝑ quam meruimus auctorem vitę suscipere Dominum nostrum Iesum Christũ filium tuum. Qui tecum vi.

Non fit commemoratio, de S. Syluestro, nec de octauis.

¶ In octaua Natiuitatis Dñi Ad Matutinum Inuitatorium. Christus natus est nobis: Venite adorem⁹. ps. Venite. fol. 9. Hym. Christe redẽptor. f. 103.

In j. noct. Aña. Dominus dixit ad me filius meus es tu; ego hodie genuite. Psa. Quare fremuerunt. fol. 1. Antipho. In sole posuit tabernaculum suũ, & ipse tamquàm sponsus procedens de thalamo suo. Psal. Cœli enarrant. fol. 8. Antiph. Eleuamini portæ eternales, & introibit rex gloriæ. Psal. Domini est terra. f. 11. Aña. Speciosus forma prę filiis hominũ; diffusa est gratia in labiis tuis. Psal. Eructauit. f. 26. Aña. Suscepimus Deus misericordiã tuã: in medio templi tui. Psal. Magn⁹ Dñs. f. 28. Aña. Orietur in diebus Domini abundãtia pacis, & dominabit. Psal. Deus iudiciũ. f. 37. ℣. Tãq̃ sponsus. ℟. Dñs ꝑcedẽs d thalamo suo.

De epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos. Lectio j.

Ca. 3. QVid ergo amplius Iudęo est, aut quæ vtilitas Circũcisionis? Multũ per omnem modum. Primùm quidẽ quia credita sunt illis eloquia Dei. Quid enim si quidam illorũ non crediderunt? Nunquid incredulitas illorũ fidem Dei euacuauit? Absit. Est autẽ Deus verax: omnis autẽ homo mẽdax, sicut scriptum est: Vt iustificeris in sermonibus tuis: & vincas cum iudicaris.

℟. Ecce

℟. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: Ecce de quo dicebam vobis. Qui poſt me venit, antè me factus eſt. Cuius non ſum dignus corrigiam calciamenti ſoluere. ℣. Qui de terra eſt, de terra loqtur: qui de cęlo venit, ſup omnes eſt. Cuius non. Lectio ij.

SI autẽ iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat, qd dicemus? Nunquid iniquus eſt Deus, qui infert iram? (ſecũdũ hominem dico) Abſit. Alioqn quomodo iudicabit Deus hũc mundum? Scimus autem, qm̃ quæcũque lex loquitur, ijs qui in lege ſunt loquitur: vt omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo; quia ex operibus legis non iuſtificabit omnis caro corã illo. ℟. Dies ſanctificatus illuxit nobis, uenite gentes, & adorate Dominũ: Quia hodie deſcendit lux magna in terris. ℣. Hæc dies, quam fecit Dñs, exultemus, & lætemur in ea. Quia. Lect. iij.

?.4 QVid ergo dicemus inuenisse Abraham patrẽ no-
it. ſtrum ſecundùm carnem. Si enim Abrahã ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriam, ſed non apud Deum. Quid enim dicit ſcriptura? Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Ei autem qui operatur, merces non imputatr ſecundum gratiam, ſed ſecundũ debitum. ℟. Benedictus, qui venit in nomine Domini. Deꝰ Dñs, & illuxit nobis; Halleluia, halleluia. ℣. Hæc dies, quã fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea. H alſa. Lec. iiij.

EI verò, qui non operatur, credenti autem in eũ, qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam ſecundũ propoſitum gratiæ Dei: ſicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus. Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorũ tecta ſunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatũ. ℟. Congratulamini mihi omnes, qui diligitis Dominum: Quia cum eſſem paruula, placui Altiſſimo, & de meis viſceribus genui Deum, & hominem. ℣. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem reſpexit Deus. Quia.

In ij. noct. Aña. Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo ꝓſpexit. ps. Benedixiſti. f. 46. Aña. Homo natus eſt in ea; & ipſe fundauit eam Altiſſimus. Pſal. Fundamenta. f. 46. Aña. Exultabũt omnia ligna ſyluarum,

rum, ante faciẽ Domini, quoniã venit. Pſal. Cantate. j. f. 49. Aña. In principio, & antè ſecula Deus erat verbum, & ipſe natus eſt hodie Saluator mundi. Pſal. Dñs regnauit exul. fol. 49. Aña. Antè Luciferũ genitus, & antè ſecula; Dñs Saluator noſter hodie naſci dignatus eſt. Pſal. Cantate. ij. f. 49. Antipho. Nato Domino, Angelorum chorus canebat, dicens; Salus Deo noſtro ſedenti ſuper thronum, & agno. Pſal. Dñs regnauit ira. f. 49. ℣. Speciosꝰ forma p̃ filijs hoĩum. ℟. Diffuſa eſt gr̃a ĩ labijs tuis. Sermo S. Leonis Papę. Lect. v.

Exſer. FEſtiuitatis hodiernæ, dile-
7. ĩ Na ctiſſimi, verus venerator
ti. dñi
ĩinit. eſt, & pius cultor, qui nec de incarnatione Domini aliquid falſum, nec de Deitate aliquid ſentit indignum. Paris enim periculi malum eſt, ſi illi aut naturæ noſtræ veritas, aut paternæ gloriæ negetur æqualitas. ℟. Confirmatum eſt cor Virginis, in quo diuina myſteria, Angelo nunciante concepit: tunc ſpecioſum forma præ filijs hominum caſtis ſuſcepit viſceribus. Et benedicta in æternum, Deum nobis protulit, & hominem. ℣. Domus pudici pectoris, templum repentè fit Dei, intacta neſciens virum, verbo cõcepit filiũ. Et. Lect. vj.

CVm ad intelligendum ſacramẽtũ Natiuitatis Chr̃i, qua de matre Virgine eſt ortus, accedimus; abigatur ꝓcul terrenarum caligo rationum, & ab illuminato fidei oculo, mũdanæ ſapientiæ fumus abſcedat. Diuina eſt enim auctoritas, cui credimus; Diuina eſt doctrina, quam ſequimur. ℟. Benedicta, & venerabilis es virgo Maria, quæ ſine tactu pudoris, inuẽta es mater Saluatoris. Iacebat in præſepio, & fulgebat in cœlo. ℣. Dñe audiui auditũ tuum, & timui: conſideraui opera tua & expaui, in medio duorũ aĩaliũ. Iacebat. Lec. vij.

SIue enim legis teſtificationi, ſiue oraculis prophetarum, ſiue Euangelicæ tubæ interiorem admoueamus auditũ, verum eſt, quod beatus Iohãnes Spiritu ſancto plenus intonuit. In principio erat verbum, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. ℟. Sancta, & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam neſcio. Quia quem cęli capere non poterant, tuo gremio con-

contulisti. ℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Quia. L. viij.

ET similiter verũ est, quod idem prędicator adiecit. Verbum caro factũ est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriã quasi vnigeniti à patre. In vtraque ergo natura idem est Dei Filius, nostra suscipiens, & propria non amittens: in homine hominẽ renouans, in se incommutabilis perseuerans. ℟. Nesciens mater virgo virum, peperit sine dolore Saluatorem seculorum: ipsum regem angelorũ sola uirgo lactabat ubere de cœlo pleno. ℣. Domus pudici pectoris templum repentè fit Dei: intacta, nesciens virum, verbo concepit Filium. Saluatorem. Gloria Pri. Saluatorẽ.

In iii. noct. Aña. Beatus vẽter, qui te portauit Christe, & beata ubera, quę lactauerunt Christũ Dominũ, & Saluatorẽ mũdi, hallelu. Cant. Dñe misere. cũ reli. fol. 14. ℣. Notum fecit Dominus. ℟. Salutare suũ.

Lectio sancti Euangelii, secundùm Lucam. Lectio ix.

ap. 2. IN illo tpe: Postquã cõsummati sunt dies octo, vt circũcideretur puer, vocatũ est nomen eius Iesus. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosij Epi.

Ex lib. 2. cõ. i eod.

CIrcunciditur enim puer. Et quis est iste puer, nisi ille, de quo dictum est. Puer natus est nobis, & filius datus est nobis? factus est enim sub lege, vt eos qui sub lege essent, lucrifaceret. Sistitur autem in Ierusalem. Quid sit autẽ in Ierusalem sisti Dño, dicerem, nisi in Isaiæ commentarijs dixissem. ℟. Continet in gremio cœlũ terramq; regentem: Virgo Dei genitrix: Proceres comitãtur herilem. Per quos orbis ouans Christo sub Principe pollet. ℣. Virgo Dei genitrix, quẽ totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus hõ. Proc. L. x.

CIrcuncisus eñ vitijs, dñico dignus iudicatùr obtutu, quia oculi Dñi super iustos. Vides omnem veteris legis seriẽ fuisse typum futuri: nam & circũcisio purgationem significat delictorum. ℟. O regem cœli, cui talia famulantur obsequia, stabulo ponitur, qui cõtinet mundum. Iacet in præsepio, & in cœlis regnat. ℣. Natus est nobis hodie Saluator, qui est Christus Dñs in Ciuitate Dauid. Iacet. Lectio xi.

SEd quoniam prona quadã cupiditate peccandi, humanæ carnis, & mentis fragilitas inex-

inextricabilibus vitijs implicatur, eò per octauum circũcisionis diem, culpæ totius futura purgatio resurrectionis prçfigurabatur ætate. ℟. Beata es Maria, quæ Dominum portasti creatorem mundi, Genuisti qui te fecit, & in æternũ permanes virgo. ℣. Aue Maria, grã plena, Dñs tecũ. Gen. L. xij.

HOc est enim illud; Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Dño vocabitur. Verbis enim legis promittebatur virginis partus, & verè sanctus, quia immaculatus. Denique ipsum esse, qui lege signetur, in eundem modum ab Angelo repetita verba declarãt. Quia quod nascetur, inquit, sanctũ vocabitur filius Dei. ℟. Verbum caro factum est, & habitauit ĩ nobis. Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi Vnigeniti à Patre, plenũ gratiæ, & veritatis. ℣. Omnia p ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et uidimus. Gloria Patri, &c. Et vidimus.

Sequentia S. Euang. sm Lucã.

Ex ca. 2. ante med. IN illo tempore: Postquàm consummati sunt dies octo, ut circuncideretur puer, vocatum est nomẽ eius Iesus, quod vocatũ est ab Angelo priusquã in vtero conciperetur. ℟. Am.

Ad Laudes, & per horas, Aña.

O Admirabile cõmerciũ, creator gñis humani animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est: & procedens homo sine semine, largitus est nobis suam Deitatẽ. ps. Dñs regnauit. cũ rel. f. 18. Aña. Quando natus es ineffabiliter ex virgine, tũc implete sunt scripturæ: sicut pluuia in vellus descendisti, vt saluum faceres genus humanũ: te laudamus Deus noster. Aña. Rubum, quem viderat Moyses incõbustum, conseruatam agnouimus tuam laudabilem Virginitatem: Dei genitrix intercede pro nobis. Aña. Germinauit radix Iesse: orta est Stella ex Iacob: Virgo peperit Saluatorem: te laudamus Deus noster. Aña. Ecce Maria genuit nobis Saluatorem: quem Iohannes vidẽs exclamauit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi, halleluia. Cap. Apparuit. ℟. br. Viderũt omnes. Hymnꝰ. A solis ortus. f. 106. ℣. Notũ fecit. Ad Bñs. Aña. Mirabile mysterium declaratur hodie: innouant' naturæ: Deus homo factus est, id quod fuit, permansit, & quod non erat assumpsit, non commistionẽ passꝰ, neq; diuisionẽ.

Oratio.

Oratio. Deus qui salutis. vt s. Ad iij.Cap. Apparuit.℣. Verbũ caro. Ad vj. & ix. Cap. & Versicul.vt in Natiuitate Domini. Ad Vesp. Aña. O admirabile. cũ rel. de Laud. ps de S.Maria. Capitulũ. Apparuit.℟.br. Verbũ caro.Hym. Chr̃e red.f.103. ℣. Notum fecit.Ad Mag.Aña. Magnũ hęreditatis mysteriũ: templum Dei factus est vterus nesciẽs virum: nõ est pollutus ex ea carnem assumens:omnes gentes venient, dicentes: gloria tibi Domine.Or̃o vt supra. Deĩde ꝓ S.Steph.Aña. Stephan⁹ aũt.℣ Stephan⁹ vidit. Or̃o.

O Mnipotens sempiterne Deus, q primitias Martyrum in beati Leuitę Stephani sanguine dedicasti: tribue quæsumus, vt pro nobis intercessor existat: qui pro suis etiã persecutoribus exorauit Dñm nostrum Iesum Christum filiũ tuum. Qui tecum. De alijs octauis in his vesperis nihil fit.

ie 2. IN OCT. S. STEPHANI.

Duplex 3.

Omnia dñr sicut in die festi, pręter Lectiones j.noct.& or̃onẽ,& fit cõm. de alijs octauis. De Epistola B. Pauli Apostoli ad Romanos. Lectio j.

ap. in it. I Vstificati ergo ex fide, pacẽ habeamus ad Deũ per Dominum nostrum Iesum Christum: per quem, & habemus accessum per fidem in gratiã istam,in qua stamus,& gloriamur,in spe gloriæ filiorũ Dei. Non solùm autem, sed & gloriamur ĩ tribulationibus, sciẽtes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spẽ: spes autem non cõfundit. ℟. Stephanus autem. cum reliquis vt in die festi. Lectio ij.

Q Via charitas Dei diffusa est ĩ cordibus nostris,per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Vt quid enim Christus cum adhuc infirmi essemus, secundùm tẽpus pro impijs mortuus est? Vix enim pro iusto quis morit̃: nã pro bono forsitan qs audeat mori.L. iij.

C Ommendat autem charitatẽ suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Multò igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cũ inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortẽ filij eius: multò magis reconciliati,salui erimus in vita ipsius.Lect. iiij.

N On solùm autem, sed & gloriamur in Deo ꝑ Dominum

minum nostrũ Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus. Propterea sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit,& per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt.

In ij.Vesp.Añę Laud. Lapidauerunt.cũ rel.ps de cõi vnius Martyris. Deinde fit de S. Iohanne. Cap. Qui timet Deũ. ℟.br. In omnẽ terrã. Hym. Exultet cęlum.f. ℣. Valde honorãdus est.Ad Mag.Aña. Iste est Iohã.Or̃. Ecclesiã tuã. Pro S.Stephano Aña. Sepelierunt Stephanũ.℣. Stephanus vidit.Or̃o. Omnipotens.vt s. Deĩde ꝓ SS.Innocẽ.vt s.

Die 3. C. IN OCTAVA S. IOHANNIS.

Duplex 3.

Omnia dicuntur sicut in die festi prætet Lectiones j. Noct. De Epistola B. Pauli Apostoli ad Romanos. Lectio j.

Cap. 7 in init. A N ignoratis, fratres (scientibus enim legem loquor) qa lex ĩ homine dominatur quãto tempore viuit? Nã quæ sub viro est mulier, viuente uiro alligata est legi: si autẽ mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Igitur viuẽte viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: si autẽ mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri: vt non sit adultera, si fuerit cũ alio viro. ℟. Valde honorã. Lectio ij.

I Taque fratres mei, & vos mortificati estis legi ꝑ corpus Christi: vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, vt fructificemus Deo. Cũ enim essemus in carne, passiones peccatorum, quę per legem erãt, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti: nũc autem soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur: ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ. Lectio iij.

Q Vid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Nam concupiscẽtiam nesciebam, nisi lex diceret, Nõ concupisces. Occasione autem accepta peccatũ, per mandatum operatũ est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Lectio iiij.

E Go autem viuebam sine lege aliquando, sed cùm venisset mãdatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum: & inuentũ est mihi mãdatum,

datum, quod erat ad vitã, hoc esse ad mortem. Nam peccatũ, occasione accepta per mãdatũ, seduxit me, & per illud occidit. Itaque lex quidẽ sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum.

Ad Vesper. Aña Laud. Valdè honorandus. cũ reliq. Psal. de cõi Aplorum. Cap. Qui timet Deum. ℟.br. In omnẽ terrã. Hym. Exultet coelum. ℣. Valdè honorãdus. Ad Mag. Aña Exijt sermo. Oro. Eccliã tuã. Pro comm. SS. Innocen. Aña. Hi sunt, qui cum. ℣. Herodes iratus. Oro. Deus cuius hod.

Die 4. D. IN OCTAVA SS. INnocentium. Duplex 3.

Omnia dicuntur sicut in die, præter Lectiones j. nocturni, De epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos. Lectio j.

Ex ca. 10. sub init. FInis legis Christ⁹: ad iustitiam omni credẽti. Moyses enim scripsit, quoniam iustitiam, quę ex lege est qui fecerit homo, viuet in ea. Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit; Ne dixeris in corde tuo, Quis ascẽdet in cęlum? idest, Christum deducere. Aut quis descendit in abyssum? hoc est, Christum a mortuis reuocare. Rñsoria vt sup. in die festo. Lectio ij.

SEd quid dicit Scriptura? Propè est verbũ in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est verbũ fidei, quod prædicamus. Quia si confitearis in ore tuo Dñm Iesum, & in corde tuo credideris, quod Deus illũ suscitauit à mortuis, saluus eris. ℟. iij.

COrde enim creditur ad iustitiam; ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enĩ scriptura: omnis, qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi, & Græci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. Omnis enim qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Lectio iij.

QVomodo ergo inuocabunt in quẽ non crediderũt? Aut quomodo credent ei, quẽ non audierũt? Quomodo autẽ audiẽt sine pdicante? Quomodo verò prędicabunt, nisi mittantur? sicut scriptum est: quã speciosi pedes euãgelizãtiũ pacẽ, euãgelizãtiũ bona.

In ij. Vesp. Aña Laud. Herodes iratus. Psal. de cõi plurimorũ mart. Cap. Vidi supra. ℟.br. Lętamini ĩ Dño. Hym. Saluete flores. ℣. Sub throno. Ad Mag. Aña Innocentes pro Chro. Oro. Deus cui⁹ hodier.

Postea fit cõm. de Vig. Epiph. Aña. Puer Iesus pficiebat ętate, & sapientia coram Deo, & hominibus. ℣. Notum fecit. Oratio. Omnipotens sempiterne Deus, dirige. fol. 14.

Die 5. E. IN VIGILIA EPIPH.

Si Vigilia Epiphaniæ venerit in Dominica, officium fit de Vigilia, & nihil de Dominica. Ad Matut. Laudes, & horas oĩa dicũtur, vt In Octa. Nati. Exceptis Lectionibus, quę dñr vt infra, & Cap. Aña ad Bñs, & oratione, quę dicũtur de Dñica infra Octa. Natiu.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos. Lectio j.

Cap. 12. in init. OBsecro itaque vos fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrũ. Et nolite conformari huic seculo; sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. ℟. Ecce Agnus Dei. cũ reliq. de Circumcisione. Lectio ij.

DIco enim per gratiã, quæ data est mihi, omnibus, qui sunt inter vos. Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatẽ, vnicuique sicut Deus diuisit mẽsuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Lect. iij.

HAbentes autẽ donationes, secundùm gratiam, quæ data est nobis, differẽtes, siuè prophetiã secundùm rationem fidei, siuè ministeriũ in ministrando, siuè qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortãdo, qui tribuit in simplicitate, q pęst ĩ sollicitudine, qui miseret ĩ hilaritate. ℟. iij.

DIlectio sine simulatione; odientes malum, adhærentes bono: charitatem fraternitatis inuicem diligẽtes: Honore inuicẽ præuenientes: sollicitudine nõ pigri, spiritu feruentes, Domino seruiẽtes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes.

Sermo S. Augustini Epi. L. v.

DOminus nr̃ Iesus Christus, Fratres charissimi, qui in æternum cunctorũ est creator, hodie nascẽdo de matre, factus est nobis Saluator. Natus est nobis hodie in temporis volubilitate, vt nos per- Ser. 9 in nati. dñi q est 13. de tpe. in init.

ducat ad Patris ęternitatē. Factus est Deus homo, vt homo fieret Deus: vt panem Angelorum mādúcaret homo, Dominus Angelorum hodie factus est homo. Lectio vj.

Hodie impleta est ꝓphetia illa, quæ dicit: Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Factus est igitur, qui fecerat, vt inueniretur, qui perierat. Sic enim in psalmis homo confitetur. Priusquàm humiliarer ego peccaui. Et iterum, Errani sicut ouis quæ perijt. Lectio vij.

Peccauit homo, & factus est reus: nat⁹ est Deus homo, vt liberaretur reus. Homo igitur cecidit, sed Deus descēdit. Cecidit homo miserabiliter. Descēdit Deus misericorditer. Cecidit homo per superbiam, Descendit Deus cū gratia. Sic namq; mater Domini ab Angelo audiuit. Aue gratia plena, Dominus tecū. L. viij.

Qvi natus est primò sine mr̄e in cęlis, hodie nat⁹ est sine patre in terris. O miracula, ò prodigia, fratres charissimi. Naturę iura mutantur, in homine Deus nascitur, Virgo sine viro grauidat: viri nesciā sermo Dei maritat: simul facta est mater & virgo: mater facta, sed incorrupta. Virgo habens filiū, nesciens virum; semper clausa, sed non infęcunda.

Lectio sancti Euangelii, secundùm Mattheum. Lectio ix.

Cap. 2

In illo tempore: Defuncto Herode, Ecce Angelus Dñi apparuit in somnis Ioseph in Aegypto dicens: Surge & accipe puerum & matrem eius, & vade in terrā Israel. Et reliq.

Homilia S. Ioannis Chrysost.

Ex homil. 9. ī eūdē ante med.

Non iam dicit, fuge: sed, vade. Videsnè rursum tribulationi requiem succedētem, deinde periculum imminere post requiē? Rediens eīn montanam illam regionem reliquit, & in propriam rursus habitationē reuertitur. Et crudelem illum paruulorum interfectorem vidit extinctum. Deinde ingressus domū, priorum discriminū reliquias offendit, filium scilicet Tyranni viuentem, atque regnātē. L. x.

Sed quonam modo in Iudæa regnabat Archelaus, cū ipsi prouinciæ Pilatus Pōtius præsideret? Recens adhuc erat Herodis interitus, & nec dum regnum illud fuerat in multa diuisum: itaq; nup pr̄e defuncto, filius interim pro ipso tenebat imperium. L. xj.

N am

Nam frater quoque Herodis eodem erat nomine, propter quod Euangelista signāter addidit. Pro Herode, inquit, patre suo. Quod si in Iudęa propter Archelaum, inquies, uenire metuebat, debuit etiam Galilæam propter Herodem timere. Sed mutandæ regionis causa iam nulla remanebat, cum iam res profectò essent quietæ. Lectio xij.

Omnis qppè impetus persequentis in Bethlehē, eiusq; finibus desęuierat: qua utique cęde completa, opinabatur Archelaus, omnia iàm peracta, atque in illa multitudine paruulorum, eū quoq;, qui solus quærebatur, extinctum. Alioquin si sciisset mortuo patre, non occisum eum, quem regem timebat futurū, sollicitior ipse fuisset in reliquum, atque in persequendo paternæ crudelitatis imitator.

Sequentia S. Euag. sm Matth.

Cap. 2 ī fine.

In illo tempore: Defuncto Herode, Ecce Angelus Dñi apparuit in somnis Ioseph in Aegypto, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terrā Israel: defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri: Qui consurgens, accepit puerum & matrem eius, & venit in terram Israel. Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Iudęa pro Herode patre suo, timuit illò ire: Et admonitus in somnis, secessit in partes Galileæ. Et veniens habitauit in Ciuitate, quæ vocatur Nazareth: ut adimpleretur, quod dictū est: quoniā Nazareus vocabitur.

Ad Laudes, & per horas, Aña. O admirabile commercium. cū reliq. f. 120. Cap. Fratres: Quāto tpe. vt ī Dñica f. 114. ℟. br. Viderunt oēs. Hym. A solis ortus. ℣. Verbum caro. Ad Bñs. Aña. Dū medium silētiū. f. 114. Orō. Omnipotēs. Ad j. Aña. O admirabile cōm. Ad iij. Aña. Quādo natus es. Cap. Fratres: Quanto tpe. ℣. Verbum caro. Ad vj. Aña. Rubum quē. Cap. At vbi venit. fol. 116. ℣. Notū fecit. Ad ix. Aña. Ecce Maria. Cap. Itaque iā non. ℣. Viderūt oēs. f. 116.

Die 6. F.

IN EPIPHANIA DOMINI.

DVPLEX I.

AD VESPERAS,

ANTIPHONA.

Ante luciferũ. cũ rel. de Laud. ps. Dixit Dominus. cum rel. de Dominica f. 66. Capitulũ.

Isa. 60 Surge, illuminare Ierusalẽ, qa venit lumen tuũ, & gloria Dñi sup te orta est. ℟. br. Reges Tharsis, & Insulæ munera offerent. Halleluia, halleluia. ℣. Reges Arabum, & Saba dona adducent. Halleluia. Gloria. Hymnus.

Sedul. hym. de vita Chri.

Hostis Herodes impie,
Chr̃m venire qd times?
Non eripit mortalia,
Qui regna dat cœlestia.

Ibant Magi, quam viderant,
Stellam sequentes pręuiã;
Lumen requirunt lumine,
Deum fatentur munere.

Lauacra puri gurgitis,
Cœlestis Agnus attigit;
Peccata, quæ non detulit,
Nos abluendo, sustulit.

Nouum genus potentiæ,
Aquæ rubescunt hydrię,
Vinumq; iussa fundere
Mutauit vnda originem.

Gloria tibi Domine,
Qui apparuisti hodie,
Cum Patre, & sancto Spũ,
In sempiterna secula. Amẽ.

Sic terminant hymni per totã octauã. ℣. Adorate Dominũ, hallã. ℟. Oẽs Angeli ei⁹, hallã. Ad Mag. Ana. Magi videntes Stellam, dixerunt ad inuicem: hoc signum magni Regis est: eamus, & inquiramus eum; & offeramus ei munera, aurum, thus, & myrrham, hallã. Oro.

Deus, qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus stella duce reuelasti; cõcede propitius: vt qui iã te ex fide cognouimus; vsq; ad cõtemplãdam speciem tuæ celsitudinis pducamur. Per eũdẽ.

Ad Matutinũ Inuit. Christus apparuit nobis: Venite adoremus. Psal. Venite. folio 9. Hymnus. Hostis Herodes. In j. Noct. Aña. Afferte Dño filij Dei: adorate Dominum in aula sancta eius. ps. idem. fol. 13. Aña. Fluminis impetus lętificat, halleluia: Ciuitatem Dei, halleluia. Psal. Deus noster.

noster. folio 28. Aña. Psallite Deo nostro, psallite: psallite regi nostro, psallite sapienter. ps. Omnes gentes. folio 28. Aña. Suscepimus Deus misericordiam tuam: in medio tẽpli tui. ps. Magnus Dominus. fol. 28. Aña. Omnis terra adoret te, & psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo Domine. ps. Iubilate j. fol. 34. Aña. Reges Tharsis, & Insulę munera offerent: regi Domino. ps. Deus iudiciũ. fol. 37. ℣. Omnis terra adoret te, & psallat tibi. ℟. Psalmũ dicat nomini tuo dñe.

De Isaia Propheta. Lectio j.

Cap. 55. in init. Omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: Venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac. Quare appenditis argentum non in panibus, & laborẽ vestrum non in saturitate? Audite audientes me, & comedite bonũ, & delectabitur in crassitudine anima vestra. ℟. Hodie in Iordane baptizato Domino, aperti sunt cœli, & sicut columba super eum spiritus mansit, & vox patris intonuit. Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. ℣. Descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut colũba in ipsum, & vox de cœlo facta est. Hic est Filius. Lect. ij.

Inclinate aurem vestram, & venite ad me; audite & viuet anima uestra, & feriam uobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles. Ecce testem populis dedi eũ, ducem, ac pręceptorem gentibus. Ecce gentem, quam nesciebas vocabis, & gentes quæ te non cognouerunt ad te current propter Dominum Deũ tuũ, & sanctũ Israel quia glorificauit te. ℟. In colũbæ specie Spiritus sanctus visus est, paterna vox audita est: Hic est Filius meus dilectus, ĩ quo mihi benè complacui. ℣. Cœli aperti sunt super eum, & vox patris intonuit. Hic est. L. iij.

Cap. 60. in init. Surge, illuminare Ierusalẽ, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orietᷣ Domin⁹, & gloria eius in te uidebitur, & ambulabunt gẽtes in lumine tuo, & reges in splẽdore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. ℟. Reges Tharsis, & Insulæ munera offerent: Reges

Arabum & Saba dona Domino Deo adducent. ℣. Omnes de Saba venient aurũ, & thus deferẽtes. Reges Arabũ. L.iiij.

Filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere surgent. Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Inũdatio Camelorum operiet te, dromedarij Madian, & Epha: omnes de Saba venient, aurũ & thus deferentes; & laudem Domino annunciantes. ℟. Illuminare, illuminare Ierusalẽ; quia venit lux tua; Et gloria Domini super te orta est. ℣. Et ambulabunt gẽtes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Et gloria Domini. Gloria Patri. Et gloria.

In ij. noct. Aña. Veritas de terra orta est: & iustitia de cœlo prospexit. ps. Benedixisti. fol. 44. Aña. Oẽs gentes, quascũq; fecisti, veniẽt, & adorabũt coram te Domine. ps. Inclina Domine. fol. 46. Aña. Homo natus est in ea: & ipse fundauit eam Altissimus. ps. Fundamenta. fol. 46. Aña. Adorate Dominum, halleluia, in aula sancta eius, halleluia. ps. Cantate. j. fol. 49. Aña. Adorate Deum, halleluia: omnes Angeli eius, halleluia. Psal. Dominus regnauit exult. fol. 49. Aña. Notum fecit Dominus, halleluia: salutare suum, halleluia. Ps. Cantate. ij. fol. 49. ℣. Reges Tharsis, & Insulæ munera offerent. ℟. Reges Arabum, & Saba dona adducẽt.

Sermo S. Leonis Papæ. Lect. v.

Gaudete in Domino, dilectissimi, iterũ dico gaudete, quoniam breui interuallo temporis, post solennitatẽ natiuitatis Christi, festiuitas declarationis eius illuxit; & quem in illo die virgo peperit, in hoc mundus agnouit. Verbum enim caro factũ, sic susceptionis nostræ temperauit exordia, vt natus Iesus, & credentibus manifestus, & persequentibus esset occultus. ℟. Omnes de Saba veniẽt, aurũ & thus deferentes, & laudem Domino annunciantes. Halleluia, halleluia, halleluia. ℣. Reges Tharsis, & Insulæ munera offerent, Reges Arabũ, & Saba dona adducent. Halleluia, halleluia, halleluia. Lec. vj. Ex ser. 2. de Epiphan. Dñi in it. & infra.

Iam tunc ergo cœli enarrauerunt gloriam Dei, & in omnem terram sonus veritatis exiuit; quãdo & pastoribus exercitus Angelorum, Saluatoris

toris editi annunciator apparuit; & Magos ad eum adorãdum præuia Stella perduxit: vt à solis ortu vsque ad occasum veri regis generatio coruscaret, cum rerum fidem, & regna Orientis per Magos discerent, & Romanum imperium nõ lateret. ℟. Magi veniunt ab Oriente Ierosolymã, quærentes, & dicentes: vbi est, qui natus est, cuius Stellam vidimus? Et venimus adorare Dominum. ℣. Vidimus Stellã eius in oriente. Et. Lec. vij.

Nam & sæuitia Herodis volẽs primordia suspecti sibi regis extinguere, huic dispensationi nesciẽs seruiebat: vt dum atroci intentus facinori, ignotum sibi puerum indiscreta infantiũ cæde persequitur, annunciatum cęlitus dominatoris ortum insignior vbique fama loqueret: quam promptiorem ad narrandum, diligentioremq; faciebat, & supernę significationis nouitas, & cruentissimi persecutoris impietas. ℟. Stella, quam viderant Magi in Oriẽte, antecedebat eos, donec venirent ad locũ, vbi puer erat. Videntes autem eam, gauisi sunt gaudio magno. ℣. Et intrantes domum inuenerunt puerum, cũ Maria matre eius, & procidentes adorauerũt eũ. Videntes autem. Lectio viij.

Tunc autem etiam Aegypto Saluator illatus est, vt gens antiquis erroribus dedita, iam ad vicinam salutem per occultam gratiam signaretur, & quæ non dum eiecerat ab animo superstitionem, iam hospitio reciperet veritatem. ℟. Videntes stellam Magi, gauisi sunt gaudio magno. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum: & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. ℣. Stella, quam viderant Magi in Oriẽte, antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra vbi erat puer. Et intrãtes. Gloria Patri. Et intrantes.

In iij. noct. Aña. Vidẽtes Stellam Magi, gauisi sunt gaudio magno: & intrantes domum, obtulerunt Domino aurum, thus, & myrrham. Cant. Dñe miserere. cum reliq. folio 14. ℣. Adorate Dominum, hallã. ℟. In aula sancta eius, hallã.

Lec. S. Euãgel. sm Matth. L. ix. Cap.

Cum natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ, in diebus Herodis regis: ecce Magi

ab

ab oriente venerunt Ierosolymam dicentes, Vbi est, qui natus est Rex Iudęorum? Et rel.

Homilia S. Gregorij Papæ.

om. in it. SIcut in lectione Euangelica, fratres charissimi, audistis, cœli Rege nato, Rex terræ turbatus est: quia nimirũ terrena altitudo confunditur, cũ celsitudo cęlestis aperitur. Sed quærendum est nobis, quidnã sit, quòd Redẽptore nato, Pastoribus in Iudęa Angelus apparuit, atque ad adorandum hunc ab oriente Magos, non Angelus, sed Stella perduxit. ℟. Tria sunt munera pretiosa, quæ obtulerunt Magi Dño in die ista, & habent in se diuina mysteria. In auro, vt ostendat regis potentia, in thure Sacerdotem magnum considera, & in myrrha Dominicam sepulturã. ℣. Salutis nostræ auctorem Magi venerati sunt ĩ cunabulis, & de thesauris suis mysticas ei munerum species obtulerunt. In. Lec. x.

QVia videlicet Iudęis tãquàm ratione vtẽtibus, rationale animal, idest, Angelus prædicare debuit: Gentiles verò, quia vti ratione nesciebant, ad cognoscẽdum Dñm non per vocem, sed per signa perducuntur: Vnde per Paulum dicitur, Linguę in signũ sunt, non fidelibus, sed infidelibus: prophetiæ autem non infidelibus: sed fidelib⁹. Quia & illis prophetiæ tãquàm fidelibus, nõ infidelibus, & istis signa tamquàm infidelibus, nõ fidelibus data sunt. ℟. Dies sanctificatus illuxit nobis, venite gentes, & adorate Dñm: Quia hodie apparuit lux magna in terris. ℣. Venite adoremus eum, quia ipse est Dñs Deus noster. Quia. Lectio xj.

ET notandum, quòd Redemptorem nostrum, cũ iam perfectæ esset ætatis, eisdẽ Gentibus Apostoli prædicant, eumq; paruulum, & needum per humani corporis officiũ loquentem, Stella Gentibus denunciat: quia nimirum rationis ordo poscebat, vt & loquentem iam Dominum loquẽtes nobis prædicatores innotescerent, & needũ loquentem elementa muta prædicarent. ℟. Interrogabat Magos Herodes, quod signum vidistis super natum regem? Stellã vidimus fulgẽtem, cuius splẽdor illuminat mundum. Et nos cognouimus, & venimus adorare dñm. ℣. Magi veniũt ab Oriente, inquirentes faciẽ Dñi, & dicentes. Et. Lect. xij.

S ed

SEd in omnibus signis, quæ vel nascente Domino, vel moriente co monstrata sunt, considerãdum nobis est, quãta fuerit in quorundã Iudęorum corde duritia, qui hunc nec per prophetiæ donũ, nec per miracula agnouerunt. ℟. Hic est dies præclarus, in quo Saluator mundi apparuit, quẽ Prophetæ prædixerunt, Angeli annunciauerũt. Cuius Stellam Magi vidẽtes gauisi sunt, & munera ei obtulerunt. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis, venite gentes, & adorate Dñm. Cuius. Gloria. Cuius.

Sequẽ. S. Euangelij sẽm Matth.

Ex ca. 2. in init. CVm natus esset Iesus in Bethlehem Iudę ĩ diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriẽte venerũt Ierosolymam dicentes. Vbi est, q natus est Rex Iudæorum? Vidimus enim Stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Audiẽs autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. Et congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi, sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudæ. Sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquã minima es in Principibus Iuda. Ex te enim exiet Dux, qui regat populum meũ Israel. Tunc Herodes clàm vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis: & mittẽs illos in Bethlehem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero; & cũ inueneritis, renũciate mihi; vt & ego veniens adorem eũ. Qui cùm audiuissent Regem, abierunt: & ecce stella, quàm viderant in Oriẽte, antecedebat eos, vsque dum veniẽs staret suprà, vbi erat puer, Videntes autem Stellam, gauisi sunt gaudio magno valdè. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius: & procidẽtes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera aurum, thus, & myrrhã. Et respõso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. ℟. Amẽ. Oro. Deus, q hodierna. vt s. ĩ vesp.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

ANtè Luciferum genitus, & antè secula, Dominus Saluator noster hodie mundo apparuit. ps. Dñs regnauit. cum reliq. f. 18. Aña. Venit

lumen

lumẽ tuum Ierusalẽ, & gloria Dñi super te orta est, & ambulabunt gentes in lumine tuo, halla. Aña. Apertis thesauris suis obtulerũt Magi Domino aurum, thus, & myrrhã, halla. Aña. Mariã, & flumina benedicite Dño, hymnum dicite fontes Dño, halla. Aña. Stella ista sicut flamma coruscat, & regem regũ Deũ demonstrat: Magi eam viderunt, & magno regi munera obtulerunt. Cap. Surge illuminare. ℟. br. Omnes de Saba venient: Halleluia, halleluia. ℣. Aurum, & thus deferentes. Halleluia. Gloria Patri. Oẽs. Hymnus.

ad. Epi- l. O Sola magnarũ vrbium
Maior Bethlehem, cui contigit
Ducem salutis cęlitus
Incorporatum gignere.
Quẽ Stella, quæ Solis rotam
Vincit decore, & lumine,
Venisse terris nunciat,
Cum carne terrestri Deũ.
Videre postquàm illũ Magi,
Eoa promunt munera,
Stratiq; votis offerunt,
Th⁹, myrrhã, & aurũ regiũ.
Regem, Deumq; annunciãt,
Thesaurus, & fragrãs odor
Thuris Sabæi, ac Myrrheus
Puluis sepulchrum p̃docet.
Gloria tibi Dñe, Qui appar.

℣. Adorate Dominum halla. ℟. Omnes Angeli eius, halla. Ad Bñs, Aña. Hodie cœlesti sponso iuncta est Ecclesia: qm̃ in Iordane lauit Christus eius crimina: currunt cum muneribus Magi ad Regales nuptias & ex aqua facto vino lætantur conuiuæ: halleluia. Oratio. Deus qui hodierna die. vt s. Ad iij. Cap. Surge illuminare. ℣. Reges Tharsis. In fine addit Halla. quod etiã fit ad vj. & ad ix. & ad ℣. ĩ Vesp. & Lau. per totã octauam. Ad vj. Cap.

Leua ĩ circuitu oculos tuos, Isa.60
& vide, omnes isti cõgregati sunt, venerunt tibi: filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent. ℣. Omnes de Saba. Ad ix. Capitulum.

Omnes de Saba venient, Isa.60
aurũ & thus deferentes, & laudẽ Dño annunciãtes. ℣. Adorate dñm, hall. ℟. In aula. Ad Vesp. Aña. Ante luciferũ. cũ rel. de Laud. ps. Dixit Dñs. f.66. cum rel. de Dñica. Cap. Surge illuminare. ℟. br. Reges Tharsis. Hym. Hostis Herodes. ℣. Adorate Dominũ. Ad Magn. Aña. Tribus miraculis ornatum diem sanctum colimus: hodie Stella Magos duxit ad præsepium: hodie vinum ex aqua factum est ad nu-
ptias:

ptias: hodie in Iordane à Iohanne Chrs baptizari voluit, vt saluaret nos, halla. Orõ vt s. Infra Octauam Epiphaniæ de festis dupl. & semiduplicibus occurrentibus nihil fit, nisi in propria Ecclesia, sed post oct. celebrantur. De simplicibus autem fit tantum commem. Officium Dominicæ infra eã occurrentis habetur infra.

PRIMA DIE

Infra Octauam Epiphanię.

Si non fuerit Dominica, ad Matutinum, Inuitatorium. Chrs apparuit nobis. ps. Venite. fol. 9. Hym Hostis Herodes. Antiphonæ & Psalmi de festo ℣. Omnis terra. Lec. S. Euãgelij s̃m Matth. L. j. Cũ nat⁹ esset Iesus. vt s. ĩ festo. Et sic semper præponitur Lectio Euangelij ante primam Lectionem de Homilia. De Homilia sancti Gregorij Papę. Lectio j.

Ex homil.10 circa med. Magi verò aurum, thus, & myrrham deferunt. Aurum quippè regi congruit, Thus verò in Dei sacrificium ponitur, myrrha autẽ mortuorum corpora cõdiuntur. Eum ergo Magi, quem adorant, etiam mysticis muneribus prædicant, auro regẽ, thure Deum, myrrha mortalem. Sunt verò nonnulli hæretici, qui hunc Deum credũt, sed vbique regnare nequaquã credunt. Hi profectò ei thus offerũt, sed offerre etiã aurum nolunt. Et sunt nonnulli, qui hunc regem existimant, sed Deum negant. Hi videlicet ei aurum offerunt, sed offerre thus nolunt. Et sunt nonnulli, qui hunc & Deum & regẽ fatentur, sed assumpsisse carnem mortalem negãt. Hi nimirum ei aurum, & thus offerunt, sed offerre myrrham assumptæ mortalitatis nolunt. ℟. Hodie in Iordane. cũ reliquis de festo. Lectio ij.

Nos itaque nato Domino offeramus aurum, vt hũc vbique regnare fateamur. Offeram⁹ thus, ut credam⁹ quod is, qui in tempore apparuit, Deus antè tempora extitit. Offeramus myrrham, ut eum, quem credimus in Diuinitate sua impassibilem, credamus etiam in nostra carne fuisse mortalem. ℟. In columbæ specie. Lectio iij.

Qvamuis in auro, thure, & myrrha intelligi & aliud potest. Auro nãq; sapiẽtia designat, Salomone attestãte, q ait: Thesaur⁹ desiderabilis
requie-

requiescit ĩ ore sapiẽtis: Thure autem, quod Deo incenditur, virt⁹ orationis exprimitur, Psalmista testante, qui dicit. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Per myrrham verò carnis nostræ mortificatio figuratur: Vnde sancta Ecclesia de suis operarijs vsq; ad mortẽ ꝓ Deo certãtibus dicit: Man⁹ meę distillauerũt myrrhã. ℟. Reges Thar. In ij. noct. Aña. Veritas đ terra. cum rel. Añis, & Psal. de festo. Cap. Leua ĩ circuitu. vt ad vj. ℣. Reges Thar. Oratio vt sup. Ad Laudes, & per horas omnia, vt in festo excepta Aña ad Bñs. Ad Benedictus, Aña. Ab Oriente venerũt Magi in Bethlehem adorare Dominũ: & apertis thesauris suis prætiosa munera obtulerunt: aurum, sicut regi magno: thus, sicut Deo vero: myrrhã sepulturæ eius, halleluia. Oro vt sup. Et sic fit per totam octauam. Vesperæ per totam octa. dñr de ij. vesp. festi, excepta Aña ad Mag. quæ dicitur quotidie, vt suo loco ponitur. Ad Mag. Aña. Videntes Stellam Magi, gauisi sunt gaudio magno: & intrantes domum, obtulerunt Domino, aurum, thus, & myrrham, halleluia. Oro vt sup.

SECVNDA DIE.

Infra Octauam Epiphaniæ. Homilia S. August. Epi. Lect. j. Ex ser. 1. đ Epiph. ĩ med. & infr.

IPsi Magi, qui ad illa cœlestis pueri venerãda cunabula Stellæ indicio peruenerũt, quid aliud expresserunt in illis muneribus, nisi fidem nostram? In eo enim quod tria offeruntur, Trinitas intelligitur. In eo verò quod tres sunt, & singuli singula offerunt, in Trinitate vnitas declaratur: per aurũ rex ostenditur: Deus in thure dignoscitur: per myrrham, quæ cõdiẽdis est apta corporibus, sepultura crucifigendi hominis prædicatur. Lectio ij.

SEcundùm hęc, Charissimi, nos quoque personã Magorum spiritalibus imitemur obsequijs. In primis tamdiu quæramus Christum, donec illũ inuenire mereamur. Ducatũ nobis præbeat, velut stella cœli lux fidei. Hæc nobis illum ostendat, non iã in pręsepi vagientem, sed in summa cœli arce dominantem. Nec in matris gremio, sed in solio Patris adorandũ. Nec vlterius in humanitate iudicandum, sed ad iudicium cum Maiestate venturum. Lectio iij.

SIc quasi trium munerum Trinitatis perfecta cõfessio, credatur à nobis vna Diuinitas sine confusionis separatione distincta, Pater & Filius & Spiritus sanctus, Vnus De⁹: credantur tres personæ, sed non tres substantiæ.

Ad Benedictus, Antiphona. Tria sunt munera, quæ obtulerunt Magi Domino, aurũ, thus, & myrrham, Filio Dei, regi magno, halleluia.

Ad Magnificat, Antiphona. Lux de luce apparuisti Christe, cui Magi munera offerũt, halleluia, halleluia, halleluia.

TERTIA DIE.

Infra Octauam Epiphaniæ. Homilia S. Augustini Epi. L. j. Ex ser. 2. đ Epiph. ĩ init.

AD partum Virginis adorandum Magi ab Oriente venerunt. Hunc diem hodie celebremus, huic debitam solennitatem, sermonẽq; psoluamus. Illis dies iste primus illuxit; anniuersaria nobis festiuitate redijt. Illi erant primitiæ gentium, nos populi gentium. Nobis hæc lingua nunciauit Apostolorum, stella illis tamquàm lingua cęlorum, & nobis idem Apostoli tamquàm alij cœli enarrauerunt gloriam Dei. Lectio ij.

CVr enim non agnoscam⁹ eos cœlos, qui facti sunt sedes Dei, sicut scriptum est: Anima iusti sedes sapientiæ? Per hos enim cœlos ille cœlorum fabricator, & habitator intonuit, quo tonitruo mundus tremit, & ecce iam credit. Lectio iij.

MAgnum Sacramentum: In præsepi tunc iacebat, & Magos ab Oriente ducebat: abscondebatur in stabulo, & agnoscebat in cęlo, vt agnitus in cęlo manifestaretur in stabulo, & appellaretur Epiphania dies iste, quod latinè manifestatio dici potest, simul eius celsitudinem, humilitatemq; commendans, vt qui in apto cęli signis sydereis mõstrabatur, in angusto diuersorio quæsitus inueniretur, inualidus infantilibus mẽbris, inuolutus infantilibus pannis adoraretur à Magis, timeretur à malis. Ad Bñs, Antiphona. Vidimus Stellã eius in Oriente; & venimus cum muneribus adorare Dominum.

Ad Magnificat, Antiphona. Interrogabat Magos Herodes: quod signum vidistis super natum regem? Stellam vidimus fulgentem, cuius splẽdor illuminat mundum.

QVARTA DIE
Infra Octauam Epiphaniæ.
Homilia S. Iohannis Chrysostomi. Lectio j.

[Ex homil. 6. Matt. ante med.]

MAgi quidem Stellā prælucentē secuti sunt: Iudæi autem nec Prophetis q; de insonantibus crediderunt. Quanta verò ratione, & locū designat, & tempus, dicendo: In Bethlehem Iudæ; in diebus Herodis Regis? Qua verò de causa addidit dignitatem? Quam certè idcirco signauit, quoniam erat & alius Herodes, qui Iohannem interfecit: sed ille tetrarchæ honorem habuit, hic regis. Lectio ij.

ET locum ponit & tempus, vt nobis in memoria reuocet antiquas prophetias; quarum vnam Ieremias, alteram Micheas aliquādo p̄dixit. Et tu, inquit, Bethlehem terra Iuda, nequaquàm minima es in principibus Iuda. Aliam verò Patriarcha Iacob, qui nobis olim tempus ipsum diligenter expressit, & aduentus Christi signum euidēs posuit, dicēdo: Nō deficiet princeps ex Iuda, nec dux de fœmoribus eius, donec veniat, cui reposita sunt: & ipse erit expectatio gentium. Lect. iij.

COnsidera igitur horum, & admirare virtutem, nō modò quia tàm longi itineris subière laborem, sed etiā quia tàm simpliciter, & liberè egère cum rege. Etenim ne subdolè missi ab aliquo putarent, & ducem sui itineris prodūt, & longinquitatē regionis fatentur, & fiduciā mentis ostēdunt. Venimus, inquit, adorare eum. Et neque tumultū populi, atque clamorem, neque potestatem reformidat tyranni: Vnde mihi videntur isti etiā in regione ꝓpria facti esse postea ciuiū suorū magistri.
Ad Bñs, Aña. Oēs nationes venient à longe portantes munera sua, halla. Ad Mag. Aña. Omnes de Saba venient, aurū, & thus, deferētes, halla, halla.

QVINTA DIE
Infra Octauam Epiphaniæ.
Hom. S. Iohānis Chrysost. L. j.

[Ex homil. 7. post med.]

IMitemur, fratres, deuotionē Magorū, veroq; amore philosophiæ barbaram consuetudinem subiugemus. Longo itinere curramus, vt Christum videre mereamur. Nam & illi nisi procul regionem propriam reliquissent, nequaquàm vtique Christum videre potuissent. Recedamus igitur

à terrenis negocijs, atq; curis. Etenim Magi illi cùm adhuc morarentur in Perside, Stellam vidère tantummodo: quia verò à Perside recesserūt, solē ipm aspexère iustitiæ. L. ij.

QVi certè nec Stellā quidem ipsam tamdiù uidere meruissent, nisi citò à Perside fuissent profecti. Surgamus ergo etiam nos, & licèt omnes resistant, nos tamē alacres, & prompti ad pueri curramus domum. Et si rex, & si populus, & si Tyrannus huius velint cursum itineris impedire, nequaquàm tamē accēsi desiderij extinguamus ardorem. Sic enim omnia aduersa calcabimus. Lectio iij.

QVoniam & illi Magi nisi vidissent puerum, nec periculum, quod intentabatur à rege, vitassent. Prius enim quàm puerum cernerent, vndiq; illis opponebantur timores, conturbationes, atque discrimina: postquàm verò adorarunt, securitas, & tranquillitas subsecuta est: nec iā stella eos, sed Angelus suscipit, quia scilicet adorando facti fuerāt Sacerdotes, cum supplicatione, etiam muneribus oblatis.
Ad Bñs, Aña. Venient ad te, qui detrahebant tibi, & adorabunt vestigia pedum tuorum. Ad Mag. Aña. Admoniti Magi in somnis, per aliam viam reuersi sunt in regionem suā.

SABBATHO.
Infra Octauam Epiphaniæ.
Ad Vesp. Aña. Ante luciferū. cū rel. ps. Dixit Dñs. f. 66. Cap.

FRatres: Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequiū vestrū. ℟. br. Reges Tharsis. Rom. 12.
Hymnus. Hostis Herodes. ℣. Omnis terra. Ad Mag. Aña. Remansit puer Iesus in Ierusalem, & non cognouerūt parētes eius, existimātes illū esse in comitatu: & requirebāt eū inter cognatos, & notos. Oro.

VOta, quæsumus Domine, supplicantis populi cęlesti pietate ꝓsequere: vt & quæ agenda sunt, videant, & adimplenda quę viderint, cōualescant. Per Dominū nrm.
Deinde fit commem. Epiph. per Añam, quæ occurrit secūdùm ordinē dierū infra octa. ℣. Adorate Dominum, halla. ℟. Omnes Angeli eius, halleluia. Oro. Deus qui hodier.

DOMINICA.
Infra Octauam Epiphaniæ.
Totum Officiū dī. de Epiph.

præter

præter Lectiones, Cap. ℣. Laudum, & Vesp. Añas ad Bñs, & Magnificat, & orationem.
In j. Noct. ponitur Epistola j. ad Corinthios, de qua legitur in die octauæ, & post eam vsque ad Dominicam sequentẽ.
Incipit Epistola B. Pauli Apostoli ad Corinthios. Lectio j.

Cap. 1 init.
PAul⁹ vocatus Apostolus Iesu Christi, per voluntatẽ Dei, & Sosthenes frater, Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis ĩ Christo Iesu, vocatis sanctis cũ omnibus, qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum, & nostro. Gratia uobis, & pax à Deo patre nostro, & Dño Iesu Christo. Responsoria. Hodie in Iordane, cum reliq. de Epiphania. Lectio ij.

GRatias ago Deo meo semper pro vobis in grã Dei, quæ data est uobis in Christo Iesu, quòd ĩ oĩbus diuites facti estis in illo: in omni verbo, & in omni sciẽtia (sicut testimonium Christi cõfirmatum est in vobis) ita vt nihil vobis desit in ulla gratia, expectãtibus reuelationem Domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos vsq; in finem sine crimine, in die aduentus Domini nostri Iesu Christi. Lect. iij.

FIdelis Deus, per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi Domini nostri. Obsecro autẽ vos fratres, per nomẽ Domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis aũt pfecti ĩ eodẽ sensu, & ĩ eadẽ sciẽtia. L. iiij.

SIgnificatum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab ijs, qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico, quod vnusquisq; vestrum dicit. Ego quidẽ sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ, ego autem Christi. Diuisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro uobis? aut in nomine Pauli baptizati estis?

Sermo S. Leonis Papæ. Lect. v.

Ex ser. 4. de epiph. i init.
IVstum & rationabile, dilectissimi, verẽq; pietatis obsequiũ est, in diebus, qui Diuinæ opera misericordiç protestantur, toto corde gaudere, & honorificè ea quæ ad salutem nostram gesta sunt, celebrare, vocante nos ad hãc deuotionem ipsa recurrentium temporũ lege, quæ nobis post diem, quo coęternus patri filius Dei natus ex Virgine est, breui

breui interuallo Epiphaniæ intulit festum, ex apparitione Domini cõsecratum. Lect. vj.

IN quo fidei nostræ magnũ præsidium prouidentia diuina constituit: vt dum solenni veneratione recolit̃, adorata in exordijs suis Saluatoris ĩfantia, per ipsa originalia documenta, probaret̃ veri hominis in Chro orta natura. L. vij.

HOc enim est, quod iustificat ĩpios: hoc est, quod ex peccatoribus facit sanctos, si in vno, eodẽq; Dño nostro Iesu Christo, & vera Deitas, & vera credatur humanitas: Deitas, qua ante omnia secula, in forma Dei ęqualis est pr̃i: humanitas, qua nouissimis diebus, in forma serui vnitus est homini. Lectio viij.

AD roborandum ergo hãc fidem, quæ cõtra omnes præmuniebat̃ errores, ex magna gestum est Diuini pietate consilij, vt gens in longinqua Orientalis plagæ regione cõsistens, quæ spectandorum siderum arte pollebat, signum nati pueri, qui supra omnem Israel esset regnatur⁹, accipet.

Lec. S. Euãgelij sẽm Lucã. L. ix.

Cap. 2
CVm factus esset Iesus annorum duodecim, ascendentibus illis Ierosolymam, secundùm consuetudinẽ diei festi; consummatisq; diebus, cùm redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem. Et reliq.

Homilia S. Ambrosij Epi.

Ex li. 2. cõ. ĩ eũd.
ET factum est, post triduũ inuenerunt illum in tẽplo sedentem in medio Doctorum audiẽtem illos, & interrogantem. Stupebant autẽ omnes, qui eum audiebãt, super prudẽtia, & responsis eius: A duodecimo anno, vt legim⁹, dominicç sumitur disputationis exordium. Hic enim prædicandæ fidei euangelizantiũ numerus debebatur. Lectio x.

NEc ociosè immemor suorum secundùm carnem parentum: qui secundùm carnem vtique sapientia Dei implebatur & gratia; post triduũ reperitur in templo: vt esset indicio, quia post triduũ triũphalis illius passionis in sede cęlesti, & honore diuino fidei nostræ se resurrecturũ offerret, q mortuus credebat̃. L. xj.

QVid est quod me quærebatis? Duæ sunt in Christo generationes: vna est paterna, materna altera: paterna diuinior, materna verò, quę in nostrum laborem, vsumq; descendit. Et ideò, quæ supra naturam, supra ætatẽ, supra consuetu-

ſuetudinẽ fiũt, nõ humanis aſ-
ſignãda virtutib⁹, ſed Diuinis
referẽda sũt poteſtatib⁹. L. xij.

A Libi eum ad myſterium mater impellit, hic mater arguitur, quia adhuc, quæ humana ſunt, exigat: ſed cum hic duodecim deſcribatur annorum, illic diſcipulos habere doceatur, vides matrẽ dediciſſe à filio, vt exigeret à validiore myſterium, quæ ſtupebat in iuniore miraculum.

Sequentia S. Euang. ſm Lucã.

Ex ca. ... in fi ... ic.



Vm fact⁹ eſſet Ieſus annorũ duodecim, aſcendentibus illis Ieroſolymam ſecundum conſuetudinem diei feſti, conſummatiſq; diebus cum redirent, remanſit puer Ieſus in Ieruſalem, & non cognouerunt parentes eius. Exiſtimantes autẽ eum eſſe in comitatu, venerũt iter diei, & requirebant eum inter cognatos, & notos. Et non inuenientes, reuerſi ſunt in Ieruſalem, requirentes eũ. Et factum eſt, poſt triduũ inuenerunt illum in templo ſedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogãtem eos. Stupebant autẽ omnes, qui eum audiebant, ſuper prudentia, & reſpõſis eius, & videntes admirati ſunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus, & ego dolẽtes quęrebamus te. Et ait ad illos. Quid eſt, quòd me quęrebatis? Neſciebatis, quia in ijs, quæ pr̃is mei ſunt, oportet me eſſe? Et ipſi non intellexerunt verbum, quod locutus eſt ad eos. Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth, & erat ſubditus illis: & mater eius conſeruabat omnia verba hæc ĩ corde ſuo. Et Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines. ℟. Amen.

Ad Laudes, & per Horas, Aña. Ante luciferũ. cũ rel. p̃s. Dñs regna. cũ rel. f. 18. Cap. Fr̃es, obſecro. ℟. br. Oẽs de Saba veniẽt. Hym. O ſola magnarũ. ℣. Oĩs terra. Ad Bñs, Aña. Remanſit puer Ieſus. vt ſup. in j. Veſp. Deinde fit cõm. de Epiphan. Aña. Hodie cęleſti ſpõſo. ℣. Adorate. ℟. Omnes Angeli. Orõ. Deus, qui hod. Ad iij. Cap. Fr̃es: obſecro uos. ℣. Reges Tharſis. Ad vj. Cap.

D Ico enim per gratiã Dei, quæ data eſt mihi, omnibus, qui ſunt inter vos, non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatẽ. Ro. 12

℣. Omnes de Saba. Ad ix. Cap.

Sicut

Rom. 12. S Icut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eũdem actum habẽt: ita multi vnum corpus ſumus in Chr̃o, ſinguli autẽ alter alterius mẽbra in Chriſto Ieſu Domino nr̃o. ℣. Adorate. ℟. In aula. Ad Veſp. Aña. Ante luciferũ. cum reliq. Añis, & Pſal. vt in ij. Veſp. de Epiph. Cap. Fr̃es, obſecro. ℟. br. Reges Tharſis. Hym. Hoſtis Herodes. ℣. Omnis terra. Ad Magnificat, Aña. Fili, quid feciſti nobis ſic? Ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Quid eſt, quòd me quærebatis? neſciebatis, quia in ijs, quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe? Oratio. Vota q̃ſumus. Et fit cõm. de Epiph. Aña. Tribus miraculis or. ℣. Adorate Dominum. Oratio. Deus, qui hodierna die.

Nota quòd ſequentib. diebus poſt Dominicã, vſq; ad Octa. leguntur per ordinem Lectiones de Homilia cum ſuis Reſponſorijs, Añę ad Bñs & Magnificat, incipiendo ab ijs, quę in die Dominica erãt dicẽdæ. Si Epiph. Domini in Dominica venerit, Sabbatho ſequẽti fit offm̃ d Dñica hoc modo. In j. Veſp. & ad Matut. vſq; ad Lectiones j. Noct. omnia dñr ſicut ſup. in Dñica: legũtur tres Lectiones de Homilia Dñicæ cum tribus reſponſorijs, quæ per ordinem ſequuntur, ſcilicet iiij. v. & vj. de Epiphania. In ij. noct. Añę, & Pſal. vt in ij. noct. de Epiph. Cap. Dico eñ per. ℣. Reges Tharſis. Oratio de Dominica. Ad Laudes, & horas vſq; ad Veſp. vt ſup. in Dñica. Quando Oct. Epiph. in Dominica venerit, nihil prorſus fit de Dominica in ipſa die octauæ, quia officiũ de ea factum fuit Sabbatho; ſed tantum de ea pro ij. Veſp. Dominicæ fit cõm. in j. Veſp. diei octauæ per Antiphonam. Fili quid feciſti. ℣. Omnis terra. & oratio. Vota. vt ſupra.

IN OCT. EPIPHANIÆ.

In j. Veſp. omnia dicuntur, ſicut in Vigilia Epiphaniæ, excepta oratione. Oratio.

D Eus, cuius vnigenitus in ſubſtantia noſtræ carnis apparuit, præſta quæſumus: vt per eum, quem ſimilẽ nobis foris agnouimus, intus reformari mereamur. Qui tecũ.

Ad Matut. omnia vt in feſto, præter Lectiones. Si autem octaua ĩ Dñica venerit, omiſſis primis lectionibus, quę hic ponũť, leguntť de princ. j. Ep̃læ ad Corĩth. q̃ ſ. ĩ Dñica habenť.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Corinthios. Lect. j.

Cap. 2 init.

ET ego cum venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annuncians vobis testimonium Christi. Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos: & sermo meꝰ, & prędicatio mea nõ ĩ persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis: vt fides vestra non sit in sapientia hoĩum, sed ĩ virtute Dei. L. ij.

SApientiã autem loquimur inter perfectos. Sapiẽtiam verò non huius seculi, neque Principum huius seculi, qui destruũtur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriam nostrã, quã nemo Principum huius seculi cognouit: si enim cognouissent, nunquàm Dominum gloriæ crucifixissent. Lectio iij.

SEd sicut scriptũ est. Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit Deus ijs; qui diligunt illum: nobis autem reuelauit Deus per spiritum suũ: spiritus enim omnia scrutatur etiam profunda Dei. Quis enim hominũ scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? ita & q̃ Dei sunt, nemò cognouit, nisi spiritus Dei. Lect. iiij.

NOs autem nõ spiritum huius mũdi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est: vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis: quæ & loquimur non in doctis humanæ sapiẽtiæ uerbis: sed ĩ doctrina spũs, spũalibus spũalia cõparantes.

Sermo S. Greg. Nazianzeni. L. v.

Ex sermone in sancta luminaria Epiphaniorũ post med.

NOn possum cohibere lętitię voluptatem, sed mẽte extollor, & afficior, & propriæ pusillitatis oblitus, officium magni Iohannis, immò potius famulatum subire contendo, vel gestio: & licèt non sim præcursor, de eremo tamen venio. Christus ergo illuminatur, immò potius fulgore suo nos illuminat. L. vj.

CHristus baptizatur, simul & nos descendamus, vt cum ipso pariter ascendamus. Christus baptizatur, obserua diligentius. Tibi enim necessarium est, vt scias, quis est, qui baptizatur, uel à quo, vel quã-

do.

do. Dominus à seruo: qui mũdus est, & sine peccato, baptizatur tamen ab eo, qui baptizat peccatores in pœnitentiã. Et tunc demum incipit signa facere, & virtutes. Lectio vij.

IOhannes baptizat, & accedit Iesus, sanctificans quidẽ & ipsum, qui baptizat: præcipuè tamen vt & veterem Adã sepeliat in aquis, & antè omnia vt ꝑ hoc sanctificentꝰ aquæ Iordanis: vt sicut erat spũs, & caro, ita & his, qui baptizandi erãt ĩ spũ, & aqua, sãctificationis successio traderetꝰ. L. viij.

NOn suscipit Baptista, cõtendit Iesus. Ego, inquit, opus habeo à te baptizari: lucerna dicit ad solẽ, & vox loquitur ad uerbũ, amicus spõsi ad sponsum: is, qui inter natos mulierum maior est omniũ, ad eum, qui primogenitus est omnis creaturæ: is, qui exultauit in utero, ad eum, qui adoratus est in vtero: præcursor ad eũ, quem ꝓcesserat.

Lec. S. Euãgelij s̃m Iohã. L. ix.

Cap. 1

IN illo tẽpore: Vidit Iohannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce Agnus Dei, ecce q̃ tollit peccata mundi. Et rel.

Homilia S. Augustini Epi.

Ex tractat. 6. in eũ. ĩ med.

ANtequàm venisset Dominus, vt baptizaretur à Iohanne in Iordane, nouerat eum illis vocibus, ubi ait, Tu ad me venis baptizari? Ego à te debeo baptizari. Sed ecce Dominum nouerat, nouerat filiũ Dei. Vnde probamus, quod iã nouerat, quia ipse baptizaret in Spiritu sancto? Lectio x.

ANtequàm veniret ad fluuium, cum multi ad Iohannem currerent baptizari, ait illis: Ego quidem baptizo vos in aqua: qui autem post me uenit, maior me est, cuius non sum dignus corrigiã calciamenti soluere: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni. Iã & hoc nouerat. L. xj.

QVid ergo per Colũbam didicit, ne mẽdax postea inueniretꝰ (quod auertat à nobis Deus opinari) nisi quandã proprietatem in Christo talẽ futuram, vt quamuis multi ministri baptizaturi essent, siuè iusti, siuè iniusti, non tribueretur sanctitas baptismi, nisi illi, super quem descẽdit Columba, de quo dictum est, Hic est q̃ baptizat in Spũ sctõ? L. xij.

PEtrus baptizet, hic est, qui baptizat. Paulus baptizet, hic est qui baptizat. Nam si ꝓ diuersitate meritorum baptisma sanctum est, quia diuersa sunt merita, diuersa erunt ba-

prismata: & tantò quisq; aliqđ melius putatur accipere, quãto à meliore videtur accepisse.

Sequẽ. S. Euangelij sm̃ Iohan.

Cap. 1 med.

In illo tẽpore: Vidit Iohãnes Iesum venientẽ ad se, & ait: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi, Post me venit vir, qui ante me fact⁹ est: quia prior me erat, & ego nesciebã eũ, sed vt manifestaret̃ in Israel propterea veni ego ĩ aqua baptizãs. Et testimoniũ perhibuit Iohãnes, dicẽs: Quia vidi Spiritũ descendentẽ quasi columbam de cœlo, & mansit super eũ. Et ego nesciebã eũ: sed qui misit me baptizare in aqua ille mihi dixit, sup quem videris Spiritũ descendentẽ, & manentẽ super eũ, hic est qui baptizat in Spũ sancto. Et ego vidi, & testimoniũ perhibui, quia hic est filius Dei. ℟. Aã. Ad Laudes, & p horas, & ad vesp. omnia dñr vt in die Epiph. excepta orone. Si oct. Epiph. in Sabb. venerit, in ij. vesp. oct. fit cõm. Dñicę ij. post Epiph. per Añam. Suscepit. ℣. Vespertina oratio. vt in Psalterio. Oratio. Oõs sempiter. vt ĩfra suo loco. Quando autẽ Septuages. venerit in j. Dñica post oct. Epiph. tunc in j. Sabb. post octa. non impedito festo xij. lectio; alioquin alio die post oct. fiat officium de feria in qua Rñsoria Dñicæ ij. post Epiph. primò ponantur, & tres Lectiones legunt' de Homil. Dñicę eiusdẽ cum tribus primis Responsorijs, cũ eius Aña ad Bñs, & oratione, cũ cõm. festi simplicis occurrentis. Festũ verò semiduplex in ea occurrẽs transfertur in primam diem similiter non impeditam.

PRIMA DIE

Post Octauam Epiphanię.

De Epistola j. B. Pauli Apostoli ad Corinthios. Lectio j.

Cap. 6 ĩ init.

Audet aliquis vestrũ habẽs negociũ aduersus alterũ, iudicari apud iniquos, & nõ apud sanctos? An nescitis, qm̃ sancti de mundo iudicabunt? Et si in uobis iudicabit' mũd⁹: indigni estis, qui de minimis iudicetis. Nescitis quoniã Angelos iudicabimus? quantò magis secularia? L. ij.

Secularia igitur iudicia si habueritis: cõtemptibiles, qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicãdũ. Ad verecũdiã vrãm dico: sic nõ est inter vos sapiẽs quisquã, qui possit iudicare, inter fratrẽ suũ? sed

frater

frater cũ fratre iudicio cõtẽdit, & hoc apud ĩfideles? Iã quidẽ omnino delictũ est ĩ uobis, qđ iudicia habetis inter vos. L. iij.

Quare nõ magis iniuriã accipitis? quare non magis fraudem patimini? sed vos iniuriã facitis, & fraudatis; & hoc fratribus. An nescitis, quia iniqui regnũ Dei nõ possidebunt? Nolite errare, Neq; fornicarij, neq; idolis seruiẽtes, neq; adulteri, neque molles, neq; masculorũ cõcubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnũ Dei possidebũt. L. iiij.

Et hęc quidem fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine Dñi nostri Iesu Chri, & in spiritu Dei nri. Omnia mihi licẽt, sed nõ omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed ego sub nulli⁹ redigar potestate. Esca vẽtri, & vẽter escis, De⁹ autem & hunc, & has destruet.

SECVNDA DIE

post Octauam Epiphanię.

De Epistola j. beati Pauli Apostoli ad Corinthios. Lect. j.

Cap. 7 ĩ init.

De quibus autẽ scripsistis mihi: Bonũ est homini mulierẽ nõ tãgere. Propter fornicatione autem vnusquisque suam vxorẽ habeat, & vnaquęq; suũ uirum habeat. Vxori vir debitũ reddat: similiter autẽ & uxor uiro. Mulier sui corporis potestatẽ non habeat: sed vir. Similiter autẽ & vir sui corporis potestatẽ non habet, sed mulier. Lectio ij.

Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tẽpus, vt vacetis orationi: & iterũ reuertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas ꝓpter incõtinẽtiã vestrã. Hoc autem dico secundum indulgentiam, nõ secũdum imperium. Lect. iij.

Volo autẽ omnes homines esse sicut me ipsum: sed vnusquisque ꝓpriũ donũ habet ex Deo: alius quidẽ sic, alius verò sic. Dico autẽ non nuptis, & viduis: Bonũ est illis si sic permaneant sicut & ego. Quod si non se continẽt, nubant. Melius est enim nubere, quàm uri. Lectio iiij.

Is autem, qui matrimonio iũcti sunt, pręcipio nõ ego, sed Dominus, uxorẽ à viro nõ discedere: quòd si discesserit, manere innuptã, aut uiro suo reconciliari. Et uir uxorem non dimittat. Nam cæteris, ego dico, nõ Dominus. Siquis frater vxorẽ habet infidelẽ, & hęc consentit habitare cũ illo,

non

non dimittat illam. Et si qua mulier habet virum infidelē, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum.

TERTIA DIE
post Octauam Epiphaniæ.

De Epistola j. B. Pauli Apostoli ad Corinthios. Lectio j.

Cap. 13. in init.

SI linguis hominū loquar & Angelorum, charitatē autem non habeā: factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiā, & nouerim mysteria omnia, & omnē sciētiam, & si habuero omnem fidem; ita vt montes transferā, charitatem autem nō habuero, nihil sum. Lectio ij.

ET si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero; nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est: Charitas nō æmulatur, nō agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, nō quærit quæ sua sunt, nō irritatur, non cogitat malū, nō gaudet sup iniquitate, cōgaudet autē veritati. L. iij.

OMnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit: siuè prophetiæ euacuabuntur, siuè linguæ cessabūt, siuè sciētia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur, quod ex parte est. Lectio iiij.

CVm essem paruulus, loquebar vt paruulus: sapiebam vt paruulus, cogitabā vt paruulus: quando autem factꝰ sum vir, euacuaui quæ erāt paruuli. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte; tunc autē cognoscam, sicut & cognitus sum. Nunc autem manent, fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas.

QVARTA DIE
post octauam Epiphaniæ.

De Epistola j. B. Pauli Apostoli ad Corinthios. Lectio j.

Cap. 15. in init.

NOtum autem uobis facio, fratres, Euangelium, quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, ꝑ quod & saluamini, qua ratione ꝑdicauerim vobis si tenetis, nisi frustra credidistis. L. ij.

TRadidi enī vobis in primis quod & accepi: qm̄ Christus mortuus est pro peccatis nostris secūdùm scripturas: & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundùm scripturas; & quia visus est Cephæ; & post hoc vndecim. Deinde visus est plusquàm quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacobo, deinde Apostolis omnibus. Lect. iij.

NOuissimè autem omniū tamquàm abortiuo, visus est & mihi. Ego enim sum minimus Apostolorum: qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniā persecutus sum Ecclesiā Dei. Gratia autē Dei sum id, quod sum: & grā eius in me vacua non fuit, sed abūdantiùs illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum. Lectio iiij.

SIuè enim ego, siuè illi; sic prædicamus, & sic credidistis. Si autē Christus prædicatur quòd resurrexit à mortuis: quomodo quidam dicunt in vobis; quoniam resurrectio mortuorum non est? si autem resurrectio mortuorum non est; neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est fides vestra.

QVINTA DIE
post Octauam Epiphaniæ.

De Epistola j. beati Pauli Apostoli ad Corinthios. Lectio j.

Cap. 15. init.

QVotidie morior per vestram gloriā, fratres, quam habeo ī Christo Iesu Domino nostro. Si (secundū hominem) ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? manducemus & bibamus, cras enī moriemur. Nolite seduci: Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Euigilate iusti: & nolite peccare: ignorantiam enim Dei quidam habent, ad reuerentiā vobis loquor. L. ij.

SEd dicit aliquis. Quomodo resurgūt mortui? quali autem corpore venient? Insipiēs, tu quod seminas non uiuificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas non corpus, qđ futurum est, seminas, sed nudum granum, vt puta, tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autē dat illi corpus sicut vult; & vnicuique seminum proprium corpus. Lectio iij.

NOn omnis caro, eadem caro: sed alia hominū, alia pecorum, alia volucrum, alia piscium. Et corpora cœlestia, & corpora terrestria: sed alia

alia quidē cęlestiū gloria, alia aūt terrestriū. Alia claritas solis, alia claritas lunę, & alia claritas stellarum: Stella enim à Stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorū. L.iiij.

SEminatur in corruptione; surget in incorruptione: seminat̃ ĩ ignobilitate, surget in glīa: seminat̃ ĩ īfirmitate, surget in virtute: seminat̃ corpus animale, surget corp⁹ spiritale. Si est corp⁹ animale, est & spiritale, sicut scriptū est, factus est primus homo Adā in animam viuētē; nouissimus Adā in spiritum viuificantem.

SEXTA DIE
post Octauam Epiphanię.

De Epistola j. B. Pauli Apostoli ad Corinthios. Lectio j.

.16 nit. DE collectis autē, q̃ fiūt ĩ sanctos, sicut ordinaui Ecclesijs Galatiæ, ita & uos facite. Per vnā sabbathi vnusquisq; vr̃m apud se seponat, recōdēs quod ei benè placuerit: vt nō cū venero, tunc collectæ fiāt. Cū aūt p̃sens fuero: quos p̃baueritis p ep̃las, hos mittā pferre grām vr̃am ĩ Ierl̃em L.ij.

QVòd si dignum fuerit: vt ego eā; mecū ibūt. Veniā autē ad vos, cū Macedoniā ptransiero. Nā Macedoniā pertransibo: apud uos autē forsitā manebo, vel etiā hyemabo: vt vos me deducatis quocūq; iero. Nolo enim vos modò in trāsitu videre. Spero enim me aliquantulū tp̃is manere apud vos, si Dn̄s permiserit. L.iij.

PErmanebo autē Ephesi vsque ad Pentecostē. Ostiū enim mihi apertū est magnū & euidēs: & aduersarij multi. Si aūt venerit Timothę⁹, videte, vt sine timore sit apud uos, opus enim Dn̄i operat̃, sicut & ego. Ne quis ergo illū spernat? deducite autem illum in pace, vt veniat ad me; expecto enim illum cum fratribus. Lec.iiij.

DE Apollo autē fratre uobis notū facio, qm̃ multū rogaui, ut veniret ad uos cū fratribus: & vtiq; nō fuit volūtas eius, vt nūc veniret: ueniet autē cū ei vacuū fuerit. Vigilate, state in fide: viriliter agite & confortamini, & omnia vestra in charitate fiant.

SABBATHO I.
Post Octauam Epiphaniæ.

Ad Vesp. oīa dn̄r, vt ĩ Psalt. p̃ter Orōnē. Qd̄ seruat̃ etiā in alijs Sabbathis vsq; ad Septuag. nisi occurrat festum duplex. Oro.

OMnipotēs sēpiterne De⁹, q cęlestia simul, & terrena moderaris: supplicationes

populi

populi tui clemēter exaudi: & pacem tuam nostris concede temporibus. Per Dominum.

Deinde fiūt cōm. ibidē positæ in Psalterio vsq; ad Sabbathū Dn̄icæ in Passione exclusiuè.

DOMINICA II.
Post Epiphaniam.

Omnia vt in Psalterio præter ea, quæ hic sunt propria.

Incipit Ep̃la ij. B. Pauli Apostoli ad Corinthios. Lectio j.

Cap. 1 init. PAulus Apostol⁹ Iesu Christi per voluntatē Dei, & Timothæus frater: Ecclesiæ Dei, quæ est Corīthi, cū omnibus sanctis, qui sunt in vniuersa Achaia. Gratia uobis, & pax à Deo patre nostro, & Dn̄o Iesu Christo. Benedictus Deus, & p̄r Dn̄i nr̄i Iesu Christi, pater misericordiarū, & Deus totius cōsolationis, q̃ cōsolat̃ nos in oī tribulatione nostra. ℟. Dn̄e ne in ira tua arguas me: neq; in furore tuo corripias me. Miserere mei Dn̄e, qm̃ īfirm⁹ sū. ℣. Timor, & tremor venerunt sup me, & cōtexerūt me tenebrę. Mis. L.ij.

VT possimus & ipsi cōsolari eos, qui ĩ oī p̃ssura sunt, p̄ exhortationē qua exhortamur & ipsi à Deo: quoniā sicut abūdāt passiones Chr̄i in nobis, ita & per Chr̄m abūdat cōsolatio nostra. ℟. Deus, qui sedes sup thronū, & iudicas æquitatē, esto refugiū pauperū in tribulatione. Quia tu solus laborē, & dolorē cōsideras. ℣. Tibi enī derelict⁹ est pauper, pupillo tueris adiutor. Quia tu solus laborem. Lectio iij.

SIuè autē tribulamur, p̄ vr̃a exhortatione & salute: siuè exhortamur, p̄ vestra exhortatione & salute, quę operat̃ tolerātiā earūdē passionū, quas & nos patimur: & spes nostra firma est p̄ vobis: sciētes quod sicut socij passionū estis, sic eritis & consolationis. ℟. A dextris est mihi Dn̄s, ne cōmouear. Propter hoc dilatatū est cor meum, & exultauit lingua mea. ℣. Dn̄s pars hęreditatis meę, & calicis mei. Prop. L.iiij.

NOn enī volum⁹ ignorare vos, fratres, de tribulatione, q̃ facta est ĩ Asia, qm̃ supra modū grauati sumus supra virtutē, ita vt tęderet nos etiam viuere, sed ipsi in nobismetipsis respōsum mortis habuim⁹, vt nō simus fidentes in nobis, sed ĩ Deo, q suscitat mortuos, q de tantis periculis nos eripuit, & eruit. ℟. Notas mihi fecisti Dn̄e vias vitæ: Adimplebis me lętitia cum vultu tuo:

dele-

delectationes in dextera tua
vsque in finem. ℣. Tu es, qui
restitues hæreditatem meam
mihi. Adimplebis me lætitia.

Sermo S. Iohan. Chrysost. L. v.

Beati Pauli Apostolorũ le-
ctionem assiduè dum au-
sculto, perq; hebdomadas sin-
gulas bis, sępe & ter, & quater,
sanctorum martyrum memo-
riam celebramus, gaudio exul
to: interim tuba illa spirituali
perfruens, exurgo quidem, &
desiderio incalesco, uocẽ mi-
hi amicam agnoscens; & ferè
præsentem ipsum animo in-
tueri, & disserentem videre ui-
deor. ℟. Diligam te Domine
virtus mea: Dominus firma-
mentum meum. Et refugium
meũ. ℣. Liberator meus, Deus
meus, adiutor meus. Et. L. vj.

Idem tamen præ dolore di-
scrucior hoc ipso, quod vi-
rum hunc non omnes, sicut
par est, intelligunt; ita illũ nõ-
nulli ignorant, vt ne Epistola-
rum quidem eius numerum
planè norint. Hoc verò non
ignorantia facit, sed quòd no-
lint beati huius viri scripta as-
siduè in manibus habere. ℟.
Domini est terra, & plenitudo
eius. Orbis terrarum, & uni-
uersi, qui habitant in eo. ℣.
Ipse super maria fundauit eã,
& super flumina præparauit
illam. Orbis. Lectio vij.

Neque enim nos, quæ sci-
mus, ab ingenij bonita-
te, atque acumine scimus, sed
quòd illi nos uiro impẽsè af-
fecti, ab illius lectione nũquã
discedimus: siquidem qui a-
mant, ij antè omnes eorũ fa-
cta norunt, quos amant, ut qui
de ijs ipsis sint solliciti: id qđ
beatus hic ueluti ostendẽs ad
Philippenses, ait: Sicut est mi-
hi iustũ, ut hoc de uobis om-
nibus sentiam, eo quòd habeã
uos in corde, & in uinculis
meis, & in defensione, & con-
firmatione Euangelij. ℟. Ad
te Dñe leuaui animã meam.
Deus meus in te confido, nõ
erubescam. ℣. Custodi animã
meã, & eripe me. De⁹. L. viij.

Quapropter si & vos quo-
que in animum indu-
xeritis, huius lectioni studio-
sam, ac diligentẽ operam na-
uare, nihil sanè erit, quod a-
liud requirẽdum sit: uerax est
enim Christi sermo dicentis:
Querite, & inuenietis; pulsate
& aperietur uobis. ℟. Vias
tuas Domine demonstra mi-
hi, & semitas tuas edoce me:
dirige me ĩ ueritate tua. Quia
tu es Deus Saluator meus, &
te sustinui tota die. ℣. Delicta
iuuen-

iuuentutis meę, & ignorantias
meas ne memineris Domine.
Quia tu es Deus Saluator.

Lec. S. Euãgel. sm Iohan. L. ix.

Cap 2 In illo tempore: Nuptiæ fa-
ctę sunt in Cana Galilęæ, &
erat mater Iesu ibi. Vocatus
est autẽ Iesus, & discipuli eius
ad nuptias. Et reliqua.

Homilia S. August. Episcopi.

Ex tracta. 9. in eodẽ post init. & infra.

Quòd Dominus inuitatus
uenerit ad nuptias, etiam
excepta mystica significatione
confirmare uoluit, quod ipse
fecit nuptias. Futuri eñ erat,
de quibus dixit Apostolus ꝓ-
hibentes nubere, & dicentes
quòd malæ essent nuptiæ, &
quòd Diabolus eas fecisset: cũ
idem Dominus in Euangelio
interrogatus, utrum liceat ho-
mini dimittere vxorem suam
ex qualibet causa, responderit
non licere, excepta causa for-
nicationis. ℟. Audiam Domi-
ne uocem laudis tuę; Vt enar-
rem uniuersa mirabilia tua.
℣. Domine dilexi decorẽ do-
mus tuæ, & locum habitatio-
nis glorię tuę. Vt enarrẽ. L. x.

In qua responsione, si me-
ministis, hoc ait: Quod De⁹
coniunxit, homo nõ separet.
Et qui benè eruditi sunt in fi-
de catholica, nouerunt, quod
Deus fecerit nuptias: & sicut
coniunctio à Deo, ita diuor-
tium à Diabolo sit. ℟. Adiu-
tor meus esto Deus. Ne dere-
linquas me. ℣. Neque despi-
cias me Deus salutaris meus,
Ne derelinquas. Lectio xj.

Sed propterea in causa for-
nicationis licet uxorẽ di-
mittere, quia ipsa esse uxor
prior noluit, quæ fidem con-
iugalem marito non seruauit.
Nec illæ quæ uirginitatẽ Deo
uouent, quamquam ampliorẽ
gradum honoris, & sanctitatis
in Ecclesia teneãt, sine nuptijs
sunt: nam & ipsę pertinent ad
nuptias cum tota Ecclesia in
quibus nuptijs spõsus est Chri-
stus. ℟. Quam magna multi-
tudo dulcedinis tuæ Domine;
Quam abscõdisti timentibus
te. ℣. Et perfecisti eis, qui spe-
rant in te Domine, in conspe-
ctu filiorum hominum. Quã
abscondisti. Lectio xij.

Ac per hoc ergo Domin⁹
inuitat⁹ venit ad nuptias,
ut coniugalis castitas firmare-
tur, & ostenderetur sacramen-
tum nuptiarum, quia & illa-
rum sponsus personam Dñi
figurabat, cui dictum est: ser-
uasti vinum bonum usque ad
huc. Bonum enim uinũ Chrs
seruauit usque adhuc, idest E-
uangeliũ suum. ℟. Duo Sera-
phim

phim clamabant alter ad alterum: S anctus, Sãctus, Sãctus, Dominus Deus Sabaoth. P lena est omnis terra gloria eius. ℣. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres vnũ sũt. S ãct⁹. G l'ia. P lena.

Sequentia S. Euãg. s̃m Iohan.

Ex c.2 init.



N illo tempore: Nuptię factę sunt in Cana Galilęæ; & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem Iesus, & discipuli ei⁹ ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum, Vinum nõ habent. Et dixit ei Iesus. Quid mihi & tibi est mulier? Non dum venit hora mea. Dicit mater ei⁹ ministris. Quodcunque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideę hydriæ sex positæ, secundùm purificationẽ Iudęorum, capientes singulę metretas binas, vel ternas. Dicit eis Iesus, Implete hydrias aqua: & impleuerunt eas vsq; ad summum. Et dicit eis Iesus, Haurite nunc, & ferte Architriclino. Et tulerunt. Vt autem gustauit Architriclinus aquam vinum factum (& nõ sciebat vnde esset, ministri autem sciebant, qui hauserãt aquã:) vocat spõsum Architriclinus, & dicit ei. Omnis homo primùm bonũ vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tũc id, quod deterius est: Tu autem seruasti bonum vinum vsq; ad huc. Hoc fecit initiũ signorum Iesus in Cana Galileæ, & manifestauit gloriam suam. Et crediderunt in eum discipuli eius.

Ad Laudes, & per horas oĩa vt in Psalterio. Ad Bñs. Antiph. Nuptiæ factæ sunt ĩ Cana Galilęæ, & erat ibi Iesus cũ Maria matre sua. **Ad Mag. Aña.** Deficiẽte vino, iussit Iesus impleri hydrias aqua, quæ in vinum conuersa est, halleluia. **Orõ.** Omnipotẽs sempiterne.

FERIA SECVNDA.

Et in alijs ferijs fit officium, vt in Psalterio.

De epistola ij. B. Pauli Apostoli ad Corinthios. Lectio j.

INcipimus iterum nosmetipsos commẽdare? aut nunquid egemus (sicut quidam) commendatitijs Epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur, & legitur ab omnibus hominibus: manifestati quod Epistola estis Christi, ministrata à nobis & scripta non atramento, sed spiritu Dei viui: nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis Cap. 3 ĩ init.

cordis carnalibus. ℟. Benedicam Dominum in omni tempore: S emper laus eius in ore meo. ℣. In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & lætẽtur. S emper. **L. ij.**

FIduciam autem talẽ habemus per Christum ad Deum: non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est: qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non litera, sed spiritu. Litera enim occidit, spiritus autem viuificat. ℟. Auribus percipe Deus lachrymas meas; ne sileas à me; remitte mihi. Quoniam incola ego sum apud te, & peregrinus. ℣. Cõplaceat tibi, vt eripias me: Domine ad adiuuãdum me festina. Q m̃. **Lec. iij.**

QVòd si ministratio mortis, literis deformata in lapidibus fuit in gloria: ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit ĩ gloria? iiij. Nam si ministratio dãnationis in gloria est; multò magis abundat ministeriũ iustitiæ in gloria. Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur per gloriã est: multò magis quod manet, in gloria est. ℟. Statuit Dominus super petram pedes meos, & direxit gressus meos Deus me⁹. Et misit in os meum canticũ nouum. ℣. Exaudiuit preces meas, & eduxit me d̃ lacu miserię. Et misit. Gl'ia. Et misit.

Antiphonæ ad Benedictus, & ad Magnificat, cũ non habent suis locis proprię, dñr de Psalterio, vt in feria currente.

FERIA TERTIA.

De Epistola ij. B. Pauli Apostoli ad Corinthios. Lectio j.

SCimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum nõ manufactã, sed ęternã in cęlis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cęlo est, super indui cupientes: si tamẽ vestiti, & nõ nudi inueniamur. ℟. Ne perdideris me cum iniquitatibus meis. Neque in finẽ iratus reserues mala mea. ℣. Ne intres in iudiciũ cum seruo tuo Domine. Neque in finem. **Lectio ij.** Cap. 5 ĩ init.

NAm & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemisci-

mus grauati, eo quod nolum⁹ expoliari, sed superuestiri; vt absorbeatur quod mortale est, à vita. Qui autem efficit nos ī hoc ipsum, Deus q dedit nobis pignus spiritus. ℟. Paratū cor meum Deus, paratum cor meum. Cantabo, & psalmum dicā Domino. ℣. Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cithara; exurgam diluculo. Cantabo, & psalmum dicam Domino. Lectio iij.

AVdentes igitur semper, & scientes quoniam dū sumus ī corpore, peregrinamur à Domino (per fidē enim ambulamus, & non per speciem) audemus autem, & bonā voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & pręsentes esse ad Dominum. iiij. Et ideò contendimus siuè absentes, siuè præsentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis, prout gessit siuè bonum, siuè malum. ℟. Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es. Deus meus misericordia mea. ℣. Lętabor, & exultabo in te, psallam nomini tuo Altissime. Deus me⁹ misericordia mea. Gloria Patri. Deus meus.

FERIA QVARTA.

De Epistola ij. B. Pauli Apostoli ad Corinthios. Lectio j.

Cap. 7 ī init.

HAs igitur habentes promissiones, charissimi, mundemus nos ab omni inquinamēto carnis, & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. Capite nos. Neminem læsimus, neminē corrupimus, neminem circumuenimus. Non ad condemnationem dico: ꝑdixi enim quòd in cordibus nostris estis ad cōmoriendum, & conuiuendū. ℟. Deus in te speraui, Domine non confundar in æternū, in iustitia tua libera me; Et eripe me. ℣. Inclina ad me aurē tuā: & salua me. Et. L. ij.

MVlta mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro uobis: repletus sum consolatione: superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Nam & cum uenissemus in Macedoniam nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationē passi sumus; foris pugnæ, intus timores. ℟. Repleatur os meū laude tua, vt hymnum dicam gloriæ tuæ; tota die magnitudinem tuam: noli me proijcere in tempore senectutis. Dum defecerit in me uirtus mea,

mea ne derelinquas me. ℣. Gaudebunt labia mea, cū cantauero tibi. Dum. Lectio iij.

SEd qui consolatur humiles, cōsolatus est nos De⁹, in aduentu Titi. Non solùm autem in aduētu eius, sed etiā in consolatione, qua consolatus est in uobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram ęmulationem pro me, ita magis vt gauderē. iiij. Quoniam & si contristaui uos in Epistola, non me pœnitet: & si pœniteret, videns quòd Epistola illa (& si ad horam) uos contristauit; nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiā. ℟. Gaudebunt labia mea, cum cātauero tibi: Et anima mea, quā redemisti Domine. ℣. Sed & līgua mea meditabitur iustitiam tuā, tota die laudē tuam. Et anima.

FERIA QVINTA.

De Epistola ij. B. Pauli Apostoli ad Corinthios. Lectio j.

Cap. 10. in init.

IPse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem, & modestiā Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in uobis. Rogo autē vos, ne præsens audeam per eam confidentiam, qua existimor audere in quosdam: qui arbitrantur nos tamquàm secundùm carnem ambulemus. ℟. Respice Domine in testamētum tuum, & animas pauperū tuorum ne derelinquas in finem. Exurge Domine, & iudica causam tuam. Et ne obliuiscaris voces quærentium te. ℣. Memor esto opprobrij seruorum tuorū. Et ne. L. ij.

IN carne enim ambulantes, non secūdùm carnem militamus. Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt: sed potentia Deo ad destructionē munitionum, cōsilia destruētes, & omnem altitudinē extollentem se aduersus scientiā Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, & in prōptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cùm impleta fuerit uestra obedientia. ℟. Notam fecisti Domine in gētibus potentiam tuam. Et liberasti ī brachio tuo filios Israel, & Ioseph. ℣. Eduxisti eos sicut oues in manu Moysi, & Aaron. Et liberasti. Lectio iij.

QVe secundùm faciē sunt, videte. Si quis confidit sibi, Christi se esse: hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est, ita & nos. iiij. Nam

& si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quã dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in destructionem uestram, non erubescam. ℟. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos. Et propitius esto peccatis nobis propter nomẽ tuum. ℣. Quia pauperes facti sumus nimis. Et propitius.

FERIA SEXTA.

De Epistola ij. B. Pauli Apostoli ad Corinthios. Lectio j.

Cap. 12. in init. SI gloriari oportet (non expedit quidem) ueniam autem ad uisiones, & reuelationes Domini. Scio hominem ĩ Christo ante annos quatuordecim (siuè in corpore; siuè extra corpus, nescio: Deus scit.) raptum huiusmodi vsq; ad tertium cœlum. Et scio huiusmodi hominẽ (siuè in corpore, siue extra corpus nescio: Deus scit) quoniam raptus est in paradisum: & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. ℟. Confitebor tibi Domine Deus in toto corde meo, & honorificabo nomen tuum in æternum. Quia misericordia tua Domine magna est super me. ℣. Deus meus es tu, & cõfitebor tibi, Deus meus es tu, & exaltabo te. Quia misericordia tua. Lectio ij.

PRo huiusmodi gloriabor, pro me autem nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis. Nam & si uoluero gloriari, non ero insipiẽs: veritatem enim dicam: parco autẽ: nequis me existimet suprà id, quod videt in me, aut aliquid audit ex me. ℟. Misericordia tua Domine magna est super me. Et liberasti animã meam ex inferno inferiori. ℣. In die tribulationis meæ clamaui ad te, quia exaudisti me. Et liberasti animam meam. Lect. iij.

ET ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meę, Angelus Sathanæ, qui me colaphizet. iiij. Propter quod ter Dominum rogaui, vt discederet à me: & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. ℟. Factus est mihi Dominus in refugium. Et Deus meus in auxilium spei meę. ℣. Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & factus est Dominus ꝓtector meus. Et Deus meus.

SABBATHO.

Si nõ occurrat festum xij. Lectionũ, vel aliquid impediẽs, fit officium de Sancta Maria, quod seruatur in alijs sabbathis vsque ad Quadragesimã. De Epistola ij. B. Pauli Apostoli ad Corinthios. Lectio j.

Cap. 13. in init. ECce tertiò hoc venio ad vos: ut in ore duorum, vel triũ testiũ stet oẽ verbũ; Prædixi enim, & prædico ut præsẽs uobis, & nũc absẽns his, qui ante peccauerũt, & cęteris oĩbus, quoniam si venero iterum, non parcam. ij. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? qui in vobis non infirmatur, sed potens est in uobis? Nam & si crucifixus est ex infirmitate; sed viuit ex virtute Dei. Lec. ij.

NAm & nos infirmi sumus in illo: sed uiuimus cum eo ex virtute Dei in uobis. Vosmetipsos tẽtate, si estis in fide: ipsi vos probate. iij. An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesus ĩ vobis est nisi fortè reprobi estis. Spero autem quod cognoscitis, quia nos nõ sum⁹ reprobi. Lectio iij. de B. Virgine vt suo loco. fol. Ad Vesp. Cap. & cætera vt in Psalterio. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus infirmitatem nostram propitius respice: atque ad protegendum nos dexterã tuæ Maiestatis extende. Per.

DOMINICA TERTIA Post Epiphaniam.

Ad Matut. omnia vt in Psalte. Incipit Epistola B. Pauli Apostoli ad Galatas. Lectio j.

PAulus Apostol⁹ nõ ab hominibus, neque per hominẽ, sed p Iesum Christum, & Deum Patrem, qui suscitauit eum à mortuis, & qui mecũ sunt oẽs frẽs: Ecclesijs Galatiæ. Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris: vt eriperet nos de pręsenti seculo nequàm, secundùm voluntatem Dei, & patris nostri: cui est glĩa ĩ secula seculorũ. Amẽ. Cap. 1 init.

Respõsoria dicũtur de Dñica præcedenti in oĩbus Dñicis vsque ad Septuagesimã. L. ij.

MIror quòd sic tàm citò transferimini ab eo, qui uos uocauit in gratiam Christi, in aliud Euangeliũ: quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui uos conturbant, & uolunt conuertere Euãgelium Christi: sed licèt nos, aut Angelus de cœlo euangelizet uobis, præterquàm quod euangelizauimus uobis, anathema sit: sicut prędiximus, & nunc iterum dico: si quis uobis euangeliza-

gelizauerit preterid, quod accepistis, anathema sit. Lect. iij.

MOdò enim hominibus suadeo, an Deo? An q̃ro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Notum eñ vobis facio, fratres, Euangeliũ, quod euangelizatum est à me, quia non est secundùm hominem; neq; enim ego ab homine accepi illud neq; didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Lectio iiij.

AVdistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo, quoniam supra modum persequebar Ecclesiã Dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Iudaismo supra multos coętaneos meos in genere meo, abundãtius æmulator existens paternarum mearum traditionum.

De exposit. S. Augustini Epi. in Epistolã ad Galatas. Lect. v.

CAusã propter quam scribit Apostolus ad Galatas, hæc est: vt intelligant gratiam Dei id secum agere, vt sub lege iam non sint. Cum enim prædicata eis esset euangelij gratia, non defuerunt quidam ex circuncisione, quãuis christiani nomine, nondum tamẽ tenentes ipsum gratiæ beneficium, & adhuc volentes esse sub oneribus legis, quæ Dñs Deus imposuerat, non iustitię seruientibus, sed peccato, iustã scilicet legem iniustis hominibus dando, ad demonstranda peccata eorum, non auferenda. Lectio vj.

NOn enim aufert peccata, nisi gratia fidei, quæ per dilectionem operatur: sub hac ergo gratia iam Galatas constitutos, illi volebant constituere sub oneribus legis, asseuerantes nihil eis prodesse Euangelium nisi circumciderentur, & cæteras carnales Iudaici ritus obseruationes subirent. Lectio vij.

ET ideò Paulum Apostolũ suspectũ habere cęperãt, à quo illis Euangelium prædicatum erat, tamquã nõ tenẽtẽ disciplinam cęterorum Apostolorum, qui Gentes cogebãt Iudaizare. Cesserat enim taliũ hominum scãdalis Apostolus Petrus, & in simulationem ductus erat, tãquàm, & ipse hoc sentiret, nihil prodesse gẽtibus Euangelium nisi onera legis implerent. Lectio viij.

ATQua simulatione idem Apostolus eũ reuocat, sicut in hac ipsa Epistola docet: Talis quidem quæstio est & in Epistola

Ex p̃fatione in Epistolamad Gala.

Epistola ad Romanos: Veruntamen videtur aliquid interesse, quod ibi contentionem ipsam dirimit, litemque componit, quæ inter eos, q ex Iudęis, & eos, qui ex Gentibus crediderant, orta erat.

Lec. S. Euãgel. ſm Matth. L. ix.

Cap. 8

IN illo tempore: Cum descẽdisset Iesus de monte, secutę sunt eum turbæ multæ. Et rel.

Homilia S. Hieronymi p̃sbyt.

Ex li. 1. cõm. i eũd.

DE monte Domino descẽdenti occurrunt turbę, quia ad altiora ascendere non valuerunt: Et primus occurrit ei leprosus: nec dum enim poterat cum lepra tam multiplicẽ in mõte Saluatoris audire sermonem. Et notandum, quòd hic primus specialiter curatus est: secundus puer Cẽturionis: tertia socrus Petri febriens in Capharnaum: quarto loco, qui oblati sunt ei à Demonio vexati: quorũ spiritus uerbo eijciebat: quãdo omnes male habentes curauit. Lectio x.

ET ecce leprosus veniens adorabat eum, dicens. Rectè post prædicationem, atque doctrinam signi offertur occasio: vt per virtutum miracula præteritus apud audientes sermo firmetur. Domine si uis, potes me mũdare. Qui uolũtatẽ rogat, de uirtute nõ dubitat. Et extendẽs Iesus manũ tetigit eũ, dicẽs: Volo, Mũdare. L. xj.

EXtendẽte manum Domino, statim lepra fugit. Simulque considera, quàm humilis, & sine iactantia responsio. Ille dixerat, Si vis. Domin⁹ respondit. Volo. Ille præmiserat, Potes me mundare. Dominus iungit, & dicit, Mundare. Non ergo ut pleriq; latinorũ putant, iungẽdum est, & legẽdum, Volo mũdare, sed separatim, ut primum dicat, Volo: deĩde imperet, Mũdare. L. xij.

ET ait illi Iesus, vide nemini dixeris. Et reuera quid erat necesse, ut sermone iactaret, quod corpore præferebat? Cum autẽ introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio rogãs eum, ut curaret puerum suum. Et ait illi Iesus: Ego veniam, & curabo eum. Non debemus iactãtię arguere Dominum, quia statim se iturum, & sanaturum esse promittit.

Sequentia S. Euãg. ſm Matth.

Cap. 8 init.

IN illo tempore: Cũ descẽdisset Iesus de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ: Et ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens

tendens manum Ieſus tetigit eum, dicens, Volo. Mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius. Et ait illi Ieſus, Vide nemini dixeris, ſed vade, oſtẽde te ſacerdoti & offer mun⁹, quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis. Cùm autem introiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio rogãs eũ, & dicens: Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi Ieſus: Ego veniam, & curabo eũ. Et reſpondens Centurio, ait: Dñe nõ ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: ſed tantùm dic verbo, & ſanabit puer me⁹. Nã & ego homo ſum, ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites; & dico huic. Vade, & vadit: & alio. Veni: & venit: & ſeruo meo. Fac hoc: & facit. Audiens autem Ieſus, miratus eſt; & ſequẽtibus ſe dixit. Amẽ dico vobis: Non inueni tantã fidem in Iſrael. Dico autẽ vobis, quòd multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abrahã, Iſaac, & Iacob in regno cęlorũ. Filij autẽ regni eijciẽtur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentiũ. Et dixit Ieſus Cẽturioni, vade: & ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora. ℟. Am̃. **Ad Bñs, Aña.** Cũ deſcendiſſet Ieſus de monte, ecce leproſus veniens adorabat eũ, dicens. Dñe ſi vis, potes me mundare: & extẽdẽs manum, tetigit eum, dicens, Volo. Mundare. **Ad Mag. Aña.** Dñe, ſi vis, potes me mundare: & ait Ieſus. Volo. Mũdare.

FERIA SECVNDA.

De Epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Galatas. Lectio j.

Cap. 3 ĩ init. O Inſenſati Galatæ, qs uos faſcinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Ieſus Chr̃s proſcriptus eſt, & ĩ vobis crucifixus? Hoc ſolùm à vobis volo diſcere. Ex opibus legis ſpũm accepiſtis, an ex auditu fidei? Sic ſtulti eſtis, vt cũ ſpiritu cęperitis, nũc carne cõſumamini? Tanta paſſi eſtis ſine cauſa? ſi tamen ſine cauſa.

Reſpõſoria p̃teritæ hebdomadæ repetant̃ per ordinẽ in oĩbus ferijs vſq; ad Septuag. L. ij.

QVi ergo tribuit uobis ſpiritum, & operatur virtutes ĩ vobis: ex opibus legis, an ex auditu fidei? Sicut ſcriptũ eſt. Credidit Abrahã Deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiã. iij. Cognoſcite ergo, q̃a qui ex fide ſunt, ij ſunt filij Abrahæ. Prouidens autẽ ſcriptura, quia ex fide iuſtificat Gentes Deus,

præ-

prænunciauit Abrahæ, Quia benedicent̃ ĩ te oẽs gẽtes. L. iij.

IGitur qui ex fide ſunt, benedicentur cũ fideli Abraham. Quicunq; enim ex operibus legis ſunt: ſub maledicto ſunt. Scriptum eſt enim: Maledictus omnis, qui nõ p̃mãſerit in omnibus, quę ſcripta ſũt ĩ libro legis, vt faciat ea.

FERIA TERTIA.

De Epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Galatas. Lectio j.

Cap. 5 ĩ init. STate, & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, q̃m ſi circũcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. Teſtificor autẽ rurſus omni homini circũcidẽti ſe, quoniã debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ. Euacuati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini: à gratia excidiſtis. Nos enim ſpiritu ex fide ſpẽ iuſtitię expectam⁹. L. ij.

NAm in Chriſto Ieſu, neque circunciſio aliquid valet, neque pręputium: ſed fides, quæ per charitatem operat̃. Currebatis benè; quis vos impediuit veritati non obedire? Nemini cõſenſeritis: p̃ſuaſio hęc non eſt ex eo, qui vocat vos. Modicũ fermẽtũ totã maſſam corrũpit. Ego confido in vobis in Dño; quod nihil aliud ſapietis: qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicunque eſt ille. Lectio iij.

EGo autem, fratres, ſi circunciſionem adhuc prædico: quid adhuc perſecutionẽ patior? Ergo euacuatũ eſt ſcãdalum crucis. Vtinam abſcindantur qui vos conturbant. iiij. Vos enim in libertatẽ vocati eſtis, fratres, tãtũ ne libertatẽ in occaſionẽ detis carnis, ſed per charitatẽ ſpũs ſeruite inuicem. Omnis enim lex in vno ſermone implet̃. Diliges proximum tuũ ſicut teipſum.

FERIA QVARTA.

Incipit Epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Epheſios Lectio j.

Cap. ĩ in. PAulus Ap̃lus Ieſu Chriſti per voluntatẽ Dei: omnibus ſanctis, qui ſunt Epheſi; & fidelibus in Chriſto Ieſu. Gratia vobis, & pax à Deo Patre noſtro, & Dño Ieſu Chr̃o. Benedictus Deus & p̃r Dñi nr̃i Ieſu Chr̃i, qui benedixit nos ĩ oĩ benedictione ſpũali, in cęleſtib⁹ ĩ Chr̃o: ſicut elegit nos ĩ ipſo ante mũdi cõſtitutionẽ, vt eſſem⁹ ſancti, & ĩmaculati ĩ cõſpectu ei⁹ ĩ charitate. L. ij.

QVi prædeſtinauit nos ĩn adoptionem filiorũ, per Ieſum Chriſtũ, in ipſum: ſecũdũ propoſitũ voluntatis ſuæ,

in

in laudem glorię gratiæ ſuæ,
in qua gratificauit nos in di-
lecto Filio ſuo. Lectio iij.

IN quo habemus redēptio-
nem per ſanguinem eius
(remiſſionem peccatorum) ſe-
cundùm diuitias gratiæ eius,
quæ ſuperabundauit in nobis
in omni ſapiētia, & prudētia.
iiij. Vt notũ faceret nobis ſa-
cramentum voluntatis ſuę, ſe-
cundũ beneplacitũ eius, quod
propoſuit in eo; in diſpenſa-
tione plenitudinis temporũ,
inſtaurare oĩa in Chriſto, q̃ in
cęlis, & q̃ in terra ſunt in ipſo.

FERIA QVINTA.

De Epiſtola beati Pauli Apo-
ſtoli ad Epheſios. Lectio j.

Cap.4 init. OBſecro itaque vos ego
vinctus in Domino, vt
dignè ambuletis vocatione,
qua vocati eſtis, cũ omni hu-
militate, & manſuetudine, cũ
patientia ſupportantes inuicē
in charitate, ſolliciti ſeruare
vnitatem ſpiritus in vinculo
pacis. Vnum corpus, & unum
ſpiritus; ſicut vocati eſtis ĩ vna
ſpe vocationis ueſtræ. Lect. ij.

VNus Dominus, vna Fi-
des, vnum Baptiſma.
Vnus Deus, & pater omnium,
qui eſt ſup omnes, & per om-
nia, & in omnibus nobis. Vni-
cuique autem noſtrum data
eſt gratia ſecundùm menſurā
donationis Chriſti. Propter
quod dicit, Aſcendens in altũ,
captiuam duxit captiuitatem:
dedit dona hominibus. Quod
autem aſcendit, quid eſt, niſi
quia & deſcendit primùm in
inferiores partes terræ? Qui
deſcendit, ipſe eſt & qui aſcē-
dit ſuper omnes cœlos, vt im-
pleret omnia. Lectio iij.

ET ipſe dedit quoſdā qui-
dem Apoſtolos, quoſdam
autem Prophetas, alios verò
Euangeliſtas, alios autem pa-
ſtores & Doctores, ad cõſum-
mationē ſanctorum in opus
miniſterij, in ędificationē cor-
poris Chriſti. iiij. Donec oc-
curramus omnes in vnitatem
fidei, & agnitionis filij Dei, in
virum perfectum, in menſurā
ætatis plenitudinis Chriſti: vt
iā non ſimus paruuli fluctuā-
tes, & circũferamur omni vē-
to doctrinę in nequitia homi-
num, in aſtutia ad circumuen-
tionem erroris.

FERIA SEXTA.

De Epiſtola B. Pauli Apoſto-
li ad Epheſios. Lectio j.

EStote ergo imitatores Dei, Cap.5 ĩ init.
ſicut filij chariſſimi, & am
bulate in dilectione, ſicut &
Chriſtus dilexit nos, & tradidit
ſemetipſum pro nobis, obla-
tionem,

tionem, & hoſtiā Deo in odo-
rem ſuauitatis. Fornicatio autē
& omnis immũditia, aut aua-
ritia nec nominetur in vobis,
ſicut decet ſanctos: aut turpitu-
do, aut ſtultiloquiũ, aut ſcur-
rilitas, quæ ad rē nõ pertinet;
ſed magis gratiarũ actio. L. ij.

HOc enim ſcitote intelli-
gentes, quòd omnis for-
nicator, aut immũdus, aut aua-
rus, (quod eſt idolorum ſerui-
tus) non habet hæreditatem in
regno Chriſti, & Dei. Nemo
vos ſeducat inanibus verbis.
Propter hæc enĩ venit ira Dei
in filios diffidentiæ. Nolite er-
go effici participes eorũ. L. iij.

ERatis enim aliquādo te-
nebræ; nũc autem lux in
Domino. Vt filij lucis ambu-
late. (Fructus enim lucis eſt
in omni bonitate, & iuſtitia,
& veritate) probantes quid ſit
beneplacitum Deo. iiij Et no-
lite cõmunicare operibus in-
fructuoſis tenebrarum, magis
autem redarguite. Quæ enim
in occulto fiunt ab ipſis, turpe
eſt & dicere. Oĩa aũt quæ ar-
guunt, à lumine manifeſtant.

SABBATHO.

De Epiſtola B. Pauli Apoſto-
li ad Epheſios. Lectio j.

Cap.6 ĩ init. FIlij, obedite parētibus ve-
ſtris, in Domino: hoc enĩ
iuſtum eſt. Honora patrē tuũ,
& matrem tuam: (quod eſt
mandatum primum in pro-
miſſione) vt bene ſit tibi, & ſis
longęuus ſuper terram. ij. Et
vos patres nolite ad iracũdiam
prouocare filios vr̃os: ſed edu-
cate illos in diſciplina, & cor-
reptione Domini. Lectio ij.

SErui obedite Dominis car-
nalibus, cum timore, & tre-
more, in ſimplicitate cordis
veſtri, ſicut Chriſto: nõ ad ocu-
lum ſeruientes, quaſi homini-
bus placētes, ſed vt ſerui Chri-
ſti. iiij. Facientes voluntatem
Dei ex animo, cum bona vo-
luntate ſeruiētes, ſicut Domi-
no, & non hominibus. Scien-
tes, quoniā vnuſquiſq; quod-
cunq; fecerit bonum, hoc re-
cipiet à Domino, ſiuè ſeruus,
ſiuè liber. Ad Veſp. Oratio.

DEus, qui nos in tantis
periculis cõſtitutos, pro
humana ſcis fragilitate non
poſſe ſubſiſtere: da nobis ſa-
lutem mentis & corporis: vt
ea, quæ pro peccatis nr̃is pati-
mur, te adiuuāte vĩcamus. Per.

DOMINICA IIII.

Poſt Epiphaniam.

Incipit Epiſtola B. Pauli Apo-
ſtoli ad Philippenſes. Lectio j.

PAulus, & Timotheus ſerui Cap. ĩ init.
Ieſu Chriſti: omnibus ſan-
ctis

ctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cum Episcopis, & Diaconibus. Gratia uobis & pax à Deo Patre nrõ, & Dño Iesu Christo. Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri (semper in cunctis orationibus meis pro omnibus uobis, cum gaudio deprecationē faciens) super communicatione vestra in Euangelio Christi à prima die vsque nūc. Rñsoria Dñicæ ij. post Epiphaniā. L. ij.

Confidēs hoc ipsum, quia qui cępit in uobis opus bonum, perficiet vsq; in diem Chri Iesu: Sicut est mihi iustū, hoc sentire pro oībus uobis, eò quòd habeā vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione, & confirmatione Euangelij, socios gaudij mei omnes vos esse. Lectio iij.

Testis enim mihi est De⁹, quomodo cupiam oēs vos esse ī visceribus Iesu Christi: & hoc oro, vt charitas vrā magis, ac magis abūdet in oī sciētia, & in oī sensu: vt probetis potiora, vt sitis sinceri, & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in gloriam, & laudem Dei. Lectio iiij.

Scire autē volo vos, fratres, quia q̄ circa me sunt, magis ad profectū venerūt Euāgelij: ita ut vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio, & in cæteris omnibus, vt plures è fratribus in Dño, confidentes in vinculis meis, abundantiùs auderent sine timore verbū Dei loqui.

Ex libro Moralium S. Gregorij Papæ. Lectio v.

Ex lib. 4. moral. ca. 41.

Reflemus refectionibus corpus, ne extenuatū deficiat: Extenuamus abstinētia, ne nos repletum premat: Vegetamus hoc motibus, ne situ immobilitatis intereat: sed citiùs hoc collocando sistimus, ne ipsa sua vegetatione succūbat: adiumentis hoc vestium tegimus, ne frigus interimat: & quęsita adiumenta projicimus, ne calor exurat. Lect. vj.

Tot, igitur diuersitatibus occurrētes, quid agimus, nisi corruptibilitati seruimus, vt saltem multiplicitas impēsi obsequij corp⁹ sustineat, quod anxietas infirmæ mutabilitatis grauat? Vnde benè per Paulū dicitur; Vanitati enim subiecta est creatura non uolens, sed propter eum, qui subiecit eam in spe, quia & ipsa creatura liberabit à seruitute corruptionis in libertatem glorię filiorum Dei. Lectio vij.

Vanitati quippè creatura non volens subdit: quia homo, qui ingenitæ constātiæ statum volēs deseruit, pressus iustæ mortalitatis pōdere nolens mutabilitatis suæ corruptioni seruit. Sed creatura hęc tunc à seruitute corruptionis eripietur, cum ad filiorū Dei gloriam incorrupta resurgendo subleuabitur. Lectio viij.

Hic itaque electi molestia vincti sunt, quia adhuc corruptionis suæ pęna deprimuntur: Sed cum corruptibili carne exuimur, quasi ab his, quibus nunc astringimur molestię vinculis relaxamur. Pręsentari namq; iam Deo cupimus, sed adhuc mortalis corporis obligatione p̄pedimur.

Lectio sancti Euangelii, secundùm Matthęum. Lectio ix.

Cap. 8

IN illo tempore: Ascendente Iesu in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius: & ecce motus magnus factus est in mari; ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipse verò dormiebat. Et reliqua.

Homilia S. Iohanis Chrysost.

Ex homi. 29 ī eūdē sub init.

Solos discipulos secum duxit Dominus, qm̄ vt signa tantùmodò demonstrarentur, turbas quoq; admittebat: vbi verò ad signa timor quoq;, ac tremor imminebat, eos solos recipiebat, quos ad prædicationem, & pericula erat missurus. Et Matthęus quidē dicit; q̄a dormiebat: Lucas verò, q̄a in ceruicali simpliciter, vt & humilitatem suam patefaceret, & præstantis philosophię præceptis nos instrueret. L. x.

Cum ergo fluctus vehementiùs insurgerent, ac mare procellis insaniret; tunc excitant ipsum, dicentes: Dñe salua nos, perimus. Ipse autem eos, priusquā mare sedaret, reprehendit: Vt hinc igitur eos doceret, quantum in eo confidere oporteret, cū insani fluct⁹ insurgant; discerentq;, quod ad melius cū c̄ta dispensat, primùm ipsos increpat. Lect. xj.

Nec enim incassū ad extremum vsque terrorem eos deuenire permisit, verùm, vt signum eis ingēs videretur, & perpetua miraculi memoria resideret. Nā quoniā post rem factam obliuio solet ex negligentia homines occupare: propterea priusquàm signa fiant, multa fieri permittūtur, quæ diuturniorem memoriā faciant. Lectio xij.

Sic & Moyses serpentem primò perhorruit, neque id leuiter: deinde rem il-lam

Iam mirando, haud tamen citra sollicitudinem, contemplatur: Et nunc discipuli, cùm iam salutem ferè desperassent, tunc saluantur.

Sequentia S. Euang. sm Matth.

p. 8 IN illo tẽpore: Ascendente Iesu in nauiculã, secuti sunt eũ discipuli eius: Et ecce motus magnus factus est in mari; ita vt nauicula operiretur fluctibus: ipse verò dormiebat. Et accesserũt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes: Domine, salua nos, perimus. Et dicit eis. Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens imperauit uentis, & mari, & facta est tranquillitas magna. Porrò homines mirati sunt, dicẽtes. Qualis est hic, quia vẽti & mare obediunt ei?

Ad Bñs, Añа. Ascendente Iesu in nauiculam, ecce motus magnus factus est in mari: & suscitauerũt eum discipuli eius, dicentes: Domine, salua nos, perimus. Ad Mag. Antiphona. Domine salua nos, perimus: impa, & fac De⁹ trãquillitatẽ.

FERIA SECVNDA.

De Epistola B. Pauli Apostoli ad Philippenses. Lectio j.

p. 4 init. ITaque fratres mei charissimi, & desideratissimi, gaudium meum, & corona mea: sic state ĩ Domino charissimi. Euchodiã rogo, & Syntichẽ deprecor idipsum sapere in Domino. Etiã rogo & te Germane cõpar, adiuua illas, quæ mecum laborauerunt in Euãgelio cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt ĩ libro vitæ. L. ij.

GAudete in Domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus ꝓpè est. Nihil solliciti sitis; sed in omni oratione & obsecratione, cum gratiarũ actione petitiones uestræ innotescant apud Deum. Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra, & intelligẽtias ṽras ĩ Chr̃o Iesu. L. iij.

DE cætero, fratres, quęcũque pudica, quæcunque iusta, quęcũq; sancta, quęcũq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ, si qua uirtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. iiij. Quę & didicistis, & accepistis, & audistis, & uidistis ĩ me; hæc agite, & De⁹ pacis erit vobiscũ.

FERIA TERTIA.

Incipit Epistola B. Pauli Apostoli ad Colossenses. Lectio j.

Cap. 1 init. PAulus Ap̃ľus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timo-

theus frater; ijs, qui sunt Colossis sanctis, & fidelibus fratribus in Christo Iesu. Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias agimus Deo & Pr̃i Domini nostri Iesu Christi semper pro vobis orantes: audientes fidem vestrã in Christo Iesu, & dilectionem, quam habetis in sanctos oẽs, propter spem, quæ reposita est uobis in cœlis. Lectio ij.

QVam audistis ĩ verbo veritatis Euangelij, quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est, & fructificat, & crescit sicut in vobis, ex ea die, qua audistis, & cognouistis gratiam Dei in veritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu, qui etiã manifestauit nobis dilectionem vestram in spiritu. Lectio iij.

IDeò & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro vobis orantes, & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spirituali. iiij. Vt ambuletis dignè, Deo per omnia placẽtes: in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei: in omni virtute confortati secũdùm potentiam claritatis eius, in omni patientia, & longanimitate, cum gaudio.

FERIA QVARTA.

De Epistola B. Pauli Apostoli ad Colossenses. Lectio j.

INduite vos ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti viscera misericordiæ, benignitatẽ, humilitatẽ, modestiã, patientiam, supportantes inuicem; & donantes vobismetipsis, siquis aduersus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donauit vobis; ita, & vos. Lect. ij. Exc. 1 me

SVper omnia aũt hęc, charitatẽ habete, quod est vinculũ perfectionis: & pax Chr̃i exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore: & grati estote. Verbum Christi habitet in uobis abundanter, in omni sapientia; docentes & commonentes vosmetipsos ĩ psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Lectio iij.

OMne, quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi facite, gr̃as agẽtes Deo & Patri per ipsum. iiij. Mulieres subditæ estote viris, sicut oportet in Domino. Viri, diligite

diligite vxores, & nolite amari esse ad illas. Filij, obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est ĩ Domino. Patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros: vt non pusillo animo fiant.

FERIA QVINTA.

Incipit Epl'a j. B. Pauli Apostoli ad Thessalonicenses. Lect. j.

Cap. 1 init. PAulus, & Siluanus, & Timotheus Ecclesiæ Thessalonicensium in Deo Patre, & Domino Iesu Christo. Gratia vobis, & pax. Gratias agim[9] Deo semper pro omnibus vobis; memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, memores operis fidei vestræ, & laboris, & charitatis, & sustinentiæ spei Domini nostri Iesu Christi, ante Deum, & Patrem nostrũ. L. ij.

SCientes fratres dilecti à Deo, electionem vestram: quia Euangelium nostrũ non fuit ad vos in sermone tantũ, sed & ĩ virtute, & in Spũ sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter uos. Lectio iij.

ET vos imitatores nostri facti estis, & Domini excipientes verbum in tribulatione multa, cũ gaudio Spiritus sancti: ita vt facti sitis forma oĩbus credentibus in Macedonia, & in Achaia. iiij. A vobis enim diffamatus est sermo Domini: non solùm in Macedonia, & in Achaia, sed & in omni loco fides vr̃a, quę est ad Deũ, profecta est, ita vt nõ sit nobis necesse qdq̃ loq.

FERIA SEXTA.

De Epistola j. B. Pauli Apostoli ad Thessalonicenses. Lect. j.

Cap. 4 i init. DE cætero ergo, fratres, rogam[9] vos, & obsecramus in Dño Iesu, vt quẽadmodũ accepistis à nobis quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, sic & ambuletis, vt abũdetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominũ Iesum. Hæc est enim voluntas Dei; sanctificatio vestra. Lectio ij.

VT abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusq; sq; vestrum uas suũ possidere in sanctificatione, & honore: nõ in passione desiderij, sicut & gentes, quæ ignorant Deum, & nequis supergrediatur, nec circumueniat in negocio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, & testificati sumus. Lectio iij.

NOn eñ vocauit nos De[9] in immunditiam; sed in sanctificationẽ. Itaquè qui hęc spernit, nõ hominem spernit, sed Deum, qui etiã dedit Spiritum suum sanctum in nobis. iiij. De charitate autẽ fraternitatis non necesse habem[9] scribere vobis: ipsi enim vos à Deo didicistis, vt diligatis inuicẽ. Etenĩ illud facitis in oẽs fratres ĩ vniuersa Macedonia.

SABBATHO.

Incipit Epl'a ij. B. Pauli Apostoli ad Thessalonicenses. L. j.

Cap. 1 i init. PAulus & Siluanus, & Timotheus Ecclesiæ Thessalonicẽsium in Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Dño Iesu Christo. Gratias agere debemus semper Deo pro vobis, fratres, ita vt dignum est, quoniam supercrescit fides vestra, & abũdat charitas vniuscuiusq; vestrũ in inuicẽ: ita vt & nos ipsi in vobis gloriemur ĩ Ecclesijs Dei, pro patiẽtia vestra & fide in omnibus persecutionibus uestris, & tribulationibus, quas sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei: vt digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini. Lectio ij.

SI tamen iustũ est apud Deũ retribuere tribulationem, ijs qui vos tribulant, & vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum in reuelatione Domini Iesu de cœlo cum Angelis virtutis eius, in flamma ignis dantis vindictam ijs, qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini nostri Iesu Christi. Lectio iij.

QVi pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini, & à gloria virtutis eius: cum venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus, qui crediderũt, quia creditum est testimoniũ nostrum super vos in die illo. iiij. In quo etiã oramus semper pro vobis: vt dignetur uos vocatione sua Deus noster, & impleat omnem volũtatẽ bonitatis suę, & opus fidei in virtute, vt clarificetur nomẽ Domini nostri Iesu Chri in vobis, & vos in illo, secundùm gratiam Dei nostri, & Dñi Iesu Christi. Ad Vesp. Oratio.

FAmiliam tuam, quæsumus Domine continua pietate custodi: vt quę in sola spe gratiæ cęlestis innititur; tua semper protectione muniatur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spũs sancti Deus. Per oĩa secula seculorũ. ℟. Amen.

DOMINICA V.

Post Epiphaniam.

Incipit Epła j. B. Pauli Apostoli ad Timotheum. Lectio j.

Cap. 1 init. PAulus Apłus Iesu Christi, secundũ imperiũ Dei Saluatoris nostri, & Christi Iesu spei nostræ: Timotheo dilecto filio in fide. Gratia, misericordia, & pax à Deo Patre, & Christo Iesu Domino nr̃o. Sicut rogaui te, vt remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam, vt denunciares quibusdam, ne aliter docerent, neq; intenderent fabulis, & genealogijs interminatis, quæ quæstionem præstant magis, quã ędificationem Dei, quæ est in fide. Lectio ij.

FInis autẽ præcepti est charitas de corde puro, & cõscientia bona, & fide nõ ficta. A quibus quidam aberrantes, conuersi sunt in vaniloquiũ, volentes esse legis doctores, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Scimus autẽ quia bona est lex, si quis ea legitimè vtatur. Lectio iij.

SCiens hoc quòd lex iusto non est posita, sed iniustis, & non subditis, impijs, & peccatoribus, sceleratis, & contaminatis, parricidis, & matricidis, homicidis, fornicarijs, masculorum cõcubitoribus, plagiarijs, mendacibus, periuris, & siquid aliud sanę doctrinæ aduersatur, quæ est secundũ Euãgelium gloriæ beati Dei, quod creditũ est mihi. L. iiij.

GRatias ago ei, qui me cõfortauit ĩ Chr̃o Iesu Dñ̃o nostro, quia fidelem me existimauit, ponens in ministerio; qui prius blasphemus fui, & persecutor, & cõtumeliosus: sed misericordiam Dei cõsecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.

De Exposit. S. Ambrosij Epi in Epistolas B. Pauli Apłi. Lect. v.

De expositione Epist. j. beati Pauli ad Timoth. Cap. 1

HVmanus sermo, & omni acceptione dignus: quia Christus Iesus venit in hunc mũdum peccatores saluos facere: Quid tàm gratum, tàmq; iucundum, quàm peccatoribus indulgentiam prædicare? Quis enim sine peccato est, vt hoc munus non cũ omni gratiarum actione suscipiat, Deũ auctorem huius pręferens, & collaudans in Christo? Lec. vj.

QVi vt hominem peccatis ablueret, de cęlestibus ad terrena descendẽs, carnẽ peccati accepit: terrenis se admiscuit, vt eum cœlestem efficeret: mori se passus est, vt illũ, morte erutum, Paradiso redderet immortalem. Quis hæc beneficia non in infinitũ extollat, quæ Deus præstitit homini, Dominus seruo, Conditor creaturæ? Lectio vij.

VT plus esset adhuc in beneficijs humanis, quàm cum fecit quæ non erãt, postea quàm fecit. Etenim derelictus ab his, & contemptus, & contumelijs appetitus, addidit ad beneficium nõ requisitus, vt gratior esset, & plus p̃ferendus dum reparat, quàm cum fecit: vt ostenderet unũ se esse q hæc oĩa possit. L. viij.

IGitur sic Christus præsidiũ tulit homini, vt puritatem suam non violaret, nec amitteret potestatem. Hominẽ enĩ se nasci voluit, pro certo habens, carnis contactu minimè se violari. Conuersationi humanæ se miscuit, sciens peccatis se corrumpi non posse.

Lec. S. Euãgel. scdm Matth. L. ix.

Ca. 13 IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile factum est regnũ cęlorum homini, qui seminauit bonum in semen in agro suo. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Epi.

Ex li. quæstionũ euãgelicarũ ĩ Matth. c. 13

CVm negligentiùs agerẽt præpositi Ecclesiæ, aut cũ dormitionem mortis acciperent Apostoli, venit diabolus, & superseminauit eos, quos malos filios Dominus interpretatur. Sed rectè queritur, vtrũ Heretici sint, aut malè viuentes catholici: Possunt enim dici filij mali etiam hæretici; q̃a ex eodem Euangelij semine, & Christi nomine procreati prauis opinionibus ad falsa dogmata conuertuntur. L. x.

SEd quod dicit eos in medio tritici seminatos; quasi videntur illi significari, qui vnius communionis sunt. Veruntamẽ quoniam Dominus agrum ipsum nõ Ecclesiã: sed hunc mũdũ interpretatus est, benè ĩtelligunt hęretici. L. xj.

QVia non societate vnius Ecclesiæ, vel vnius fidei, sed societate solius nominis Christiani in hoc mundo permiscentur bonis. At illi, qui in eadem fide mali sunt, palea potius, quàm zizania, reputãtur; quia palea etiam fundamentum ipsum habet cũ frumẽto, radiceq; cõmunẽ. L. xij.

IN illa planè sagena, qua cõcluduntur & mali, & boni pisces, non absurdè, mali catholici intelligũtur. Aliud est enim mare, quod magis mũdum istum significat: aliud sagena,

gena, quæ vnius fidei, vel vni⁹ Ecclesiæ communionem videtur ostendere. Inter hæreticos & malos catholicos hoc interest, quod hæretici falsa credunt, illi autẽ vera credẽtes, non viuunt ita vt credunt.

Sequentia S. Euang. sm Matth.

Ca. 13 ante med.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile factum est regnum cœlorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abijt. Cum autẽ creuisset herba, & fructum fecisset; tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patris familias, dixerunt ei. Domine, nõne bonum semẽ seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis imus & colligimus ea? Et ait, Non; ne forte colligentes zizania, eradicetis cũ eis simul & triticum. Sinite vtraq; crescere vsque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus. Colligite primùm zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticũ autem cõgregate i horreũ meũ. Ad Bñs, Aña. Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Hoc fecit inimicus homo. Ad Mag. Aña. Colligite primùm zizania, & alligate ea in fasciculos ad cõburendum; triticum autem congregate in horreum meũ, dicit Dominus.

FERIA SECVNDA.

De Epſtã j. ad Timotheũ. L. j.

Cap. 3 i init.

FIdelis sermo. Si quis Episcopatum desiderat, bonũ opus desiderat: oportet enim Episcopum irreprehẽsibilem esse, vnius vxoris virũ, sobriũ, prudentem, ornatum, pudicũ, hospitalem, doctorem, nõ uinolentum, non percussorem, sed modestũ, non litigiosum, non cupidum, sed suæ domui benè præpositum, filios habẽtẽ subditos cũ oĩ castitate. L. ij.

SI quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Non neophytum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat Diaboli. Oportet autẽ illũ & testimoniũ habere bonũ ab ijs, qui foris sunt, vt non in opprobrium incidat, & in laqueum Diaboli. Lectio iij.

Dia-

DIacones similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrũ sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura: Et hi autem probentur primùm: & sic ministrẽt, nullum crimen habentes. iiij. Mulieres similiter pudicas, nõ detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. Diacones sint vnius vxoris viri, qui filijs suis benè præsint, & suis domibus. Qui eñ benè ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent.

FERIA TERTIA.

Incipit Epſtã ij. B. Pauli Apostoli ad Timotheum. Lect. j.

Cap. 1 i init.

PAulus Apostol⁹ Iesu Chrĩ per voluntatem Dei, secundùm promissionem vitæ, quę est in Christo Iesu, Timotheo charissimo filio. Gratia, & misericordia, & pax à Deo Patre nostro, & Christo Iesu Dño nostro. Gratias ago Deo meo, cui seruio à ꝓgenitorib⁹ meis in cõscientia pura, quod sine intermissione habeam, tui memoriã in orationibus meis nocte ac die. Lectio ij.

DEsiderans te videre, memor lachrymarum tuarum, vt gaudio implear, recordationem accipiens eius fidei, quę est in te non ficta, quæ & habitauit primùm in auia tua Loide, & matre tua Eunice. Certus sum autem quòd & in te. Propter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiã Dei, quæ est in te per impositionẽ manuũ mearũ. Lect. iij.

NOn enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. Noli itaque erubescere testimoniũ Domini nostri, neque me vinctum eius, sed collabora Euãgelio secũdùm virtutem Dei. iiij. Qui nos liberauit, & vocauit vocatione sua sancta, non secundũ opera nostra, sed secundũ propositum suum, & gratiam, quę data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia.

FERIA QVARTA.

De Epistola ij. B. Pauli Apostoli ad Timotheum. Lect. j.

Cap. i init.

HOc autem scito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: & erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, cęci, & uoluptatũ amatores, magis q̃ Dei. Lec. ij.

Ho-

HAbentes speciem quidẽ pietatis, virtutem autem eius abnegantes: & hos deuita; ex his enim sunt qui penetrãt domos, & captiuas ducũt mulierculas oneratas peccatis, quę ducũtur varijs desiderijs; semper discentes, & nunquàm ad scientiam veritatis peruenientes. Lectio iij.

QVemadmodum autẽ Iãnes, & Mambres restiterunt Moysi; ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mẽte, reprobi circa fidem: sed vltra non proficient: insipientia enim eorũ manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. iiij. Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionẽ, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt Antiochię, Iconij, & Lystris: quales persecutiones sustinui.

FERIA QVINTA.

Incipit Epistola B. Pauli Apostoli ad Titum. Lectio j.

Cap. 1 init. PAulus seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi, secũdùm fidem electorũ Dei, & agnitionem veritatis; quæ secundùm pietatem est, in spẽ vitæ ęternę, quam promisit qui non mentitur, Deus, ante tempora secularia: manifestauit autem tẽporibus suis verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi secundũ præceptum Saluatoris nostri Dei; Tito dilecto filio, secundùm communem fidem. Gratia & pax à Deo Patre, & Christo Iesu Saluatore nostro. L. ij.

HVius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea, quę desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi, si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios habens fideles non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem. Lectio iij.

NOn superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentẽ, amplectentem eum, qui secũdùm doctrinam est, fidelem sermonem. iiij. Vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere; sunt enim multi inobedientes, vaniloqui, & seductores, maxime qui de circuncisione sunt, quos oportet redargui.

FERIA SEXTA.

De Epistola B. Pauli Apostoli ad Titum. Lectio j.

Cap. 3 ĩ init. HÆc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contẽnat. Admone illos, principibus, & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminẽ blasphemare, nõ litigiosos esse, sed modestos, omnem ostẽdentes mansuetudinẽ ad omnes homines. Lectio ij.

ERamus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, seruientes desiderijs, & voluptatibus varijs, in malitia, & inuidia agẽtes, odibiles, odiẽtes inuicẽ. iij. Cum autem benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm suã misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abũdè per Iesum Chr̃m Saluatorẽ nostrũ. L. iiij.

VT iustificati grã ipsius, hęredes simus secundũ spẽ vitæ æternæ. Fidelis sermo est; & de his volo te confirmare; vt curent bonis operibus præesse qui credunt Deo. Hæc sunt bona, & vtilia hominibus.

SABBATHO.

Incipit Epistola B. Pauli Apostoli ad Philemonem. Lect. j.

PAulus vinctus Christi Iesu, & Timotheus frater; Philemoni dilecto, & adiutori nr̃o, & Apphiæ sorori charissime, & Archippo commilitoni nostro, & Ecclesiæ quæ in domo tua est. Gratia uobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. ij. Gratias ago Deo meo, semper memoriã tui faciẽs in orationibus meis, audiens charitatem tuam, & fidem, quã habes in Domino Iesu, & in oẽs sanctos: vt communicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis boni, quod est in vobis in Christo Iesu. Lectio ij.

GAudium enim magnum habui, & consolationẽ in charitate tua, quia viscera sanctorũ requieuerunt per te frater. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad rẽ pertinet. iiij. Propter charitatem magis obsecro, cum sis talis, vt Paulus senex, nunc autem & vinctus Iesu Christi. Obsecro te pro meo filio, quẽ genui in vinculis, Onesimo.

Ad Vesperas. Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotẽs Deus, vt semper rationabilia meditantes, quæ tibi sunt placita, & dictis exequamur, & factis. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

DOMINICA SEXTA

Post Epiphaniam.

Incipit Epistola B. Pauli Apostoli ad Hebræos. Lectio j.

Cap. 1 init. MVltifariã, multisq; modis olim Deus loquẽs patribus in prophetis; nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio, quem cõstituit hæredem vniuersorum, per quẽ fecit & secula; qui cùm sit splẽdor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansq; omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram Maiestatis in excelsis. Lectio ij.

TAntò melior Angelis effectus, quanto differẽtius præ illis nomen hæreditauit: Cui enim dixit aliquando Angelorũ, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum; Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in Filium; Et cum iterũ introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, Et adorent eum omnes Angeli Dei. L. iij.

ET ad Angelos quidẽ dicit, Qui facit Angelos suos spiritus; & ministros suos flammam ignis. Ad Filium autem: Thronus tuus Deus in seculũ seculi: virga æquitatis, virga regni tui: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Lectio iiij.

ET tu in prĩcipio Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribũt, tu autem permanebis. Et oẽs ut vestimentũ veterascent. Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficiẽt. Ad quem autem Angelorum dixit aliquãdo, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?

Sermo S. Athanasij Episcopi contra Arianos. Lectio v.

SI personam, rem, tempus apostolici dicti Hæretici cognoscerẽt, nũquàm humana in Deitatem transferentes tam impiè & stultè aduersus Christum sese habuissent. Id intueri licebit, si initiũ lectionis denuò repetitum probè excipias. Dicit enim Apostolus, Multifariam, multisque mo- (Ex oratione prima contra Arianos lõgius à med.)

dis

dis olim Deus locutus est patribus nostris per Prophetas, vltimis autem diebus locutus est nobis in Filio. Lectio vj.

ATque ita paulò post dicit: Perfecta ab eo nostrorum peccatorum purificatione, ipsum sedere ad dexteram maiestatis in excelsis, tãtò superiorem Angelis factũ, quãtò præstantius nomen præ illis sortitus est. De eo igitur tẽpore quo nobis per Filium locutus est, cum peccatorum purgatio fieret, Apostolicũ dictum mentionem facit. Lectio vij.

QVando autem nobis locutus est ĩ Filio, aut quãdo purgatio peccatorũ facta, aut quãdo natus est homo, nisi post Prophetas, idq; in vltimis tẽporibus? Deinde cũ narratio haberetur de nostri cura, ac dispensatione, deq; vltimis tẽporibus, ad cõtextũ argumẽti pertinebat, vt diceret, Deum neq; superioribus ætatibus tacitũ fuisse, sed locutũ esse per Prophetas. Lectio viij.

ET vbi Prophetæ suo officio perfuncti essent, & lex per Angelos sua dicta pronũciasset, & Dominus ad nos migrasset, & ad ministrãdum accessisset, tũc demùm necessariò subintulit: Tantò melior Angelis factus: ostendere volens, quãtò Dominus præ seruo excellat, tãtò functione, officioque seruorum, Filij administrationem meliorẽ fuisse.

Lectio sancti Euangelij secundùm Matthæum. L. ix.

IN illo tempore: Dixit Iesus turbis parabolam hanc. Simile est regnũ cælorum grano sinapis, quod accipiẽs homo, seminauit ĩ agro suo. Et reliq. Ca. 1

Homil. S. Hieronymi Presbyt.

REgnum cælorum, prædicatio Euangelij est, & notitia scripturarum, quæ ducit ad uitam, & de qua dicitur ad Iudæos. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Simile est ergo huiuscemodi regnũ grano sinapis, quod accipiẽs hõ, seminauit in agro suo. Lec. x. (Ex li cõm ĩ cũd.)

HOmo, q seminat in agro suo à plerisque Saluator intelligitur, quòd in animis credentium seminet: ab alijs, ipse homo seminans in agro suo, hoc est, in semetipso, & in corde suo. Quis est iste, qui seminat, nisi sensus noster, & animus, qui suscipiens granũ prædicationis, & fouens sementem, humorem fidei facit in agro sui pectoris pullulare? Lectio xj.

PRædicatio Euãgelij, minima eſt omnibus diſciplinis. Ad primã quippè doctrinam, fidem non habet veritatis, hominem Deum mortuum, & ſcandalũ crucis prædicans. Confer huiuſmodi doctrinã dogmatibus Philoſophorum, & libris eorũ, & ſplẽdori eloquentiæ, & compoſitioni ſermonũ; & videbis quãtò minor ſit cęteris ſeminibus ſementis Euangelij. Lect. xij.

SEd illa cum creuerint, nihil mordax, nihil viuidũ, nihil vitale demonſtrant: totũ flacidum, marcidumq; ebullit in olera, & in herbas, quæ citò areſcunt, & corruunt. Hæc autem prædicatio, quæ parua videbatur in principio, cũ vel in anima credentis, vel in toto mundo ſata fuerit, non exurgit in olera, ſed creſcit in arborem: ita vt volucres cœli, (quas vel animas credentiũ, vel fortitudines Dei ſeruitio mãcipatas, ſentire debem⁹) veniãt, & habitẽt in ramis eius.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Matthæum.

1.13 ca ...d. IN illo tẽpore: Dixit Ieſus turbis parabolam hanc. Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo: quod minimũ quidem eſt omnibus ſeminibus: Cum autẽ creuerit, maius eſt omnibus oleribus, & fit arbor; ita vt volucres cœli veniant, & habitent in ramis eius. Aliã parabolam locutus eſt eis: Simile eſt regnum cœlorũ fermento: quod acceptũ mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus; donec fermentatũ eſt totum. Hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas; & ſine parabolis non loquebatur eis; vt impleretur quod dictum erat per Prophetã dicentem: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcõdita à conſtitutione mundi.

Ad Benedictus, Antiphona. Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis; quod minimum eſt omnibus ſeminibus: cum autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus.

Ad Mag. Aña. Simile eſt regnum cęlorũ fermento, quod acceptum mulier abſcõdit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum.

FERIA SECVNDA.

De Epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Hebręos. Lectio j.

VNde, fratres, ſancti vocationis cœleſtis participes, Cap. 3 I init.

pes, conſiderate Apoſtolum & Pontificẽ confeſſionis noſtræ Ieſum: qui fidelis eſt ei, qui fecit illum, ſicut & Moyſes in oĩ domo eius. Amplioris enim gloriæ iſte prę Moyſe dignus eſt habitus, quantò ampliorẽ honorem habet domo, qui fabricauit illam. Omnis namq; domus fabricatur ab aliquo, qui autem creauit omnia, Deus eſt. Lectio ij.

ET Moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius tãquàm famulus, in teſtimoniũ eorum, quæ dicenda erant. Chriſtus verò tamquàm filius in domo ſua: quæ domus ſumus nos, ſi fiduciam & gloriam ſpei vſque ad finem firmam retineamus. Lectio iij.

QVapropter ſicut dicit Spiritus ſanctus, Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda ueſtra, ſicut in exacerbatione ſecundùm diẽ tentationis in deſerto, vbi tentauerunt me patres veſtri: probauerũt & viderũt opera mea quadraginta annis. iiij. Propter quod infenſus fui generationi huic, & dixi, ſemper errant corde. Ipſi autem non cognouerunt vias meas; quibus iuraui ĩ ira mea, ſi introibunt in requiem meam.

FERIA TERTIA.

De Epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Hebręos. Lectio j.

TImeamus ergo ne fortè relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, exiſtimetur aliquis ex nobis deeſſe. Cap. 4 I init. Etenim & nobis nunciatum eſt, quemadmodum & illis: ſed non profuit illis ſermo auditus, non admiſtus fidei ex ijs, quæ audierunt. ij. Ingrediemur enim in requiem ei⁹, qui credidimus: quemadmodum dixit, ſicut iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam. Lectio ij.

ET quidem operibus ab inſtitutione mundi perfectis. Dixit enim quodam loco de die ſeptima ſic: Et requieuit Deus die ſeptima ab omnibus operibus ſuis. Et in iſto rurſum, Si introibunt in requiem meam. Lectio iij.

QVoniã ergo ſupereſt introire quoſdam in illã, & ij, quibus prioribus annunciatum eſt, non introierunt propter incredulitatem: iterũ terminat diem quendam: Hodie in Dauid dicendo, poſt tãtum temporis, ſicut ſupradictum eſt; Hodie ſi vocem eius audieritis; nolite obdurare corda veſtra.

FERIA QVARTA.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Hebręos. Lectio j.

c. 5 ...ced. QVi in diebus carnis suæ pces, supplicationesq; ad eum, qui possit illum saluum facere à morte cum clamore valido, & lachrymis offerẽs, exauditus est pro sua reuerentia. ij. Et quidem cùm esset filius didicit ex ijs, quæ passus est, obediẽtiam: & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ, appellatus à Deo Pontifex secundùm ordinem Melchisedec. Lect. ij.

DE quo nobis grandis sermo & interpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus: rursum indigetis vt vos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum Dei: & facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo. Lectio iij.

OMnis enim, qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ: paruulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus: eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni, ac mali.

FERIA QVINTA.

De Epistola B. Pauli Apostoli ad Hebræos. Lectio j.

HIc enim Melchisedec, rex Salem sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à cęde Regum, & benedixit ei: cui & decimas omnium diuisit Abraham: primũ quidẽ, q interpretatur rex iustitiæ: deinde autem & rex Salẽ, quod est, rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia; neq; initium dierum, neq; finem vitæ habens, assimilatus autẽ Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. Lectio ij. Cap. 7 i init.

INtuemini autẽ quantus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham Patriarcha. Et quidem de filijs Leui sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere à populo secundùm legẽ, idest, à fratribus suis: quãquàm & ipsi exierint de lumbis Abrahæ. iij. Cuius autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abrahã, & hũc, qui habebat repromissiones, benedixit. Sine vlla autẽ cõtradictione, quod minus est, à meliore benedicitur. L. iij.

ET hic quidem, decimas moriẽtes homines accipiunt; ibi autẽ cõtestatur, quia viuit.

viuit. Et (vt ita dictum sit) per Abrahã, & Leui, qui decimas accipit decimatus est: adhuc enim in lũbis patris erat, quãdo obuiauit ei Melchisedec.

FERIA SEXTA.

De Epistola B. Pauli Apostoli ad Hebræos. Lectio j.

Cap. 11. in init. ESt autem fides sperandarum substãtia rerum, argumentum non apparẽtium. In hac enim testimonium cõsecuti sunt senes. Fide ĩtelligimus aptata esse secula verbo Dei: vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Lectio ij.

FIde plurimam hostiam Abel, quàm Cain obtulit Deo: per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibẽte muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Fide Enoch translatus est, ne videret mortem, & non inueniebatur, quia trãstulit illum Deus, ante trãslationẽ ẽm testimoniũ habuit placuisse Deo. L. iij.

SIne fide autẽ impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. iiij. Fide Noè respõso accepto de ijs, quę adhuc non videbãtur, metuens, aptauit arcam in salutẽ domus suę, per quã dãnauit mũdum; & iustitiæ, quæ per fidẽ est, hæres est institutus.

SABBATHO.

De Epistola B. Pauli Apostoli ad Hebræos. Lectio j.

CHaritas fraternitatis maneat in vobis. Et hospitalitatem nolite obliuisci: per hanc enim placuerunt qdam Angelis hospitio receptis. ij. Mementote vinctorũ, tãquã simul victi, & laborãtiũ, tãquã & ipsi in corpore morãtes. Honorabile cõnubium in omnibus, & Thorus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus. Lectio ij. Cap. 13. init.

SInt mores sine auaritia: cõtenti præsentibus: ipse enĩ dixit: Non te deseram, neque derelinquam, ita vt confidẽter dicamus: Dñs mihi adiutor est: nõ timebo quid faciat mihi homo. iiij. Memẽtote præpositorum uestrorum, qui uobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitũ conuersationis, imitamini fidem. Iesus Christus heri & hodie: ipse & in secula.

Sabbatho Septuagesimæ.

Ad Vesperas. Capitulum.

FRatres, Nescitis, quòd ij qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus acci- 1. Co Cap.

accipit brauium? sic currite, vt comprehendatis. ℟. br. Magnus Dominus noster, Et magna virtus eius, ℣. Et sapientiæ eius non est numerus. Hymnus. O lux beata. fol. 75. ℣. Vespertina oratio. Ad Mag. Aña. Dixit Dominus ad Adã, De ligno quod est in medio Paradisi ne comedas: in qua hora comederis, morte morieris: Oratio.

PReces populi tui, quæsumus Domine, clementer exaudi: vt qui iustè pro peccatis nostris affligimur; pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per Dominũ nostrum Iesum Christum. ℣. Benedicamus Dño, halleluia, halleluia. ℟. Deo grãs, halleluia, halleluia. Et deinceps non dr̃ Halla. vsq; ad Sabb. sanctum, sed post ℣. Deus in adiutoriũ. vbi dicebat Halla. dr̃ Laus tibi Dñe, rex æter. glię. Si festum Purificationis celebretur in Sabb. Septuag. in ij Vesp. post orationem festi fit cõm. Dñicæ sequentis: & in fine dr̃ Benedicamus Dño. vt s. Si in Dominicis à Septuages. vsq; ad Dominicam in Albis occurrat festũ duplex, vel semiduplex, trãsferẽ vt ĩ rubrica de cõmemorationibus nu. 3.

DOMINICA in Septuagesima.

Ad Matut. Inuit. Præoccupemus faciem Domini. Et in psalmis iubilemus ei. Ps. Venite exultemus. folio 9. Et dr̃ a Clerico hebdomadario vsq; ibi. Præoccupemus. Quia reliquum in psalmo dr̃ à Choro pro Inuitatorio, vt hic supra. Post statim sequit̃ Clericus ℣. Quoniã Deus magnus Dñs. Et sic dicit̃ Dñicis diebus vsq; ad j. Dñicam Quadrag. Hym. Primo dierum omniũ. fol. 9. Psalmi, Añæ, & Versiculi nocturnorũ dñr vt in Psalterio. Incipit Liber Genesis. Lect. j.



IN principio creauit Deus cęlum & terram. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi: & spiritus Domini ferebatur super aquas. Dixitq; Deus, Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem, quòd esset bona: & diuisit lucem à tenebris. Appellauitq; lucem diem, & tenebras noctem. Factumq; est vesperè, & manè dies vnus. ℟. In principio creauit Deus cœlũ, & terram, & fecit in ea hominem, Ad imaginem, & similitudinem suam. ℣. Formauit igitur Cap. 1 ĩ init.

igitur Deus hominem de limo terræ, & spirauit in faciem eius spiraculũ vitæ. Ad. L. ij.

DIxit quoque Deus, Fiat firmamẽtum in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamẽtum, diuisitq; aquas, quę erant sub firmamento ab his, quæ erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocauitq; Deus firmamentum cęlum: Et factũ est vesperè, & manè dies secũdus. ℟. In principio creauit Deus cęlum, & terram, & Spiritus Domini ferebatur super aquas. Et vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. ℣. Igitur perfecti sunt cęli, & terra, & omnis ornatus eorum. Et vidit. Lectio iij.

DIxit verò Deus, Congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt, in locum vnum: & appareat arida. Et factum est ita. Et vocauit Deus aridam, terrã: congregationesq; aquarũ appellauit maria. ℟. Formauit igitur Dominus hominem de limo terræ. Et inspirauit in faciem eius spiraculũ vitę, & factus est homo in animam viuentem. ℣. In principio fecit Deus cœlum, & terram, & plasmauit ĩ ea hominem. Et inspirauit. Lect. iiij.

ET vidit Deus quod esset bonum: Et ait, Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructũ iuxtà genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. ℟. Igitur perfecti sunt cœli, & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitq; Deus die septimo opus suum, quod fecerat, & requieuit ab omni opere, quod patrarat. ℣. Viditque Deus cũcta, quæ fecerat, & erant valdè bona. Compleuitque Deus. Ex lib. Enchiridion S. Augustini Episcopi. Lectio v.

MOrtis supplicium Dñs homini cõminatus fuerat, si peccaret: sic eum munerans libero arbitrio, vt tamẽ regeret imperio, terreret exitio: atque in paradisi fęlicitate, tamquàm in vmbra vitę, vnde iustitia custodita in meliora conscenderet, collocauit. ℟. Tulit ergo Dominus hominem, & posuit eũ in paradiso voluptatis. Vt operaretur, & custodiret illum. ℣. Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio, ĩ quo posuit hominem, quẽ formauerat. Vt operaretur, & custodiret. Lect. vj. Ca. 24. 25.

H inc

HInc post peccatum exul effectus, stirpem quoque suam, quam peccando in se, tamquam in radice vitiauerat, pœna mortis, & damnationis obstrinxit: vt quidquid prolis ex illo, & simul damnata, per quam peccauerat, coniuge, per carnalem cõcupiscentiam, in qua inobedientiæ pęna similis retributa est, nasceretur, traheret originale peccatum, quo traheretur per errores, doloresq; diuersos ad illud extremũ cũ desertoribus Angelis vitiatoribus, & possessoribus, & consortibus suis, sine fine supplicium. ℟. Dixit Dñs Deus; Nõ est bonum hominem esse solum, Faciamus ei adiutorium simile sibi. ℣. Adę verò non inueniebatur adiutor similis sibi: dixit verò Deus, Faciamus. L. vij.

SIc per vnum hominẽ peccatum intrauit in mundũ, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Mũdum quippe appellauit eo loco Apostolus vniuersum genus humanũ. ℟. Immisit Dominus soporem in Adam, & tulit vnam de costis eius; Et ædificauit costã, quam tulerat Dominus de Adam, in mulierẽ, & adduxit eam ad Adam, vt videret quid vocaret eam; & vocauit nomen eius Virago; qa de viro sumpta est. ℣. Cũq; obdormisset, tulit vnã de costis eius, & repleuit carnẽ pro ea. Et ædificauit. Lectio viij.

ITa ergo res se habebant. Iacebat in malis, vel etiam voluebatur, & de malis in mala præcipitabatur totius humani generis massa dãnata, & adiũcta parti eorum, qui peccauerant Angelorum, luebat impiæ desertionis dignissimas pœnas. ℟. Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à prĩcipio: In quo posuit hominem, quem formauerat. ℣. Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrũ visu, & ad vescendum suaue: lignum etiam vitæ in medio Paradisi. In quo posuit hominem.

In iij. noct. Aña. Multi sunt vocati, pauci verò electi, dicit Dominus. Canticum. Domine miserere, cum rel. fol. 15.

Lectio sancti Euangelij, secundùm Matthæum. Lectio ix.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolã hãc. Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exijt primo manè conducere operarios in vineam suã. Et rel.

Ho-

Ex homi. 19. sub init.

Homilia S. Gregorij Papæ.

REgnum cœlorum homini prĩfamilias simile dicitur, qui ad excolẽdam vineã suam operarios cõducit. Quis verò patrisfamilias similitudinem rectius tenet, quàm conditor nr̃, qui regit, quos condidit, & electos suos sic in hoc mundo possidet, quasi subiectos Dominus in domo? ℟. Dum deambularet Dominus in paradisum ad auram post meridiem, clamauit, & dixit: Adam vbi es? Audiui Domine vocem tuam, Et abscondi me. ℣. Vocem tuam audiui in paradiso, & timui, eo quòd nudus essem. Et abscondi. L. x.

QVi habet vineam, vniuersalem scilicet Ecclesiã, quæ ab Abel iusto vsq; ad vltimum electũ, qui in fine mũdi venturus est, quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit. Hic itaque paterfamilias, ad excolendam vineam suam, manè, hora tertia, sexta, nona, & vndecima operarios cõducit, quia à mũdi huius initio, vsque in finem ad erudiendã plebem fidelium prędicatores congregare non destitit. ℟. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, dixit Dominus ad Adã: cum operatus fueris terram, non dabit fructus suos, Sed spinas & tribulos germinabit tibi. ℣. Quia audisti vocẽ vxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo. Sed spinas. Lect. xj.

MAne etenim mundi fuit ab Adam vsque ad Noe: Hora verò tertia à Noe vsque ad Abraham: Sexta quoque ab Abraham vsque ad Moysen: Nona autem à Moyse vsq; ad aduẽtum Domini: Vndecima verò ab Aduentu Domini vsque ad finem mundi: in qua prædicatores sancti Apostoli missi sunt: qui mercedem plenam, & tardè venientes acceperunt. ℟. Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum, & malum. Videte, ne fortè sumat de ligno vitę, & viuat in æternũ. ℣. Fecitque Dominus Deus Adæ tunicam pelliceam, & induit eũ, & dixit. Videte. Lectio xij.

AD erudiendã igitur Dominus plebem suã, quasi ad excolendam vineã suã, nullo tempore destitit operarios mittere: quia & prius per patres, & postmodum per legis doctores, & Prophetas, ad extremum verò per Apostolos dum plebis suæ mores excoluit,

luit, quasi per operarios in vi-
neæ cultura magnoperè labo-
rauit. ℟. Vbi est Abel frater
tuus? dixit Dominus Deus ad
Cain. Nescio Domine; Nun-
quid custos fratris mei sum e-
go? Et dixit ad eum: Quid fe-
cisti? Ecce vox sãguinis fratris
tui Abel clamat ad me de ter-
ra. ℣. Maledictus eris sup ter-
ram, quæ aperuit os suum, &
suscepit sanguinem fratris tui
de manu tua. Ecce vox.

Sequentia sancti Euangelij se-
cundùm Matthæum.

Ca.20 init.



IN illo tempore: Di-
xit Iesus discipulis
suis parabolã hanc:
Simile est regnum
cœlorum homini patrifami-
lias, qui exijt primò manè cõ-
ducere operarios in vineam
suam: Conuentione autẽ fa-
cta, cum operarijs ex denario
diurno misit eos in vineã suã.
Et egressus circa horam tertiã,
vidit alios stantes in foro ocio-
sos, & dixit illis. Ite & vos in
vineam meam, & quod iustũ
fuerit, dabo vobis. Illi autem
abierunt. Iterum autem exijt
circa sextam, & nonam horã,
& fecit similiter. Circa vnde-
cimam verò exijt, & inuenit
alios stãtes, & dixit illis; Quid
hic statis tota die ociosi? Dicũt
ei; Quia nemo nos conduxit.
Dicit illis. Ite & vos in vineã
meam. Cùm sero autem factũ
esset, dicit Dominus vineæ
procuratori suo: Voca opera-
rios, & redde illis mercedem,
incipiens à nouissimis vsq; ad
primos. Cum venissent ergo
qui circa vndecimam horam
venerant, acceperunt singulos
denarios. Venientes autem &
primi, arbitrati sunt, quòd pl⁹
essent accepturi: acceperũt au-
tẽ & ipsi singulos denarios.
Et accipientes murmurabant
aduersus patremfamilias, di-
centes: Hi nouissimi vna hora
fecerunt, & pares nobis illos
fecisti, qui portauimus pondus
diei & æstus. At ille respondẽs
vni eorum dixit: Amice nõ fa-
cio tibi iniuriam. Nonne ex
denario conuenisti mecum?
Tolle quod tuum est, & vade:
Volo autem & huic nouissimo
dare sicut & tibi. An non licet
mihi, quod volo, facere? An
oculus tuus nequam est, quia
ego bonus sum? Sic erunt no-
uissimi primi, & primi nouis-
simi. Multi enim sunt vocati,
pauci verò electi. ℟. Amen.
Ad Laudes, Aña Miserere mei
Deus, & à delicto meo mũda
me, qa tibi soli peccaui. Ps. idẽ
cũ reliq. de Dñica. f. 17. Aña.
Con-

Confitebor tibi Domine, quo-
niam exaudisti me. Aña. Deus
Deus meus, ad te de luce vigi-
lo, quia factus es adiutor me⁹.
Aña. Benedictus es in firma-
mento cœli, & laudabilis in
secula Deus noster. Aña. Lau-
date Dominum de cęlis. Cap.
Fratres, Nescitis. ℟. br. Adiu-
tor meus esto Deus, Ne dere-
linquas me. ℣. Neque despi-
cias me Deus salutaris meus.
Hymnus. Aeterne rerũ. f. 19.
℣. Domine refugium factus
es nobis. ℟. A generatione &
ꝓgenie. Ad Benedictus, Aña.
Simile est regnum cœlorum
homini patrifamilias, qui exijt
primò manè conducere ope-
rarios in vineam suam, dicit
Dñs. Oro. Preces ppl̃i tui. vt s.
Ad j. Aña. Conuentione autẽ
facta cũ operarijs ex denario
diurno, misit eos in vineã suã.
Ad iij. Ana. Ite & vos in vineã
meam, & quod iustum fuerit,
dabo vobis. Versiculi dñr de
Psalt. vsq; ad Dominicã j. Qua
drages. exclusiuè. Ad vj. Aña.
Quid hic statis tota die ociosi?
responderunt & dixerũt; Quia
nemo nos conduxit. Cap.
1.Cor. 9. OMnis enim qui in ago-
ne contendit, ab omni-
bus se abstinet, & illi quidem,
vt corruptibilem coronã acci-
piant; nos autem incorruptã.
Ad ix. Antiphona. Voca ope-
rarios, & redde illis mercedẽ
suam: dicit Dominus. Cap.
BIbebant autem de spirita- 1.Cor. 10.
li, consequente eos petra:
petra autem erat Christus.
Ad Vesp. Aña, & ps. Dixit dñs.
cum rel. de Psalterio. fol. 66.
Cap. Fratres, Nescitis. ℟. br.
Spes mea Domine, A iuuen-
tute mea. ℣. In te confirmatus
sum ex vtero; de ventre matris
meę tu es meus protector.
Hymnus. Lucis creator. f. 67.
℣. Dirigat̃ Dñe Ad Mag. Aña.
Dixit paterfamilias operarijs
suis: Quid hic statis tota die
ociosi? At illi respondentes,
dixerunt: Quia nemo nos cõ-
duxit. Ite, & vos in vineã meã,
& quod iustum fuerit dabo
vobis. Oro vt sup. ℟. br. Adiu-
tor. & ℣. Domine refugium.
in Laud. & ℟. br. Spes mea.
In ij. Vesp. dicuntur Domini-
cis diebus vsq; ad Quadrages.

FERIA SECVNDA.

De libro Genesis. Lectio j.

IGitur perfecti sunt cœli, & Cap. 1 ini
terra, & omnis ornatus eo-
rum. Compleuitque Deus die
septimo opus suum, quod fe-
cerat: & requieuit die septimo
ab vniuerso opere, quod pa-
trarat. Et benedixit diei septi-
mo,

mo, & sanctificauit illū: quia in ipso cessauerat ab omni opere suo, quod creauit Deus vt faceret. Responsoria Dominicę. Lectio ij.

IStæ sunt generationes cœli, & terræ, quādo creatę sunt, in die quo fecit Dominus De⁹ cœlū, & terram: Et omne virgultum agri, antequàm oriretur in terra, omnemq; herbam regionis, priusquàm germinaret. Lectio iij.

NOn enim pluerat Dominus Deus super terram, & homo non erat, qui operaretur terram: sed fons ascendebat è terra, irrigās uniuersam superficiem terrę. iiij. Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitę, & factus est homo in animam uiuentem. Añę ad Benedictus dicuntur de Psalt. Ad Magn. Aña. Hi nouissimi una hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstus.

FERIA TERTIA.

De libro Genesis. Lectio j.

Cap. 2 b init. PLantauerat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem, quem formauerat. Produxitque Dñs Deus de humo oē lignū pulchrum visu, & ad uescendum suaue: lignum etiam uitæ in medio Paradisi, lignumque scientiæ boni & mali. Lectio ij.

ET fluuius egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigādum Paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen uni Phison: ipse est, qui circuit omnem terram Heuilath, ubi nascitur aurū. Et aurū terræ illius optimum est, ibiq; inuenitur bdellium, & lapis onychinus. Lectio iij.

ET nomen fluuij secundi Gehon: ipse est, qui circūit omnem terram Aethiopiæ. Nomen uerò fluminis tertij, Tigris: ipse uadit contra Assyrios. Fluuius autē quartus ipse est Euphrates. iiij. Tulit ergo Dominus Deus hominē, & posuit eū in Paradisum uoluptatis, ut operaretur, & custodiret illum: præcepitq; ei, dicens: ex omni ligno Paradisi comede: De ligno autem scientiæ boni & mali, ne comedas. In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Ad Magn. Antipho. Dixit autē paterfamilias: Amice, nō facio tibi iniuriā: nōne ex denario conuenisti mecū? tolle quod tuum est, & uade.

FE-

FERIA QVARTA.

De libro Genesis. Lectio j.

Cap. 3 I init. SEd & serpens erat callidior cunctis animantibus terrę, quę fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem, Cur pręcepit vobis Deus, vt nō comederetis ex omni ligno Paradisi? Cui respondit mulier; De fructu lignorum, quæ sunt in Paradiso vescimur: de fructu verò ligni, quod est in medio Paradisi præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne fortè moriamur. Lectio ij.

DIxit autem serpēs ad mulierem: Nequaquā morte moriemini. Scit eīn Deus, quòd in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij, scientes bonum & malum. iij. Vidit igitur mulier, quod bonū esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuq; delectabile; & tulit de fructu illius, & comedit: deditq; viro suo, qui comedit. Et aperti sunt oculi amborum. Lect. iij.

CVmq; cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Et cum audissent vocem Domini Dei deambulātis in Paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adā, & vxor eius à facie Dñi Dei in medio ligni Paradisi. Vocauitq; Dominus Deus Adam, & dixit ei, Vbi es? Qui ait: Vocē tuam Domine audiui in Paradiso: & timui, eo quòd nud⁹ essem, & abscōdi me. Ad Mag. Aña. Tolle quod tuū est, & vade: qa ego bonus sū, dicit Dñs.

FERIA QVINTA.

De libro Genesis. Lectio j.

ADam verò cognouit vxorem suam Euā: quæ concepit, & peperit Cain, dicens: Possedi hominem per Deum. Cap. I ini

Rùrsumq; peperit fratrē eius Abel. Fuit autem Abel pastor ouium, & Cain agricola. ij. Factum est autem post multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino: Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum. Et respexit Dominus ad Abel, & ad munera ei⁹: Ad Cain autem, & ad munera illius non respexit. Lectio ij.

IRatusq; est Cain vehementer, & concidit vultus eius. Dixitq; Dominus ad eū, Quare iratus es? & cur concidit facies tua? Nonne si benè egeris, recipies: sin autem male, statim in foribus peccatū tuū aderit? sed sub te erit appetitus

situs eius, & tu dominaberis illius. Lectio iij.

Dixitq; Cain ad Abel fratrem suum: Egrediamur foras. Cumq; essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, & interfecit eum. Et ait Dominus ad Cain, Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit, Nescio: nunquid custos fratris mei sum ego? Ad Mag. Aña. Non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequàm est, quia ego bonus sum? dicit Dominus.

FERIA SEXTA.

De Libro Genesis. Lectio j.

Cap. 5 init. Hic est Liber generationis Adam: In die, qua creauit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum. Masculum, & fœminam creauit eos: & benedixit illis: & vocauit nomen eorum Adã, in die quo creati sunt. Lectio ij.

Vixit autem Adam cētum triginta annis: & genuit filium ad imaginem, & similitudinē suam, vocauitq; nomē eius Seth. iij. Et facti sunt dies Adam, postquàm genuit Seth, octingēti anni, genuitq; filios, & filias. Et factū est omne tempus, quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus est. Lectio iij.

Vixit quoque Seth centum quinque annis, & genuit Enos. Vixitque Seth, postquā genuit Enos, octingentis septem annis, genuitq; filios, & filias. Et facti sunt oēs dies Seth nongētorum duodecim annorum, & mortuus est.

SABBATHO.

De libro Genesis. Lectio j.

Cap. 5 post med. Facti sunt omnes dies Henoch treceti sexaginta quinque anni. Ambulauitq; cum Deo, & non apparuit; quia tulit eum Deus. Vixit quoque Mathusalem cētum octoginta septem annis, & genuit Lamech. ij. Et vixit Mathusalem postquàm genuit Lamech, septingentis octoginta duobus annis, & genuit filios, & filias. Et facti sunt omnes dies Mathusalē nōgenti sexaginta nouem anni, & mortuus est. L. iij.

Vixit autem Lamech centū octoginta duobus annis, & genuit filium, vocauitq; nomen eius Noë dicens: Iste consolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarū in terra, cui maledixit Dominus. iiij. Vixitque Lamech postquàm genuit Noë, quingētis nonaginta quinque annis, & genuit filios, & filias. Et facti sunt omnes dies Lamech

mech septingenti septuaginta septē anni, & mortuus est.

Sabbatho Sexag. Ad Vesp. Cap.

2. Cor. 11. Fratres, Libēter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes: sustinetis enim siquis uos in seruitutem redigit, siquis deuorat, siquis accipit, siquis extollitur, siquis in faciē uos cędit. ℟. br. Magnus dñs. fol. 75. Hymn. & ℣. de Psalt. Ad Mag. Aña. Dixit dominus ad Noë; finis uniuersæ carnis uenit corā me: fac tibi arcam de lignis leuigatis, ut saluetur uniuersum semen in ea. Orō.

Deus qui conspicis, quia ex nulla nostra actione cōfidimus; cōcede propitius: ut contra aduersa omnia Doctoris gentium protectione muniamur. Per dominum.

DOMINICA in Sexagesima.

Ad Matut. Inui. Prœoccupem⁹. Hymnus & reliqua usque ad Lectiones ut in Psalterio.

De libro Genesis. Lectio j.

Cap. 6 init. Noë uerò cū quingētorum esset annorū, genuit Sem, Cham, & Iaphet. Cumq; cępissēt homines multiplicari super terram, & filias procreassent. Vidētes filij Dei filias hominum, quòd essent pulchræ, acceperunt sibi uxores, ex omnib⁹ quas elegerāt. ℟. Dixit Dominus ad Noë: finis uniuersæ carnis uenit coram me: repleta est terra iniquitate eorum: Et ego disperdā eos cum terra. ℣. Fac tibi arcā de lignis leuigatis, mansiūculas in ea facies. Et ego. Lec. ij.

Dixitque Deus: Non permanebit spiritus meus in homine in ęternum, quia caro est: eruntq; dies illius centum uiginti annorum. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Postquàm enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerūt, isti sunt potentes à seculo uiri famosi. ℟. Noë uir iustus, atque perfectus, cū Deo ambulauit. Et fecit omnia, quęcūq; pręcepit ei Deus. ℣. Fecit sibi arcam, vt saluaretur uniuersum semen. Et. Lectio iij.

Videns autē Deus quòd multa malitia hominū esset in terra, & cūcta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum, quòd hominem fecisset in terra. Et præcauens in futurū, & tactus dolore cordis intrinsecus, Delebo, inquit, hominem quē creaui à facie terræ, ab homine vsque ad ani-

mantia: à reptili vſque ad volucres cœli: pęnitet enim me feciſſe eos. ℟. Quadraginta dies, & noctes aperti ſunt cœli, & ex omni carne habente ſpiritum vitæ, ingreſſa ſunt in arcam. Et clauſit à foris oſtiũ Dominus. ℣. In articulo diei illi⁹ ingreſſus eſt Noe in arcã, & filij ei⁹: & vxor illi⁹, & vxores filiorum eius. Et. Lec. iiij.

NOe verò inuenit gratiã coram Domino. Hę ſunt generationes Noe. Noe vir iuſtus atq; perfectus fuit in generationibus ſuis, cũ Deo ambulauit. Et genuit tres filios Sem, Cham, & Iaphet. Corrupta eſt autem terra corã Deo; & repleta eſt iniquitate. ℟. In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe in arcam, & filij eius. Vxor illius, & vxores filiorum eius. ℣. Deleta ſunt vniuerſa de terra, remanſit autem ſolus Noe, & qui cum eo erãt in arca. Vxor illius, & vxores.

Ex libro S. Ambroſij Epiſcopi de Noe, & arca. Lectio v.

lib. Noe ar- GIgantes autem erãt in terra in diebus illis. Non Poetarum more Gigantes illos terræ filios vult videri di- p. 4 uinæ ſcripturæ conditor: ſed ex Angelis, & mulieribus generatos aſſerit; quos hoc appellat vocabulo; volẽs eorum exprimere corporis magnitudinem. ℟. Recordatus Dñs Noe, adduxit ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ: Et prohibitę ſunt pluuię de cœlis. ℣. Reuerſęque ſunt aquæ de terra euntes, & redeũtes, & cęperunt minui poſt centum quadraginta dies. Et prohibitę ſunt pluuiæ. Lectio vj.

ET conſideremus, ne fortè Gigantium ſint ſimiles homines cultui ſtudentes carnis ſuæ, animæ autem nullam curam habentes, ſicut illi qui de terra, ſecundùm poeticam fabulam orti, mole corporis ſui freti, ferunt habuiſſe contemptum ſuperorum. An diſpares æſtimandi ſunt; qui cum ex anima cõſtent, & corpore; mentis vigori (quo nihil habet anima pretioſius) aduerſantur; & ſe carnis huius imitatores, velut maternæ exhibent ſtoliditatis hęredes? ℟. Locutus eſt Dominus ad Noe, dicens: Egredere de arca tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorũ tecum. Ingredimini terram, & multiplicamini ſuper eam. ℣. Benedixit autem Deus Noe, & filijs eius, & dixit ad eos. Ingredimini terrã, & multiplicamini. L. vij.

Itaque

ITaque in vanum laborant cœlum votis vſurpantes ſuperbis, & terrenis operibus incubantes; qui electione inferioris, & cõtemptu ſuperioris conſortij: tamquàm voluntarij obnoxij peccatis, grauiori condemnantur ſecuritate. Plerũq; Angelos filios Dei vocat ſcriptura; quia ex nullo hoĩe generantur animæ. Itaq; viros fideles filios ſuos dici non eſt aſpernatus Deus. ℟. Aedificauit Noe altare Domino, offerens ſuper illud holocauſtum: odoratusq; eſt Dominus odorẽ ſuauitatis, & benedixit eis, dicens. Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. ℣. Ecce ego ſtatuã pactum meũ vobiſcum, & cum ſemine veſtro poſt vos. Creſcite. L. viij.

SIcut ergo viri ꝓbabilis vitæ filij Dei vocant; ita quorum carnalia ſunt opera, hos filios dicimus carnis, ſcripturarũ auctoritate. Dicit eñ Iohãnes Euãgeliſta, Quia quotquot Dñm Ieſum receperunt, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, qui credunt in noĩe eius. Qui nõ ex ſanguinibus, neq; ex volũtate carnis, neq; ex volũtate viri, ſed ex Deo nati sũt. ℟. Benedixit Deus Noe, & filijs eius, & dixit ad eos, Creſcite & multiplicamini, & replete terrã. ℣. Ecce ego ſtatuã pactũ meũ vobiſcũ, & cũ ſemine veſtro, poſt vos. Creſcite. Gloria Patri, &c. Creſcite.

In iij. noct. Ana. Semẽ cecidit, in terrã bonã; & ortũ fecit fructũ centuplum. Cant. Domine miſerere. cũ reliq. fol. 15.

Lec. S. Euãgelij ſm Lucã. L. ix.

Cap. INillo tempore: Cum turba plurima cõuenirent ad Ieſum, & de Ciuitatibus properarent ad eum, dixit per ſimilitudinem. Exijt, qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum. Et rel.

Homilia S. Gregorij Papæ.

LEctio ſancti Euãgelij, quã Ex h modo, fratres chariſſimi mi. audiſtis, expoſitione nõ indiget, ſed admonitione. Quã eñ per ſemetipſam veritas expoſuit, hãc diſcutere humana fragilitas non præſumat. Sed eſt, quod ſollicitè, in hac ipſa expoſitione Dominica penſare debemus, quia ſi nos vobis ſemen verbum, agrum mundũ, volucres dęmonia, ſpinas diuitias ſignificare diceremus, ad credendum nobis mẽs forſitan ueſtra dubitaret. ℟. Ecce ego ſtatuam pactum meum vobiſcum, & cum ſemine ueſtro poſt vos. Neq; erit deinceps diluuium diſſipans terrã.

℣. Ar-

℣. Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me, & inter terram. Neque erit deinceps. Lect. x.

VNde & idem Dominus per semetipsum dignatus est exponere, quod dicebat, vt sciatis rerum significationes quærere in ijs etiam, quæ per semetipsum noluit explanare.

℟. Ponam arcum meũ in nubibus cœli: dixit Dominus ad Noe. Et recordabor fœderis mei, quod pepigi tecum. ℣. Cumq; obduxero nubibus cœlum apparebit arcus meus in nubibus. Et recordabor. L. xj.

EXponẽdo ergo quod dixit, figuratè se loqui innotuit, quaten⁹ certos vos redderet cum vobis nostra fragilitas verborum illius figuras aperiret. Quis enim mihi vnquàm crederet, si spinas diuitias ĩterpretari voluissem, maximè cum illæ pungant, istæ delectent? Et tamen spinæ sunt, quia cogitationum suarum punctionibus mentes lacerant, & cum vsq; ad peccatũ pertrahunt, quasi inflicto vulnere cruẽtant. ℟. Per me metipsum iuraui dicit Dominus, non adijciam vltra aquas diluuij super terram: pacti mei recordabor; Vt nõ perdã aquis diluuij omnem carnẽ. ℣. Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me, & inter terrã. Vt. L. xij.

QVas benè hoc in loco, alio Euangelista testante, nequaquam Dominus diuitias, sed fallaces diuitias appellat. Fallaces enim sunt, quæ nobiscum diu permanere nõ possunt: fallaces sunt, quæ mẽtis nostræ inopiam non expellunt. Solæ autem diuitiæ veræ sunt, quæ nos diuites virtutibus faciunt. Sequens Respons. non dr̃ p hebdomadã.

℟. Cum turba plurima cõuenirent ad Iesum, & de Ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinẽ. Exijt, qui seminat seminare semen suum. ℣. Et dũ seminat aliud cecidit in terrã bonã, & ortum fecit fructum centuplũ. Exijt.

Sequentia S. Euang. ſm Lucã.

IN illo tempore: Cum turba plurima cõuenirent ad Iesum, & de Ciuitatibus properarẽt ad eum, dixit per similitudinem. Exijt qui seminat, seminare semen suum, & dum seminat aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cœli comederunt illud. Et aliud ceci- Cap. 8. sub init.

dit

dit supra petram, & natum aruit, quia nõ habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortę spinę suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & ortũ fecit fructum centuplum. Hęc dicẽs clamabat, Qui habet aures audiẽdi, audiat. Interrogabant autem eũ discipuli eius, quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit, Vobis datum est, nosse mysteriũ regni Dei, cæteris autem in parabolis: vt videntes non videant, & audientes non intelligãt. Est autem hæc parabola: Semen, est verbum Dei, quod autem secus viam, ij sunt, qui audiunt, deinde venit Diabolus, & tollit verbum de corde eorũ, ne credentes salui fiant. Nã quod supra petram; ij sunt, qui cũ audierint, cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habẽt; quia ad tẽpus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit; ij sunt, qui audierunt, & à sollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ, euntes, suffocantur & non referunt fructũ. Quod autem in terram bonam; ij sunt, qui corde bono, & optimo, audiẽtes verbum retinent, & fructũ afferunt in patientia. ℟. Añ.

Ad Laudes, Antiphona.

SEcũdũ magnã misericordiã tuã miserere mei De⁹. ps. Miserere. cũ rel. de Dñica. f. 17. Aña. Si mihi Dñs Saluator fuerit, nõ timebo quid faciat mihi homo. Aña. In velamẽto clamaui valdè diluculò, Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Aña. Hymnum dicamus Domino Deo nostro. Aña. In tympano, & choro, in chordis, & organo laudate Deum. Cap. Fratres, libenter. ℟. br. Adiutor. Hym. Aeterne. f. 19. ℣. Domine refugiũ. Ad Bñs, Aña. Cum turba plurima conuenirent ad Iesum, & de Ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem, Exijt qui seminat seminare semen suum. Oro vt sup. Ad j. Aña. Semẽ cecidit in terram bonam, & attulit fructum in patientia. Ad iij. Aña. Qui verbũ Dei retinent corde perfecto, & optimo, fructum afferunt in patientia. Capitulũ. Fratres, libenter. ℣. vt in Psalt. Ad vj. Aña. Semen cecidit in terram bonam, & attulit fructum, aliud cẽtesimũ, & aliud sexagesimum. Capitulum.

TEr virgis cęsus sum, semel 2. Cor.
lapidatus sum, ter naufra- 11.
gium

gium feci, nocte & die in profundo maris fui. Ad ix. Aña. Si verè fratres diuites esse cupitis, veras diuitias amate. Cap.

Cor. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Ad Vesp. Aña & ps. Dixit Dominus. fol. 66. cum reliq. de Dñica. Cap. Fratres, libēter. Ry. br. Spes mea. Hym. Lucis creator. fol. 67. ℣. Dirigatur. Ad Mag. Aña. Vobis datum est nosse mysteriū regni Dei, cæteris autem in parabolis, dixit Iesus discipulis suis. Oro vt s.

FERIA SECVNDA.

De libro Genesis. Lectio j.

p. 7 init. Dixit Dominus ad Noe. Ingredere tu, & omnis domus tua in arcā: te enim vidi iustū corā me in generatione hac. Ex omnibus animātibus mūdis tolles septena & septena, masculū & feminā; de animātib⁹ verò immūdis duo & duo masculū & feminā: sed & de volatilibus cęli septena & septena, masculum & feminam; vt saluetur semen super faciem vniuersæ terræ. Lect. ij.

Adhuc enim & post dies septem ego pluā sup terra quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Et delebo omnem substantiam, quā feci de superficie terræ. Fecit ergo Noe, omnia quæ mandauerat ei Dñs. Eratq; sexcentorū annorū, quādo diluuij aquę inūdauerunt super terram. L. iij.

Et ingressus est Noe, & filij eius, vxor eius, & vxores filiorū eius cum eo in arcā propter aquas diluuij. iiij. De animantibus quoque mūdis, & immundis, & de volucrib⁹, & ex omni, quod mouetur super terram duo, & duo ingressa sunt ad Noe in arcam, masculus & fœmina, sicut præceperat Domin⁹ Noe. Ad Mag. Aña. Si culmen veri honoris quæritis, ad illam cœlestē patriam quantocyus properate.

FERIA TERTIA.

De libro Genesis. Lectio j.

Recordatus autem Deus Noe, cunctorumque animantiū, & omnium iumentorū, quæ erāt cū eo in arca, adduxit spiritū sup terrā, & imminutæ sunt aquæ. Et clausi sunt fontes abyssi, & cataractæ cęli: & prohibitæ sunt pluuiæ de cœlo. Reuersęq; sunt aquæ de terra euntes & redeuntes, & cęperunt minui post centum quinquaginta dies. Lectio ij. Cap. 8 i init.

Requieuitq; arca in mense septimo, vigesimo septimo die mensis super montes Armeniæ. At verò aquę ibāt & decrescebāt, vsque ad decimum mensem: decimo enim mense, prima die mēsis apparuerūt cacumina mōtiū. L. iij.

Cumq; transissent quadraginta dies, aperiēs Noe fenestram arcæ, quā fecerat, dimisit Coruum: qui egrediebat, & nō reuertebatur, donec siccarentur aquæ super terram. iiij. Emisit quoq; columbam post eum, vt videret si iam cessassent aquæ super faciē terrę. Quæ cū nō inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam: aquæ enim erant super vniuersam terrā: extenditque manum suam, & apprehensam intulit in arcā. Ad Mag. Aña. Semen est verbum Dei: sator autē Chrs: oīs, q̄ īuenit cū, manebit ī ęternū.

FERIA QVARTA.

De libro Genesis. Lectio j.

Ex ca. 8. sub fine. Egressus est ergo Noe, & filij eius: vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo, sed & omnia animātia, iumēta, & reptilia, quæ reptant sup terram secundùm genus suū, egressa sunt de arca. Ædificauit autē Noe altare Dño: & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mūdis, obtulit holocausta super altare. Lectio ij.

Odoratusq; est Dñs odorem suauitatis, & ait ad eum: Nequaquàm vltra maledicam terrę propter homines: sensus eīn & cogitatio humani cordis in malū prona sunt ab adolescētia sua: Nō igit vltra percutiā oēm animā viuētem sicut feci. Cunctis diebus terrę, semētis, & messis, frigus, & ęstus, ęstas, & hyems, nox, & dies non requiescent. Lect. iij.

Cap. 9 i init. Benedixitq; Deus Noe, & filijs eius. Et dixit ad eos, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cœli, cum vniuersis, quæ mouentur super terram. iiij. Omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt. Et omne, quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum: quasi olera virentia tradidi vobis omnia, excepto quòd carnem cū sanguine non comedetis. Ad Magnificat, Antiphona. Quod autem cecidit in terrā bonam, hi sunt, qui in corde bono, & optimo fructum afferunt in patientia.

Si prædictę Antiphonę ad Magnificat non potuerunt dici in præcedentibus ferijs, dicantur in subsequētibus, qb⁹ expletis,

si adhuc occurrat officium de feria, ſumantur de Pſalterio. Quod ſemper fit, quando propriæ non habentur.

FERIA QVINTA.

De libro Geneſis. Lectio j.

x ca. ante ned. DIxitque Deus; Hoc eſt ſignum fęderis, quod do inter me, & vos, & ad omnem animam viuētem, quæ eſt uobiſcum in generationes ſempiternas. Arcum meum ponā in nubibus, & erit ſignum fęderis inter me, & inter terrā. Cumq; obduxero nubibus cęlum, apparebit arcus meus in nubibus: & recordabor fœderis mei vobiſcum, & cum omnī anima viuente, quæ carnē vegetat: & nō erunt vltrà aquę diluuij ad delendam vniuerſam carnem. Lectio ij.

ERitq; arcus meus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis ſempiterni, quod pactum eſt inter Deum, & omnem animam viuentem vniuerſæ carnis; q̄ eſt ſuper terrā. iiij. Dixitq; Deꝰ ad Noe, Hoc eſt ſignum fœderis, quod conſtitui inter me, & omnem carnem ſuper terram. Lect. iij.

ERant ergo filij Noe, qui egreſſi ſunt de arca, Sem, Cham, & Iaphet. Porrò Cham ipſe eſt pater Chanaan. Tres iſti filij ſunt Noe; & ab his diſſeminatum eſt omne genus hominum ſuper vniuerſam terram. iiij. Cępitq; Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam. Bibensq; vinum inebriatus eſt, & nudatus in tabernaculo ſuo. Quod cum vidiſſet Cham pater Chanaan, verēda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nunciauit duobus fratribus ſuis foras.

FERIA SEXTA.

De libro Geneſis. Lectio j.

DE terra Sennaar egreſſus eſt Aſſur, & ædificauit Niniuen, & plateas Ciuitatis, & Chale. Reſen quoq; inter Niniuen, & Chale: hæc eſt ciuitas magna. At verò Meſraim genuit Ludim, & Anamī, & Laabim, & Nephtuim, & Phethruſim, & Chasluim: de quibus egreſſi ſunt Philiſthijm, & Caphtorim. Lectio ij. Ex ca. 10. ſub init.

CHanaan autem genuit Sidonem primogenitū ſuū Hethęū, & Iebuſęū, & Amorrhęum, & Gergeſęum, & Hevęum, & Aracęum, Sinęum, & Aradiū, Samarēū, & Amathęū: & per hos diſſeminati ſunt populi Chananeorum. Lect. iij.

FActique ſunt termini Chanaan venientibus à Sidone Geraram vſque ad Gazam, donec ingrediaris Sodomam, & Gomorrham, & Adamam, & Seboim, vſq; Laſa. Hi ſunt filij Cham in cognationibus, & linguis & generationibus, terriſq; & gentibus ſuis. iiij. De Sem quoque nati ſunt, patre omnium filiorum Heber, fratre Iaphet maiore. Filij Sē: Aelam, & Aſſur, & Arphaxad, & Lud, & Aram.

SABBATHO.

De libro Geneſis. Lectio j.

Ex ca. 11. ante mediū. HÆ ſunt generationes Sē: Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad, biennio poſt diluuium. Vixitq; Sem poſtquàm genuit Arphaxad, quīgētis annis; & genuit filios & filias. ij. Porrò Arphaxad vixit trigintaquinq; annis, & genuit Sale: Vixitque Arphaxad poſtq̄ genuit Sale, quadringētis tribus annis; & genuit filios, & filias. Lect. ij.

SAle quoque vixit triginta annis, & genuit Heber. Vixitq; Sale poſtquā genuit Heber, quadringentis tribus annis: & genuit filios, & filias. iiij. Vixit autē Heber triginta quatuor annis, & genuit Phaleg. Et vixit Heber poſtquàm genuit Phaleg, quadringentis triginta annis; & genuit filios, & filias. Sabbatho Quinquageſimæ ad Veſperas. Cap.

FRatres, Si linguis hominū loquar, & Angelorū, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. ℟. br. Magnus Dn̄s nr̄. f. 75. Hym. & ℣. de Pſalter. Ad Mag. Añ. Pater fidei noſtræ Abraham ſummus obtulit holocauſtum ſuper altare pro filio. Oratio. 1. Cor 13.

PReces noſtras, quæſumus Domine, clementer exaudi atque à peccatorum vinculis abſolutos, ab omni nos aduerſitate cuſtodi. Per Dn̄m.

DOMINICA in Quinquageſima.

Ad Matu. Inui. Pręoccupemꝰ. vt ſupra. Cætera vſque ad Lectiones vt in Pſalterio.

De libro Geneſis. Lectio j.

DIxit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quàm monſtrauero tibi. Faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſq; benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicā maledicentibus tibi, atque in te benedicētur vniuerſæ cognationes terræ. Cap. 12. in init.

terræ. ℟. Locutus est Dominus ad Abram, dicens: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quã monstrauero tibi. E t faciam te in gẽtem magnam. ℣. Benedicens benedicã tibi, & magnificabo nomẽ tuum, erisq; benedictus, E t faciam. Lec. ij.

EGressus est itaque Abrã sicut præceperat ei Dñs, & iuit cum eo Lot: septuaginta quinque annorũ erat Abrã, cum egrederetur de Haran. Tulitq; Sarai vxorem suam, & Lot filium fratris sui, vniuersamq; substantiam, quã possederant, & animas, quas fecerãt in Haran: & egressi sunt ut irent in terram Chanaan, ℟. Mouens igitur Abram tabernaculum suum: venit, & habitauit iuxtà conuallem Mãbre. A edificauitq; ibi altare Dño. ℣. Dixit autem Dominus ad eum; leua oculos tuos, & vide: omnem terram, quam conspicis, tibi dabo, & semini tuo in sempiternum. A edificauitq; ibi altare. Lectio iij.

CVmq; venissent in eam, pertransiuit Abram terram vsque ad locum Sichem, & vsque ad cõuallem illustrẽ: Chananęus autem tunc erat in terra. Apparuit autem Dñs Abram, & dixit ei. Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei. ℟. Factus est sermo Domini ad Abram, dicẽs, N oli timere Abram. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. ℣. Ego enĩ sum Dominus Deus tu⁹, q̃ eduxi te de Vr Chaldęorũ. N oli. L. iiij.

ET inde transgrediens ad montem, qui erat contra Orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum, ab Occidente habens Bethel, & ab Oriẽte Hai: ædificauit quoq; ibi altare Domino, & inuocauit nomen eius. Perrexitque Abram vadẽs, & vltra progrediens ad Meridiem. ℟. Credidit Abram Deo, & reputatum est ei ad iustitiã, E t ideò amicus Dei factus est. ℣. Fuit autem iustus coram Domino, & ambulauit in vijs eius. E t ideò, G loria Pri. E t ideò.

Ex libro S. Ambrosij Episcopi de Abraham Patriarcha. L. v.

MAgnus planè vir Abraham, & multarum virtutum clarus insignibus, quem uotis suis Philosophia nõ potuerit æquare. Denique min⁹ est, quod illa finxit, quã quod iste gessit, maiorque ambitioso eloquentiæ mendacio simplex veritatis fides. Itaque cuiusmodi fuerit in eo viro deuotio, consideremus. ℟. Dum staret Abraham adilicẽ Mambrę, vidit tres viros ascendentes per uiam. T res vidit, & vnum adorauit. ℣. Ecce Sarai vxor tua pariet tibi filium: & vocabis nomẽ eius Isaac. T res vidit, & vnum. Lectio vj.

Ex li. 1. de Abrahã Patriarcha. Cap. 2

EA enim virtus ordine prima est, quæ est fundamẽtum cęterarum: meritòq; hãc ab eo primã exegit Deus, dicens: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Satis fuerat dixisse, de terra tua. Ibi enim erat exire de cognatione, exire de paterna domo. ℟. Tentauit Dñs Abraham, & dixit ad eũ: T olle filium tuum, quem diligis, Isaac, & offer illum ibi in holocaustum super vnum montium, quem dixero tibi. ℣. Vocatus quoque à Domino, respondit, Adsum. Et ait ei Dominus. T olle filium. Lect. vij.

SEd ideò addidit singula, vt eius affectum probaret: ne fortè aut imprudenter cępisse videretur, aut fraus aliqua mãdatis cœlestibus pararetur: sed sicut coaceruanda fuerũt præcepta, ne quid lateret, ita etiã proponenda merita, ne fortè desperaret. ℟. Dixit Isaac patri suo, Pater mi? At ille respõdit, Quid vis fili mi? E cce inquit, ignis, & ligna: vbi est victima holocausti? ℣. Dixit autem Abraham, Deus prouidebit sibi victimam holocausti, fili mi. E cce, inquit. Lect. viij.

TEntatur, vt fortis: incitat͛, vt fidelis: prouocatur, vt iustus: meritoq; exiuit, quemadmodum locutus est illi Dominus: Et exiuit cum eo Lot. Hoc est, quod pro magno inter septem Sapiẽtum dicta celebratur, Sequere Deũ. Facto præuenit Abrahã dicta Sapiẽtum, & secutus Deum, exiuit de terra sua. ℟. Angelus Domini vocauit Abrahã, dicens: N e extẽdas manum tuam super puerum, eò ꝙ timeas Dominum. ℣. Cumq; extendisset manum, vt immolaret filium, ecce Angelus Domini de cœlo clamauit, dicens. N e extẽdas. G loria. N e extẽdas.

In iij. noct. Aña. Cęcus sedebat secus viã, & clamabat: Miserere mei, fili Dauid. Cant. Domine miserere. folio 15.

Lctõ S. Euãg. ſm Lucã. Lec. ix.

IN illo tempore: Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secretò, & ait illis: Ecce ascendimus Ierosolymam, & Ca.

consummabũtur omnia, quę scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ.

REdemptor noster præuidens ex passione sua discipulorum animos perturbãdos, eis longè antè & eiusdem passionis pœnam, & resurrectionis suæ gloriam prædixit, vt cum eum morientem, sicut prædictum est, cernerent, etiã resurrecturum non dubitarẽt. ℟. Vocauit Angelus Domini Abraham de cęlo secundò, dicens: benedicam tibi; Et multiplicabo te, sicut stellas cœli. ℣. Possidebit semen tuũ portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes tribus terræ. Et. Lectio x.

SEd quia carnales adhuc discipuli nullo modo valebãt capere verba mysterij, venitur ad miraculum. Ante eorũ oculos cęcus lumen recipit: vt qui cęlestis mysterij verba nõ caperent, eos ad fidem cœlestia facta solidarent. Sed miracula Domini, & Saluatoris nostri sic accipiẽda sunt, fratres mei, vt & in veritate credantur facta, & tamen per significationem nobis aliud innuant. Opera quippè eius, & per potentiam aliud ostẽdunt, & per mysterium aliud loquuntur. ℟. Deus Domini mei Abraham dirige viam meam. Vt cum salute reuertar in domũ Domini mei. ℣. Obsecro, Domine, fac misericordiam cum seruo tuo. Vt cum. Lectio xj.

ECce enim quis iuxta historiam cęcus iste fuerit, ignoramus: sed tamẽ quid per mysterium significet, nouim⁹. Cęcus quippè est genus humanum: quod in parẽte primo à Paradisi gaudijs expulsum, claritatem supernæ lucis ignorans, dãnationis suæ tenebras patitur. Sed tamen per Redẽptoris sui pręsentiam illuminatur, vt æternæ lucis gaudia iam per desideriũ videat, atq; in via vitæ boni operis gressus ponat. ℟. Veni hodie ad fontem aquę, & oraui Dominũ, dicens: Domine Deus Abraham, tu prosperum fecisti desiderium meum. ℣. Igit᷑ puella, cui dixero, Da mihi aquam de hydria tua, vt bibam; & illa dixerit: Bibe Domine, & camelis tuis potum tribuam; ipsa est, quam præparauit Dñs filio Dñi mei. Domine. L. xij.

NOtãdum verò est, quod cum Iesus Hierico appropinquare dicitur, cęcus illuminatur. Hierico quippè luna

na interpretatur: luna autẽ in sacro eloquio pro defectu carnis ponitur: quia dũ mẽstruis momentis decrescit, defectum nostrę mortalitatis designat.

Sequens Responsorium non dicitur infra hebdomadã. ℟. Cęcus sedebat secus viã, transeunte Domino, & clamauit ad eum. Et ait illi Dominus, Quid vis, vt faciam tibi? Dñe, vt videam lumen. ℣. Stans autem Iesus, iussit illum duci ad se; & cum appropinquasset, interrogauit eũ, dicẽs. Quid.

Sequentia S. Euang. ẽm Lucã.

Ex ca. 18. in fine. IN illo tempore: Assumpsit Iesus duodecĩ discipulos suos secretò, & ait illis: Ecce ascendimus Ierosolymã, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis: Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: & postquam flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget. Et ipsi nihil horũ intellexerunt. Erat enim verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quę dicebãtur. Factum est autem, cũ appropinquaret Hierico, cæcus quidam sedebat secus viam, mendicans. Et cũ audiret turbam prætereũtẽ, interrogabat, quid hoc esset: Dixerunt autẽ ei, quòd Iesus Nazarenus trãsiret. Et clamauit, dicens: Iesu fili Dauid miserere mei. Et q pręibant increpabant eum, vt taceret: ipse verò multò magis clamabat, Fili Dauid miserere mei. Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se: & cum appropinquasset, interrogauit illum, dicens: Quid tibi uis faciam? At ille dixit, Domine vt videam. Et Iesus dixit illi. Respice, Fides tua te saluũ fecit. Et confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo. ℟. Amen.

Ad Laudes, Antiphona.

SEcundùm multitudinem miserationum tuarum Dñe, dele iniquitatem meam. Psal. Miserere. cum reli. de Dñica. fol. 17. Aña. Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te. Aña Ad te de luce vigilo Deus, vt videã virtutem tuam. Aña Hymnũ dicite, & superexaltate eum in secula. Aña Omnes Angeli eius laudate Dominũ de cœlis. Cap. Fres, Si linguis. ℟. br. Adiutor me⁹. Hym Aeterne. fol. 19. ℣. Domine refugium. Ad Bñs, Aña Ecce ascẽdimus

Ierosolymam, & consummabant omnia, quæ scripta sunt de filio hominis: tradetur enim gentibus, & illudetur, & conspuetur, & postquàm flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget.

Ad j. Aña. Iter faciente Iesu, dum appropinquaret Hierico, cęcus clamabat ad eum, vt lumen recipere mereretur.

Ad iij. Aña. Transeunte Domino, clamabat cęcus ad eum: miserere mei fili Dauid. Cap. Fratres: Si linguis. Ad vj. Aña. Et qui præibant, increpabant eum vt taceret: ipse verò multò magis clamabat: miserere mei fili Dauid. Capitulum.

Cor. CHaritas nunquàm excidit, siuè prophetiæ euacuabuntur, siuè linguæ cessabunt, siuè scientia destruetur: ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetam⁹ Ad ix. Aña. Cęcus magis, ac magis clamabat, vt eum Dominus illuminaret. Capitulum.

Cor. NVnc autem manēt fides, spes, charitas, tria hæc: maior autē horū est charitas. Ad Vesp. Aña, & Ps. Dixit Dñs. cum reliq. de Dñica. fol. 66. Cap. Fratres: Si linguis. ℟. br. Spes mea. Hym. Lucis creator. folio 67. ℣. Dirigatur.

Ad Mag. Aña. Stans autem Iesus, iussit cęcum adduci ad se, & ait illi. Quid uis, vt faciam tibi? Domine, vt videam. Et Iesus ait illi: Respice: Fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur illum, magnificans Deum.

FERIA SECVNDA.

De libro Genesis. Lectio j.

AScendit ergo Abram de Aegypto, ipse & vxor ei⁹, & omnia, quę habebat, & Lot cum eo, ad Australem plagā. Erat autē diues valde in possessione auri, & argēti. Reuersusq; est per iter, quò venerat à meridie in Bethel vsque ad locum, vbi prius fixerat tabernaculum inter Bethel, & Hai: in loco altaris, quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen Domini. ℟. Locutus est Dñs. cum rel. de Dominica. Lect. ij. Cap. 13. in init.

SEd, & Lot, q erat cū Abrā, fuerunt greges ouium, & armenta, & tabernacula. Nec poterat eos capere terra, vt habitarēt simul: erat quippè substātia eorum multa, & nequibant habitare communiter. Vnde facta est rixa inter pastores gregum Abram, & Lot. Eo autem tempore Chananęus, & Pherezęus habitabant in terra illa. Lectio iij.

DIxit ergo Abram ad Lot, Ne (quæso) sit iurgiū inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos: fratres enim sumus. iiij. Ecce vniuersa terra coram te est: recede à me obsecro. Si ad sinistrā ieris, ego dexteram tenebo. Si tu dexterā elegeris, ego ad sinistrā pgā. Ad Mag. Aña. Et qui pibant, increpabāt eū, vt taceret: ipse verò multò magis clamabat: Miserere mei fili Dauid.

FERIA TERTIA.

De libro Genesis. Lectio j.

Ex ca. 39. sub init. ET egressi sunt rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ, rexq; Adamæ, & rex Seboim, nec non & rex Balę quę est Segor: & direxerunt aciem contra eos in valle syluestri, scilicet aduersus Chodorlahomor regē Elamitarū, & Thadal regem gentium, & Amraphel regē Sennaar, & Arioch regem Ponti: quatuor reges aduersus quinque. Lectio ij.

VAllis autē syluestris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ terga verterunt, cecideruntq; ibi: & qui remanserunt, fugerunt ad montem. Tulerunt autē omnem substantiam Sodomorū, & Gomorrhęorum, & vniuersa, quæ ad cibum pertinent, & abierunt: necnon & Lot, & substātiā ei⁹ filiū fratris Abrā, q habitabat in Sodomis. L. iij.

ET ecce vnus, qui euaserat, nūciauit Abram Hebręo, qui habitabat in cōualle Mābrę Amorrhei fratris Eschol, & fratris Aner: ij enim pepigerāt fędus cum Abram. iiij. Quod cum audisset Abrā, captū videlicet Lot fratrem suū, numerauit expeditos vernaculos suos trecētos decē & octo: & persecutus est eos vsq; Dan. Ad Magn. Aña. Miserere mei fili Dauid: Quid vis, vt faciam tibi? Domine, vt videam.

FERIA QVARTA

Cinerum.

Hac die si occurrat festum duplex, trāsfert in sequētē diem. De festis occurrētibus in Quadrag. non fit officium, nisi fuerit duplex, vel semiduplex. De simplicibus autem fit rātū comm. Per totam Quadrag. in feriali officio, feria ij. vel j. feria non impedita dicitur officium defunctorum. Feria iiij. dicuntur Psalmi Graduales. Feria vj. dicūtur Psal. Pęnitentiales cū Litanijs, Precibus, & Orationibus, pterquàm in ferijs maioris hebdomadę. Quę oīa habent in fine Breuiarij.

Ad Matut. Inuitat. Hym. Añæ, Psal. & ℣. vt in Psalterio.

Lectio sancti Euangelij secundùm Matthæum. Lectio j.

p.6 IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Cũ ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritę, tristes, exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Et reliqua.

Homilia S. August. Episcopi.

li. de dñi nõ 19. MAnifestum est his præceptis, omnem nostram intentionem in interiora debere gaudia dirigi: ne foris q̃rentes mercedem, huic seculo conformemur, & amittamus promissionem tãtò solidioris, atque firmioris, quantò interioris beatitudinis, qua nos elegit Deus conformes fieri imagini filij sui. Responsoria ex Dominica præterita. Lectio ij.

IN hoc autem capitulo maximè animaduertendũ est, non in solo rerum corporearum nitore, atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus luctuosis esse posse iactantiam, & eò periculosiorem, quò sub nomine seruitutis Dei decipit. Qui ergo immoderato cultu corporis, atque vestitus, vel cęterarum rerum nitore fulget, facilè conuincitur rebus ipsis, pomparũ seculi esse sectator, nec quemquàm fallit dolosa imagine sanctitatis. Lect. iij.

QVi autem in professione christianitatis inusitato squallore, ac sordibus intentos in se hominum oculos facit, cum id voluntate faciat, non necessitate patiatur, ex cęteris eius operibus potest conijci, vtrum hoc contemptu superflui cultus, an ambitione aliqua faciat: quia & sub ouina pelle cauendos lupos Dominus præcipit: sed ex fructibꝰ, inq̃t, eorũ cognoscetis eos.

Ad Laudes, & per Horas, oĩa vt in Psalt. f. 38. Ad Bñs, Aña. Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Oratio.

PRæsta Dñe fidelibus tuis: vt ieiuniorum veneranda solennia, & congrua pietate suscipiant, & secura deuotione percurrant. Per Dominum.

Hodie & duobus sequẽtibus diebus dicuntur Vesperæ hora consueta, vt in Psalt. Sabbatho verò, & deinceps vsque ad Pascha dicuntur ante comestionem tàm in festis, quàm in ferijs, exceptis Dominicis, quibus dicuntur hora consueta.

Ad Magnificat, Aña. Thesaurizate uobis thesauros in cœlo, vbi nec erugo, nec tinea demolitur. Oratio.

INclinãtes se, Domine, maiestati tuæ propitiatus intẽde: vt qui diuino munere sunt refecti, cęlestibus semper nutriantur auxilijs. Per Dñm.

FERIA QVINTA.

Lec. S. Euãgelij sẽm Matth. L. j.

Cap. 8 IN illo tẽpore: Cum intrasset Iesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogãs eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et rel.

Homilia S. Augustini Epi.

De cõsi. euãgelistarũ. li. 2 ca. 20. VIdeamus vtrum de seruo Cẽturionis sibi Matthęus, Lucasque consentiant. Matthęus enim dicit. Accessit ad eum Centurio rogans eũ, & dicens: Puer meus iacet in domo paralyticus. Cui videtur repugnare quod Lucas ait: Et cum audisset de Iesu misit ad eum seniores Iudęorum, rogans eum vt veniret, & sanaret seruum eius. ℟. Dñe puer meus iacet paralyticus in domo, & male torquetur. Amen dico tibi, Ego veniam, & curabo eum. ℣. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Amẽ dico tibi, Ego veniam. L. ij.

AT illi cum venissent ad Iesum, rogabant eum sollicitè dicẽtes ei; quia dignꝰ est, vt hoc illi præstes: diligit enim gentem nostram, & Synagogam ipse ædificauit nobis. Iesus autem ibat cum illis: & cum iàm non longè essent à domo, misit ad eum Cẽturio amicos, dicens: Domine, Noli vexari, non enim dignus sum, vt sub tectũ meũ intres. L. iij.

NIsi diligenter aduertẽtes ĩtelligamus, Matthęum non omni modo deseruisse vsitatum morem loquendi. Nõ enim solùm dicere solemus accessisse aliquem, etiam antequàm peruenerit illuc, quò dicitur accessisse: vnde etiam dicimus, parũ accessit; vel, multũ accessit eò, quò appetit peruenire: Verùm etiam ipsam peruentionem, cuius adipiscendi causa acceditur, dicimus plerunque factam, etsi eum, ad quem peruenit, non videat ille, qui peruenit, cum per amicum peruenit ad aliquem, cuius ei fauor est necessarius.

Ad Bñs, Aña. Domine puer meus iacet paralyticus in domo, & male torquetur: Amen dico tibi, ego veniam, & curabo eum. Oratio.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis

propitius respice, & flagella tuæ iracúdiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, auerte. Per.
Ad Magn. Aña. Domine non sum dignus, vt intres sub tectũ meum: sed tãtũ dic verbo, & sanabitur puer meus. Oratio.

PArce Domine, parce populo tuo: vt dignis flagellationibus castigatus, in tua miseratione respiret. Per Dominũ.

FERIA SEXTA.

Lec. S. Euãgelij sẽm Matth. L. j.

Cap. 5 IN illo tempore: Dixit Iesus
discipulis suis: Audistis quia
dictũ est antiquis, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Et reliqua.

Homil. S. Hieronymi Presbyt.

li. 1 EGo autem dico vobis: Di-
m. i ligite inimicos vestros:
d. benefacite his, qui oderũt vos.
Multi præcepta Dei imbecillitate sua, non sanctorum viribus ęstimantes, putãt esse impossibilia, quæ præcepta sunt: & dicunt sufficere virtutibus, nõ odisse inimicos, cęterùm, diligere, plus præcipi, quàm humana natura patiatur. L. ij.

SCiendũ est ergo, Christum non impossibilia præcipere, sed perfecta. Quæ fecit Dauid in Saul, & Absalon. Stephanus quoq; martyr pro inimicis lapidantibus deprecatus est: & Paulus anathema cupit esse pro persecutoribus suis. Hæc autem Iesus, & docuit & fecit, dicens: Pater, ignosce illis; quod enim faciunt, nesciunt. Lectio iij.

VT sitis filij patris vestri, q in cœlis est. Si Dei pręcepta custodiens filius quis efficitur Dei; ergo non est natura filius, sed arbitrio suo. Cùm ergo facis eleemosynã, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in uicis, vt honorificentur ab hominib⁹. Qui tuba canit eleemosynã faciens, hypocrita est.
Ad Bñs, Aña. Cum facis eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Oro.

INchoata ieiunia, quęsumus Dñe, benigno fauore prosequere: vt obseruantiam, quã corporaliter exhibemus, mẽtibus etiam sinceris exercere valeamus. Per Dominum.
Ad Mag. Aña. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum. Oratio.

TVere Domine populum tuum, & ab omnibus peccatis clementer emunda: quia ei nulla nocebit aduersitas, si nulla ei dominetur iniquitas. Per Dominum nostrum, &c.

SABBATHO.

Lec. S. Euãgelij sẽm Marcũ. L. j.

Cap. 6 IN illo tempore: Cum sero esset factũ, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra: & vidit eos labrantes in remigando. Et reliqua.

Homil. Venerab. Bedę Presb.

Ex li. 2 LAbor discipulorum in re-
Ca. 28 migando, & contrarius eis
i cod. ventus, labores sanctę Ecclesię
varios designat: quę inter vndas seculi aduersantis, & immundorum flatus spirituum ad quietẽ patriæ cœlestis, quasi ad fidam littoris stationem peruenire conatur. Lectio ij.

VBi benè dicitur, quia nauis erat in medio mari, & ipse solus in terra: quia nõnũquàm Ecclesia tantis Gentiliũ pressuris non solum afflicta, sed & fędata est, vt si fieri posset, Redẽptor ipsius eã prorsus deseruisse ad tempus uideretur. Lectio iij.

VNde est illa vox eius inter vndas, procellasque tentationum irruentiũ deprehensæ, atque auxilium protectionis illius gemebundo clamore quærentis: Vt quid Dñe recessisti lõgè, despicis in opportunitatibus, ĩ tribulatione? Quæ pariter uocem inimici persequẽtis exponit, in sequẽtibus psalmis subijciẽs: Dixit eñ ĩ corde suo: Oblit⁹ est De⁹, auertit faciẽ suã, ne uideat usque in finem. Ad Bñs, Aña. Me etem̃ de die in diẽ q̃runt, & scire uias meas uolũt. Oro.

ADesto Domine supplicationibus nostris, & concede: ut hoc solenne ieiuniũ, quod animabus, corporibusq; curandis salubriter institutũ est, deuoto seruitio celebremus. Per Dominum nostrũ.

SABBATHO I.

In Quadrages. ad Vesp. Cap.

FRatres: Hortamur vos, ne 2. C
in vacuum gratiam Dei, 6.
recipiatis: ait eñ: Tẽpore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. ℟. br. Ipse liberauit me De laqueo venãtiũ.
℣. Et à uerbo aspero. Hym.

AVdi benigne Conditor, D.
Nr̃as preces cum fletibus br.
In hoc sacro ieiunio
Fusas quadragenario.
Scrutator alme cordium,
Infirma tu scis uirium;
Ad te reuersis exhibe
Remissionis gratiam.
Multũ quidem peccauimus,
Sed parce confitentibus,
Ad laudem tui nominis
Confer medelã languidis.
Sic corpus extra conteri,
Dona per abstinentiam,

Ieiunet vt mens ſobria
A labe prorſus criminum.
Præſta beata Trinitas,
Concede ſimplex vnitas,
Vt fructuoſa ſint tuis
Ieiuniorum munera. Amē.

℣. Angelis ſuis Deus mandauit de te. ℟. Vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. Ad Mag. Antiphona. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet; Ecce adſum. Orō.

DEus, qui Eccleſiam tuam annua quadrageſimali obſeruatione purificas: præſta familiæ tuæ: vt, quod à te obtinere abſtinendo nititur, hoc bonis operibus exequat̃. Per.

DOMINICA I.
In Quadrageſima.

Ad Matut. Inuit. Non ſit vobis uanum manè ſurgere ante lucem Quia promiſit Dominus coronā vigilātibꝰ. Quod dr̃ in Dñicis tātū vſq; ad Dñicā paſſionis excluſiuè. Hym.

Ambroſij. EX more docti myſtico
Seruemus hoc ieiunium,
Deno dierum circulo
Ducto quater notiſſimo.
Lex, & prophetæ primitus
Hoc prætulerūt, poſt modū
Chriſtus ſacrauit omnium
Rex, atque factor temporū.
Vtamur ergo parcius
Verbis, cibis, & potibus,
Sonno, iocis, & arctius
Perſtemus in cuſtodia.
Vitemus autem peſſima,
Quæ ſubruūt mētes vagas;
Nullumq; demus callidi
Hoſtis locum tyrannidi.
Dicamus omnes cernui,
Clamemus atque ſinguli,
Ploremus ante Iudicem,
Flectamus iram vindicem.
Noſtris malis offendimus
Tuam Deus clementiam:
Effunde nobis deſuper
Remiſſor indulgentiam.
Memento, quòd ſumus tui,
Licèt caduci plaſmatis,
Ne des honorē nominis
Tui, precamur, alteri.
Laxa malū, quod fecimus;
Auge bonū, quod poſcimꝰ,
Placere quò tandem tibi
Poſſimus hic, & perpetim.
Præſta beata Trinitas. vt ſup.

In j. noct. Antiphona, & Pſal. Domine in virtute. folio 9. ℣. Ipſe liberabit me. vt ī Pſalt. De Epiſtola ij. B. Pauli Apoſtoli ad Corinthios. Lectio j.

ADiuuantes autem exhortamur, ne in vacuū gratiā Dei recipiatis. (Ait enim: Tēpore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis.) Nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum. Cap. 6 ī init.

℟. Ecce nunc tēpus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis: commendemus noſmetipſos in multa patientia, in ieiunijs multis. Per arma iuſtitiæ virtutis Dei. ℣. In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in ieiunijs multis. Per arma iuſtitiæ. Lectio ij.

SEd in omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei. ℟. In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, ī multa patientia. Vt non vituperetur miniſterium noſtrum. ℣. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis: commēdemꝰ noſmetipſos in multa patientia. Vt non. Lect. iij.

PEr arma iuſtitiæ à dextris, & à ſiniſtris, per gloriā & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: vt ſeductores, & veraces: ſicut qui ignoti, & cogniti: quaſi morientes, & ecce uiuimus: vt caſtigati, & nō mortificati: quaſi triſtes, ſemꝑ autem gaudentes: ſicut egentes, multos autem locupletantes: tamquàm nihil habentes, & omnia poſſidentes. ℟. In ieiunio, & fletu orabant ſacerdotes, dicentes: Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatē tuam in perditionem. ℣. Inter veſtibulum, & altare plorabāt Sacerdotes dicentes. Parce Domine. L. iiij.

OS noſtrum patet ad vos o Corinthij, cor noſtrū dilatatum eſt. Non anguſtiamini in nobis: anguſtiamini aūt in uiſceribus noſtris. Eandem autem habentes remunerationem (tamquàm filijs dico) dilatamini & uos. ℟. Emendemus in melius, quæ ignorāter peccauimus; ne ſubitò præoccupati die mortis, quæramus ſpacium pęnitentiæ, & inuenire non poſſimus. Attende Domine, & miſerere, quia peccauimus tibi. ℣. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter honorē nominis tui Domine libera nos. Attende Domine, & miſerere. Gloria Patri, & Filio. Attende Domine,

In ij. noct. Añe, & Psal. Dominus illuminatio. f. 12. ℣. Scapulis suis, vt in Psalterio.

Sermo S. Leonis Papę. Lect. v.

x ser. . de Qua- rag. init. PRædicaturus uobis, dilectissimi, sacratissimũ, maximumq; ieiunium, quo apti⁹ utar exordio, quàm vt verbis Apostoli, in quo Christus loquebatur, incipiam ? dicamq; quod lectum est: Ecce nunc tẽpus acceptabile, ecce nũc dies salutis. ℟. Derelinquat impi⁹ viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius: Quia benignus, & misericors est, & præstabilis super malitia Dominus De⁹ noster. ℣. Non vult Dñs mortẽ peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Quia. Lectio vj.

QVamuis enim nulla sint tẽpora, quæ diuinis non sint plena muneribus, & semp nobis ad misericordiam Dei per ipsius gratiam præstetur accessus: nunc tamẽ omnium mentes maiori studio ad spiritales profectus moueri, & ampliori fiducia oportet animari, quando ad vniuersa pietatis officia illius nos diei, in quo redempti sumus, recursus inuitat; vt excellẽs sup omnia passionis Dñicæ sacramẽtum purificatis & corporib⁹, & animis celebremus. ℟. Paradisi portas aperuit nobis ieiunij tẽpus: suscipiamus illud orãtes, & deprecantes, Vt in die resurrectionis cum Dño gloriemur. ℣. In omnibus exhibeam⁹ nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia. Vt in die. Lectio vij.

DEbebatur quidem tantis mysterijs, ita incessabilis deuotio, & continuata reuerẽtia, vt tales permaneremus in conspectu Dei, quales nos in ipso Paschali festo dignum est inueniri. ℟. Scidite corda vestra, & nõ vestimẽta vr̃a, & cõuertimini ad Dñm Deum vestrum: Quia benignus, & misericors est. ℣. Derelĩquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius. Quia. Lectio viij.

SEd quia hæc fortitudo paucorum est, & dum carnis fragilitate austerior obseruãtia relaxatur, dumq; per varias actiones vitæ huius sollicitudo distenditur, necesse est de mundano puluere etiam religiosa corda sordescere: magna diuinæ institutionis salubritate prouisum est; ut ad reparãdã mẽtiũ puritatẽ, quadragĩta

nobis

nobis dierũ exercitatio mederetur, in quibus aliorũ temporũ culpas, & pia opera redimerent, & ieiunia casta decoquerent. ℟. Frange esurienti panem tuũ, & egenos, vagosq; induc in domũ tuã. Tũc erũpet quasi mane lumẽ tuũ, & anteibit faciẽ tuã iustitia tua. ℣. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuã ne despexeris: Tunc erumpet quasi.

In iij. noct. Aña. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Cãt. Dñe miserere. f. 15.

Lec. S. Euãgel. ſm Matth. L. ix.

Cap. 4 IN illo tempore: Ductus est Iesus in desertũ à Spiritu, vt tẽtaretur à Diabolo: & cum ieiunasset quadragĩta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Ex homi. 16. i init. DVbitari à quibusdã solet, à quo Spiritu sit Iesus ductus in desertum, propter hoc, quod subditur: Assumpsit eum Diabolus in sanctam Ciuitatem. Et rursum: Assumpsit eũ in montẽ excelsum valde: Sed verè, & absq; vlla quæstione conuenienter accipitur, vt à sancto Spiritu in desertũ ductus credatur; vt illuc eũ suus Spiritus duceret, vbi hunc ad tentãdũ spiritus malignus inueniret. ℟. Abscondite eleemosinam in sinu pauperũ, & ipsa orabit pro vobis ad Dñm. Quia sicut aqua extĩguit ignẽ, ita eleemosina extinguit peccatum. ℣. Date eleemosinam, & ecce omnia mũda sunt uobis. Quia sicut. Lectio x.

SEd ecce cum dicitur Deus homo, vel ĩ excelsum mõtem, vel in sanctam Ciuitatẽ assumptus à Diabolo, mẽs refugit credere, humanę hoc audire aures expauescunt: cum tamen non esse incredibilia ista cognoscimus, si in illo & alia facta pensamus. ℟. Tribularer si nescirem misericordias tuas Domine: Tu dixisti: Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat. Quia Chananęam, & publicanum vocasti ad pęnitentiã. ℣. Secundũ multitudinẽ dolorũ meorũ in corde meo: cõsolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Quia. Lect. xj.

CErtè iniquorũ omnium Diabolus caput est: & huius capitis mẽbra sunt oẽs iniqui. An nõ Diaboli membrũ fuit Pilatus ? An non Diaboli membra Iudęi psequentes, & milites crucifigentes fuerunt ? Quid ergo mirum, si se ab

illo

illo permisit in montem duci, & tentari, qui se pertulit etiam à membris illius crucifigi? ℞. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabũt te, ne vnquàm offendas ad lapidem pedem tuum. ℣. Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & cõculcabis leonem, & draconem. In.. L.xij.

NOn est ergo indignum Redẽptori nostro, quòd tentari voluit, qui venerat occidi. Iustum quippè erat, vt sic tentationes nostras suis tentationibus vinceret, sicut mortẽ nostram venerat sua morte superare. Sequens Respõsorium non dicitur per hebdomadã.

℞. Ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à Diabolo: Et accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. ℣. Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt. Et accedẽs. Gloria. Si filius Dei es.

Sequentia S. Euang. sm Matth.

Cap. 4 init. IN illo tẽpore: Ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tẽtaretur à Diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt. Et accedens tentator, dixit ei. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit: scriptum est, Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Tũc assumpsit eum Diabolus in sanctam Ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei. Si filius Dei es, mitte te deorsũm. Scriptum est enim. Quia Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus rursum, Scriptũ est. Non tentabis Dominum Deum tuum. Iterũ assumpsit eum Diabolus in montem excelsum valde; & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriã eorum, & dixit ei. Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei Iesus: Vade Sathana: scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Tunc reliquit eum Diabolus; & ecce Angeli accesserũt, & ministrabãt ei. ℞. Am. Ad Laud. Aña.

COr mundum crea in me Deus: & spiritum rectũ innoua in visceribus meis. ps. Miserere. cum rel. de Dñica fol. 17. Aña. O Domine saluũ me fac; ò Domine benè prosperare. Aña. Sic benedicam te in vita mea Domine, & in noĩe tuo leuabo manus meas. Aña. In spiritu humilitatis, & in animo cõtrito suscipiamur Domine à te: & sic fiat sacrificium nostrum, vt à te suscipiatur hodie, & placeat tibi Dñe Deus. Aña. Laudate Deum cęli cęlorũ, & aquæ omnes. Cap. Fratres, Hortamur. ℞. br. Scapulis suis, O bũbrabit tibi. ℣. Et sub pẽnis ei⁹ sperabis. Hym.

D. Ambrosij.

IAm Christe sol iustitiæ,
Mentis dies cant tenebræ,
Virtutum vt lux redeat,
Terris diem cum reparas.
Dans tempus acceptabile,
Et pœnitens cor tribue;
Conuertat vt benignitas
Quos longa suffert pietas.
Quiddamq; pœnitentiæ
Da ferre, quamuis grauiũ,
Maiore tuo munere
Quo demptio fit criminũ.
Dies venit dies tua,
In qua reflorent omnia;
Lætemur in hac, vt tuæ
Per hanc reducti gratiæ.
Te rerum vniuersitas
Clemens adoret Trinitas,
Et nos noui per veniam,
Nouũ canamus cãticũ. Amẽ.

℣. Angelis suis. Ad Bñs, Aña. Ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à Diabolo, & cũ ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctib⁹, postea esurijt. oro vt s.

Ad j. Aña. Iesus autem cũ ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt. Ad iij. Aña. Tunc assumpsit eum Diabolus in sanctam Ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Cap. Fratres, Hortamur. ℣. Ipse liberauit.

Ad vj. Antiphona. Vade Sathana: non tentabis Dominum Deum tuum. Capitulum.

ECce nunc tẽpus acceptabile: ecce nunc dies salutis: nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum. ℣. Scapulis suis. 2. Cor. 6.

Ad ix. Antiph. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Cap.

VT castigati, & non mortificati: quasi tristes, semp autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tamquã nihil habentes, & oĩa possidẽtes. ℣. Scuto circũ. 2. Cor. 6.

Ad Vesp. Aña. Dixit Dñs. cũ reliq. Antiphonis, & Psal. de Dominica f. 66. Capitulum. Fres, Hortamur. vt sup. ℞. br. Ipse libera. Hymnus.

Ad

D.Gregorij. AD preces nostras Deitatis aures
Deus inclina pietate sola,
Supplicũ vota suscipe, precamur, Famuli tui.
Respice clemẽs solio de sctõ
Vultu sereno, lampades illustra,
Lumine tuo tenebras depelle Pectore nostro.
Crimina laxa pietate multa,
Ablue sordes, vincula disrumpe,
Parce peccatis, releua iacẽtes Dexterá tua.
Te sine tetro mergimur profundo,
Labimur alta sceleris sub vnda,
Brachio tuo trahimur ad clara Sidera cęli.
Chr̃e lux vera, bonitas, & vita,
Gaudium mũdi, pietas immensa,
Qui nos à morte roseo saluasti Sanguine tuo.
Insere tuũ, petimus, amorem
Mentibus nostris, fidei refunde
Lumen æternum, charitatis auge Dilectionem.
Tu nobis dona fontẽ lachrymarum,
Ieiuniorũ fortia ministra,
Vitia carnis millia retunde Framea tua.
Procul à nobis perfidus absistat
Satan, à tuis viribus confractus,
Sãctus assistat spiritus à tua Sede demissus.
Gloria Deo sit æterno patri,
Sit tibi semp Genitoris nate,
Cum quo ęqualis Spũs per cũcta Secula regnat. Añ.
℣. Angelis suis. Ad Mag. Aña. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nũc dies salutis: in his ergo diebus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multa patientia, in ieiunijs, ĩ vigilijs, & ĩ charitate nõ ficta. ℟. br. Hym. & ℣. supradicta dicuntur in Dominicis diebus vsq; ad Dñicam de Passione.

FERIA SECVNDA.

Ad Matut. Inui. de Psalt. Hym. Ex more docti. folio 165. Añę & Ps. noct. de Psalt. f. 20. Et sic fit in alijs ferijs, vsque ad Dominicam Passionis.

Lectio sancti Euangelij secundùm Matthęum. Lectio j.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo: tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eũ omnes gentes. Et reliqua. Ca. 25

Homilia S. Augustini Epi.

Ex li. 1. de fide, & operibus Ca. 15 ĩ med. SI mandatis nõ seruatis, ad vitam veniri potest per solam fidem, quæ sine operibus mortua est: quomodo verum erit, quod eis, quos ad sinistrã positurus est, dicet; Ite in ignẽ æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius? Nec increpat, quia in eum non crediderunt, sed quia bona opera non fecerunt. Responsoria de Dominica. Lectio ij.

NAm, pfectõ ne sibi quisquàm de fide, quæ sine operibus mortua est, promittat ęternam vitam; propterea oẽs gentes segregaturum se dixit, quę permistæ eis pascuis vtebantur, vt appareat eos illi dicturos; Domine quando te vidimus illa & illa patientem, & nõ ministrauimus tibi? qui in eum crediderant, sed bona operari non curauerant, tãquã de ipsa fide mortua ad vitam perueniretur æternam. L. iij.

AN forte ibunt in ignem æternum, qui opera misericordiæ non fecerunt, & non ibunt, qui aliena rapuerunt? vel corrumpendo in se tẽplum Dei, in seipsos immisericordes fuerunt, quasi opera misericordiæ prosint aliqd sine dilectione? dicente Apostolo: si distribuam omnia mea pauperibus, charitatẽ autem non habeam, nihil mihi prodest. Aut diligat quisquàm proximum sicut seipsum, qui nõ diligit seipsum? Qui enim diligit iniqtate, odit aĩam suã.

In ij. nocturno. Capitulum. Isa. 1

LAuamini, mundi estote, auferte malũ cogitatio nũ uestrarum ab oculis meis. quiescite agere peruersè, discite benè facere, dicit Dominus. ℣. Scapulis suis. Oratio. Cõuerte nos. vt infra in Laudibus.

Ad Laudes Antiphonę & Psalmi de feria. 20. Capitulum. Isa. 58

CLama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorũ. ℟. br. Scapulis suis. Hym. Iam Christe. ℣. Angelis suis. Ad Benedictus, Aña. Venite benedicti patris mei, pcipite regnũ, quod vobis paratũ est ab origine mũdi. Oro.

COnuerte nos Deus salutaris noster: & vt nobis ieiunium quadragesimale proficiat, mentes nostras cęlestib⁹ instrue disciplinis. Per Dñm. Ad j. Aña. Viuo ego, dicit Dominus: nolo mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur, & viuat. Ad iij. Aña. Aduenerunt

runt nobis dies pęnitentiæ ad redimenda peccata, ad saluādas animas. Capitulum.

Ioel.2 COnuertimini ad me ī toto corde vestro, ī ieiunio, & fletu, & planctu, & scindite corda vestra, & nō vestimenta vestra, ait Dominus omnipotens. ℣. Ipse libera. Oratio. Conuerte. vt supra, quæ dicitur etiam ad Sextā, & Nonā. Ad vj. Aña. Commendemus nosmetipsos in multa patientia, ī ieiunijs multis, per arma iustitiæ. Capitulum.

Isa.55 DErelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nostrū, quoniam multus est ad ignoscendum. ℣. Scapulis. Ad ix. Aña. Per arma iustitiæ virtutis Dei, commendemus nosmetipsos in multa patientia. Capitulū.

Isa.58 FRange esurienti panē tuū, & egenos vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam nō despexeris. ℣. Scuto circundabit. Ad Vesp. Aña. Nos, qui viuimus. cum reliq. de Psalterio fol.67. Capitulū.

Ioel.2 INter vestibulum & altare plorabunt Sacerdotes ministri Domini, dicentes: parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes. ℟. br. Ipse liberauit me. Hym. Audi benigne. fol.165. ℣. Angelis suis. Ad Mag. Aña. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, dicit Dominus. Oro.

ABsolue, quæsumus Domine, nostrorum vincula peccatorum: & quidquid ꝓ eis meremur, propitiatus auerte. Per Dominum nostrum. Modus suprascriptus seruetur in feriali officio, vsq; ad Sabbathum Dominicæ Passionis.

FERIA TERTIA.

Lectio sancti Euāgelij secundùm Matthæum. Lectio j.

IN illo tēpore: Cū intrasset Iesus Ierosolymā, commota est vniuersa ciuitas, dicens? Quis est hic? Et reliqua. Ca.21

Homil. Venerab. Bedæ Presb.

QVod maledicendo ficum infructuosam per figurā fecit Dominus, hoc idē mox apertè ostendit eijciendo improbos de templo. Neque eñ aliquid peccauerat arbor, quæ esuriente Domino poma non habuit, quorum nec dum tēpus aduenerat: sed peccauère sacerdotes, qui in domo Dñi secularia negocia gerebant, & Ex homiliis quadrag.

fructum pietatis, quē debuerant, quemq; in eis Dñs esuriebat, ferre recusabant. L. ij.

ARefecit Dñs arborē maledictā, vt homines hoc videntes, siuè audientes, multò magis intelligerent se diuino condemnandos esse iudicio, si absque operum fructu, de plausu tantùm religiosi sermonis, velut de sonitu, & blādimento viridantium gloriarentur foliorum. Lectio iij.

VErùm quia non intellexerunt, consequenter in ipsos districtionem meritę vltionis exercuit. Eiecitq; commercia rerum humanarū de templo illo, in quo Diuinas res tantùm agi, hostias, & oblationes Deo offerri, verbum Dei legi, audiri, & decantari, præceptum erat. Ad Bñs. Aña. Intrauit Iesus in templū Dei, & eijciebat omnes vendentes, & ementes, & mensas nūmulariorum, & cathedras vendētiū columbas euertit. Oratio.

REspice Domine familiā tuam, & præsta: vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, quæ se carnis maceratione castigat. Per Dominum. Ad Mag. Aña. Scriptum est enim: quia dom⁹ mea, domus orationis est cunctis gētibus: vos autem fecistis illam speluncā latronum: & erat quotidie docens in templo. Oro.

AScendant ad te Domine, preces nostræ: & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per Dñm nostrum.

FERIA QVARTA

Quatuor Temporum.

Lect. S. Euāgel. ₴m Matth. L. j.

IN illo tempore: Accesserūt ad Iesum Scribę, & Pharisęi, dicentes: Magister, volumus à te signum videre. Et reliqua. Ca.12

Homilia S. August. Episcopi.

IOnam Prophetam, qui deiectus in mari beluæ marinæ vtero exceptus est, & die tertio viuus euomitur, figurā gessisse Saluatoris, qui passus est, & die tertia resurrexit, ipse Saluator ostendit. Accusatus est populus Iudęorum in cōparatione Niniuitarum; quoniā Niniuitæ, ad quos redarguēdos missus est Ionas Propheta, agendo penitentiā, irā Dei placauerūt, & misericordiam meruerunt. Lectio ij.

ECce (inquit) plusquàm Ionas hic, volēs intelligi seipsum Dominus Iesus. Audierunt illi seruum, & vias suas correxerunt: audierūt isti Dominum, & contempserunt, & insuper occiderunt. Regina

Austri exurget,inquit,in iudicio cum generatione hac, & condemnabit eam : venit enim à finibus terræ audire sapiētiā Salomonis. Et ecce plusquàm Salomon hic. Lectio iij.

NOn fuit magnum Christo plus esse,quàm Ionas, plus esse, quam Salomon:iste enim Dominus,illi serui erāt. Sed tamē quales sunt,qui præsentem Dominum contēpserunt,quādo alienigenę seruos eius audierunt? Ad Bñs, Aña. Generatio hæc praua, & peruersa signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetę. Orō.

PReces nostras, quæsumus Domine,clementer exaudi:& contra cuncta nobis aduersantia,dexteram tuæ maiestatis extende. Per Dominū. Ad Mag. Aña. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus,& tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ. Orō.

MEntes nostras,quæsumus Domine, lumine tuæ claritatis illustra : vt videre possimus,q̄ agēda sunt,& quę recta sunt,agere valeamus.Per.

FERIA QVINTA.

Lec. S.Euāgel. s̄m Matth. L.j.

Ca. 15. IN illo tēpore : Egressus Iesus secessit in partes Tyri,& Sidonis. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi pšbyt.

SCribis,& Pharisęis calumniatoribus derelictis, trāsgreditur in partes Tyri, & Sidonis,vt Tyrios, Sidoniosque curaret. Mulier autem Chananęa egredit de finibus pristinis,vt clamans, filiæ impetret sanitatem. Obserua quòd in quintodecimo loco filiam Chananęę sanet. Lectio ij. Ex li. 2. cō. I eūd.

MIserere mei Domine, fili Dauid:filia mea malè à Dęmonio vexatur. Inde nouit vocare filium Dauid; quia egressa iam fuerat de finibus suis, & errorem Tyriorum, ac Sidoniorum, loci ac fidei cōmutatione dimiserat. Filia mea malè à Dæmonio vexatur.Ego filiam Chananeę puto animas esse credentium, quæ male à Dæmonio vexabantur, ignorantes Creatorē, & adorantes lapidem. L.iij.

QVi non respōdit ei verbum.Non de superbia Pharisaica, nec de Scribarum supercilio, sed ne ipse sententiæ suæ videretur esse contrarius,per quam iusserat. In viā Gētium ne abieritis, & in Ciuitates Samaritanorum ne intraueritis.Nolebat enim occasionem calūniatoribus dare,

per-

perfectamq; salutem Gentibus passionis, & resurrectionis tēpore reseruabat.Ad Bñs, Aña. Egressus Iesus secessit in partes Tyri,& Sidonis : & ecce mulier chananęa à finibus illis egressa, clamabat, dicens : Miserere mei fili Dauid.Orō.

DEuotionem populi tui, quęsumus Domine,benignus intende: vt qui per abstinentiam macerantur in corpore, per fructū boni operis reficiantur in mente. Per. Ad Magnificat, Aña. O mulier magna est fides tua:fiat tibi sicut petisti. Oratio.

DA quæsumus Domine, populis Christianis, & quæ profitentur agnoscere, & cęleste munus diligere, quod frequentant. Per Dominum,

FERIA SEXTA

Quatuor Temporum.

Lec. S. Euāgelij s̄m Iohan. L.j.

Cap. 5 IN illo tēpore : Erat dies festus Iudęorum: & ascendit Iesus Ierosolymam. Et reliq.

Homilia S. Augustini Epi.

Ex tra ƈta. 27 in eū- dem I med. VIdeamus quid voluerit significare,in illo vno,quē etiam ipse seruans vnitatis mysteriū, sicuti prælocutus sum, de tot languentibus vnum sanare dignatus est. Inuenit in annis eius numerum quēdam lāguoris. Triginta & octo annos habebat in infirmitate, Hic numerus quomodo magis ad languorem pertineat, quàm ad sanitatem, paulò diligentiùs exponendum est.Intentos vos volo: aderit Dominus, vt congruè loquar,& sufficienter audiatis. Lectio ij.

QVadragenarius numerus sacratus nobis in quadā perfectione cōmendatur.Notum esse arbitror charitati vestrę,testantur sępissimè diuinę scripturę,ieiunium hoc numero consecratum esse, benè nostis : nam & Moyses quadraginta diebus ieiunauit,& Elias totidem,& ipse Dñs noster, & Saluator Iesus Chrs hūc ieiunij numerum impleuit. Per Moysen significatur lex, per Eliam significatur Prophetæ, per Dñm significat Euāgeliū. Ideò in illo monte tres apparuerunt,vbi se discipulis ostēdit in claritate vultus, & vestis suæ. Apparuit enim medius inter Moysen, & Eliam, tamquā Euāgeliū testimoniū haberet à lege,& Prophetis. L.iij.

SIuè ergo in lege,siuè in Prophetis, siuè in Euangelio, quadragenarius numerus nobis in ieiunio cōmendat. Ieiuniū aūt magnū,& generale est,

 absti-

abstinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus seculi, quod est perfectum ieiuniũ: Vt abnegantes impietatem,& seculares cupiditates, temperanter,& iustè, & piè viuamus in hoc seculo. Huic ieiunio, quam mercedem addit Apostolus? Sequitur,& dicit: Expectantes illam beatam spem, & manifestationem gloriæ beati Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Ad Bñs, Antiphona. Angelus Domini descẽdebat de cęlo,& mouebatur aqua,& sanabatur vnus. Oratio.

Esto Domine, propitius plebi tuæ: & quam tibi facis esse deuotam, benigno refoue miseratus auxilio. Per Dñm nostrũ Iesum Christũ. Ad Mag. Aña. Qui me sanum fecit, ille mihi præcepit, tolle grabatum tuum, & ambula in pace. Oratio.

Exaudi nos misericors Deus: & mentibus nostris gratiæ tuæ lumen ostende. Per Dominum nostrum.

SABBATHO

Quatuor Temporum.

Lec. S. Euãgelij sm Matth. L. j.

Ca. 17 In illo tempore: Assumpsit Iesus Petrum,& Iacobum, & Iohannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Et reliqua.

Homilia S. Leonis Papæ.

Euangelica Lectio, dilectissimi, quæ per aures corporis interiorem mẽtium nostrarum pulsauit auditum, ad magni sacramenti nos intelligẽtiam uocat: quam aspirante gratia Dei, facilius assequemur, si consideratione nostram ad ea, quæ paulò superius sũt narrata, referam⁹. L. ij. (Ex homi. de trãsfiguratione Dñi I init.)

Saluator enim humani generis Iesus Christus, condens eã fidem, quæ & impios ad iustitiam,& mortuos reuocat ad vitam, ad hoc discipulos suos doctrinę monitis,& operum miraculis imbuebat, ut idem Christus, & unigenitus Dei & hoĩs fili⁹ crederet. L. iij.

Nam vnum horum sine altero non proderat ad salutem: & æqualis erat periculi, Dominum Iesum Christum aut Deum tantummodò sine homine, aut sine Deo solum hominem credidisse; cũ utrũque esset pariter confitẽdum: quia sicut Deo uera humanitas, ita homini inerat vera diuinitas. Ad Bñs, Antiph. Assũpsit Iesus discipulos suos, & ascendit in montem,& trãsfiguratus est ante eos. Oratio.

Popu-

Populum tuum, quęsumus Domine, propitius respice: atque ab eo flagella tuę iracundiæ clementer auerte. Per. Ad Vesperas, Capitulum.

1. Thess. 4. Fratres: Rogamus uos, & obsecramus in Dño Iesu: vt quemadmodum accepistis à nobis quomodo vos oporteat ambulare,& placere Deo: sic & ambuletis, vt abundetis magis. ℟. br. & reliqua vt in præterito Sabb. Ad Mag. Aña. Visionem, quam vidistis, nemini dixeritis: donec à mortuis resurgat filius hoĩs. Oro.

Deus, qui conspicis omni nos virtute destitui; interius, exteriusq; custodi: vt ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpore,& à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum nostrũ.

DOMINICA II.

In Quadragesima.

Ad Matut. Inuit. Hymnus, & reliq. vsque ad Lectiones, vt in superiori Dominica f. 165.

De Libro Genesis. Lectio i.

Ca. 27 I init. enuit autem Isaac, & caligauerũt oculi eius,& videre nõ poterat: Vocauitq; Esau filium suum maiorem, & dixit ei: Fili mi? Qui respõdit: Adsum. Cui pater: Vides, inquit, quòd senuerim,& ignorem diem mortis meæ: Sume arma tua, pharetrã, & arcum, & egredere foras. Cumq; venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti,& affer mihi, vt comedam: & benedicat tibi anima mea, antequã moriar. ℟. Tolle arma tua, pharetram, & arcum, & affer de venatione tua, vt comedã: Et benedicat tibi anima mea. ℣. Cumq; venatu aliquid attuleris, fac mihi inde pulmentũ, vt comedã. Et benedicat. L. ij.

Quod cum audisset Rebecca, & ille abijsset in agrum, vt iussionẽ patris impleret, dixit filio suo Iacob: Audiui patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo,& dicentem ei: Affer mihi de venatione tua, & fac cibos, vt comedam,& benedicam tibi coram Dño, antequàm moriar. ℟. Surge pater, & comede de venatione filij tui. Quomodo tàm citò inuenire potuisti fili mi? Voluntas Dei fuit, pater, vt citò mihi occurreret, quod volebam. ℣. Manus quidẽ manus sunt Esau, loquela autem Iacob. Quomodo. Lectio iij.

Nunc ergo, fili mi, acquiesce consilijs meis:& per-

gens ad gregē, affer mihi duos hędos optimos, vt faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur: quas cum intuleris, & comederit, benedicat tibi, priusquàm moriatur. ℟. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus: Crescere te faciat Deus meus sicut arenam maris. Et donet tibi de rore cœli benedictionem. ℣. Deus autem omnipotens benedicat tibi, atq; multiplicet. Et. L. iiij.

QVi ille respondit: Nosti quòd Esau frater meꝰ homo pilosus sit, & ego leuis: si attrectauerit me pr̄ meus, & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducat super me maledictionem pro benedictione: Ad quē mr̄: In me sit, ait, ista maledictio, fili mi, tantū audi vocem meam. ℟. Det tibi Deus de rore cęli, & de pinguedine terræ abundantiam: seruiant tibi tribus & populi: Esto Dn̄s fratrum tuorum. ℣. Et incuruētur ante te filij matris tuę. Esto Dominus. Gloria. Esto Dn̄s.

Ex libro S. Augustini Episcopi contra mendacium. Lectio v.

IAcob quod matre fecit auctore, vt patrem fallere videretur, si diligenter & fideliter attendatur, non est mendaciū, sed mysterium: quæ si mendacia dixerimus, omnes etiā parabolæ, & figuræ significādarum quarumcunque rerū, quę non per proprietatem accipiendæ sunt, sed in eis aliud ex alio est intelligendum, dicentur esse mendacia, quod absit omninò. ℟. Dum iret Iacob de Bersabee, & pergeret Haran, locutus est ei Dn̄s, dicens: Terram, in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo. ℣. Aedificauit ex lapidibus altare in honore Dn̄i, fundens oleum desuper, & benedixit eū Deus, dicens: Terram. L. vj.

NAm qui hoc putat, tropicis etiam tàm multis locutionibus potest hanc importare calūniā; ita vt hæc ipsa, quæ appellatˀ metaphora, hoc est, de re propria ad rē nō propriam verbis alicuius vsurpata trāslatio, possit ista ratione mendacium nūcupari. ℟. Dū exiret Iacob de terra sua, vidit gloriā Dei, & ait. Quàm terribilis est locus iste, non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. ℣. Verè Deus est in loco isto, & ego nesciebam. Quàm terribilis. Lectio vij.

QVę significantˀ enim vtique ipsa dicunt: putātur

autem

autem mendacia, quoniā nō ea, quæ vera significantur, dicta intelliguntur, sed ea, quæ falsa sunt, dicta esse credūtur. Hoc vt exemplis fiat planius, idipsum, quod Iacob fecit, attende. ℟. Si Dominus Deus meus fuerit mecū in via ista, per quam ego ambulo, & custodierit me, & dederit mihi panem ad edendum, & vestimentum, quo operiar, & reuocauerit me cū salute: Erit mihi Dominus in refugiū, & lapis iste in signū. ℣. Surgens ergo manè Iacob, tulit lapidē, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulū, fundensq; oleū desup, dixit. Erit. L. viij.

HÆdinis certè pellibus membra cōtexit. Si causam proximam requiramus, mētitum putabimus: hoc enī fecit, vt putaretur esse, qui non erat. Si autem hoc factum ad illud, propter quòd significādum re vera factū est, referatˀ: per hędinas pelles, peccata, per eum verò, qui eis se operuit, ille significatus est, qui nō sua, sed aliena peccata portauit. ℟. Erit mihi Dn̄s in Deū, & lapis iste, quem erexi, in titulum, vocabitur domus Dei: & de vniuersis, quæ dederis mihi, Decimas, & hostias pacificas offeram tibi. ℣. Si reuersus fuero prosperè ad domum patris mei. Decimas. In iij. noct. Aña. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Canticum. Domine miserere. cum reliquis. fol. 15.

Lect. S. Euāg. sm Matth. L. ix.

IN illo tempore: Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Iohannem fratrem eius: & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Et reliqua. Ca.

Homilia S. Leonis Papæ.

COnfirmandis verò Apostolis, & ad omnem sciētiam prouehendis, alia quoq; ī illo miraculo accessit instructio. Moyses enim, & Elias, lex scilicet, & Prophetæ apparuerūt cum Dn̄o loquētes, vt verissimè in illa quinq; virorū præsentia cōpleretˀ, quod dictum est. In duobus, vel tribꝰ testibus stat omne verbum. ℟. Cū audisset Iacob, quòd Esau veniret contra eū, diuisit filios suos, & vxores, dicens: Si percusserit Esau vnā turmā, saluabitˀ altera. Libera me Dn̄e, qui dixisti mihi: multiplicabo semen tuum sicut stellas cęli, & sicut arenā maris, q̄ prę multitudine numerari nō potest.

℣. Do-

℣. Domine, qui dixisti mihi: reuertere in terram natiuitatis tuæ: Domine, qui pascis me à iuuentute mea. Libera. L. x.

QVid hoc stabilius, quid firmius verbo, in cuius prædicatione veteris, & noui testamenti concinit tuba, & cũ Euangelica doctrina, antiquarum protestationũ instrumẽta concurrunt? Ad stipulantur enim sibi inuicem vtriusque fœderis paginæ, & quem sub velamine mysteriorum præcedentia promiserant signa, manifestum, atque perspicuũ præsentis gloriæ splendor ostendit. ℟. Dixit Angelus ad Iacob: Dimitte me, aurora est. Respondit ei: Non dimittã te, nisi benedixeris mihi. Et benedixit ei in eodem loco. ℣. Cumq; surrexisset Iacob, ecce vir luctabatur cum eo vsque mane. Et cum videret, quòd eum superare nõ posset, dixit ad eum. Dimitte me. Lect. xj.

HIs ergo Sacramentorum reuelationibus Petrus Apostolus incitatus, mundana spernens, & terrena fastidiẽs, in æternorum desideriũ quodam mentis rapiebatur excessu, & gaudio toti⁹ visionis impletus, ibi cũ Iesu optabat habitare, vbi manifesta eius gloria lætabatur. Vnde & ait: Domine bonum est, nos hic esse, si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnũ, & Eliæ vnum. ℟. Vidi Dominum facie ad faciem. Et salua facta est anima mea. ℣. Et dixit mihi: nequaquàm vocaberis Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Et salua. Lect. xij.

SEd huic suggestioni Dñs non respondit, significans, non quidem improbũ, sed inordinatum esse, quod cuperet, cum saluari mundus nisi Christi morte non posset, & exemplo Domini in hoc laudaretur credentium fides, vt licèt non oporteat de beatitudinis promissionibus dubitari, intelligeremus tamen inter tẽtationes huius vitę prius nobis tolerantiam postulandam esse, quàm gloriam. ℟. Apparuit Deus Iacob, & benedixit eum, & dixit: Ego sum Deus Bethel, vbi vnxisti lapidem, & votum vouisti mihi. Crescere te faciam, & multiplicabo te. ℣. Verè Dñs est ĩ loco isto, & ego nesciebam. Crescere.

Sequẽtia S. Euang. sẽm Matth. Ca. 17

IN illo tpe: Assumpsit Iesus Petrũ, & Iacobũ, & Iohãnẽ fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum,

&

& transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus dixit ad Iesum: Domine, bonũ est, nos hic esse: Si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnũ, Moysi vnum, & Eliæ vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valdè. Et accessit Iesus, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite, & nolite timere: Leuantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de monte, præcepit eis Iesus, dicẽs: Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis à mortuis resurgat. ℟. Amen.

Ad Laudes, Antiphona.

DOmine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam. ps Miser. f. 17. cum rel. de Dñica. Aña. Dextera Domini fecit virtutẽ: dextera Domini exaltauit me. Aña. Factus est adiutor meus, Deus meus. Aña. Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant in camino ignis, benedicentes Dominũ. Aña. Statuit ea in æternum, & in seculum seculi: præceptum posuit, & non præteribit. Cap. Fratres, Rogamus. ℟. br. Scapulis suis. Hym. Iam Christe. ℣. Angelis suis. Ad Bñs, Aña. Assũpsit Iesus discipulos suos, & ascendit in montem, & trãsfiguratus est ante eos.

Ad j. & iij. Aña. Domine, bonum est nos hic esse; si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, & Eliæ vnũ. Cap. Fratres, Rogamus. ℣. Ipse liberauit me. Ad vj. Aña. Faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnũ, & Eliæ vnum. Capitulum.

HÆc est volũtas Dei, sanctificatio vestra: Vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & honore. Ad ix. Aña. Visionem, quam vidistis, nemini dixeritis, donec à mortuis resurgat filius hoĩs. Cap. 1. Thes 4.

NOn enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationẽ, in Christo Iesu Domino nostro. 1. Thes 4.

Ad Vesp. Aña, & Ps. de Dñica.

Cap.

Capitulũ. Fratres: Rogamus.

Ad Magn. Antiphona. Visionem, quam vidistis, nemini dixeritis, donec a mortuis resurgat Filius hominis.

FERIA SECVNDA.

Lec. S. Euãgel. ſm Iohan. L. j.

Cap. 8 In illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudæorũ: Ego vado, & quæretis me, & in peccato uestro moriemini. Et reliq.

Homilia S. August. Episcopi.

Ex tra. 38 eiũd. lib. it. Locutus est Dñs Iudæis, dicens: Ego vado. Christo enim Dño mors profectio fuit illò, vnde venerat, & vnde nõ discesserat. Ego, inquit, vado, & quæretis me, nõ desiderio, sed odio. Nam illum, posteaquàm discessit ab oculis hominũ, inquisierũt, & qui oderant, & q amabãt: illi psequẽdo, isti habere cupiendo. L. ij.

Denique istis, qui sic quærebant more malo, corde peruerso, quod sequitur adiũxit: Quæretis me: & ne putetis, quia benè me quæratis, in peccato vr̃o moriemini. Hoc est Christum malè quærere, in peccato suo mori. Hoc est illum odisse, per quem posset solum saluus esse. Lectio iij.

His auditis verbis, quomodo solent carnea cogitãtes, & secũdũ carnẽ iudicãtes, & totum carnaliter audiẽtes; atque sapientes, dixerũt. Nũquid interficiet semetipsum, quia dixit, quò ego vado, uos nõ potestis uenire? Stulta uerba, & oĩno insipientię plena. Ad Bñs, Aña. Ego principiũ, qui & loquor uobis. Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut familia tua, quæ se, affligendo carnem, ab alimentis abstinet, sectãdo iustitiam à culpa ieiunet. Per.

Ad Magnificat, Antiphona.

Qui me misit mecum est, & non reliquit me solum; quia quæ placita sunt ei, facio semper. Oratio.

Adesto supplicationibus nostris omnipotẽs Deus: & quibus fiduciã sperãdę pietatis ĩdulges, ꝯsuetę misericordię tribue benign⁹ effectũ. p.

FERIA TERTIA.

Lec. S. Euãgelij ſm Matth. L. j.

In illo tempore: Locutus est Iesus ad turbas, & ad discipulos suos, dicẽs: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisęi. Omnia ergo, quęcunque dixerint vobis, seruate & facite; secundùm verò opera eorum nolite facere. Et rel. Ca. 23

Homil. S. Hieronymi Presbyt. Ex li. 4 cõm. sub init.

Quid mãsuetius, quid benignius Dño? Tentatur à

Phari-

Phariseis, confringuntur insidię eorum: & secũdũ Psalmistam, sagittæ paruulorũ factæ sunt plagæ eorum: & nihilominus propter sacerdotium, & nominis dignitatem hortatur populos, vt subijciantur eis, non opera, sed doctrinã considerantes. Lectio ij.

Quod autẽ ait. Super Cathedrã Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi: per Cathedrã, doctrinam legis ostendit. Ergo & illud, quod dicitur in Psalmo. In cathedra pestilentiæ non sedit: Et, Cathedras vẽdentiũ colũbas euertit, doctrinam debemus accipere. L. iij.

Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt ea in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Hoc generaliter aduersus omnes magr̃os dictũ est q grãdia iubẽt, & minora nõ faciũt. Ad Bñs, Aña.

Vn⁹ est enim magister vr̃, qui in cęlis est, Chr̃us Dñs. Oro.

Perfice quęsumus Dñe, benignus in nobis obseruãtiæ sanctæ subsidium: vt quæ, te auctore facienda cognouimus, te operante impleamus. Per Dominum nostrum.

Ad Mag. Aña. Oẽs autem vos fratres estis: & patrem nolite vocare vobis super terrã: vnus est eñi Pr̃ vr̃, q in cęlis est: nec vocemini magistri, qa magister vr̃ vnus est Christus. Oro.

Propitiare Dñe supplicationibus nr̃is, & aĩarũ nostrarũ medere languoribus: vt remissione pcepta, in tua semper benedictione lętemur. p.

FERIA QVARTA.

Lc̃õ S. Euãg. ſm Matth. Lec. j.

In illo tempore: Ascendens Iesus Ierosolymam, assumpsit duodecim discipulos suos secretò, & ait illis: Ecce ascẽdimus Ierosolymam, & Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis: & condemnabũt eum morte. Et rel. Ca. 2

Homilia S. Ambrosij Epi.

Considerate matris dilectionem, quæ filiorum mercede grandæuam solabat senectã: & desiderijs licèt fessa maternis, charissimorũ pignorum tolerabat absentiam. Ex li. 5. de fide ad Gratianum. Ca. 3

Considerate etiam fœminam, hoc est sexum fragiliorẽ, quã Dominus propria nondũ cõfirmauerat passione. Lectio ij.

Considerate, inquã, Euę illius primę mulieris hęreditatẽ transfusam in oẽs, immoderatæ cupiditatis successione labẽtem, quã Dominus adhuc proprio sanguine non

rede-

redemerat, nondum inolitam affectibus omnẽ immodici cõtra fas honoris appetentiã suo Iesus cruore diluerat. Hæreditario igitur mulier delinquebat errore. Lectio iij.

ET quid mirum si mater pro filiorum suorũ, quod est tolerabilius, quàm si ipsi; quando etiã Apostoli ipsi inter se (sicut legimus) de sui prælatione certabant? Non debuit igitur medicus omnium destitutam matrẽ & ægrã adhuc mẽtem pudoris conuitio sauciare. Ad Bñs, Añа. Ecce ascẽdimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur ad crucifigendum. Oratio.

POpulum tuum, quęsumus Domine, propitius respice: & quos ab escis carnalibus præcipis abstinere, à noxijs quoque vitijs cessare cõcede. Per Dominum nostrum, &c. Ad Mag. Añа. Tradetur enim Gentibus ad illudendũ, & flagellãdũ, & crucifigẽdũ. Orõ.

DEus innocentiæ restitutor, & amator, dirige ad te tuorum corda seruorum: vt spiritus tui feruore concepto, & in fide inueniantur stabiles, & in opere efficaces. Per Dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum.

FERIA QVINTA.

Lctõ S. Euãg. sm Lucã. Lect. j.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hãc: Homo quidam erat diues, & induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendidè. Et reliqua. Ca. 16

Homilia S. Gregorij Papæ.

QVem fratres charissimi, quem diues iste, qui induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidiè splendidè, nisi Iudaicum populũ significat, qui cultum vitæ exterius habuit, qui acceptæ legis delicijs ad nitorem vsus est gloriæ, non ad vtilitatẽ? L. ij. Ex homi. 40 sub init.

QVem verò Lazarus vlceribus plenus, nisi Gentilem populum figuraliter exprimit? qui dum conuersus ad Deum peccata sua cõfiteri nõ erubuit, huic vulnus in cute fuit. In cutis quippè vulnere virus à visceribus trahitur, & foras erumpit. Quid ergo est peccatorum confessio, nisi quædam vulnerum ruptio? Quia peccati virus salubriter aperitur in confessione, quod pestiferè latebat in mẽte. L. iij.

SEd Lazarus vulneratus cupiebat saturari de micis, q̃ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat: quia Gentilium

lium quemq; ad cognitionẽ legis admittere superbus ille populus despiciebat. Qui, dũ doctrinam legis non ad charitatem habuit, sed ad elationem, quasi de acceptis opibus tumuit: & quia ei verba defluebant de scientia, quasi micæ cadebant de mensa.

Ad Bñs, Añа. Fili recordare, quia recepisti bona ĩ vita tua, & Lazarus similiter mala. Orõ.

PRęsta nobis, quęsumus Domine, auxilium gratię tuę: vt ieiunijs, & orationibus cõuenienter intenti, liberemur ab hostibus mentis, & corporis. Per Dominum nostrum.

Ad Mag. Añа. Diues ille guttam aquæ petijt, qui micas panis Lazaro negauit. Oratio.

ADesto Domine famulis tuis, & perpetuã benignitatem largire poscentibus: vt ijs, qui te auctore & gubernatore gloriantur, & congregata restaures, & restaurata conserues. Per Dominũ nostrum.

FERIA SEXTA.

Lec. S. Euãgel. sm Matth. L. i.

Ca. 21 IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis, & turbis Iudæorum parabolam hãc: Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepe circumdedit eam. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosij Epi.

PLerique varias significationes de vineæ appellatione deriuant: sed euidẽter Isaias, Vineam Domini Sabaoth, Domum Israel esse cõmemorat. Hanc vineam quis alius, nisi Deus condidit? Hic est ergo, qui locauit eã, & peregrè profectus est: nõ quia ex loco ad locum profectus est Dominus, qui vbique semper præsens est: sed quia præsentior est diligentibus, negligẽtibus abest. Lectio ij. Ex li. 9 cõm. in Luc. ca. 20.

MVltis quidem temporibus abfuit; ne ꝓpropera videretur exactio. Nã quò indulgẽtior liberalitas, eò inexcusabilior peruicacia: Vnde benè secundùm Matthæũ habes, quia & sepe circũdedit eã, hoc est, diuinæ custodiæ munitione vallauit: ne facilè pateret incursibus bestiarũ. L. iij.

ET fodit in ea torcular. Quomodo intelligimus quid sit torcular, nisi quia fortè psalmi de torcularibus inscribũtur, eo quòd in his mysteria Dñicæ Passionis modo musti sancto feruente Spiritu Prophetarum, redundantius ęstuauerint? Deniq; ebrij putabantur, quibus Spiritus sanctus inundabat. Ad Bñs, Añа.

Malos

Malos malè perdet,& vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. Oratio.

DA quæsumus omnipotẽs Deus: vt sacro nos purificante ieiunio, sinceris mentibus ad sancta ventura facias peruenire. Per Dñm nostrũ. Ad Mag. Aña. Quærentes eũ tenere,timuerunt turbam, qa sicut,pphetã eũ habebãt. Oro.

DA quæsumus Dñe populo tuo salutem mentis,& corporis:vt bonis operibus inhęrendo tuæ semper virtutis mereatur protectione defendi. Per Dominum nostrum.

SABBATHO.

Lec.S.Euãgelij sm Lucã. L. j.

Ca.15 IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hãc: Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri. Pater da mihi portionem substantiæ,quæ me contingit. Et reliqua.

Homilia S.Ambrosij Epi.

li.7 m.i nd. VIdes,quòd diuinum patrimonium petentibus datur? Nec putes culpã patris, quòd adolescẽtiori dedit. Nulla Dei regno infirma ętas,nec fides grauatur annis. Ipse certè se iudicauit idoneum, qui poposcit. Atque vtinam non recessisset à patre: impedimẽtum nesciisset ætatis. ℟. Pater peccaui in cœlum & corã te; iam nõ sum dignus vocari filius tuus. Fac me sicut vnũ ex mercenarijs tuis. ℣. Quanti mercenarij ĩ domo patris mei abundant panibus? Ego autẽ hic fame pereo: Surgã, & ibo ad patrem meum,& dicam ei. Fac me sicut vnum. Lectio ij.

SEd posteaquàm peregrè pfectus est, dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè. Meritò ergo prodegit patrimonium, qui recessit ab Ecclesia. Posteaquàm domũ, inquit, patriamq; dereliquit, peregrè profectus est ĩ regionem longinquam. Quid est lõginquius ire quàm à se recedere?nec regionibꝰ,sed moribus separari. Lectio iij.

FActa est autem fames per regionem illam. Fames non epularũ,sed bonorũ operum,atque virtutum, quę sunt miserabiliora ieiunia. Etenim qui recedit à verbo Dei, esurit; quia non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo Dei. Qui recedit à fonte, sitit: qui recedit à thesauro, eget: qui recedit à sapientia, hæbetatur:qui recedit à virtute, dissoluitur. Ad Bñs,Aña. Vadam

ad patrem meum,& dicam ei: Pater fac me sicut vnũ ex mercenarijs tuis. Oratio.

DA quæsumus Domine, nostris effectum ieiunijs salutarem: vt castigatio carnis assumpta ad nostrarum vegetationem transeat animarum. Per Dominũ. Ad Vesp. Cap.

FRatres, Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationẽ, & hostiam Deo in odorem suauitatis. Ad Magn, Aña. Dixit autem pater ad seruos suos: citò proferte stolam primam, & induite illum: & date annulũ in manu eius, & calceamẽta ĩ pedibꝰ eiꝰ. Oro.

QVæsumus omnipotens Deus, vota humiliũ respice:atq; ad defensionem nostram dexteram tuæ maiestatis extende. Per Dominũ nostrũ.

DOMINICA III.

In Quadragesima.

Ad Matut. Inuit. & reliq. vsq; ad Lectiones,vt ĩ j. Dominica.

De libro Genesis. Lectio j.



Ca.37 ĩ init. IOseph cũ sexdecim esset annorum, pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer:& erat cum filijs Balæ, & Zelphæ vxorum patris sui: accusauitq; fratres suos apud patrem crimine pessimo. Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos, eo quòd in senectute genuisset eum: Fecitq; ei tunicam polymitam. ℟. Videntes Ioseph à lõge,loquebantur mutuò fratres, dicentes: Ecce somniator venit: Venite occidamus eum:& videamus si prosint illi somnia sua. ℣. Cũq; vidissent Ioseph fratres sui, quòd à patre cunctis fratribus plus amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquàm pacificè loqui: vnde & dicebant. Venite. L.ij.

VIdentes autẽ fratres eius, quòd à patre plus cũctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquàm pacificè loqui. Accidit quoque vt visum somniũ referret fratribus suis, quæ causa maioris odij seminarium fuit. ℟. Dixit Iudas fratribus suis: Ecce Ismahelitæ transeunt: venite, venundetur,& manus nostræ nõ polluantur. Caro enim & frater noster est. ℣. Quid enĩ prodest, si occiderimus fratrẽ nostrum, & cęlauerimus sanguinem ipsius?melius est enĩ, vt venundetur. Caro enim & frater noster est. Lectio iij.

DIxitque ad eos, Audite ſomnium meum, quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro: & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare, veſtroſque manipulos circunſtantes adorare manipulum meum. Reſponderunt fratres eius: Nunquid rex nr̃ eris? aut ſubijciemur ditioni tuæ? Hæc ergo cauſa ſomniorũ atq; ſermonum, inuidiæ & odij fomitem miniſtrauit. ℞. Extrahentes Ioſeph de lacu, vendiderunt Iſmahelitis triginta argenteis. Reuerſuſq; Ruben ad puteum, cum non inueniſſet eum, ſcidit veſtimenta ſua cum fletu, & dixit: Puer non comparet, & ego quò ibo? ℣. At illi intincta tunica Ioſeph in ſanguine hędi, miſerunt, qui ferret eã ad patrẽ, & diceret: Vide ſi tunica filij tui ſit, an non. Reuerſus que Ruben ad puteum, cùm non inueniſſ. Lectio iiij.

ALiud quoque vidit ſomnium, quòd narrans fratribus ait: Vidi per ſomnium quaſi Solem, & Lunã, & Stellas vndecĩ adorare me. Quod cum patri ſuo & fratribus retuliſſet, increpauit eum pater ſuus, & dixit ei: Quid ſibi vult hoc ſomnium, quod vidiſti? Num ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te ſup terram? Inuidebant ei igitur fratres ſui, pater verò rem tacitus conſiderabat. ℞. Videns Iacob veſtimenta Ioſeph, ſcidit veſtimenta ſua cum fletu, & dixit; Fera peſſima deuorauit filium meum Ioſeph. ℣. Tulerunt autem fratres eius tunicam illius, mittentes ad patrem, quàm cum cognouiſſet pater, ait. Fera peſſima.

Ex libro S. Ambroſij Epiſcopi de ſancto Ioſeph. Lectio v.

SIt igitur nobis propoſitus ſanctus Ioſeph, tanquàm ſpeculũ caſtitatis. In eius enim moribus, in eius actibus lucet pudicitia, & quidam ſplendet caſtimoniæ comes nitor gratiæ. Vnde etiam à parentibus pluſquàm cæteri filij, diligebatur: Sed ea res inuidię fuit: quod ſilentio prætereundum non fuit. ℞. Ioſeph dum intraret in terra Aegypti, linguã, quam non nouerat audiuit; manus eius in laboribus ſeruierunt: Et lingua eius inter Principes loquebatur ſapientiam. ℣. Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrum pertranſijt animam eius, donec veniret verbum eius. Et lingua eius. Lectio vj. Cap. 1 circa init.

HInc enim argumentum totius hiſtoriæ proceſſit: ſimul vt cognoſcamus, perfectum virum non mouendum vlciſcẽdę dolore inuidiæ, nec malorum rependere vicem: vnde & Dauid ait: Si reddidi retribuentibus mihi mala. ℞. Memento mei, dum benè tibi fuerit, Vt ſuggeras Pharaoni, vt educat me de iſto carcere: quia furtim ſublatus ſum, & hic innocẽs in lacum miſſus ſum. ℣. Tres enim adhuc dies ſunt, poſt quos recordabitur Pharao miniſterij tui, & reſtituet te in gradum priſtinum: tunc memento mei. Vt ſuggeras Pharaoni. Lectio vij.

QVid autẽ eſſet, quòd pręferri Ioſeph mereret cęteris, ſi aut lędentes læſiſſet, aut diligentes dilexiſſet? Hoc enim plerìque faciunt; ſed illud mirabile, ſi diligas inimicum tuum: quod Saluator docet. ℞. Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrẽ noſtrum, videntes anguſtias animæ eius, dũ deprecaretur nos: & non audiuimus. Idcirco venit ſuper nos tribulatio. ℣. Dixit Ruben fratribus ſuis: nunquid non dixi uobis, nolite peccare in puerum, & non audiſtis me? Idcirco. L. viij.

IVre ergo mirãdus, qui hoc fecit ante Euangelium, vt læſus parceret, appetitus ignoſceret, venditus non referret iniuriam, ſed gratiam pro cõtumelia ſolueret: quod poſt Euangeliũ omnes didicimus, & ſeruare non poſſumus. ℞. Dixit Ruben fratribus ſuis: nũquid non dixi uobis, nolite peccare in puerum, & non audiſtis me? En ſanguis eius exquiritur. ℣. Meritò hęc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum, videntes anguſtias animæ eius, dum deprecaret nos, & nõ audiuim⁹. En.

In iij. noct. Aña. Omne regnũ in ſe ipſum diuiſum deſolabitur, & domus ſupra domũ cadet, dicit Dñs. Cant. Dñe miſerere. cum reliq. fol. 15.

Lectio S. Euãg. ſm Lucã. L. ix.

IN illo tempore: Erat Ieſus eijciens dæmoniũ, & illud erat mutum. Et cum eieciſſet Dęmoniũ, locutus eſt mutus, & admiratę ſunt turbę. Et rel. Ca. 1

Homil. Venerab. Bedę Presb.

DÆmoniacus iſte apud Matthęum non ſolùm mutus, ſed & cęcus fuiſſe narratur: curatuſq; dicitur à Domino, ita vt loqueretur, & videret. Tria ergo ſigna ſimul in vno homine perpetrata ſunt: Ex li[…] 4. cõ[…] ĩ eũ d[…] Ca. 4 ĩ init[…]

cęcus videt, mutus loquitur, possessus à Dęmone liberat. ℟. Tollite hinc vobiscũ munera, & ite ad Dominum terræ:& cum inueneritis,adorate eum super terram. Deus autem meus faciat eũ vobis placabilẽ: & remittat & hũc fratrem vestrum vobiscum,& eũ, quẽ tenet in vinculis. ℣. Sumite de optimis terræ frugibus in vasis vestris, & deferte viro munera. Deus autem meus faciat eũ vob. Lectio x.

QVod & tunc quidẽ carnaliter factum est,sed & quotidie completur in cõuersione credentium: vt expulso primùm Dęmone, fidei lumẽ aspiciat, deinde ad laudes Dei tacentia prius ora laxentur. ℟. Hic est frater vester minimus, de quo dixeratis mihi? Deus misereatur tibi, fili mi. Festinauitq; in domũ, & plorauit: quia erũpebant lachrymæ, & non poterat se cõtinere. ℣. Attollens autem Ioseph oculos,vidit Beniamin stantẽ: commota sunt omnia viscera eius super fratre suo. Festinauitque in domum, & plorauit: quia erumpeb. Lect. xj.

QVidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe Dęmoniorum eijcit Dæmonia.Non hæc aliqui de turba, sed Pharisęi calumniabantur, & Scribæ, sicut alij Euangelistę testantur. ℟. Dixit Ioseph vndecim fratribus suis: Ego sum Ioseph, quem vendidistis in Ægyptũ: adhuc viuit pater noster senior, de quo dixeratis mihi? Ite,adducite eum ad me, vt possit viuere. ℣. Bienniũ enim est,quòd cępit esse fames in terra: & adhuc restant anni quinque, quibus nec arari poterit, nec meti. Ite, adducite eum ad me,vt possit viuere. Lectio xij.

TVrbis quippè, quæ minus eruditæ videbantur, Domini semper facta mirantibus: illi contrà vel negare hæc, vel quæ negare nequiuerant, sinistra interpretatione peruertere laborabant: quasi nõ hæc diuinitatis, sed immũdi spiritus opera fuissent. ℟. Nunciauerunt Iacob dicẽtes: Ioseph filius tuus viuit, & ipse dominatur in tota terra Aegypti: quo audito reuixit spiritus eius,&dixit: Sufficit mihi: vadam & videbo eum, antequàm moriar. ℣. Cumq; audisset Iacob, quòd filius eius viueret, quasi de graui somno euigilans, ait: Sufficit mihi. Gloria patri. Sufficit mihi.

Sequentia S. Euãg. sm Lucã.

Ca. 11 ante med. IN illo tẽpore: Erat Iesus eijciens dęmonium, & illud erat mutũ: & cum eiecisset dęmonium, locutus est mutus,& admiratę sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub Principe dæmoniorũ eijcit dæmonia. Et alij tentantes, signũ de cęlo quęrebãt ab eo. Ipse autẽ vt vidit cogitationes eorũ, dixit eis:Omne regnũ ĩ seipsum diuisum desolabitur, & dom⁹ supra domum cadet.Si autem & Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnũ ipsius? quia dicitis in Beelzebub eijcere me dęmonia. Si autem ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt.Porrò si in digito Dei eijcio dęmonia, profectò peruenit in vos regnũ Dei. Cũ fortis armatus custodit atriũ suũ, in pace sunt omnia, quæ possidet:si autẽ fortior illo superueniẽs vicerit eũ, vniuersa arma eius diripiet,in quibus cõfidebat,& spolia ei⁹ distribuet. Qui nõ est mecũ,cõtra meest: & q nõ colligit mecũ, dispergit. Cũ immũdus spirit⁹ exierit ab hoĩe, ambulat per loca inaquosa,q̃rẽs requiẽ,& nõ inueniẽs, dicit.Reuertar ĩ domũ meã,vnde exiui.Et cũ venerit, inuenit eã scopis mundatã & ornatã:Tũc vadit,& assumit se ptẽ alios spiritus nequiores se, & ingressi habitãt ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Factũ est autẽ cũ hæc diceret, extollẽs vocẽ quędã mulier de turba, dixit illi:Beatus vẽter, qui te portauit,& vbera,quę suxisti.At ille dixit,Quinimò, Beati, qui audiũt verbũ Dei, & custodiunt illud. ℟. Am. Ad Laudes,Aña.

FAc benignè in bona volũtate tua:vt ędificentur Dñe muri Ierusalẽ. ps. Miserere. cũ rel. fol. 17. Aña. Dñs mihi adiutor est:non timebo q̃d faciat mihi hõ. Aña. De⁹ misereat nñi,& benedicat nos. Aña. Vi virtutis suę oblit⁹ est ignis: vt pueri tui liberarentur illęsi. Aña Sol,& Luna laudate Deũ, q̃a exaltatũ est nomẽ ei⁹ soli⁹. Cap. Frẽs,Estote. Ad Bñs,Aña. Cũ fortis armat⁹ custodit atriũ suũ: ĩ pace sunt oĩa q̃ possidet. Oro. Quęsum⁹ ops De⁹. vt s. Ad j. Aña Et cum eiecisset Iesus dęmoniũ, locutus est mutus: & admiratæ sunt turbæ. Ad iij. Antiphona Si in digito Dei eijcio dęmonia, profectò

peruenit in vos regnum Dei. Cap. Fres, Estote. Ad vj. Aña. Qui non colligit mecum, dispergit: & qui non est mecum, contra me est. Capitulum.

phe. HOc autem scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quòd est idolorũ seruitus) non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei. Ad ix. Aña. Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, quærẽs requiẽ, & nõ inuenit. Cap.

he. ERatis enim aliquando tenebræ: nũc autem lux in Domino: vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in oĩ bonitate & iustitia, & veritate. Ad Vesp. Aña & ps. Dixit Dñs. cum rel. f. 66. Ad Magn. Aña. Extollens vocem quędam mulier de turba dixit: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti. At Iesus ait illi. Quinimò, Beati qui audiũt verbum Dei, & custodiunt illud. Oratio. Quæsumus, &c.

FERIA SECVNDA.

Lec. S. Euãgel. ſm Lucam. L. j.

p. 4 IN illo tempore: Dixerunt Pharisæi ad Iesum: Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosij Epi.

Ex lib. 4. cõ. i. eũd. NOn ociosè itaque Saluator excusat, quòd nulla in patria sua miracula virtutis operatus sit: ne fortassis aliquis viliorem patrię nobis esse debere putaret affectum. Neque enim ciues poterat non amare, qui amaret omnes: sed ipse se charitate patriæ, qui inuident, abdicarunt. Lectio ij.

IN veritate dico vobis: multæ viduæ fuerunt in diebus Eliæ. Non quia Eliæ dies fuerunt: sed in quibus Elias operatus est: aut quia dies faciebat illis, qui in eius operibus lucem videbant gratię spiritalis, & conuertebantur ad Dñm: Et ideò aperiebatur cœlũ videntibus ęterna, & diuina mysteria: claudebatur, quando fames erat, q̃a nulla erat cognoscẽdę diuinitatis vbertas. L. iij.

ET multi leprosi erant in Iudæa temporibus Elisęi Prophetæ, & nemo eorũ mũdatus est, nisi Naaman Syrus, qui meritò in conspectu Dñi sui magnus, & admirabilis facie describitur, quoniã in eius typo salus futura Gentibus declaratur, qui sacratę consilio puellæ, quæ fractis viribus ciuium, in hostilem captiua venerat potestatẽ, à Propheta salutem

lutem sperare commonitus, non terreni regis imperio, sed diuinæ misericordiæ liberalitate sanatur. Ad Bñs. Antiph. Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus est in patria sua. Oratio.

COrdibus nostris, quæsumus Domine, gratiã tuã benignus infunde: vt sicut ab escis corporalibus abstinem?, ita sensus quoque nostros à noxijs retrahamus excessibus. Per Dominum nostrum, &c. Ad Mag. Aña. Iesus autẽ transiẽs p̃ mediũ illorũ ibat. Orõ.

SVbueniat nobis Domine misericordia tua: vt ab imminentibus peccatorum nostrorũ periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante saluari. Per Dominũ nostrũ.

FERIA TERTIA.

Lec. S. Euãgelij ſm Matth. L. j.

Ca. 18 IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipsum solum. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Epi.

Ex ser. 16. de ver. domini ante med. QVare illũ corripis? Quia tu doles, quòd peccauerit in te? Absit. Si amore tui id facis, nihil facis: si amore illius facis, optimè facis. Denique in ipsis verbis attende, cuius amore id facere debeas; verum tui, an illius. Si te audierit, inquit, lucratus eris fratrem tuũ. Ergo propter illũ fac, vt lucreris illum. L. ij.

QVid ergo est, quod plerique homines ista peccata contẽnunt, & dicunt: quid magnum feci? in hominẽ peccaui. Nemo ergo contemnat quando peccauit in fratrem: ait enim in quodã loco Apostolus. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes cõsciẽtiam eorum infirmã, in Christum peccatis: ideo quia mẽbra Chr̃i oẽs facti sumus. L. iij.

QVomodo non peccas in Christum, qui peccas in membrum Christi? Nemo ergo dicat; quia non peccaui in Deum, sed peccaui in fratrem. In hominẽ peccaui, leue peccatum est, vel nullum peccatum est. Fortè tamẽ dicis, leue est, quia citò curatᷣ. Peccasti in fratrem: fac satisfactionem, & sanatus es. Ad Bñs, Aña. Si duo ex vobis consenserint super terram; de omni re, quãcunq; petierint, fiet illis à patre meo, dicit Dominus. Oratio.

EXaudi nos omnipotens, & misericors Deus: & cõtinẽtiæ salutaris propitius nobis

bis dona cõcede. Per. Ad Mag. Aña. Vbi duo, vel tres congregati fuerint in noĩe meo, ĩ medio eorũ sum, dicit Dñs. Oro.

TVa nos Dñe protectione defende: & ab omni semper iniquitate custodi. Per.

FERIA QVARTA.

Lctõ S. Euãg. ẽm Matth. Lec. j.

a.15 IN illo tpe: Accesserunt ad Iesum ab Ierosolymis Scribæ, & Pharisęi, dicẽtes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones Seniorum? Et rel.

Homil. S. Hieronymi Presbyt.

x li.2 m.1 nd. MIra Pharisęorum, Scribarumq; stultitia. Dei filium arguunt, quare discipuli eius hominum traditiones, & præcepta non seruent. Non enim lauant manus suas, cùm panem manducant. Manus, idest, opera, nõ corporis vtiq;, sed animæ lauandæ sunt, ut fiat in illis verbum Dei. L. ij.

IPse autẽ respõdens, ait illis: Quare & vos transgredimini mãdatũ Dei, propter traditionem vestrã? Falsam calũniã vera responsione cõfutat. Cũ, ĩquit, vos ꝓpter traditionẽ hominũ p̃cepta Dei negligatis, quare discipulos meos arguẽdos putatis, quòd seniorum iussa paruipendant, vt Dei scita custodiant? Lectio iij.

PRæceperat Dñs, vel imbecillitates, vel ętates, vel penurias parentum considerans, vt filij honorarent etiã in vitę necessarijs ministrandis parẽtes suos. Hanc prouidentissimam Dei legem volẽtes Scribæ, & Pharisæi subuertere; vt impietatem sub nomine pietatis inducerent, docuerũt pessimos filios, vt, siquis ea, quæ parentibus offerẽda sunt, Deo vouere voluerit, qui verus est pater; oblatio Dei præponatur parẽtum muneribus. Ad Bñs, Antiphona. Audite & intelligite traditiones, quas Dominus dedit nobis. Oratio.

PRæsta nobis, q̃sumus Dñe, vt salutaribus ieiunijs eruditi: à noxijs quoq; vitijs abstinentes, propitiationẽ tuam facilius impetremus. Per Dñm. Ad Mag. Aña. Non lotis manibus manducare, non coinquinat hominem. Oratio.

COncede, quæsumus omnipotens Deus, vt qui ꝓtectionis tuæ gratiam quærimus, liberati à malis omnibus secura tibi mente seruiamus. Per Dominum nostrũ.

FERIA QVINTA.

Lectio S. Euãg. ẽm Luca. L. j.

IN illo tpe: Surgens Iesus de Synagoga, intrauit in domũ Ca.14 Simonis: Socrus autẽ Simonis tenebatur magnis febribus. Et rel.

Homilia S. Ambrosij Epi.

Ex li. 4. cõ. ieũd. VIde clementiã Domini Saluatoris. Nec indignatione commotus, nec scelere offensus, nec iniuria violatus Iudęam deserit: quin etiã immemor iniuriæ, memor clementiæ, nunc docendo, nunc liberando, nũc sanãdo, infidæ plebis corda demulcet. L. ij.

ET benè sanctus Lucas virum à spiritu nequitię liberatum antè pręmisit; & subdidit fęminę sanitatẽ. Vtrũq; enim sexũ Dñs curaturus aduenerat: & prior sanari debuit, qui prior creatus est: nec prætermitti illa debuit, quæ mobilitate magis animi, quã prauitate peccauerat. Lectio iij.

VTerque igitur deceptus à Diabolo est: sanatus à Chrõ. Sequere cætera, & Euãgelicę lectionis disce mysteria: atque in duorum sanitate publicæ Sacramentum salutis agnosce. Sicut enim in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes viuificabũtur. Ad Benedictus, Aña. Exibant autem dæmonia à multis clamantia, & dicentia: quia tu es Christus filius Dei: & increpans, non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Oratio.

MAgnificet te Dñe, sanctorum tuorum Cosmę, & Damiani beata solennitas, qua & illis gloriam sempiternam, & opem nobis ineffabili prouidentia contulisti. Per. Ad Mag. Aña. Omnes, qui habebãt infirmos, ducebãt illos ad Iesum, & sanabantur. Oro.

SVbiectum tibi populum, quæsumus Dñe, propitiatio cęlestis amplificet: & tuis semper faciat seruire mandatis. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

FERIA SEXTA.

Lec. S. Euãgelij ẽm Iohan. L. j.

IN illo tempore: Venit Iesus in ciuitatem Samariæ, Cap.4 quæ dicitur Sichar, iuxtà prędium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Epi.

IIbi fatigatus est ab itinere Iesus. Inuenimus virtutem Iesu, & inuenimus infirmum Iesum, fortẽ, & infirmum: fortem, quia in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum. Vis videre, quã iste filius Dei fortis sit? Omnia per ipsum Ex tracta.15 post init.

facta

facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil. Infirmum uis noſſe? Verbum caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Lectio ij.

QVare ergo hora ſexta? Quia ætate ſeculi ſexta. Computa in Euangelio tãquã vnam horam, vnam ętatem ab Adam vſque ad Noë: ſecũdã à Noë vſque ad Abraham: tertiam ab Abrahã vſque ad Dauid: quartam à Dauid vſq; ad tranſmigrationem Babylonię: quintam à trãſmigratione Babyloniæ vſque ad baptiſmum Iohãnis: inde ſexta agit. L. iij.

QVid miraris? Venit Ieſus, & humiliando ſe venit: ad puteũ fatigatus venit, quia infirmam carnem portauit. Hora ſexta, quia ætate ſeculi ſexta: ad puteum, quia ad profunditatem huius habitationis noſtræ: ſedit, vt dixi, quia humilis venit. Et venit mulier forma Eccleſiæ non dum iuſtificatæ, ſed iuſtificandæ, nam hoc agit ſermo. Venit ignara, inuenit eum, & agitur cũ illa. Ad Bñs. Aña. Aquam, quam ego dedero, ſiquis biberit ex ea, non ſitiet in ęternũ. Oro.

IEiunia noſtra q̃ſumus Domine, benigno fauore proſequere: vt ſicut ab alimentis abſtinemus in corpore, ita à vitijs ieiunemus in mente. Per Dominum noſtrum, &c. Ad Mag. Aña. Domine, vt video, Propheta es tu: patres nr̃i in mõte hoc adorauerũt. Oro.

PRæſta queſumus omnipotens Deus, vt qui in tua ꝓtectione confidimus: cuncta nobis aduerſantia te adiuuante vincamus. Per Dominum.

SABBATHO.

Lec. S. Euãgelij ſm̃ Iohan. L. j.

IN illo tempore: Perrexit Ieſus in montem Oliueti, & diluculò iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & ſedens docebat eos. Et reliqua. Cap. 8

Homilia S. Auguſtini Epi.

NVnc iam attẽdite, vbi ab inimicis tentata ſit Dñi manſuetudo. Adducunt illi Scribæ, & Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam, & ſtatuerũt eam in medio, & dixerunt ei: Magiſter, hæc mulier modò deprehenſa eſt in adulterio: in lege autẽ Moyſes mandauit huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? L. ij. Ex tra cta. 33 poſt init.

NOn dixit, Non lapidetur, ne contra legem dicere videretur. Abſit autem vt diceret, Lapidetur: Venit enim nõ perdere quod inuenerat, ſed quærere quod perierat. Quid ergo

ergo reſpondit? Videte, quàm plenum ſit iuſtitia, plenũ manſuetudine, & veritate. Qui ſine peccato eſt veſtrũ, inquit, prior in illam lapidem mittat. L. iij.

O Reſponſio ſapiẽtię, quomodo eos intromiſit in ſemetipſos? Foris enim calumniabantur, ſeipſos intrinſecus non perſcrutabantur: adulterã videbant, ſe non perſpiciebãt: præuaricatores legis legẽ implere cupiebant, & hoc calũniando, non verè tamquàm adulterã à caſtitate dãnando. Ad Bñs. Aña. Inclinauit ſe Ieſus, & ſcribebat in terra: Siquis ſine peccato eſt, mittat in eam lapidem. Oratio.

PRæſta, quæſumus omnipotens Deus: vt qui ſe affligendo, carnem ab alimentis abſtinent, ſectando iuſtitiam, à culpa ieiunent. Per Dñm.

Ad Veſperas, Capitulum.

FRatres, Scriptum eſt, quoniam Abrahã duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera: ſed qui de ancilla, ſecundùm carnem natus eſt: qui autem de libera, per repromiſſionem: quæ ſunt ꝑ allegoriã dicta. Ad Mag. Aña. Nemo te ꝯdẽnauit mulier? nemo Dñe, nec ego te ꝯdẽnabo: iã amplius noli peccare. Oro. Gal. 4.

COncede quæſumus omnipotens Deus, vt qui ex merito noſtræ actionis affligimur: tuæ gratiæ conſolatione reſpiremus. Per Dominum.

DOMINICA IIII.

In Quadrageſima.

De Libro Exodi. Lectio j.

MOyſes autẽ paſcebat oues Iethro ſoceri ſui Sacerdotis Madiã: cũq; minaſſet gregem ad interiora deſerti, venit ad montem Dei Horeb. Apparuitq; ei Dominus in flãma ignis de medio rubi: & videbat quod rubus arderet, & non combureretur. ℟. Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Deſcende in Aegyptum, & dic Pharaoni: Vt dimittat populum meum: induratum eſt cor Pharaonis, non uult dimittere populum meum, niſi in manu forti. ℣. Clamor filiorum Iſrael venit ad me, vidiq; afflictionem eorum: ſed veni mittam te ad Pharaonem. Vt dimittat. L. ij. Cap. 3 i init.

DIxit ergo Moyſes: Vadã, & videbo viſionem hãc magnam, quare non comburatur rubus. Cernens autem Dominus, quod pergeret ad videndum, vocauit eũ de medio rubi; & ait: Moyſes, Moyſes.

ses. Qui respondit: Adsum. At ille, Ne appropies, inquit, huc, solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, terra sancta est. ℟. Stetit Moyses coram Pharaone, & dixit: Hæc dicit Dominus: Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto. ℣. Dominus Deus Hebræorū misit me ad te dicens. Dimitte populum meum, vt sacrificet. Lectio iij.

ET ait: Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Abscondit Moyses faciē suam: non enim audebat respicere contra Deum. ℟. Cantemus Domino: gloriosè enim honorificatus est: equum, & ascēsorem proiecit in mare. Adiutor & protector factus est mihi Dominus in salutē. ℣. Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius. Adiutor & protector. Lectio iiij.

QVi ait Dominus: Vidi afflictionē populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui, propter duritiam eorum, qui præsunt operibus: & sciens dolorem eius, descēdi, vt liberem eum de manu Aegyptiorum, & educam de terra illa in terram bonā, & spatiosam, in terram, quæ fluit lacte & melle: ad loca Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi. ℟. In mari viæ tuæ, & semitæ tuæ in aquis multis. Deduxisti sicut oues populū tuū in manu Moysi, & Aaron. ℣. Transtulisti eos per mare rubrum, & transuexisti eos per aquam nimiam. Deduxisti. Gloria Patri, & fi. Deduxisti.

Sermo S. Basilij Magni. L. v.

MOysen per ieiuniū nouimus in montē ascēdisse: neque enim aliter ausus esset verticem fumantem adire, atque in caliginem ingredi, nisi ieiunio munitus. Per ieiunium mandata digito Dei in tabulis conscripta suscepit. ℟. Qui persequebantur populum tuū Domine, demersisti eos in profundum. Et in columna nubis ductor eorum fuisti. ℣. Deduxisti sicut oues populum tuum, in manu Moysi, & Aaron. Et in columna nubis. Lectio vj.

Ex ser. 1. de ieiu. ante medium.

ITem supra montem ieiunium legis latæ conciliator fuit, inferius verò Gula ad idololatriā populum deduxit, & contaminauit. Sedit, inquit, populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. ℟. Ecce mitto Angelum meum,

meum, qui præcedat te, & custodiat semper. Obserua, & audi vocem meam, & inimicus ero inimicis tuis, & affligentes te affligam: & præcedet te Angelus meus. ℣. Israel si audieris me, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum: Ego enim Dominus. Obserua, & audi vocem meam, &. Lectio vij.

QVadraginta dierum laborem ac perseuerantiā Dei seruo continuò ieiunante, ac orante, vna tantùm populi ebrietas cassam, irritāq; reddidit. Quas enim tabulas Dei digito conscriptas ieiuniū accepit, has ebrietas contriuit, Propheta sanctissimo indignum existimante, vinolentum populum ex Deo legem accipere. ℟. Audi Israel præcepta Domini, & ea in corde tuo quasi in libro scribe. Et dabo tibi terram fluētem lac, & mel. ℣. Obserua igitur, & audi vocem meam, & inimicus, ero inimicis tuis. Et dabo tibi terram fluen. L. viij.

VNo enim temporis momento, ob gulam populus ille per maxima prodigia Dei cultum edoctus in Aegyptiacam idololatriam turpissimè deuolutus est. Ex quo, si vtrumque simul conferas, videre licet, ieiunium ad Deū ducere, delicias verò salutem perdere. ℟. Moyses famulus Dei ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: Vt legem Domini mereretur accipere. ℣. Ascendens Moyses in montem Synai ad Dominum, fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Vt legem Domini.

In iij. nocturno. Antiphona.

Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant, dixit Iesus discipulis suis. Cāt. Domine miserere. cum rel. f. 15.

Lectio sancti Euangelij secundùm Iohannem. Lectio ix.

Cap. 6

IN illo tempore: Abijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis: & sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Epi.

Ex tra cta. 24 in eū dem init.

MAius miraculum est gubernatio totius mundi, quàm saturatio quinque millium hominum de quinque panibus. Et tamen hoc nemo miratur: Illud mirantur homines, non quia maius est, sed quia rarum est. Quis enim & nūc pascit vniuersum mundum,

mundum, nisi ille, qui de paucis granis, segetes creat? ℟. Splẽdida facta est facies Moysi, dum respiceret in eum Dominus. Vidẽtes Seniores claritatem vultus eius, admirantes timuerunt valde. ℣. Cũq; descendisset de monte Synai, portabat duas tabulas testimonij, ignorãs, quòd cornuta esset facies eius ex consortio sermonis Dei. Videntes. Lect. x.

Fecit ergo quomodo Deus: vnde enim multiplicat de paucis granis segetes, inde in manibus suis multiplicauit quinq; panes. Potestas enim erat in manibus Christi: panes autem illi quinque, quasi semina erant: non quidem terræ mandata, sed ab eo, qui terram fecit, multiplicata. ℟. Attendite popule meus legem meam. Inclinate aurem vestram in verba oris mei. ℣. Aperiã in parabolis os meũ, loquar propositiones ab initio seculi. Inclinate. Lect. xj.

Hoc ergo miraculum, sicut audiuimus, quã magnum est, quæramus etiam, quàm profundum sit. Accepit ergo Dominus Iesus panes, grãtias egit, iussit frãgi panes, poni ante discumbentes. Fracti sunt panes, positi ante discumbentes, non iam quinq; panes, sed quod adiecerat, qui creauerat, quod auctum erat. ℟. Vos qui transituri estis Iordanem, ædificate altare Dño. De lapidibus quos ferrum nõ tetigit: & offerte super illud holocausta, & hostias pacificas Deo vestro. ℣. Cumq; intraueritis terram, quam Dñs daturus est uobis: ædificate ibi altare Dño. De lapidib⁹. L. xij.

Et de piscibus quantũ sufficiebat. Parum est turbã illam fuisse satiatam, etiam fragmenta resederunt: & ipsa colligi iussa sunt, ne perirent. Et impleuerũt duodecim cophinos fragmentorũ. Breuiter vt curramus, quinque panes intelliguntur quinq; libri Moysi; meritò non triticei, sed hordeacei, quia ad vetus testamẽtum pertinent. ℟. Sicut fui cũ Moyse, ita ero tecum, dicit Dominus. Confortare, & esto robustus: introduces populũ meum ad terram lacte, & mel le manantem. ℣. Noli timere, quoniam tecum sum: ad quęcunque perrexeris, nõ dimittam te, neque derelinquam. Confortare, & esto robustus. ℟. xiij. Adduxi vos per desertum quadraginta annis ego Dominus, non sunt attrita vestimenta

stimenta uestra. Manna de cęlo plui vobis, & obliti estis mei, dicit Dominus. ℣. Ego eduxi uos de terra Aegypti, & de domo seruitutis liberaui vos. Mãna de cęlo plui vobis. Sequẽtia S. Euang. sm Iohan.

Cap. 6 I init.

In illo tempore: Abijt Iesus trans mare Galileæ, quod est Tiberiadis, & sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, q infirmabantur. Subijt ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autẽ proximum Pascha dies festus Iudęorum. Cùm subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eũ, ipse enim sciebat, quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes nõ sufficient eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas nomine, frater Simonis Petri: Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed hęc q̃d sunt inter tantos? Dixit ergo eis Iesus: Facite homines discumbere: Erat autem fęnum multum in loco. Discubuerũt ergo viri numero quasi quinque millia. Accepit ergo Iesus panes, & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter & de piscibus quãtum volebant. Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerũt duodecim cophinos fragmentorũ ex quinque panibus hordeaceis, quę superfuerunt his, qui manducauerant. Illi ergo homines, cũ vidissent quod fecerat signum, dicebãt, Quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum. Iesus ergo cũ cognouisset, qa venturi essent, vt raperent eum, & facerent eũ regem, fugit iterum in montem ipse solus. ℟. Amen.

Ad Laudes, Antiphona.

Tunc acceptabis sacrificiũ iustitiæ, si auerteris faciẽ tuã à peccatis meis. ps. Miserere. cũ rel. de Dñica f. 17. Aña. Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in principibus. Antiph. Benedicat nos Deus, Deus noster: benedicat nos Deus. Aña. Potẽs es Dñe eripere nos de manu forti; libera

bera nos Deus noster. Aña. Reges terræ, & omnes populi laudate Deum. Cap. Fratres, Scriptum est. Ad Bñs, Antiph. Cùm subleuasset oculos Iesus, & vidisset maximam multitudinem venientem ad se, dixit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eũ: ipse enim sciebat quid esset facturus. Oratio. Cõcede quæsumus. Ad j. Aña. Accepit ergo Iesus panes, & cum grãs egisset, distribuit discũbẽtib⁹. Ad iij. Aña. De quinque panibus, & duobus piscibus satiauit Dominus quinque millia hominum. Cap. Fratres, Scriptum est. Ad vj. Aña. Satiauit Dominus quinq; millia hominum de quinque panibus, & duobus piscibus. Capitulũ.

Isa. 54 Lætare sterilis, quæ non paris: erũpe & clama, quæ non parturis: quia multi filij desertę, magis quàm eius, quę habet virum. Ad ix. Aña. Illi ergo homines, cum vidissent quod fecerat Iesus signum, intra se dicebant, quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum. Capitulum.

Gal. 4. Itaque fratres non sumus ancillę filij, sed liberæ: qua libertate Chrs nos liberauit.

Ad Vesp. Aña. Dixit Dñs. cum reliq. f. 66. Cap. Fratres, Scriptum est. Ad Magn. Aña. Subijt ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Oratio. Concede quæsumus. Oratio vt supra.

FERIA SECVNDA.

Lec. S. Euãgel. ẽm Iohan. L. j.

In illo tempore: Propè erat Pascha Iudæorum: & ascendit Iesus Ierosolymam, & inuenit in tẽplo vendẽtes oues, & boues, & columbas. Et rel. Cap. 2

Homilia S. August. Episcopi.

Nouit Charitas vr̃a, quòd sacrificia illi populo pro eius carnalitate, & corde lapideo, talia data sunt, quibus teneretur, ne in Idola deflueret; & immolarent ibi sacrificia, boues, & oues, & columbas. Nostis, quia legistis. Nõ ergo magnum peccatum, si hoc vẽdebant in templo, quod emebatur, vt offerretur in templo: & tamen eiecit inde illos. L. ij. (Ex tra cta. 10 ĩ eũd. post init.)

Vt autem in figura quæramus mysterium facti, qui sunt qui oues vendunt, & colũbas? Isti sunt qui sua quęrunt in Ecclesia, non quæ Iesu Christi. Venale habent totum, qui nolunt redimi: emi nolũt, & vendere uolunt. Bonum est eis, vt redimantur sanguine

Christi;

Christi, vt perueniant in pace Christi. Lectio iij.

Quid enim prodest acquirere in hoc seculo quodlibet temporale, & transitorium, siuè sit pecunia, siuè sit voluptas ventris, & gutturis, siuè sit honor in laude humana? Nonne omnia fumus, & ventus? Nonne omnia transeunt, & decurrunt? Et væ his, qui inhæserint transeuntibus, quia simul transeunt. Ergo tenere debemus omnes affectus à talibus concupiscentijs.

Ad Bñs, Aña. Auferte ista hîc, dicit Dominus: & nolite facere domum patris mei, domũ negociationis. Oratio.

Præsta quęsumus omnipotẽs Deus: vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes: & corpore tibi placeamus, & mente. Per Dominũ.

Ad Magn. Aña. Soluite templum hoc, dicit Dominus: & post triduũ reædificabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Oratio.

Deprecationem nostram, quæsumus Domine, benignus exaudi: & quibus supplicandi pręstas affectum: tribue defensionis auxilium. Per Dñm nostrum Iesum Christũ filium tuum. Qui tecum, &c.

FERIA TERTIA.

Lec. S. Euãgelij ẽm Iohã. L. j.

In illo tempore: Iam die festo mediante ascendit Iesus in templũm, & docebat, & admirabantur Iudæi. Et rel. Cap.

Homilia S. Augustini Epi.

Quid ergo Dominus respõdit eis admirantib⁹, quomodo sciret litteras, quas non didicerat? Mea doctrina, inquit, non est mea, sed eius, qui misit me. Hæc est profunditas prima. Videtur enim paucis verbis quasi contraria locutus. Non enim ait: Ista doctrina non est mea: sed, mea doctrina non est mea: si non tua, quomodo tua? si tua, quomodo non tua? Tu enim dicis vtrumque, & mea doctrina, & non mea. (Ex tra cta. 2 ĩ eũd sub init.) ℟. Quid me quęritis interficere hominem, qui vera locutus sum vobis? Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo; si autem benè, quid me cędis? ℣. Multa bona opera operatus sum vobis; propter quod opus vultis me occidere? Si malè. Lec. ij.

Si ergo diligẽter intueamur quod in exordio dicit sanctus Euangelista, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: inde pendet huius solutio

lutio quæstionis. Quæ est doctrina Patris, nisi Verbũ Patris? Ipse ergo Christus doctrina Patris, si Verbũ Patris. Sed quia verbum non potest esse nullius, sed alicuius, & etiã suã doctrinã dixit seipsum, & nõ suã, q̃a Patris est Verbũ. L. iij.

Quid enim tã tuum, quàm tu? & quid tàm non tuũ, quàm tu, si alicuius est, quod es? Verbum ergo & Deus est, & doctrinę stabilis Verbũ est, non sonabilis per syllabas, & volatilis, sed manẽtis cum Patre, ad quam conuertamur mentem, sonis trãseũtibus admoniti. Non enim nos ita admonet quod transit, vt ad trãsitoria nos vocet: ita admonemur, vt diligamus Deum.

Ad Bñs, Aña. Quid me quæritis interficere, hominẽ, qui vera locutus sum vobis? Orõ.

Sacræ nos, quæsumus Domine, obseruationis ieiunia, & piæ cõuersationis augmentum; & tuæ propitiationis continuum præstent auxilium. Per Dominum nostrũ.

Ad Mag. Aña Nemo in eum misit manum, quia nõ dũ venerat hora eius. Oratio.

Miserere Domine populo tuo: & cõtinuis tribulationibus laborãtem propitius respirare concede. Per Dominum nostrum Iesum Christũ.

FERIA QVARTA.

Lect. S. Euang. s̃m Iohan. L. j.

In illo tempore: Præteriens Iesus vidit hominem cęcũ a natiuitate: & interrogauerũt eum discipuli ei⁹: Rabbi, quis peccauit hic, aut parẽtes eius, vt cęcus nasceretur? Et rel. Cap. 9

Homilia S. Augustini Epi.

Ea quę fecit Dominus noster Iesus Christus, stupẽda atque miranda, & opera, & verba sunt: opera, quia facta sunt: verba, quia signa sunt. Si ergo quid significet hoc, quod factum est, cogitemus: genus humanum est ille cęcus. Hæc enim cęcitas cõtigit in primo homine p̃ peccatũ, de quo oẽs originẽ duxim⁹, nõ solũ mortis, sed etiam iniquitatis. L. ij. Ex tra cta. 44 ĩ eũdẽ sub init.

Venit Dominus: Quid fecit? Magnum mysterium commendauit: Expuit in terram, de saliua sua lutum fecit; quia Verbũ caro factum est. Et inunxit oculos cęci. Inunctus erat, & non dum videbat. Misit illum ad piscinam, quæ vocatur Siloe, quod interpretatur missus. Iam qui sit missus, agnoscitis: nisi enim ille fuisset missus, nemo nostrum esset ab iniqtate dimiss⁹. L. iij.

Lauit

Lauit ergo oculos in ea piscina, q̃ interpretat᷑ Missus, Baptizatus est in Christo. Si ergo quãdo eum in semetipso quodam modo baptizauit, tunc illuminauit: quando inunxit, fortasse Cathecumenũ fecit. Ad Bñs, Aña. Rabbi, quid peccauit homo iste, quòd cęcus natus est? Respondit Iesus, & dixit: Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo. Oratio.

Deus, qui & iustis pręmia, & peccatoribus per ieiunium veniam præbes: miserere supplicibus tuis: vt reatus nostri confessio indulgẽtiam percipere valeat delictorum. Per Dominum nostrum.

Ad Mag. Aña. Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit ex sputo, & liniuit oculos meos, & modò video. Oratio.

Pateant aures misericordię tuæ Domine precibus supplicantium: & vt petentibus desiderata cõcedas, fac eos quę tibi sunt placita, postulare. Per Dominum nostrum, &c.

FERIA QVINTA.

Tres Lectiones de Homilia in Euangelium. Ibat Iesus in Ciuitatẽ, quæ vocatur Naim. quæ habet infra in Dñica decima quinta post Pentec. f.

Ad Bñs, Aña Ibat Iesus in Ciuitatem, quæ vocatur Naim: & ecce defunctus efferabatur filius vnicus matris suæ. Orõ.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, vt quos ieiunia votiua castigant, ipsa quoque deuotio sancta lætificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cęlestia capiamus. Per.

Ad Magn. Aña. Propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebẽ suã. Orõ.

Populi tui Deus institutor & rector, peccata, quibus impugnatur, expelle: vt semp tibi placitus, & tuo munimine sit securus. Per Dominum.

FERIA SEXTA.

Lectio sancti Euãgelij secundũ Iohannem. Lectio j.

In illo tempore: Erat quidam languẽs Lazarus à Bethania, de Castello Mariæ, & Marthæ sororum eius. Et rel. Ca. 11

Homilia S. Augustini Epi.

Domine, ecce quem amas, infirmatur. Non dixerũt, Veni. Amanti enim tantummodo nunciandũ fuit. Nõ ausæ sunt dicere. Veni, & sana. Non ausæ sunt dicere: Ibi iube, & hic fiet. Sufficit enim vt noueris: non enim amas, & deseris. Lectio ij. Ex tra cta. ĩ eũ sub init.

SEd dicet aliquis: Quomodo per Lazarum peccator significabatur, & à Domino sic amabatur? Audiat eum dicentem: Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Si enim peccatores Deus non amaret, de cœlo ad terram non descenderet. Lectio iij.

AVdiens autem Iesus, dixit eis. Infirmitas hęc nõ est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur Filius Dei per eam. Talis glorificatio ipsius non ipsum auxit, sed nobis ꝓfuit. Hoc est ergo, quod ait, Non est ad mortem, quia & ipsa mors non erat ad mortem: sed potius ad miraculum: quo facto crederent homines in Christum, & vitarent verã mortem. Ad Bñs, Antiphona. Lazarus amic⁹ noster dormit: eamus, & à somno excitemus eum. Oratio.

DEus, qui ineffabilibus mundum renouas sacramentis, præsta quæsumus: vt Ecclesia tua, & æternis proficiat institutis, & temporalibus non destituatur auxilijs. Per Dominum nostrum Iesum.

Ad Magn. Antiphona. Domine si fuisses hic, Lazarus non esset mortu⁹: ecce iã fętet quatriduanus in monumẽto. Orõ.

DA quæsumus omnipotens Deus: vt qui infirmitatis nostræ conscij, de tua virtute cõfidimus: sub tua semper pietate gaudeamus. Per Dominũ nostrũ Iesum Christum filium tuum. Qui tecũ.

SABBATHO.

Lect. S. Euang. sm Iohan. 1.j. Cap. 8

IN illo tempore: Dicebat Iesus turbis Iudæorum: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumẽ vitæ. Et rel.

Homilia S. Augustini Epi.

NOn est Dominus Christus Sol factus, sed per quem Sol factus est: Omnia enim per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Est ergo lux, qui fecit hanc lucem. Hanc amemus, hanc intelligere cupiamus, ipsam sitiamus; vt ad ipsam lucem aliquando veniamus, & in illa ita viuamus, vt nunquàm omnino moriamur. Lectio ij. Ex tractã. 39 ĩ eũd. sub init.

ERgo, fratres mei, quod Dominus breuiter ait: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulabat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Quibus verbis aliud est, quod iussit; aliud quod promisit. Faciamus quod iussit, ne impudenti fronte desideremus quod promisit: ne dicat nobis in iudicio suo: Fecisti enim quod iussi, vt petas quod promisi? Lectio iij.

QVid ergo iussisti Domine Deus noster? Dicet tibi, vt sequereris me. Consilium vitæ peristi, cuius vitæ, nisi de qua dictum est: Apud te est fons vitæ? Audiuit quidam, Vade, vende omnia, quę habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me: Tristis abscessit, non est secutus. Quæsiuit magistrum bonum, interpellauit Doctorem, & cõtempsit docentem: tristis abscessit, ligatus cupiditatibus suis. Ad Bñs, Antiphona. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vitæ, dicit Dominus. Oratio.

FIat Domine quæsumus per gratiam tuam fructuosus nostræ deuotionis affectus: quia tunc nobis proderunt suscepta ieiunia: si tuæ sint placita pietati. Per Dominum nostrũ Iesum Christum.

Ad Vesperas, Capitulum.

Heb. 9 FRatres: Christus assistens Pontifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius tabernaculum non manu factum, id est, non huius creationis: neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. ℟. br. Erue a framea Deus animam meam. ℣. Et de manu canis vnicam meam. Deus animam meam.

Erue à framea. Hymnus.

VExilla Regis prodeunt,
Fulget crucis mysterium,
Quo carne carnis conditor
Suspensus est patibulo.
Quo vulneratus insuper
Mucrone diro lanceæ,
Vt nos lauaret crimine,
Manauit vnda sanguine.
Impleta sunt quæ concinit
Dauid fidelis carmine,
Dicens in nationibus,
Regnauit à ligno Deus.
Arbor decora, & fulgida,
Ornata regis purpura,
Electa digno stipite,
Tàm sancta mẽbra tãgere.
Beata, cuius brachijs
Secli pependit precium,
Statera facta corporis,
Prædamq; tulit tartari.
O crux aue spes vnica
Hoc passionis tempore:
Auge pijs iustitiam,
Reisq; dona veniam.
Te, summa Deus Trinitas,
Collaudet omnis Spiritus;

 Quos

Quos per Crucis mysteriũ
Saluas, rege per secula. Aṁ.
℣. Eripe me Domine ab homine malo. ℟. A viro iniquo eripe me. Ad Magn. Aña. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso: & testimoniũ perhibet de me, qui misit me Pater. Oratio.

Quæsumus omnipotens Deus, familiam tuã propitius respice: vt te largiente regatur in corpore, & te seruãte, custodiatur in mente. Per.

Ab hoc Sabbatho vsq; ad feriam ij. post Octauam Pentec. non fiunt comm. communes.

DOMINICA
DE PASSIONE.

Ad Matut. Inuitatoriũ Hodie si vocem Domini audieritis, Nolite obdurare corda vestra. Quod dicitur vsq; ad fer. v. in cœna Dñi, etiã ĩ feriali officio. In Psalmo. Hodie si vocem. dr̃ loco Inuitatorij. Deinde quod sequitur. Sicut in exacerbatione. In fine huius psalmi non dicitur Gloria Patri. hoc tempore passionis, nisi in festis, & in officio paruo beatę Virginis, sed eius loco repetitur Inuitat. Quod seruatur in omnibus Responsorijs, tàm breuibus, quàm prolixis, vbi Gloria Pri. deberet dici. Hym.

Fortunati Epi.

Pange lingua gloriosi
Pręlium certaminis,
Et super crucis tropheum
Dic triumphum nobilem,
Qualiter Redemptor orbis
Immolatus vicerit.
De parentis protoplasti
Fraude facta condolens,
Quando pomi noxialis
Morte morsu corruit,
Ipse lignum tunc notauit
Damna ligni vt solueret.
Hoc opus nostræ salutis
Ordo depoposcerat,
Multiformis proditoris
Ars vt artem falleret,
Et medelam ferret inde,
Hostis vnde lęserat.
Quando venit ergo sacri
Plenitudo temporis,
Missus est ab arce patris
Natus orbis conditor,
Atq; ventre virginali
Caro factus prodijt.
Vagit infans inter arcta
Conditus pręsepia,
Membra pannis inuoluta
Virgo mater alligat,
Et manus, pedesq;, & crura
Stricta cingit fascia.
Gloria & honor Deo
Vsquequo Altissimo,
Vna Patri, Filioq;,
Inclyto Paraclito,
Cui laus est, & potestas
Per immensa secula. Amẽ.

Ad Noctur. omnia vt in Psalterio. ℣. Erue à framea. ibidem tempore Passionis.

Incipit Liber Iere. Proph. L. j.

Cap. 1 ĩ init. Verba Ieremiæ filij Helchiæ, de Sacerdotibus qui fuerunt in Anathoth in terra Beniamin. Quod factum est verbum Domini ad eũ in diebus Iosię, filij Amon regis Iuda in tertio decimo anno regni eius. Et factum est in diebus Ioachim filij Iosiæ regis Iuda vsque ad consummationem vndecimi anni Sedechię filij Iosiæ regis Iuda vsque ad transmigrationem Ierusalem in mense quinto. ℟. Isti sunt dies, quos obseruare debetis temporibus suis. Quartadecima die ad vesperum Pascha Domini est, & in quintadecima solennitatem celebrabitis altissimo Domino. ℣. Locutus est Dominus ad Moysen dicens: loquere filijs Israel, & dices ad eos. Quartad. L. ij.

Et factum est verbũ Domini ad me dicẽs. Priusquàm te formarẽ in vtero noui te, & antequàm exires de vulua sanctificaui te, & Prophetam in gentibus dedi te. Et dixi, A, à, à, Domine Deus ecce nescio loqui, quia puer ego sum. ℟. Multiplicati sunt qui tribulant me, & dicunt: non est salus illi in Deo eiꝰ. Exurge Dñe saluum me fac Deus meus. ℣. Ne quãdo dicat inimicus meus, prævalui aduersus eum. Exurge. Lectio iij.

Et dixit Dominus ad me. Noli dicere, puer sum quoniam ad omnia quæ mittam te, ibis: & vniuersa quecũque mandauero tibi loqueris. Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum sum, vt eruã te, dicit Dominus. ℟. Vsquequò exaltabitur inimicus meus super me? Respice & exaudi me Domine Deus meus. ℣. Qui tribulant me exultabũt si motus fuero: ego autem in misericordia tua sperabo. Respice & exaudi. Lectio iiij.

Et misit Dominus manũ suam, & tetigit os meum, & dixit ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te hodie super gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ędifices, & plantes. ℟. Deus meꝰ es tu, ne discedas à me. Quoniam tribulatio proxima est, & non est qui adiuuet. ℣. Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuũ à me: ad defensionem meã aspice. Quoniã tribulatio proxima est, &c.

Sermo S. Leonis Papæ. Lect. v.

Ex ser. 4. de Quadrag. init.

IN omnibus, dilectissimi, solennitatibus Christianis, nō ignoramus Paschale sacramētum esse præcipuum: cui condignè, & congruè suscipiēdo, totius quidem nos tēporis instituta reformant: sed deuotionem nostram præsentes vel maximè dies exigunt, quos illi in sublimissimo Diuinæ misericordiæ sacramento scimus esse contiguos. ℟. In te iactatus sum ex vtero, de ventre matris meæ Deus meus es tu ne discedas à me. Quoniam tribulatio proxima est, & non est qui adiuuet. ℣. Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatē meā. Quoniam tribulatio. Lect. vj.

IN quibus meritò à sanctis Apostolis per doctrinā Spiritus sancti maiora sunt ordinata ieiunia, vt per commune cōsortium Crucis Christi, etiā nos aliquid in eo, quod propter nos gessit ageremus, sicut Apostolus ait: Si compatimur & cōglorificabimur. Certanque secura est expectatio promissæ beatitudinis, vbi est participatio Dominicæ passionis. ℟. In proximo est tribulatio mea Domine, & non est qui adiuuet: vt fodiāt manus meas, & pedes meos, libera me de ore leonis. ℣. Vt enarrem nomē tuum fratribus meis. ℣. Erue à framea Deus animam meā, & de manu canis vnicam meam. Vt enarrem nomen tuū fratribus meis. Lectio vij.

NEmo est, dilectissimi, cui per conditionem tēporis societas huius gloriæ denegetur, tanquàm tranquillitas pacis vacua sit occasione virtutis. Apostolus enim prædicat, dicens: Omnes qui volunt in Christo piè viuere, persecutionem patientur. Et ideò nūquàm deest tribulatio persecutionis, si nunquàm desit obseruantia pietatis. ℟. Tota die cōtristatus ingrediebar Domine: quoniā anima mea cōpleta est illusionibus. Et vim faciebant, qui quærebant animam meam. ℣. Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, & steterunt, & qui iuxtà me erant de lōgè steterunt. Et vim faciebant, qui quær. Lectio viij.

DOminus enim in exhortationibus suis dicit: Qui non accipit Crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Nec dubitare debemus hanc vocem, non solùm ad discipulos Christi, sed ad cun-

ctos

ctos fideles totamque Ecclesiam pertinere, quæ salutare suum in ijs, qui aderant, vniuersaliter audiebat. ℟. Ne auertas faciem tuā à puero tuo Domine. Quoniam tribulor, velociter exaudi me. ℣. Intēde animæ meæ, & libera eam, propter inimicos meos eripe me. Quoniam tribulor veloc. In iij. noct. Aña. Quinquaginta annos non dum habes, & Abraham vidisti? Amen dico vobis: antequàm Abrahā fieret ego sum. Canticum. Domine miserere. cum rel. f. 15.

Lectio sancti Euangelij secundùm Iohannem. Lectio ix.

Cap. 8

IN illo tempore: Dicebat Iesus turbis Iudæorū, & Principibus Sacerdotū. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Et reliq.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Ex homil. 18 ī init.

PEnsate, Fratres charissimi, mansuetudinem Dei: relaxare peccata venerat, & dicebat: Quis ex vobis arguet me de peccato? Non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorem non esse, qui ex virtute Diuinitatis poterat peccatores iustificare. ℟. Quis dabit capiti meo aquā, & oculis meis fontem lachrymarum: & plorabo die ac nocte, quia frater propinquus supplantauit me? Et omnis amicus fraudolenter incessit in me. ℣. Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini persequens eos. Et omnis. Lectio x.

SEd terribile est valde, quod subditur. Qui ex Deo est verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Si enim verba Dei audit, qui ex Deo est, & audire verba eius non potest, quisquis ex illo non est: interroget se vnusquisque, si verba Dei in aure cordis percipit, & intelliget vnde sit. ℟. Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis, & iniqui. Quoniam tu es patientia mea. ℣. Deus meus ne elongeris à me, Deus meus in adiutorium meum respice. Quoniam tu es patientia mea. Lectio xj.

COelestem patriam desiderare veritas iubet, carnis desideria conterere, à mūdi gloria declinare, aliena nō appetere, propria largiri. Penset ergo apud se vnusquisque vestrum, si hæc vox Dei in cordis eius aure conualuit, & quia iam ex Deo sit agnoscet. ℟. Qui custodiebāt

animam

animam meam,consilium fecerunt in vnum dicẽtes: Deus dereliquit eum. Persequimini,& comprehendite eũ, quia non est qui liberet eum. Deus meus ne elongeris à me:Deus meus in adiutoriũ meum intẽde. ℣. Omnes inimici mei aduersum me cogitabãt mala mihi, verbum iniquum mandauerunt aduersum me dicẽtes. Persequimini. Lectio xij.

NAm sunt nonnulli, qui præcepta Dei nec aure corporis percipere dignant'. Et sunt nonnulli,qui hæc quidem corporis aure percipiũt, sed nullo ea mentis desiderio complectuntur. Et sunt nonnulli, qui libenter verba Dei suscipiunt, ita vt etiam in fletibus compungantur, sed post lachrymarum tempus ad iniquitatem redeunt. Hi profectò verba Dei non audiunt, qui ea exercere opere cõtemnunt. ℟. Pacificè loquebantur mihi inimici mei,& in ira molesti erant mihi. Vidisti Domine,ne sileas,ne discedas à me. ℣.Ego autem cum mihi molesti essent induebã me cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meã. Vidisti Domine,ne sileas. Pacificè.

℟. xiij. Adiutor & susceptor meus es tu Domine:& in verbum tuum supersperaui. Declinate à me maligni, & scrutabor mãdata Dei mei. ℣ Iniquos odio habui,& legem tuã dilexi. Declinate à me.

℟. xiiij. Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertẽtur. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ. ℣.Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Libera me.

℟. xv. Ne perdas cum impijs Deus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meã. Redime me Domine. ℣. Eripe me Dñe ab hoĩe malo à viro iniquo libera me. Redime.

Sequẽtia S. Euang. sẽm Iohan.

IN illo tẽpore: Dicebat Iesus turbis Iudæorũ, & Principibus Sacerdotum:Quis ex uobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis: quare non creditis mihi?Qui ex Deo est verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Responderunt ergo Iudęi, & dixerunt ei.Nonne benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu,& dæmonium habes? Respondit Iesus. Ego dæmoniũ nõ habeo, sed honorifico Patrem Cap.8

trem meum,& vos inhonorastis me. Ego autem non quęro gloriam meam:est qui quęrat,& iudicet.Amen amẽ dico vobis, siquis sermonem meũ seruauerit mortem non videbit in æternum. Dixerũt ergo Iudæi. Nunc cognouimus, quia dæmoniũ habes. Abraham mortuus est,& Prophetę, & tu dicis: Si quis sermonem meum seruauerit mortem nõ gustabit in æternum. Nũquid tu maior es patre nostro Abraham,qui mortuus est? Et Prophetæ mortui sunt. Quem teipsum facis? Respondit Iesus. Si ego glorifico meipsum,gloria mea nihil est. Est Pr̃ meus qui glorificat me, quẽ vos dicitis, quia Deus vester est, & non cognouistis eum.Ego autem noui eum. Et si dixero, quia nescio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum, & sermonẽ eius seruo. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum; vidit & gauisus est. Dixerunt ergo Iudęi,Quinquaginta annos nõdum habes, & Abraham vidisti?Dicit eis Iesus? Amen amẽ dico vobis, Antequàm Abraham fieret ego sum. Tulerũt ergo lapides Iudęi, vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se,& exiuit de tẽplo. ℟. Am̃.

Ad Laudes, Antiphona.

VIde Domine afflictionẽ meam:qnoniam erectus est inimicus meus. ps. Miserere. cum rel. fol. 17. Añа. In tribulatione inuocaui Dominum; & exaudiuit me in latitudine. Aña. Iudicasti Domine causam animę meę:defensor vitæ meæ Domine Deus me⁹. Aña. Popule meus, quid feci tibi? aut quid molestus fui? responde mihi. Aña. Nũquid redditur pro bono malum? quia foderunt foueam animæ meæ. Cap. Fr̃es:Christus assistẽs. ℟.br. De ore leonis Libera me Domine. ℣. Et à cornibus vnicorniũ humilitatẽ meam. Libera me. De ore leonis. Hymnus.

LVstris sex qui iã peractis,
Tẽpus implẽs corporis,
Se volente natus, ad hoc
Passioni deditus,
Agnus in cruce leuatur
Immolandus stipite.
Hic acetum,fel,arundo,
Sputa,claui, lancea,
Mite corpus perforatur
Sanguis vnde profluit:
Terra,pontus,astra,mũdus,
Quo lauantur flumine.
Crux fidelis inter omnes
Arbor vna nobilis:

Nulla ſylua talem profert
Fronde, flore, germine:
Dulce lignũ, dulces clauos,
Dulce pondus ſuſtinet.
Flecte ramos arbor alta,
Tenſa laxa viſcera:
Et rigor lenteſcat ille,
Quem dedit natiuitas:
Vt superni membra regis
Miti tendas ſtipite.
Sola digna tu fuiſti
Ferre ſecli precium,
Atque portum præparare
Nauta mundo naufrago,
Quem ſacer cruor perũxit,
Fuſus agni corpore.
Gloria, & honor Deo
Vſquequò Altiſſimo. &c.

℣ ſ. ℣. Eripe me de inimicis meis Deus meus. ℟. Et ab inſurgentibus in me libera me. Ad Bñs, Aña Dicebat Ieſus turbis Iudęorum, & Principibus Sacerdotum: Qui ex Deo eſt verba Dei audit: proprerea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Oratio. Quæſumus ops. Ad j. Aña. Ego dęmoniũ non habeo: ſed honorifico Patrem meum, dicit Dominus. Ad iij. Antiphona Ego gloriam meã non quæro: eſt qui quærat, & iudicet. Capitulum. Fratres, Chriſtus aſſiſtens. ℣. Erue à framea. Ad vj. Aña. Amẽ amẽ dico vobis, ſiquis ſermonem meum ſeruauerit, mortem nõ guſtabit in æternum. Capit.

Heb. 9 SI enim ſanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulę aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis: quantò magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum ſeipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientiã noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti? ℣. De ore. Ad ix. Aña. Tulerunt lapides Iudęi, vt iacerent in eum: Ieſus autem abſcõdit ſe, & exiuit de templo. Cap.

Heb. 9 ET ideò noui teſtamenti mediator eſt: vt morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant ſub priori Teſtamento, repromiſſionem accipiãt, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis, in Chr̃o Ieſu Dño noſtro. ℣. Ne perdas. Ad Veſp. Aña. Dixit Dñs. cum reliq. Añis, & Pſal. de Dñica. fol. 66. Cap. Fratres: Chr̃s aſſiſtens. ℟. br. Erue à framea. Hymnus. Vexilla. ℣. Eripe me Domine. Ad Magn. Aña. Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauiſus eſt. Oratio. Quæſumus omnipotens. ℟. br. Hym. & ℣. ſupradicta dicuntur tàm in Dominicis,

quàm in ferijs vſque ad quartã feriam maioris hebdomadæ incluſiuè.

FERIA SECVNDA.

Ad Matu. Inui. Hodie ſi vocẽ. vt ſupra. Pſal. Venite. fol. 9. Hym. Pange lingua. Añæ & Pſal. eiuſdem feriæ. ℣. Erue. vt ibidem tempore Paſſionis. Lectio ſancti Euãgelij ſecundùm Iohannem. Lectio j.

Cap. 7 IN illo tempore: Miſerunt Principes, & Phariſæi miniſtros, vt apprehenderent Ieſum. Et reliqua.

Homilia S. Auguſtini Epi.

Extra cta. 31 I eũd. circa med. QVomodo apprehenderent adhuc nolentem? Quia ergo non poterant apprehendere nolentẽ, miſſi ſunt, vt audirent docentem. Quid docentem? Dixit ergo Ieſus. Adhuc modicũ tẽpus vobiſcũ ſum. Quod modo vultis facere, facturi eſtis, ſed non modò, quia modò nolo. Quare adhuc modò nolo? Quia adhuc modicũ tẽpus vobiſcum ſum: & tũc vado ad eũ, q me miſit. Implere debeo diſpẽſationẽ meã, & ſic puenire ad paſſionẽ meã. Reſpõſoria Dñicę incipiendo à xiij. L. ij.

QVęretis me, & nõ inuenietis, & ubi ego ſum, vos nõ poteſtis venire. Hic iã reſurrectionẽ ſuam prędixit. Noluerũt enim eum agnoſcere præſentẽ, & poſtea quæſierũt, cum viderent in eũ multitudinẽ iam credentem. Magna enim ſigna facta ſunt etiam cum Dominus reſurrexit, & aſcendit in cęlũ. L. iij.

TVnc per diſcipulos facta ſunt ſigna magna, ſed ille per illos, qui & p ſe ipſum; ipſe quippè illis dixerat, ſine me nihil poteſtis facere. Quãdo claudus ille, qui ſedebat ad portam, ad vocem Petri ſurrexit, & ſuis pedibus ambulauit, vt homines mirarentur, ſic eos allocutus eſt Petrus; quia non in ſua poteſtate iſta fecit, ſed in virtute illius, quem ipſi occiderunt.

In ij. nocturno. Capitulum.

TV autem Domine demõſtraſti mihi, & ego cognoui: tu oſtendiſti mihi ſtudia eorũ, & ego quaſi Agnus manſuetus qui portatur ad victimam. ℣. De ore. Oratio. Sãctifica. vt infra in laudibus. Ad Laudes, Aña. Miſerere. cũ reliquis de feria. Capitulum. Ier. 11

VEnite, mittamus lignũ in panem eius, & eradamus eum de terra uiuentium, & nomen eius non memoretur amplius. ℟. br. Ier. 11

De

De ore leonis. Hym. Lustris sex. ℣. Eripe me de. Ad Bñs, Aña. In die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat dicẽs: Siquis sitit veniat ad me, & bibat. Oratio.

Sanctifica, quęsumus Dñe, nostra ieiunia, & cunctarũ nobis indulgentiã largire culparum. Per Dominũ nostrũ Iesum Christum filium tuum.

Ad j. Aña. Libera me Dñe, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.

Ad iij. Aña. Iudicasti Dñe causam animę meę: defensor vitę meæ Dñe Deus meus. Capit.

Ier.17 Domine, oẽs qui te derelinquunt confundentur: recedentes a te in terra scribentur: quoniã dereliquerunt venam aquarũ viuentiũ Dominum. ℣. Erue à framea.

Ad vj. Aña. Popule meus quid feci tibi? aut qd molestus fui? responde mihi. Capitulum.

Ier.17 Confundãtur qui me persequuntur, & nõ cõfundar ego: paueant illi, & nõ paueam ego: induc super eos diẽ afflictionis: & duplici cõtritione contere eos Domine Deus nr̃. ℣. De ore leonis. Ad ix. Aña. Nunquid redditur pro bono malum? quia foderunt foueam animæ meæ. Capit.

Recordare quòd steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonũ, & auerterem indignationom tuã ab eis. ℣. Ne perdas cum impijs. Ier.18

Ad Vesp. Ańę, & psal. d fer. Cap.

Tu autem Dñe Sabaoth, qui iudicas iustè, & probas renes, & corda, videam vltionem tuam ex eis; tibi enim reuelaui causam meam Dñe Deus meus. ℟. br. Erue à framea. Hym. Vexilla. ℣. Eripe me Dñe. Ad Magn. Aña. Si qs sitit veniat ad me & bibat: & de ventre eius fluent aquæ viuæ, dicit Dominus. Oratio. Ier.11

Da quæsumus Dñe populo tuo salutem mentis & corporis: vt bonis operibus inhærẽdo, tua semper mereatur protectione defendi. Per.

Capitula pęterita dicuntur in fer. officio vsq; ad feriam iiij. maiores hebdomadę inclusiuè. Antiphonę verò per horas vsque ad Dominicã Palmarũ.

FERIA TERTIA.

Lec. S. Euãgelij ẽm Iohan. L. j.

In illo tpe: Ambulabat Iesus in Galilęã: nõ enim volebat in Iudęã ambulare, qa quęrebãt eũ Iudęi interficere. Et rel. Cap. 7

Homilia S. Augustini Epi.

In isto Euangelij capitulo, Fratres, Dominus noster Iesus Christus secundùm hominem se plurimum commendauit fidei nr̃æ. Etenim semper hoc egit dictis, & factis suis, vt Deus credat, & homo: Deus qui nos fecit, homo qui nos quæsiuit: Deus cum Patre semper, homo nobiscum ex tempore. Non enim quæreret quod fecerat, nisi ipse, qđ fecerat fieri voluisset. Lect. ij. Extra cta.28 ĩ eũd. ĩ init.

Verum hoc mementote, & de cordibus vr̃is nolite dimittere, sic esse Christũ hominem factum, vt non desisteret Deus esse. Manẽs Deus accepit hominẽ, qui fecit hominem. Quando ergo latuit vt homo, non potentiam perdidisse putandus est, sed exẽplum nostræ infirmitatis prębuisse. Ille enim quando voluit, detentus est: quando voluit, occisus est. Lectio iij.

Sed quoniam futura erant membra eius, idest, fideles eius qui non haberent illam potestatem, quam habebat ipse Deus noster: quòd latebat quòd se tamquàm ne occideretur, occultabat; hoc indicabat factura esse mẽbra sua, in quibus vtique membris suis ipse erat. Non enim Christus in capite, & nõ in corpore: sed Christus totus in capite, & in corpore. Ad Bñs, Aña. Tempus meum non dum aduenit, tempus autem vestrum semper est paratum. Oratio.

Nostra tibi Domine, quęsumus sint accepta ieiunia: quæ nos expiando gratia tua dignos efficiat, & ad remedia perducant æterna. Per.

Ad Magn. Aña. Vos ascendite ad diem festum hunc; ego autem non ascẽdã, quia tempus meum nõdum aduenit. Oro.

Da nobis, quęsumus Dñe, perseuerãtem in tua voluntate famulatum: vt in diebus nostris, & merito, & numero populus tibi seruiẽs augeatur. Per Dominũ nostrum.

FERIA QVARTA.

Lec. S. Euãgel. ẽm Iohan. L. j.

In illo tempore: Facta sunt Encęnia in Ierosolymis, & hyems erat: & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Et reliqua. Ca. 10

Homilia S. Augustini Epi.

Encęnia festiuitas erat dedicationis templi: Græcè enim cęnon dicitur nouum. Quandocunque enim nouũ aliquid fuerit dedicatum, Encęnia vocãtur; iam & vsus habet hoc uerbũ: siquis noua tunica induatur, encęniare dicitur. Illum ergo diem, quo tem- Extra cta.42 in eũdem sub init.

plum dedicatum est, Iudęi so-
lenniter celebrabant. Lect. ij.

IPse dies festus agebatur, cũ
ea, quæ lecta sunt, locut⁹ est
Dominus. Hyems erat, & am-
bulabat Iesus in tẽplo ĩ porti-
cu Salomonis. Circundederũt
ergo eum Iudęi, & dicebant
ei: Quousque animam nostrã
tollis? Si tu es Christus, dic no-
bis palã. Nõ veritatẽ desidera-
bãt, sed calũniã ꝑparabãt. L. iij.

HYems erat, & ideò frigi-
di erant, ad illum enim
diuinum ignem accedere pi-
gri erant: si accedere est cre-
dere: qui credit, accedit: qui
negat, recedit. Non mouetur
anima pedibus, sed affectibus.
Friguerant diligendi charita-
te, & ardebant nocendi cupi-
ditate. Longè aberant, & ibi
erant: non accedebãt creden-
do, & premebant persequẽdo.

Ad Bñs, Aña. Oues meę vocẽ
meam audiunt, & ego Do-
minus agnosco eas. Oratio.

SAnctificato hoc ieiunio,
Deus tuorum corda fide-
lium miserator illustra: & q-
bus deuotionis pręstas affectũ,
ꝑbe supplicãtib⁹ piũ benignus
auditum. Per Dñm nostrum.

Ad Mag. Aña. Multa bona o-
pera opat⁹ sũ vobis: ꝓpter qđ
opus vultis me occidere? Oro.

ADesto supplicationibus
nostris omnipotẽs De⁹,
& quibus fiduciam sperandæ
pietatis indulges, cõsuetæ mi-
sericordię tribue benignus ef-
fectum. Per Dñm nostrum.

FERIA QVINTA.

Lect. tres de Homil. in Euãg.
Rogabat Iesum quidam, vt in
festo S. Marię Magdalenę f.

Ad Bñs, Aña. Magister dicit:
tempus meum propè est: apud
te facio Pascha cum discipu-
lis meis. Oratio.

PRęsta, quęsumus omnipo-
tens Deus: vt dignitas cõ-
ditionis humanæ per immo-
derãtiam sauciata, medicina-
lis parsimoniæ studio refor-
metur. Per Dominum nostrũ.

Ad Mag. Aña. Desiderio desi-
deraui hoc Pascha mãducare
vobiscũ antequã patiar. Oro.

ESto quæsumus Domine
ꝓpitius plebi tuæ: vt quę
tibi non placent respuentes:
tuorum potius repleantur dele-
ctationibus mãdatorum. Per.

FERIA SEXTA.

Lectio sancti Euangelij secun-
dùm Iohannem. Lectio j.

IN illo tempore: Collegerũt Ca. 11
Pontifices, & Pharisæi cõ-
cilium, & dicebant. Quid faci-
mus, quia hic homo multa si-
gna facit? Et reliqua.

Ho-

Homilia S. August. Episcopi.

Ex tracta. 49 ĩ eũdẽ in fin.

POntifices, & Pharisæi sibi
consulebant: nec tamẽ di-
cebant, credamus. Plus enim
perditi homines cogitabant,
quomodo nocerent, vt perde-
rent, quàm quomodo sibi cõ-
sulerent, ne perirent. Et tamen
timebãt, & quasi consulebant:
dicebant enim: Quid faci-
mus, quia hic homo multa
signa facit? Lectio ij.

SI dimittimus eum sic, om-
nes credent in eum, & ve-
nient Romani, & tollent locũ
nostrum, & gentem. Tempo-
ralia quidem perdere timue-
runt, & vitam æternam non
cogitauerunt, ac sic vtrũque
amiserunt. Nam & Romani
post Domini passionẽ, & glo-
rificationem tulerunt eis lo-
cum, & gentem, expugnãdo,
& transferendo: & illud eos
sequitur quod alibi dictũ est:
filij autem regni ibunt in te-
nebras exteriores. Lectio iij.

HOc autem timuerũt, ne,
si omnes in Christũ cre-
derent nemo remaneret qui
aduersus Romanos ciuitatem
Dei templumq́; defenderet:
quoniam contra ipsum tẽplũ,
& contra suas paternas leges
doctrinã Chri esse sentiebãt.

Ad Bñs, Aña. Appropinqua-
bat autem dies festus Iudęorũ,
& quærebant Principes Sacer-
dotũ quomodo Iesum interfi-
cerẽt: sed timebãt plebẽ. Oro.

COrdibus nostris, quæsu-
mus Domine, gratia tuã
benignus infunde: vt peccata
nostra castigatione volũtaria
cohibentes temporaliter poti⁹
maceremur, q̃ supplicijs de-
putemur æternis. Per Dñm.

Ad Mag. Aña. Principes Sacer-
dotum consilium fecerunt, vt
Iesum occiderent: dicebãt au-
tem: Non in die festo ne for-
tè tumultus fieret ĩ ppl'o. Oro.

COncede, quæsumus om-
nipotens Deus: vt qui ꝓ-
tectionis tuę gratiam quæri-
mus liberati a malis omnibus
secura tibi mente seruiamus.
Per Dominum nostrum, &c.

SABBATHO.

Lec. S. Euãgelij sm̃ Iohan. L. j.

IN illo tempore: Cogitaue- Ca. 1
rũt Principes Sacerdotum,
vt & Lazarum interficerent:
quia multi propter illum abi-
bant ex Iudæis, & credebãt in
Iesum. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Epi.

Ex tracta. & s. eum

VIso Lazaro resuscitato,
quia tantum miraculũ
Domini tanta erat euidentia
diffamatum, tanta manifesta-
tione declaratũ, vt nõ possent,
vel

vel occultare, quod factum eſt, uel negare quod inuenerunt, videte. Cogitauerunt autem Principes Sacerdotũ, vt & Lazarum interficerent. Lectio ij.

O Stulta cogitatio, & cæca ſęuitia. Dominus Chriſtus, qui ſuſcitare potuit mortuũ non poſſit occiſum? Quãdo Lazaro inferebatis necem, nũquid auferebatis Domino poteſtatem? ſi aliud vobis videtur mortuus, aliud occiſus, ecce Dominus vtrũque fecit, & Lazarum mortuum, & ſeipſum ſuſcitauit occiſum. L. iij.

IN craſtinum autem turba multa quę venerat ad diem feſtum, cũ audiſſent, quia venit Ieſus Ieroſolymam, acceperunt ramos palmarum, & proceſſerũt obuiam ei, & clamabant, Hoſanna, benedictus qui venit in nomine Domini Rex Iſrael. Rami palmarũ laudes ſunt ſignificãtes victoriã, quia erat Dominus mortem moriendo ſuperaturus, & tropheo Crucis de Diabolo mortis principe triumphaturus.

Ad Bñs, Aña. Clarifica me pater apud temetipſum claritate quam habui priuſquàm mundus fieret. Oratio.

PRoficiat quæſumus Dñe, plebs tibi dicata pię deuotionis affectu: vt ſacris actionibus erudita, quãtò Maieſtati tuę ſit gratior, tãtò donis potioribus augeatur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ filium tuum. Qui tecum viuit.

Ad Veſperas, Capitulum.

FRatres, Hoc enim ſentite in uobis, quod & in Chriſto Ieſu: qui cũ in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualẽ Deo. ℟. br. Erue à framea. Hym. Vexilla. ℣. Eripe me Dñe. Ad Magn. Aña. Pater iuſte, mũdus te nõ cognouit: ego autem noui te, quia tu me miſiſti. Oratio.

Phil. 2

OMnipotens ſempiterne Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, Saluatorẽ noſtrum carnem ſumere, & crucem ſubire feciſti: concede ꝓpitius, vt & patiẽtiæ ipſius habere documẽta, & reſurrectionis conſortia mereamur. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ.

Ab hac die vſque ad Octauam Paſchæ incluſiuè, ſi occurrãt aliquod feſtum duplex, vel ſemiduplex trãsfertur poſt octa. De ſimplici verò à feria quinta in Cœna Domini, vſque ad feriam tertiam Paſchæ incluſiuè nulla fit commemoratio.

DOMINICA IN PALMIS.

Ad Matuti. Inuitato. Hodie. & alia omnia vſq; ad Lectiones, vt in Dñica præcedenti. De Ieremia Propheta. Lect. j.

Ex ca. 2. ſub init. & infra.

OBſtupeſcite cęli ſuper hoc, & portæ ei⁹ deſolamini vehemẽter dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus, Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas: ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas. Nunquid ſeruus eſt Iſrael aut vernaculus? quare ergo factus eſt in prædam? Super eum rugierunt Leones, & dederunt vocem ſuam, poſuerunt terram eius in ſolitudinem: ciuitates eius exuſtæ ſunt, & non eſt, qui habitet in eis. ℟. In die qua inuocaui te Domine dixiſti: Noli timere. Iudicaſti cauſam meam, & liberaſti me Domine De⁹ me⁹. ℣. In die tribulationis meę clamaui ad te, quia exaudiſti me. Iudicaſti cauſam. Lectio ij.

FIlij quoque Mempheos, & Taphneos conſtuprauerũt te vſque ad verticem. Nũquid non iſtud factum eſt tibi, quia dereliquiſti Dominum Deũ tuum eo tempore, quo ducebat te per viam? Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Aſſyriorum, vt bibas aquam fluminis? ℟. Fratres mei elõgauerunt ſe à me, & noti mei, Quaſi alieni receſſerunt à me. ℣. Dereliquerunt me ꝓximi mei, & qui me nouerunt. Quaſi. Lectio iij.

ARguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. Scito & vide, quia malum, & amarum eſt reliquiſſe te Dominum Deum tuum, & non eſſe timorem eius apud te, dicit Dominus exercituum. A ſeculo cõfregiſti iugum meũ, rupiſti vincula mea, & dixiſti, Non ſeruiam. In omni enim colle ſublimi, & ſub omni ligno frõdoſo tu proſternebaris meretrix. ℟. Attẽde Domine ad me, & audi voces aduerſariorum meorũ. Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meę? ℣. Recordare quòd ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis. Nunquid redditur. Lect. iiij.

EGo autem plantaui te vineam electã omne ſemen verum; quo modo ergo conuerſa es mihi in prauum vi-

nea aliena? Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbá borith: maculata es iniquitate tua coram me, dicit Dominus Deus. ℟. Conclusit vias meas inimicus, insidiator factus est mihi sicut leo in abscondito, repleuit & inebriauit me amaritudine: deduxerunt in lacum mortis vitam meã, & posuerunt lapidẽ contra me. V ide Domine iniquitates illorum, & iudica causam animæ meæ, defensor vitæ meæ. ℣. Factus sum in derisum omni populo: canticũ eorũ tota die. V ide. Cõclusit.

Sermo S. Leonis Papæ. Lect. v.

ſer. de ſsio- dni nit.

DEsiderata nobis dilectissimi, & vniuerso optabilis mundo, adest festiuitas Dominicæ passionis, quæ nos inter exultationes spiritualiũ gaudiorum silere non patitur: Quia etsi difficile est de eadẽ solennitate sæpius dignè aptèque disserere, non est tamen liberum Sacerdoti in tanto diuinæ misericordiæ sacramento fidelibus populis subtrahere sermonis officium. ℟. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerũt aquę vsque ad animam meam: ne auertas faciẽ tuam à me, Q uoniam tribulor, exaudi me Domine Deus meus. ℣. Intende animę meę, & libera eam: propter inimicos meos eripe me. Q uoniã tribulor exaudi. Lectio vj.

IPsa namque materia ex eo, quod est ineffabilis, fandi tribuit facultatem, nec potest deficere, quod dicatur, dum non potest satis esse, quod dicitur. Succumbat ergo humana infirmitas gloriæ Dei, & in explicandis operibus misericordiæ eius, imparem se semper inueniat. ℟. Noli esse mihi Domine alienus: parce mihi in die mala: confundantur omnes qui me persequuntur, E t non confundar ego. ℣. Confundantur omnes inimici mei, qui quęrũt animam meam, E t. L. vij.

LAboremus sensu, hęreamus ingenio, deficiamus eloquio: bonum est, vt nobis parum sit, quod etiam rectè de Domini maiestate sentim⁹. Dicente enim Propheta: Quęrite Dominum, & confirmamini, quærite faciem eius semper, nemini præsumendum est, quòd totum quod quærit inuenerit, ne desinat propinquare, qui cessarit accedere. ℟. Dominus mecum est tamquã bellator fortis: propterea persecuti sunt me, & intelligere

re non potuerunt: Domine probas renes, & corda. T ibi reuelaui causam meã. ℣. Dedisti Domine iniquitates eorum aduersum me, iudica iudicium meum. T ibi. L. viij.

QVid autem inter omnia opera Dei, in quib⁹ humanę admirationis fatigatur intentio, ita contẽplationem mentis nostræ oblectat, & superat, sicut passio Saluatoris? Qui vt humanũ genus vinculis mortiferę pręuaricationis absolueret, & sęuiẽti Diabolo potentiam suę maiestatis occultauit, & infirmitatẽ nostræ humilitatis obiecit. ℟. Dixerunt impij apud se non rectè cogitantes: circumueniamus iustum, quoniam cõtrarius est operibus nostris, promittit se scientiam Dei habere: filium Dei se nominat, & gloriatur patrem se habere Deũ. V ideamus si sermones illius veri sunt, & si est filius Dei, liberet illum de manibus nostris, morte turpissima condemnemus eum. ℣. Tamquã nugaces æstimati sumus ab illo: & abstinet se à vijs nostris tamquàm ab immunditijs: & præfert nouissima iustorum. V ideamus. Dixerunt impij.

In iij. noctur. Antiph. Hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini Rex Israel, hosanna ĩ excelsis. Cãt. Dñe miserere. cum rel. f. 15.

Lect. S. Euang. sm Matth. L. ix.

Ca. 21

IN illo tempore: Cum appropinquasset Iesus Ierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliueti: tũc misit duos ex discipulis suis. Et rel.

Homilia S. Ambrosij Epi.

Ex l. 9. cõ ĩ Luc. Cap. ĩ ini

PVlchrè relictis Iudæis, habitaturus in affectibus Gẽtium, templum Dominus ascendit. Hoc enim templum est verum, in quo non in littera, sed in spiritu Dominus adoratur. Hoc Dei templum est, quod fidei series non lapidum structura fundauit. Deseruntur ergo, qui oderunt; eliguntur, qui amaturi erant, & ideò ad montem venit Oliueti, vt nouellas oliuas in sublimi virtutum plantaret, quarum mater est illa, quæ sursum est, Ierusalem. ℟. Circumdederunt me viri mendaces, sine causa flagellis cęciderunt me: S ed tu Domine defensor vindica me. ℣. Quoniam tribulatio proxima est, & non est qui adiuuet. S ed tu Domine defensor. Lectio x.

IN hoc monte est ille cœlestis agricola: vt plantati

omnes in domo Domini possint in veritate dicere. Ego sicut oliua fructificaui in domo Domini. Et fortasse ipse mons est Christus. Quis enim alius fructus ferret olearum, non curuescētium ubertate baccarum, sed spiritus plenitudine Gentium fęcundarum? ℟. Viri impij dixerūt: opprimamus virum iustū iniustè, & deglutiamus eum tanquā infernus viuum: auferamus memoriā illius de terra: & de spolijs eius sortem mittamus inter nos: ipsi enim homicidæ thesaurizauerunt sibi mala. Insipientes, & maligni oderunt sapiētiam: & rei facti sunt in cogitationibus suis. ℣. Hæc cogitauerunt, & errauerunt, & excęcauit illos malitia eorum. Insipientes, &. Lectio xj.

IPse est per quē ascendimus, & ad quem ascendimus, ipse est ianua, ipse est via, qui aperitur, & qui aperit, qui pulsatur ab ingredientibus, & ab egredientibus adoratur. Ergo in Castello erat, & ligatus erat pullus cum asina: non poterat solui, nisi iussu Domini: soluit eum manus apostolica: talis actus, talis vita, talis gratia. Esto talis es tu, vt possis ligatos soluere. ℟. Opprobrium factus sum nimis inimicis meis: viderunt me, & mouerunt capita sua. A. diuua me Dn̄e Deus meus. ℣. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circundederunt me. A diuua me. Lectio xij.

NVnc consideremus, qui fuerint illi, q errore detecto, de Paradiso eiecti, in Castellum sint relegati. Et videbimus quemadmodum, quos mors expulerat, vita reuocauerit. Et ideò secundū Matthęū, & asinam, & pullum legimus: vt quia in duobus hominibus vterque fuerat sexus expulsus, in duobus animalibus sexus vterque reuocetur. ℟. Insurrexerūt ī me uiri iniqui absq; misericordia: quæsierunt me interficere: & non pepercerūt in faciem meam spuere: & lāceis suis vulnerauerunt me, & cōcussa sunt omnia ossa mea. Ego autem existimabam me tamquàm mortuum super terram. ℣. Effuderunt furorem suū in me, fremuerunt contra me dētibus suis. Ego. Insur.

Sequentia S. Euāg. ſm Matth.

IN illo tempore: Cùm appropinquasset Iesus Ierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Olueti, tunc misit duos ex discipulis suis dicens eis: Ite in Castellum quod cōtra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cū ea: soluite & adducite mihi. Siquis uobis aliquid dixerit, dicite: Quia Dominus his opus habet, & confestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictū est per Prophetam dicentem: Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filiū subiugalis. Euntes autem discipuli fecerunt sicut præceperat illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autē turba strauerunt vestimenta sua in via. Alij autem cędebant ramos de arboribus, & sternebāt in via. Turbæ autē quæ præcedebāt, & quæ sequebantur clamabāt dicētes: Hosanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini. ℟. Amen. Ca. 21 ī init.

Ad Laudes, Antiphona.

DOmine Deus auxiliator meus, & ideò non sum confusus. ps. Miserere. cum rel. fol. 17. Aña. Circundātes circundederunt me: & in nomine Domini vindicabor in eis. Aña. Iudica causam meā: defende, quia potens es Dn̄e. Aña. Cum Angelis, & pueris fideles inueniamur, triūphatori mortis clamantes, Hosanna in excelsis. Aña. Confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego, Domine Deus meus. Cap. Fratres: Hoc enim. Ad Bn̄s, Aña. Turba multa, quæ conuenerat ad diem festum, clamabat Dn̄o, benedictus q venit in nomine Domini, Hosanna in excelsis. Oratio. Omnipotēs sempiterne. vt sup. Ad j. Aña. Pueri hebręorum tollentes ramos oliuarum obuiauerunt Domino clamantes, & dicentes: hosanna in excelsis. Ad iij. Antiph. Pueri hebręorum vestimenta prosternebāt in via, & clamabāt, dicētes, Hosanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini. Cap. Fr̄es: Hoc eni. ℣. de Dn̄ica pterita. Ad vj. Aña. Tibi reuelaui causam meā, defensor vitę meæ, Domine Deus meus. Cap.

HVmiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illū, & donauit illi nomē quod est super omne nomen. Phil.

Ad ix. Aña. Inuocabo nomē
tuum Dñe: ne auertas faciem
tuam à clamore meo. Capit.
il.2. IN nomine Iesu omne ge-
nu flectatur, cœlestiū, terre-
strium, & infernorum: & om-
nis lingua confiteatur, quia
Dominus noster Iesus Chri-
stus in gloria est Dei Patris.
Ad Vesp. Aña. Dixit Domin⁹.
cum reliq. de Dominica. f. 66.
Cap. Fres: Hoc em̄. Ad Mag.
Aña. Scriptū est enim, percu-
tiam pastorē, & dispergentur
oues gregis: postquàm autem
resurrexero, præcedam vos in
Galilæam: ibi me videbitis, di-
cit Dominus. Oratio vt sup.

FERIA SECVNDA.

Ad Matut. Inuitatoriū, & alia
vt in præcedenti Dominica.
Lec. S. Euāgelij s̄m Iohā. L. j.
.12 IN illo tēpore: Ante sex dies
Paschæ venit Iesus Betha-
niam, vbi fuerat Lazarus
mortuus, quem suscitauit Ie-
sus. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Epi.

tra NE putarēt homines phā-
. 50 tasma esse factum, quia
ūd. mortuus resurrexit, Lazarus
te vnus erat ex recumbentibus,
d. viuebat, loquebatur, epulaba-
tur, veritas ostendebatur, in-
fidelitas Iudęorum confunde-
batur. Discumbebat ergo Ie-
sus cum Lazaro, & cæteris; mi-
nistrabat Martha, vna ex soro-
ribus Lazari. ℟. Contumelias,
& terrores passus sum ab eis,
qui erant pacifici mei, & cu-
stodientes latus meum, dicen-
tes: Decipiamus eum, & præ-
ualeamus illi: sed tu Domine
mecum es tamquàm bellator
fortis. Cadāt in opprobrium
sempiternum, & videam uin-
dictam in eis, quia tibi reue-
laui causam meam. ℣. Iudica
Domine causam animę meę,
defensor vitæ meæ. Cadant
in opprobrium. Lectio ij.

MAria verò altera soror
Lazari accepit librā vn-
guenti nardi pistici pretiosi,
& vnxit pedes Iesu, & extersit
capillis suis pedes eius, & do-
mus impleta est ex odore un-
guenti. Factum audiuimus:
requiramus mysterium. Quę-
cunque anima fidelis uis esse,
çum Maria vnge pedes Do-
mini pretioso vnguento. Vn-
guētum illud iustitia fuit, ideò
libra fuit. ℟. Deus Israel pro-
pter te sustinui improperiū,
operuit reuerentia faciē meā:
extraneus factus sum fratribus
meis, & hospes filijs matris
meæ. Quoniam zelus domus
tuæ comedit me. ℣. Intende
animæ meæ, & libera eam;
propter

propter inimicos meos eripe
me. Quoniam zelus. Lec. iij.

ERat autem vnguentū nar-
di pistici pretiosi. Quod
ait, pistici, locum aliquem cre-
dere debemus, vnde hoc erat
vnguentum pretiosum. Nec
tamen hoc vacat, & sacramē-
to optimè cōsonat: pistis Gre-
cè, Latinè dicitur Fides. Quę-
rebas operari iustitiam, iustus
ex fide viuit. ℟. Synagoga po-
pulorum circundederūt me,
& non reddidi retribuentibus
mihi mala. Consumetur Do-
mine nequitia peccatorum, &
diriges iustum. ℣. Iudica me
Domine secundum iustitiam
meam, & secundum innocen-
tiam meam super me. Con-
sumetur Domine. Synagoga.
Ad Laudes, & per horas, Aña.

FAciem meam non auerti
ab increpantibus, & con-
spuentibus in me. Psal. de fer.
Aña. Framea suscitare aduer-
sus eos, qui disperdunt gregē
meum. Aña. Appenderūt mer
cedem meā triginta argēteis,
qbus appretiatus sum ab eis.
Antiphona. Inūdauerūt aquæ
super caput meum, dixi perij:
inuocabo nomen tuū Domi-
ne Deus. Antiph. Labia insur-
gentium, & cogitationes corū
vide Domine. Capit. Venite.
& reliqua, vt in pręcedēti heb-
domada. Ad Benedictus, Aña.
Clarifica me Pr̄ apud temet-
ipsum claritate, quam habui
priusquā mūd⁹ fieret. Oratio.

DA q̄s omnipotens Deus,
vt qui in tot aduersis ex
nostra infirmitate deficimus:
intercedēte vnigeniti Filij tui
passione respiremus. Per eūd.
Ad Mag. Aña. Non haberes in
me potestatem nisi desuper ti-
bi datum fuisset. Oratio.

ADiuua nos Deus saluta-
ris noster: & ad benefi-
cia recolenda, quibus nos in-
staurare dignatus es, tribue ve-
nire gaudentes. Per Dominū.

FERIA TERTIA.

De Ieremia Propheta. Lect. j.

QVid est quòd dilectus Ex c
meus in domo mea fe- 11. po
cit scelera multa? nūquid car- med.
nes sanctæ auferent à te mali-
tias tuas in quibus gloriata es?
Oliuam vberem, pulchram,
fructiferam, speciosam voca-
uit Dominus nomē tuum: ad
vocem loquelæ grandis exar-
sit ignis in ea, & cōbusta sunt
fruteta eius. Responsoria de
Dñica. In die, qua. Lectio ij.

ET Dominus exercituum,
qui plantauit te, locutus
est super te: malum pro ma-
lis domus Israel, & domus
Iuda

Iuda quæ fecerunt sibi ad irritandum me, libantes Baalim. Tu autem Domine demonstrasti mihi, & cognoui: tu ostendisti mihi studia eorũ, & ego quasi Agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. L. iij.

ET non cognoui quia cogitauerũt super me cõsilia dicentes: Mittamus lignũ in panẽ eius, & eradamus eũ de terra viuentiũ, & nomen eius nõ memoretur amplius. Tu autem Domine Sabaoth, qui iudicas iustè, & probas renes, & corda, videam vltionẽ tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

VIde Domine & considera quoniam tribulor: velociter exaudi me. Psal. de feria. Aña. Discerne causam meam Domine: ab homine iniquo, & doloso erue me. Aña. Dum tribularer, clamaui ad Dominum de ventre inferi, & exaudiuit me. Aña. Domine vim patior, responde pro me: quia nescio quid dicam inimicis meis. Aña. Dixerũt impij: opprimamus virũ iustũ: quoniã cõtrarius est operibus nostris. Ad Bñs, Aña. Ante diẽ festum Paschæ sciens Iesus, quia venit hora eius: cum dilexisset suos, in finem dilexit eos. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, da nobis ita Dominicæ passionis sacramenta peragere: vt indulgentiã percipere mereamur. Per eundẽ. Ad Mag. Aña. Potestatẽ habeo ponendi animam meã, & iterum sumendi eam. Oratio.

TVa nos misericordia De⁹ & ab oĩ surreptione vetustatis expurget: & capaces sanctæ nouitatis efficiat. Per.

FERIA QVARTA.

De Ieremia Propheta. Lect. j.

EXpectatio Israel Domine. Omnes qui te derelinquũt confundentur: recedentes à te in terra scribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarũ viuentium Dominum. Sana me Domine, & sanabor, saluũ me fac, & saluus ero, quoniam la⁹ mea tu es. ℟. Cõclusit. L. ij. Ex ca. 17. ante medium.

ECce ipsi dicunt ad me, vbi est verbum Domini? veniat. Et ego non sum turbatus te pastorem sequens: & diem hominis nõ desideraui, tu scis. Quod egressum est de labijs meis, rectum in conspectu tuo fuit. Lectio iij.

NOn sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me persequuntur, & nõ confundar

fundar

fundar ego: paueant illi, & nõ paueam ego: induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos.

Ad Laudes, & per horas, Aña.

LIbera me de sanguinibus Deus Deus meus: & exaltabit lingua mea iustitiã tuã. Psal. de fer. Aña. Cõtumelias, & terrores passus sum ab eis: & Dominus mecum est tamquàm bellator fortis. Aña. Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ. Aña. Omnes inimici mei audierunt malũ meum: Domine lætati sunt quoniam tu fecisti. Aña. Alliga Domine in vinculis nationes gentium, & reges earũ in compedibus. Ad Bñs, Aña. Simon dormis? nõ potuisti vna hora vigilare mecum? Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus: vt qui nostris excessibus incessanter affligimur, p vnigeniti Filij tui passionem liberemur. Qui tecũ. Ad Magn. Aña. Ancilla dixit Petro, Verè tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit. Oratio.

REspice q̃sumus Domine super hãc familiam tuã: pro qua Dominus noster Iesus Christus nõ dubitauit manibus tradi nocentium, & crucis subire tormẽtũ. Qui tecũ. Tribus sequẽtibus diebus dicto secretò. Pr̃ nr̃. Aue Maria. & ad Matu. Credo. oĩbus alijs pretermissis, absolutè icipit offm ad Matu. & ad Vesp. ab Aña j. Psalmi, & Añæ duplicantur sicut in festo duplici. Psalmi dicuntur sine Gloria Patri, &c. per oẽs horas; & in fine cuiuslibet Psalmi ad Matut. extinguitur vna ex quindecim candelis positis in Cãdelabro triãgulari ante altare. Vltrà quas ponuntur aliæ sex candelæ in proprijs candelabris, quę non extinguuntur vsque ad Benedictus, vt infra dicitur.

FERIA V. IN COENA Domini. Duplex j.

Ad Matut. In j. noct. Antiph.

ZElus domus tuę comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderũt super me. ps. Saluum me fac Deus. fol. 35. Aña. Auertãtur retrorsum, & erubescant qui cogitãt mihi mala. ps. Deus in adiutorium. f. 36. Aña. Deus me⁹ eripe me de manu peccatoris. Psal. In te Dñe speraui. ij. f. 36. ℣. Auertant retrorsum, & erubescãt. ℟. Qui cogitant mihi mala. Hoc triduo post ℣. nocturni dr secretò: Pr̃ noster.

&

& non pronunciat. Et ne nos. nec dicitur Absolutio, neque dātur Benedictiones ante Lectiones. In fine Lectionū non dicitur Tu autem. sed primæ tres Lectiones Ieremię terminantur, vt infra.

Incipit Lamentatio Ieremiæ Prophetæ. Lectio j. Aleph.

Threnorū. cap. 1. init. QVomodo sedet sola Ciuitas plena populo: facta est quasi vidua domina gentium: Princeps Prouinciarū facta est sub tributo. Beth. Plorans plorauit in nocte, & lachrymę eius in maxillis eius: non est qui consoletur eam ex omnibus caris eius: omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. Ierusalem, Ierusalem, conuertere ad Dominum Deum tuū.

Et sic terminātur lectiones de lamētatione in hoc triduo. ℟. In mōte Oliueti oraui ad patrem. Pater si fieri potest, trāseat à me calix iste. Spiritus quidem prōptus est, caro autē infirma: fiat voluntas tua. ℣. Vigilate & orate, vt nō intretis ī tētationē. Spūs. L. ij. Gimel.

MIgrauit Iudas ꝓpter afflictionem, & multitudinem seruitutis: habitauit inter gentes, nec inuenit requiē: omnes persecutores eius apprehēderūt eā inter angustias. Daleth. Viæ Sion lugent, eò quòd non sint qui veniant ad solennitatem. Omnes portæ eius destructæ: Sacerdotes eius gementes: Virgines eius squalide, & ipsa oppressa amaritudine. Ierusalem, Ierusalem. ℟. Tristis est anima mea vsq; ad mortem: sustinete hic, & vigilate mecum: nunc videbitis turbam, quæ circundabit me: Vos fugam capietis, & ego vadam immolari pro vobis. ℣. Ecce appropinquat hora, & filius hominis tradetur in manꝰ peccatorum. Vos fugam capietis, & ego. Lectio iij. He.

FActi sunt hostes eius in capite: inimici eius locupletati sunt: quia Dominus locutus est super eā propter multitudinem iniquitatum eius: paruuli eiꝰ ducti sunt in captiuitatē ante faciem tribulantis. Vau. Et egressus est à filia Siō omnis decor eius: facti sunt principes eius velut arietes nō inuenientes pascua: & abierūt absque fortitudine ante faciē subsequentis. Ierusalem, Ierusalem. ℟. Ecce vidimus eū non habentem speciem, neque decorem: aspectus eius in eo non est: hic peccata nostra portauit, & pro nobis dolet: ipse

ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras. Cuius liuore sanati sumus. ℣. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Cuius. Ecce vidimꝰ.

In ij. noctur. Antiph. Liberauit Dominus pauperem à potente, & inopem cui non erat adiutor. Psal. Deus iudicium. folio 37. Aña. Cogitauerunt impij, & locuti sunt nequitiā, iniquitatem in excelso locuti sunt. Psal. Quam bonus. fol. 37. Antiph. Exurge Domine, & iudica causam meam. Psal. Vt quid Deus. fol. 39. ℣. Deꝰ meus eripe me de manu peccatoris. ℟. Et de manu contra legem agentis, & iniqui.

Ex tractatu sancti Augustini Epi super Psalmos. Lectio iiij.

In ps 54. versu 1. & 9. EXaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. Satagētis, solliciti, in tribulatione positi, verba sunt ista. Orat multa patiens, de malo liberari desiderans. Superest vt audiamus in quo malo sit, & cùm dicere cęperit, agnoscamus ibi nos esse, vt communicata tribulatione, cōiungamus orationem. ℟. Amicus meꝰ osculi me tradidit signo: quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum: hoc malum fecit signum, qui per osculū adimpleuit homicidium. Infelix prætermisit pretium sanguinis, & in fine laqueo se suspēdit. ℣. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Infęlix prætermisit. Lectio v.

COntristatus sum, inquit, in exercitatione mea, & conturbatus sum. Vbi contristatus? vbi cōturbatus? in exercitatione mea, inquit. Homines malos, quos patitur, commemoratus est: eandemque passionem malorū hominū, exercitationem suā dixit. Ne putetis gratis malos esse ī hoc mundo, & nihil boni de illis agere Deum. Omnis malus, aut ideò viuit, vt corrigatur, aut ideò viuit, vt per illum bonus exerceatur. ℟. Iudas mercator pessimus osculo petijt Dominum: ille vt Agnus innocens nō negauit Iudę osculum. Denariorum numero Christum Iudæis tradidit. ℣. Melius illi erat, si natus non fuisset. Denariorum numero Christum. Lectio vj.

VTinam ergo qui nos modò exercent, conuertantur, & nobiscum exerceantur: tamen quamdiù ita

ita sunt, vt exerceant nos, non eos oderim⁹: quia in eo, quòd malus est quis eorum, vtrum vsq; in finem perseueraturus sit, ignoramus. Et plerumque cùm tibi videris odisse inimicum, fratrem odisti, & nescis. ℟. Vn⁹ ex discipulis meis tradet me hodie: Væ illi per quẽ tradar ego. Melius illi erat, si natus non fuisset. ℣. Qui intingit manum mecum in paropside, hic me traditurus est in manus peccatorum. Melius illi erat, si non. Vnus ex. In iij. noct. Aña. Dixi iniquis, nolite loqui aduersus Deum iniquitatem. Psal. Confitebimur. fol. 40. Aña. Terra tremuit, & quieuit, dum exurgeret in iudicio Deus. Psal. Notus in Iudęa. f. 50. Aña. In die tribulationis meę Deum exquisiui manibus meis. Ps. Voce mea. j. folio 40. ℣. Exurge Dñe. ℟. Et iudica causã meã.

De Epistola B. Pauli Apostoli ad Corinthios. Lectio vij.

HOc autem præcipio non laudans quod nõ in melius, sed in deterius conuenitis. Primùm quidem conuenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo: nam oportet hęreses esse, vt qui ꝓbati sunt, manifesti fiant in vobis. ℟. Eram quasi Agnus innocens; ductus sum ad immolandũ, & nesciebam: consilium fecerũt inimici mei aduersum me dicẽtes: Venite mittamus lignũ in panem eius, & eradamus eum de terra viuen tiũ. ℣. Oẽs inimici mei aduersum me cogitabant mala mihi: verbum iniquum mãdauerunt aduersum me dicẽtes. Venite. L. viij.

COnuenientibus ergo vobis in vnum, iam non est Dominicam cœnam manducare. Vnusquisque enim suã cœnam præsumit ad manducandum, & alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Nũquid domos non habetis ad manducandum, & bibendũ? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos, in hoc non laudo. ℟. Vna hora non potuistis vigilare mecum, qui exhortabamini mori pro me? Vel Iudã non videtis quomodo nõ dormit, sed festinat tradere me Iudæis. ℣. Quid dormitis? Surgite & orate, ne intretis in tentationẽ. Vel Iudam. L. ix.

EGo enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & manducate: Hoc est corpus meũ, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationẽ. ℟. Seniores populi consiliũ fecerunt, Vt Iesum dolo tenerent, & occiderent: cum gladijs, & fustibus exierunt tam quàm ad latronem. ℣. Collegerunt Pontifices, & Pharisęi cõciliũ. Vt Iesum. Seniores.

Ad Laudes, Antiphona.

IVstificeris Domine in sermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris. Ps. Miserere. f. 17. Aña. Dñs tamquàm ouis ad victimam ductus est, & non aperuit os suum. Psal. Domine refugium. fol. 45. Aña. Cõtritum est cor meũ in medio mei; contremuerunt omnia ossa mea. Ps. Deus Deus me⁹. fol. 18. Aña. Exaltatus es in virtute tua, & ĩ refectione sanctã tua Domine. Cant. Cantemus Domino fol. 45. Antiph. Oblatus est, quia ipse voluit, & peccata nostra ipse portauit. Psal. Laudate Dominum de cęlis. f. 19. Cap. ℟. br. & Hym. non dicuntur. ℣. Homo pacis meæ in quo speraui. ℟. Qui edebat panes meos ampliauit aduersum me supplantationẽ. Ad Bñs, Aña. Traditor autem dedit eis signum, dicens: Quẽ osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Interim dũ dr̃ Canticũ Benedictus. Extinctis prius omnibus candelis in candelabro triangulari, præter vnam, quæ posita est in summitate Candelabri, extinguũtur paulatim sex candelæ super altare positæ ad duos quosque versus, ita vt in vltimo versu extinguatur vltima candela. Similiter extinguũtur lampades, & luminaria per ecclesiã. Cum repetitur Aña. Traditor. ex cãdelabro accipitur suprema candela, & sub altari absconditur in cornu Epistolæ. repetita Aña post Benedictus. dr̃ ℣. Chr̃s factus est pro nobis obediens vsque ad mortẽ. Secũda nocte addit. Mortem autẽ crucis. Tertia nocte additur. Propter quod & Deus exaltauit illũ, & dedit illi nomen, quod est super oẽ nomẽ. Et sicut in Matutino, ita dr̃ per horas diei. Cum incipitur ℣. Christus factus est. Oẽs genuflectant, & eo finito dr̃ Pr̃ nr̃. totũ sub silentio. Postea Psal. Miserere. aliquãtulũ altiꝰ quo finito, simili voce sine Oremus. dicitur oratio Respice quæsumus. sed Qui tecum.

dicitur sub silētio. Finita oratione fit frangor, & strepitus aliquantulum: mox profertur candela accensa, & omnes cū silentio discedunt. Ad j. iij. vj. & ix. dictis secretò Pater noster, Aue Maria. & Ad j. Credo. absolutè inchoātur Psal. Deus in nomine. Beati immaculati. Retribue. Quibus finitis dr ℣. Chrs factus est. Deinde flexis genibus dicitur secretò. Pater nr. Psal. Miserere. Oro. Respice. sicut in Matutino, quod fit ad oēs horas. In hoc triduo non annūciatur aliquid de Martyrologio, nec dicitur Pretiosa. Ad iij. Psal. Legem pone. Memor esto. Bonitatē. ℣. ps. Miserere. & oratio vt supra. Ad vj. Psal. Defecit. Quomodo. Iniquos. Ad ix. Psal. Mirabilia. Clamaui. Principes. Ad Vesp. dicto secretò Pr nr. & Aue Maria, incipiuntur absolutè à prima Aña sequenti.

Calicem salutaris accipiā: & nomen Domini inuocabo. Psal. Credidi. f. 68. Aña. Cū his, qui oderunt pacē erā pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Psal. Ad Dominum. f. 65. Antiph. Ab hominibus iniquis libera me Dñe. Psal. Eripe me Domine. fol. 71. Aña. Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi: & à scandalis operantium iniquitatē. Psal. Domine clamaui. fol. 72. Aña. Considerabam ad dexteram, & videbam, & non erat, qui cognosceret me. Psal. Voce mea. ij. fol. 73. Cap. ℟. br. Hym. & ℣. non dicuntur in hoc triduo. Ad Mag. Aña. Cœnantibus autem illis accepit Iesus panem, & benedixit ac fregit, deditq; discipulis suis. ℣. Chrs factus est. cū rel. vt supra ad Matutinū. Ad Cōplet. nō dr Iube Dōne. nec Lectio br. sed facta Cōfessione, & Absolutione incipit à Psal. Cū inuocarē. 76. Deinde ps. In te Domine. Vsq; ad ℣. In manus tuas. inclusiuè. 13. Postea Psal. Qui hab. 76. Ecce nūc. 77. Cant. Nūc dimit. Deinde ℣. Christus factus est. cū rel. vt suprā ad alias horas. Sic terminantur omnes horæ in hoc triduo vsque ad Vesperas Sabbathi sancti.

FERIA SEXTA

In Parasceue. Duplex 1.

Ad Matut. In j. nocturn Aña. Astiterunt reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominū, & aduersum Christum eius. Psal. Quare fremuerunt. f. 1. Aña. Diuiserunt sibi vestimēta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Psal. Deus Deus meus respice. folio 10. Aña. Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Psal. Dominus illuminatio. fol. 12. ℣. Diuiserunt sibi vestimenta mea. ℟. Et sup vestē meā miserūt sortē.

De Lamētatione Ieremiæ Prophetæ. Lectio j. Heth.

Ex ca. 2. sub init. Cogitauit Dominus dissipare murum filiæ Sion, tetendit funiculum suum, & non auertit manum suā à perditione: luxitq; antemurale, & mur⁹ pariter dissipatus est. Teth. Defixæ sunt in terra portæ eius: perdidit, & contriuit vectes eius, Regē eius, & principes eius in gentibus. Nō est lex, & Prophetæ eius non inuenerunt visionē à Domino. Ierusalem, Ierusalē. ℟. Oēs amici mei dereliquerunt me, & præualuerunt insidiātes mihi: tradidit me quē diligebā. Et terribilib⁹ oculis plaga crudeli percutientes, aceto potabant me. ℣. Inter iniquos ꝓiecerunt me, & non pepercerunt aīæ meæ. Et. L. ij. Iod. Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion: consperserunt cinere capita sua, accincti sunt cilicijs: abiecerunt in terra capita sua virgines Iuda. Caph. Defecerūt præ lachrymis oculi mei: cōturbata sunt viscera mea. Effusum est in terra iecur meum, super cōtritionem filiæ populi mei, cum deficeret paruulus, & lactens in plateis oppidi. Ierusalem, Ierusalem. ℟. Velum templi scissum est, Et omnis terra tremuit, latro de cruce clamauit, dicens; Memēto mei Domine, dum veneris in regnum tuum. ℣. Petræ scissæ sunt, & monumēta apta sunt, & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et omnis. Lectio iij. Lamed. Matribus suis dixerunt: Vbi est triticū, & vinū? cùm deficerēt quasi vulnerati in plateis ciuitatis cùm exhalarent animas suas in sinu matrum suarum. Mem. Cui cōparabo te, vel cui assimilabo te, filia Ierusalē? cui exæquabo te, & consolabor te virgo filia Sion? Magna est enim velut mare contritio tua: quis medebitur tui? Ierusalem, Ierusalē. ℟. Vinea mea electa; ego te plantaui: Quomodo cōuersa es in amaritudinem, vt me crucifigeres, & Barrabā dimitteres? ℣. Sepiui te, & lapides

pides elegi ex te, & ædificaui turrim. Quomodo. Vinea. In iij. noct. Aña. Vim faciebāt qui quærebant animam meā. Psal. Domine ne in furore. ij. fol. 23. Aña. Confundantur, & reuereantur qui quærunt animam meam, vt auferant eam. Ps. Expectans. folio 24. Aña. Alieni insurrexerunt in me, & fortes quæsierunt animam meam. Ps Deus in nomine tuo. fol. 30. ℣. Insurrexerunt in me testes iniqui. ℟. Et mētita est iniquitas sibi.

Ex Tract. S. Augustini Episcopi super Psalmos. Lectio iiij.

In Ps. 63. Ver. 2. & 3. PRotexisti me Deus à conuentu malignantiū, à multitudine operantium iniquitatem. Iam ipsum caput nostrū intueamur. Multi Martyres talia passi sunt, sed nihil sic elucet, quo modo caput martyrum: ibi melius intuemur, quod illi experti sunt. ℟. Tāquàm ad latronem existis cū gladijs, & fustibus comprehēdere me. Quotidie apud vos eram in templo, docens, & nō me tenuistis: & ecce flagellatum ducitis ad crucifigēdum. ℣. Cumque iniecissent manus in Iesum, & tenuissent eum, dixit ad eos. Quotidie apud vos eram in templo. Lectio v.

PRotectus est à multitudine malignantium, protegente se Deo, protegēte carnem suā in ipso filio, & homine, quem gerebat, quia filius hominis est, & filius Dei est: filius Dei, propter formā Dei, filius hominis, propter formam serui, habens potestatē ponere animam suam, & recipere eā. ℟. Tenebræ factæ sunt dum crucifixissent Iesum Iudæi: & circa horam nonam exclamauit Iesus voce magna: Deus meus vt quid me dereliquisti? Et inclinato capite emisit spiritū. ℣. Exclamans Iesus voce magna, ait, Pater, in manus tuas cōmēdo spiritū meū. Et. L. vj.

QVid potuerūt facere inimici? occiderūt corpus, animam autem non occiderunt. Intendite. Parum ergo erat, Dominum hortari martyres verbo, nisi firmaret exemplo. Nostis, qui conuentus erat malignātium Iudęorū, & quæ multitudo erat operantium iniquitatem? Quam iniquitatem? Quia uoluerūt occidere Dñm Iesum Chrm. ℟. Animā meā dilectā tradidi in manus iniquorū, & facta est mihi hęreditas mea sicut leo in sylua: dedit contra me voces aduersarius, dicens: Cōgrega-

gamini, & properate ad deuorandū illū: posuerūt me in deserto solitudinis, & luxit super me omnis terra. Quia nō est inuētus, qui me cognosceret, & faceret bene. ℣. Insurrexerūt in me viri absque misericordia, & non pepercerunt animę meę. Quia. Animam. In iij. noct. Aña. Ab insurgentibus in me libera me Dñe, qa occupauerūt aīam meam. Ps. Eripe me de inimicis meis. f. 31. Aña. Longè fecisti notos meos à me: traditus sum, & nō egrediebar. Ps. Dñe Deus salutis. f. 44. Aña. Captabunt in animā iusti, & sanguinē innocentē condēnabunt. Ps. Deus vltionū. f. 48. ℣. Locuti sunt aduersū me ligua dolosa. ℟. Et sermonib⁹ odij circūdederunt me, & expugnauerūt me gratis.

De Epistola B. Pauli Apostoli ad Hebręos. Lectio vij.

Ex c. 4 FEstinemus ingredi in illā requiē, vt ne in idipsum qs incidat incredulitatis exēplū. Viuus est eīm sermo Dei, & efficax, & penetrabilior oī gladio ancipiti, & ptingēs vsq; ad diuisionē aīę, & spūs, cōpagū quoq; ac medullarū; & discretor cogitationum, & intētionū cordis, & nō est vlla creatura inuisibilis in cōspectu eius. Oīa autē nuda, & aperta sunt oculis ei⁹. ℟. Tradiderūt me in man⁹ impiorū, & inter iniquos proiecerūt me, & nō pepercerūt aīæ meæ: congregati sunt aduersum me fortes. Et sicut Gigantes steterunt cōtra me. ℣. Alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animā meā. Et. L. viij.

HAbētes ergo Pōtificē magnū q penetrauit cęlos, Iesum filiū Dei, teneam⁹ spei nræ cōfessionē. Non enim habemus Pōtificē, qui nō possit cōpati infirmitatib⁹ nris, tētatū autē p oīa pro similitudine absq; peccato. Adeamus ergo cū fiducia ad thronū grę eius: vt misericordiā cōsequamur, & grām inueniam⁹ in auxilio opportuno. ℟. Iesum tradidit impi⁹ summis Pricipibus Sacerdotū, & Seniorib⁹ populi. Petrus autē sequebat eū à lōge, vt videret finē. ℣. Adduxerūt autē eū ad Caiphā Pricipē Sacerdotū, vbi Scribę, & Pharisęi cōuenerant. Petrus. L. ix.

OMnis nāq; Pontifex ex hominibus assumptus, p hominibus cōstituitur in his, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis, qui cōdolere possit his, qui ignorant, & errant: qm & ipse cir-

circundatus est infirmitate. Et propterea debet quemadmodũ pro populo, ita etiã, & pro semetipso offerre pro peccatis. ℟. Caligauerũt oculi mei à fletu meo: quia elõgatus est à me, qui consolabatur me. Videte oẽs populi, Si est dolor similis sicut dolor meus. ℣. O vos omnes, qui transitis per viam, attẽdite & videte. Si est dolor similis. Caligauerũt.

Ad Laudes, Antiphona.

PRoprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illũ. Ps. Miserere. f. 17. Aña. Anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum. Psal. Domine exaudi. ij. f. 57. Aña. Ait latro ad latronẽ: Nos quidẽ digna factis recipimus, hic autem quid fecit? memẽto mei Domine, dũ veneris in regnũ tuũ. ps. Deus Deus meus. f. 18. Aña. Cũ conturbata fuerit anima mea, Domine misericordię memor eris. Cãt. Dñe audiui. f. 51. Aña. Memẽto mei Domine, dũ veneris in regnũ tuum. ps. Laudate Dñm de cęlis. f. 19. ℣. Collocauit me in obscuris. ℟. Sicut mortuos seculi. Ad Bñs, Aña. Posuerunt super caput eius causam ipsius scriptã. Iesus Nazarenus, Rex Iudęorum. ℣. Christus factus est. ps. Miserere. Orõ. Respice quæsumus. vt supra.

Horæ dicũtur vt supra in Cœna Domini, similiter & Completorium. Ad Vesperas Añæ, & Psal. præteriti diei. Ad Mag. Aña. Cum accepisset acetum, dixit, consummatum est: & inclinato capite emisit spiritum.

SABBATHO Sancto. Duplex I.

Ad Matut. In j. noctur. Aña.

IN pace in idipsum: dormiã, & requiescam. ps. Cum inuocarem. fol. 76. Aña. Habitabit ĩ tabernaculo tuo: requiescet in monte sancto tuo. ps. Domine quis. fol. 6. Aña. Caro mea requiescet in spe. ps. Cõserua me. fol. 6. ℣. In pace in idipsũ. ℟. Dormiã, & requiescã.

De Lamentatione Ieremiæ Prophetę. Lectio j. Heth.

MIsericordiæ Dñi, quia non sumus consumpti: quia non defecerunt miserationes eius. Heth. Noui diluculò, multa est fides tua. Heth. Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum. Teth. Bonus est Dominus sperãtibus in eum, animę quærenti illum. Ierusalem, Ierusalem. ℟. Sicut ouis ad occisionem ductus est, & dum malè

Ex ca. 3. ante medium.

tractaretur, non aperuit os suum: traditus est ad mortem, Vt viuificaret populum suum. ℣. Tradidit in mortem animam suam, & inter sceleratos deputatus est. Vt viuificaret pop. Lectio ij. Teth.

BOnum est præstolari cũ silẽtio salutare Dei. Teth. Bonum est viro: cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Iod. Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se. Iod. Ponet in puluere os suũ, si fortè sit spes. Iod. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs. Ierusalem, Ierusalem. ℟. Ierusalem surge, & exue te vestibus iucunditatis: induere cinere, & cilicio. Quia in te occisus est Saluator Israel. ℣. Deduc quasi torrentem lachrymas per diẽ, & noctẽ, & non taceat pupilla oculi tui. Quia in te. Ierusalem.

Incipit Oratio Ieremiæ Prophetæ. Lectio iij.

Cap. 5 REcordare Domine, quid acciderit nobis: intuere & respice opprobrium nostrum. Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostræ ad extraneos. Pupilli facti sumus absq; patre, matres nostræ quasi viduæ. Aquam nostram pecunia bibimus, ligna nostra pretio comparauimus. Ceruicibus minabamur, lassis non dabatur requies. ℟. Plange quasi virgo plebs mea; Vlulate pastores in cinere, & cilicio: Quia veniet dies Domini magna, & amara valde. ℣. Accingite vos Sacerdotes, & plangite ministri altaris, aspgite vos cinere. Quia veniet dies Domini. Plange quasi virgo.

In ij. noctur. Aña. Eleuamini portæ æternales, & introibit rex glorię. ps. Domini est terra. fol. 11. Aña. Credo videre bona Domini: in terra viuentium. Psal. Dominus illuminatio. fol. 12. Aña. Abstraxisti ab inferis animam meam. ps. Exaltabo te Domine. fol. 13. ℣. Tu autem Domine miserere mei. ℟. Et resuscita me, & retribuam eis.

Ex tractatu sancti Augustini Epi super Psalmos. Lectio iiij.

ACcedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus: In ps. 63. ver.
Illi dixerũt: quis nos videbit? Defecerunt scrutantes scrutationes, & consilia mala. Accessit homo ad ipsa consilia, passus est se teneri, vt homo. Non eñ teneret̃, nisi homo, aut videret̃, nisi homo, aut cęderet̃, nisi homo, aut crucifigeretur, aut mõreretur nisi homo. ℟.

Recessit pastor nr̃, fons aquæ viuæ, ad cuius transitum Sol obscuratus est. Nam & ille captus est, qui captiuum tenebat primum hominem: hodie portas mortis, & seras pariter Saluator noster disrupit. ℣. Destruxit quidem claustra Inferni, & subuertit potentias Diaboli. Nam & ille. Lect. v.

ACcessit ergo homo ad illas oẽs passiones, quæ in illo nihil valerẽt, nisi esset homo. Sed si ille non esset homo, non liberaretur homo. Accessit homo ad cor altum, idest, cor secretum, obijciens aspectibus humanis hominẽ, seruans intus Deum, celãs formã Dei, in qua equalis est Patri, & offerens formam serui, qua minor est Patre. ℟. O vos omnes, qui transitis per viã, attendite, & videte, Si est dolor similis sicut dolor meus. ℣. Attendite vniuersi populi, & videte dolorem meum. Si est dolor. Lectio vj.

POsuerunt custodes milites ad sepulchrum: concussa terra, Dominus resurrexit: miracula facta sunt talia circa sepulchrum, vt ipsi milites, qui custodes aduenerãt, testes fierent, si vellent vera nunciare. Sed auaritia illa, quæ captiuauit discipulum comitem Christi, captiuauit & militem custodẽ sepulchri. ℟. Ecce quo modo moritur iustus, & nemo percipit corde: & viri iusti tolluntur: & nemo considerat: à facie iniquitatis sublatus est iustus. Et erit in pace memoria eius. ℣. Tamquàm Agnus coram tondente se obmutuit: & non aperuit os suum: de angustia, & de iudicio sublatus est. Et erit. Ecce quo modo.

In iij. noctur. Aña. Deus adiuuat me, & Dominus susceptor est animæ meæ. Psal. Deus in nomine. f. 30. Antiph. In pace factus est locus eius: & in Sion habitatio eius. ps. Notus in Iudæa. fol. 50. Antiphona. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. ps. Domine Deus salutis. fol. 44. ℣. In pace factus est locus ei⁹. ℟. Et in Sion habitatio eius.

De Epistola B. Pauli Apostoli ad Hebreos. Lectio vij.

CHristus assistens Põtifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius tabernaculum non manu factum, idest non huius creationis, neque per sanguinem hircorũ, aut vitulorum, sed per proprium sanguinẽ introiuit semel in sancta, æterna redemptione Ex c. 9 ante med.

ptione inuenta. ℟. Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum Aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. ℣. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Aduersus Dominum, & aduersus. Lect. viij.

SI enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quãtò magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum seipsum obtulit immaculatũ Deo, emundabit consciẽtiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti? ℟. Æstimatus sum cum descendentibus in lacum. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. ℣. Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis, & in umbra mortis. Factus sum sicut homo sine adiut. Lectio ix.

ET ideò noui testamenti mediator est, vt morte intercedẽte in redemptionẽ earum præuaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiãt, qui vocati sunt, æternæ hæreditatis. Vbi enim est testamentum, mors necesse est intercedat testatoris. ℟. Sepulto Domino signatum est monumentum; voluentes lapidem ad ostium monumenti. Ponentes milites, qui custodirent illum. ℣. Accedentes Principes Sacerdotum ad Pilatum, petierunt illum. Ponentes milites, qui. Sepulto Domino signatum.

Ad Laudes. Antiphona.

O Mors ero mors tua, morsus tuus ero Inferne. ps. Miserere. folio 17. Antiph. Plangent eum quasi vnigenitum, quia innocens Dominus occisus est. Psal. Iudica me Deus. folio 32. Antiph. Attendite vniuersi populi, & videte dolorem meum. Psal. Deus Deus meus ad te. f. 18. Antiphona. A porta inferi erue Domine animam meam. Canticum. Ego dixi. folio 32. Antiphona. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. Psalmus. Laudate Dominum de cœlis. folio 19. ℣. Caro mea requiescet in spe. ℟. Et nõ dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Ad Benedictus, Antiphona. Mulieres sedentes ad monumentum, lamentabantur flentes Dominum. ℣. Christus factus est. Psalmus. Miserere. folio 17. Oratio vt supra.

Dictis horis, vt ſupra in Cœna Domini, dicitur miſſa, vt in Ordinario, & facta cõmunione Sacerdotis, ſtatim ꝑ Veſpere dicitur Añа. Hallel uia, halleluia, halleluia. ps. Laudate Dominum omnes gẽtes. f. 68. cum Gloria Patri. Sicut erat. Et repetitur Aña. Halleluia. Cap. ℟. br. Hym. & ℣. non dicantur. Ad Mag. Aña. Veſpere autem Sabbathi, quæ luceſcit in prima Sabbathi, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulchrũ, hallẽa. Cant. Magnificat. cum Gloria Patri. Sicut erat. Et repetit Aña. Veſpere autem. Deinde dicitur ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

SPiritũ nobis Domine, tuæ charitatis infunde: vt quos ſacramentis Paſchalibus ſatiaſti, tua facias pietate cõcordes. Per Dñm. In vnitate eiuſdem. Deinde ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Benedicam⁹ Dño, halleluia, halleluia. ℟. Deo grãs, hall. hall. Non dicitur Fidelium animę. nec Aña Regina cęli. nec ce tera alia in his veſp. ſed dicto Benedicamus Domino, &c. vt ſupra, terminatur abſolute officium, tam in Choro, quàm extra Chorum. Ad Cõpl. dr ℣. Iube. & omnia alia conſueta, vt fit per annũ, ſed loco Laus tibi Domine. dicit Halleluia. Deinde dicũtur Pſalmi in fer. v. adnotati, cum Gloria Patri. Hym. Cap. & ℣. non dñr, ſed immediatè dr principiũ Aña. Veſpere autẽ. Cant. Nunc dimittis. fol. Poſtea dr tota Aña, & immediatè ſine Kyrie. dicitur ℣. Do minus vobiſcũ. Oratio. Viſita qs. Data Benedictione dr. Aña. Regina cęli. & reliq. vt infra. Antiphona.

REgina cœli lætare, hallẽa. Quia quẽ meruiſti portare, halleluia. Reſurrexit, ſicut dixit, hallẽ. Ora pro nobis Deum, hallẽ. ℣. Gaude, & lætare virgo Maria, halleluia. ℟. Quia ſurrexit Dominus verè, halleluia. Oratio.

DEus, qui per reſurrectionem filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti familiam tuã lætificare dignatus es: præſta, quæſumus, vt per eius genitricem virginem Mariam, perpetuæ capiamus gaudia vitæ. Et famulos tuos ab omni aduerſitate cuſtodi. Per eundem.

DOMINICA RESVRRECTIONIS.

DVPLEX I.

AD MATVTINVM.

INVITATORIVM.

Surrexit Dominus verè: Halleluia. Pſal. Venite. f. 9. Hym.

REx ſempiterne Domine,
Rerum creator omnium,
Qui eras ante ſecula,
Semper cum Patre Filius.
Qui mundi in primordio
Adam plaſmaſti hominem,
Cui tuæ imagini
Vultum dediſti ſimilem.
Quem Diabolus deceperat
Hoſtis humani generis,
Cuius tu formam corporis
Aſſumere dignatus es.
Vt hominem redimeres
Quẽ antè iã plaſmaueras,
Et nos Deo coniungeres
Per carnis contubernium.
Quem editum ex Virgine
Paueſcit omnis anima,
Per quem & nos reſurgere
Deuota mente credimus.
Qui nobis per baptiſmum
Donaſti indulgentiam,
Qui tenebamur vinculis
Ligati conſcientiæ.
Qui Crucem propter hominẽ
Suſcipere dignatus es,
Dediſti tuum ſanguinem
Noſtræ ſalutis pretium.
Quæſumus auctor omnium
In hoc Paſchali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.
Gloria tibi Domine
Qui ſurrexiſti à mortuis
Cũ Patre, & ſancto Spiritu
In ſempiterna ſecula. Amẽ.

Iſte ℣. Gloria tibi Domine. Dicitur in fine omniũ Hymnorum eiuſdem metri vſq; ad Aſcenſionem: præterquàm in officio beatæ Mariæ Virginis. In primo noctur. Antiphona.

EGo ſum, qui ſum, & conſilium meum non eſt cum impijs: ſed in lege Domini voluntas mea eſt, halleluia. Pſal. Beatus vir. fol. 1. Aña. Poſtulaui Patrem meum, halleluia. Dedit mihi gẽtes, halleluia, in hęreditatẽ, halleluia. Ps. Quare

re fremuerunt. fol. 1. Aña. Signasti super me lumen vultus tui Domine, halleluia: dedisti lętitiam in corde meo: halleluia. ps. Cum inuocarē. fol. 76. Aña. Omnia subiecisti sub pedibus meis, halleluia: gloria, & honore coronasti me Domine, halleluia. ps. Domine Dominus noster. folio 4. Aña. Ad nihilū deducti sunt inimici mei, halleluia: quoniá sine macula operat⁹ sum iustitiam, hallā. ps. Dñe quis. f. 6. Aña. Nō dereliquisti in inferno animā meā Dñe, hallā: nec dedisti sanctum tuum videre corruptionem hallā. ps. Conserua me. fol. 6. ℣. Surrexit Dñs de sepulchro, hal. ℟. Qui ꝑ nobis pepēdit ī ligno, hall.

De Actibus Apostolorum. L. j.

c.2 ed. STās autē Petrus cū vndecī, leuauit vocē suá, & locutus est eis: Viri Israelitæ audite verba hæc. Iesum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus, & prodigijs, & signis, quę fecit Deus per illum in medio vestri, sicut vos scitis: Hunc definito consilio & pręscientia Dei traditū per manus iniquorum affligentes interemistis: quē Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxtà quòd impossibile erat teneri illum ab eo. ℟. Angelus Domini descendit de cęlo: & accedens reuoluit lapidem, & super eū sedit, & dixit mulieribus: Nolite timere; scio em̄ quia crucifixum quæritis: iàm surrexit: venite, & videte locū, vbi positus erat Dñs, halleluia. ℣. Et introeūtes in monumētū viderunt iuuenē sedentē in dextris coopertū stola cādida, & obstupuerūt: qui dixit illis; Nolite timere. Gloria Patri. Et repetit ℟. Angel⁹ Dñi. vsque ad ℣. ī hac nocte tātū. L. ij.

DAuid enim dicit in eum: Prouidebā Dñm in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear. Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniam nō derelinques animam meā in inferno: nec dabis sanctū tuū videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ: adimplebis me iucunditate cum facie tua. ℟. Angelus Domini locutus est mulieribus, dicēs: Quē quæritis? An Iesum quæritis? Iàm surrexit. Venite, & videte, halleluia. ℣. Iesum quæritis Nazarenum crucifixum? Surrexit: non est hic. Venite, & videte.

Lectio iij.

Viri

VIri fratres, liceat audēter dicere ad vos de patriarcha Dauid: quoniā & defunctus est, & sepultus est: & sepulchrum eius est apud nos vsq; in hodiernū diē. Propheta igit̄ cū esset, & sciret quia iureiurādo iurasset illi Deus, de fructu lumbi eius sedere super sedē eius: prouidens locutus est de resurrectione Christi, quia neque derelictus est in inferno, neq; caro eius vidit corruptionem. Hunc Iesum resuscitauit Deus, cuius omnes nos testes sumus. ℟. Dum transisset Sabbathū, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerūt aromata, Vt veniētes vngerent Iesum, hallā, hallā. ℣. Et valdè manè vna Sabbathorū veniunt ad monumētum, orto iā Sole. Vt. L. iiij.

DEus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, De⁹
Ex c.3 ī med. patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum, quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, iudicāte illo dimitti. Vos autē sanctū, & iustum negastis, & petistis virum homicidā donari vobis: auctorem verò vitæ interfecistis, quem Deus suscitauit à mortuis, cuius non testes sumus. ℟. Maria Magdalene, & altera Maria ibant diluculò ad monumentum. Iesum, quē quæritis, nō est hic: surrexit sicut locutus est: pręcedet vos in Galilæam: ibi eum videbitis, halleluia, halleluia. ℣. Et valdè manè vna Sabbathorū veniunt ad monumentum orto iàm Sole: Et introeuntes viderūt iuuenē sedētē ī dextris, q dixit illis. Iesum. Gloria.

In ij. noctur. Aña. Eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ: halleluia, halleluia, halleluia. Psal. Domini est terra. f. 11. Aña. Refloruit caro mea, hallā. & factus est Dñs ꝓtector Chr̄i sui, hallā. ps. Ad te Dñe cla. f. 12. Aña. Cōscidisti saccū meū Dñe, hallā: & circū dedisti me lętitia, hallā. Psal. Exaltabo te Dñe. f. 13. Aña. Exurge gloria mea, halleluia; exurge psalterium, & cithara, halleluia: exurgam diluculò. Psalmus. Miserere mei Deus, miserere mei. fol. 32. Antiphona. Mirabilia fecit Dominus, halleluia: quia saluauit sibi brachium sanctū eius, halleluia. Psal. Cantate ij. fol. 49. Antiphona. Hæc dies, quam fecit Dominus, halleluia: exultemus, & lętemur in ea, halleluia. Psal. Confitemini. iiij. folio 17.

℣. Sur-

℣. Surrexit Dñs verè, halla.
℟. Et apparuit Simoni, halla.

Sermo S. Leonis Papæ. Lect. v.

fer. le re rre- one ni.

DIcente Apostolo: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cœlestis: qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Sicut portauim⁹ imaginẽ terreni, portemus & imaginem eius, qui est de cœlo: multum nobis de hac commutatione gaudẽdum est. ℟. Surrexit pastor bonus, qui animam suam posuit pro ouibus suis, & pro grege suo mori dignatus est. Halleluia, halleluia, halleluia. ℣. Pascha nostrũ immolatus est Christus. Halleluia, halleluia, hallel. Lec. vj.

EA enĩ, de ignobilitate terrena ad cœlestẽ trãsferimur dignitatẽ, per illius ineffabilẽ misericordiã, qui vt nos in sua proueheret, in nostra descendit, vt non solùm substantiam, sed etiam conditionẽ naturæ peccatricis assumeret, & ea sibi pateretur inferri Diuina impassibilitas, quæ miserrimè experitur humana mortalitas. ℟. Virtute magna reddebant Apostoli. Testimoniũ resurrectionis Iesu Christi Domini nostri, halleluia, halleluia. ℣. Repleti quidem Spiritu sancto loquebantur cũ fiducia verbũ Dei. Testimonium resurrectionis. Lect. vij.

VNde ne turbatos Discipulorum animos longa mæstitudo cruciaret, denũciatam tridui moram tàm mira celeritate breuiauit, vt dum ad integrum secundum diẽ, pars primi nouissima, & pars tertij prima concurrit, & aliquãtum temporis spatio decideret, & nihil dierum numero deperiret. ℟. De ore prudentis processit mel, halleluia: dulcedo mellis est sub lingua eius, halleluia. Fauus distillans labia eius, halleluia, halleluia. ℣. Sapientia requiescit in corde ei⁹, & prudentia in sermone oris illius. Fauus distillans. L. viij.

REsurrectio igitur Saluatoris nec animam in inferno, nec carnem diu morari passa est in sepulchro, & tàm velox incorruptæ carnis viuificatio fuit, vt maior ibi esset soporis similitudo, quàm mortis: quoniam Deitas, quæ ab vtraque suscepti hominis substantia non recessit, quod potestate diuisit, potestate coniũxit. ℟. Ecce vicit Leo de Tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & soluere septem signacula eius. Halleluia, halleluia,

leluia,

leluia, halleluia. ℣. Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinẽ, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Hall. hall. hall.

IN TERTIO NOCT.

Aña. Halleluia, halleluia, halleluia. Cãticum. Quis est iste. cum reliquis. folio

℣. Gauisi sunt discipuli, halla.
℟. Viso Domino, halleluia.

Lect. S. Euãg. ſcd̃m Marcũ. L. ix.

Ex ca. 16. in ĩ init.

IN illo tẽpore: Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome, abeuntes emerũt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Ex homi. 12 sub init.

AVdistis, fratres charissimi, quòd sanctæ mulieres, quæ Dominum fuerãt secutæ, cum aromatibus ad monumentum venerũt, & ei, quẽ viuentem dilexerãt, etiã mortuo studio humanitatis obsequuntur. Sed res gesta aliquid in sancta Ecclesia signat gerẽdum. Sic quippè necesse est, vt audiamus quæ facta sunt, quatenus cogitemus etiã quæ nobis sint ex eorum imitatione facienda. ℟. Ego sum vitis vera, & vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, halleluia, halleluia. ℣. Sicut dilexit me pr̃, & ego dilexi vos. Qui. Lec. x.

ET nos ergo in eum, qui mortuus est credentes, si odore virtutum referti, cum opinione bonorum operum Dominum quærimus, ad monumentum profectò illius cũ aromatibus venimus. Illæ autem mulieres Angelos vident, quę cum aromatibus venerũt: quia videlicet illæ mentes supernos ciues aspiciunt, quę cũ virtutum odoribus ad Dominum per sancta desideria proficiscuntur. ℟. Expurgate vet⁹ fermentum, vt sitis noua conspersio: etenim Pascha nostrũ immolatus est Christus. Itaq; epulemur in Domino halleluia. ℣. Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit ꝓpter iustificationem nostram. Itaque epulemur. Lectio xj.

NOtãdum verò nobis est, quidnam sit, quod ĩ dexteris sedere Angelus cernitur. Quid namq; per sinistram nisi vita p̃sens: quid verò ꝑ dexteram nisi perpetua vita designatur? Vnde in Cãticis Canticorum scriptũ est: Lęua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabit̃ me. ℟. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra

non

non dominabitur:quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel: Quòd autem viuit, viuit Deo,halleluia,halleluia. ℣. Mortuus est semel propter delicta nr̄a, & resurrexit propter iustificationem nostram. Quòd autem. Lectio xij.

Quia ergo Redēptor noster iam præsentis vitæ corruptionē transierat,rectè Angelus, qui nunciare perennem eius vitam venerat,in dextera sedebat: qui stola candida coopertus apparuit, quia festiuitatis nostræ gaudia nunciauit: candor etem̄ vestis splendorem nostræ denunciat solennitatis. ℟. Surgens Iesus Dominus noster, stans in medio discipulorum suorum,dixit: Pax vobis,halleluia.Gauisi sunt discipuli: viso Domino, hallel. ℣. Vna ergo Sabbathorum, cum fores essent clausæ,vbi erant discipuli cōgregati,venit Iesus, & stetit in medio eorum,& dixit eis, Pax vobis,halleluia. Gloria. Pax.

Sequētia S.Euang. s̄m Marcū.

Marc. 16. In illo tēpore: Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome abeuntes emerunt aromata, vt venientes ungerent Iesum. Et valdè manè vna Sabbathorū veniūt ad monumētum orto iàm Sole:& dicebant ad inuicē.Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumenti? Et respicientes viderunt reuolutum lapidem. Erat quippè magnus valdè. Et introeuntes in monumentū, viderunt iuuenem sedentem in dexteris, coopertū stola cādida, & obstupuerunt. Qui dixit illis. Nolite expauescere. Iesum quęritis Nazarenū crucifixum. Surrexit, non est hic. Ecce locus, vbi posuerūt eum. Sed ite, dicite discipulis eius, & Petro: Quia præcedet vos in Galilæam. Ibi eum videbitis, sicut dixit vobis. ℟. Amē.

Ad Laudes, & per horas, Aña.

Angelus autem Domini descendit de cęlo, & accedens reuoluit lapidem,& sedebat super eū, halleluia,halleluia. Psal. Dominus regna. cum rel. fol. 18. Aña. Et ecce terręmotus factus est magnus: Angelus enim Domini descēdit de cęlo,halleluia. Aña. Erat autē aspectus eius sicut fulgur: vestimenta autē eius sicut nix, hall̄a, hall̄a. Aña. Præ timore autē eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui, halleluia. Aña. Respondēs autē Angelus, dixit mulieribus, nolite

nolite timere: scio enim quòd Iesum quęritis,halleluia. Cap.

1.Cor. 5. Fratres:Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua cōspersio, sicut estis azymi: etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. ℟. br. Surrexit Dominus verè: Halleluia, halleluia. ℣. Et apparuit Simoni. Halleluia. Gloria. Surrexit Dominus. Hymnus.

Aurora lucis rutilat,
Cœlū laudibus intonat,
Mundus exultans iubilat,
Gemens infernus vlulat.
Cum rex ille fortissimus,
Mortis confractis viribus,
Pede conculcans tartara,
Soluit à pęna miseros.
Ille,qui clausus lapide
Custoditur sub milite,
Triumphās pompa nobili,
Victor surgit de funere.
Solutis iàm gemitibus,
Et inferni doloribus,
Quia surrexit Dominus,
Resplēdēs clamat Angelus.
Quæsumus auctor oīum. &c. vt sup.

℣. Hæc dies quā fecit Dominus,halleluia. ℟. Exultemus,& lętemur in ea, hall̄a. Hic ℣. dr ad omnes horas vsq; ad Vesp. Sabbathi in Albis, p̄terquàm ad j.& Completoriū.

Ad Bn̄s, Aña. Et valdè manè vna Sabbathorum veniunt ad monumentum orto iàm Sole, halleluia. Oratio.

Deus,qui hodierna die per vnigenitum tuum æternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti; uota nostra, quæ pręueniendo aspiras,etiā adiuuando,p̄sequere.Per eūd. ℣. Dn̄s vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Benedicamus Domino,halleluia,halleluia. ℟. Deo gratias, hall̄a, hall̄a.

Sic dicit in Vesperis, & Laud. tantùm, vsque ad Vesperas Sabbathi in Albis, exclusiuè.

Ad j.Aña. Angelus. Psalmi de Dominica, sed non dr̄ Quicunq;. Cap. Regi. ℣. Exurge Christe,adiuua nos,halleluia. ℟. Et libera nos propter nomen tuum, halleluia. Ad iij. Aña. Et ecce. Capitulum. Fratres: Expurgate. ℣. Hæc dies. Ad vj. Aña. Erat autem. Cap.

1.Cor. 5. Itaque epulemur nō in fermento veteri,neque in fermento malitię,& nequitię:sed in azymis sinceritatis, & veritatis. ℣. Hęc dies. Ad ix. Aña. Respondens. Capitulum.

Colos. 3. Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quęrite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite,non quæ super terram. ℣. Hæc dies quam fec.

Ad

Ad Vesp. Aña. Angelus. cum rel. Psal. de Dominica. Capit. Fratres: Expurgate. ℟. br. Surrexit Dominus de sepulchro: Halleluia, halleluia. ℣. Qui pro nobis pepēdit in ligno. Hal. hallā. Gloria. Surrexit. Hym.

AD cęnam Agni prouidi,
Et stolis albis candidi
Post transitum maris rubri
Christo canamus Principi.
Cuius corpus sanctissimum,
In ara crucis torridum,
Cruore eius roseo,
Gustando viuimus Deo.
Protecti Paschæ vespere,
A deuastante Angelo,
Erepti de durissimo,
Pharaonis imperio.
Iam Pascha nrm Christus est,
Qui immolatus Agnus est,
Sinceritatis azyma,
Caro eius oblata est.
O verè digna hostia,
Per quā fracta sunt tartara,
Redempta plebs captiuata,
Reddita vitæ præmia.
Consurgit Christus tumulo,
Victor redit de barathro,
Tyrānum trudens vinculo,
Et reserans paradisum.

Quæsum⁹ auctor omniū. &c. vt sup. ℣. Hæc dies. ℟. Exultemus. Ad Magn. Aña Et respicientes viderūt reuolutum lapidē: erat quippè magnus valdè, hallā. Oro. Deus, qui ho. Ad Completorium omnia, vt in Psalterio, & ad ℣. Custodi. additur Halleluia.

FERIA SECVNDA.

Duplex I.

Ad Matut. Inuitat. & reliqua vsque ad Lectiones, vt supra in Dominica. ℣. Surrexit Dominus de sepulchro.

Lec. S. Euāgel. ſm Lucā. L. j.

IN illo tempore: Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in Castellū, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalē, nomine Emma⁹. Et rel. Ex ca. 24. sub init.

Homilia S. Gregorij Papæ.

AVdistis, fratres charissimi, quia duobus discipulis ambulantibus in via, non quidem credentibus, sed tantū de se loquentibus, Dñs apparuit, sed eius speciem, quā recognoscerent, non ostendit. Ex homi. 23 sub init. Hoc ergo egit foris Dominus in oculis corporis, quod apud ipsos agebatur intus in oculis cordis. Respōsoria sumuntur ex Dominica, ordine inferius notato. ℟. Angelus Domini descendit. Lectio ij.

IPsi namque apud semetipsos intus, & amabant, & dubitabant: eis autem Dominus foris, & pſens aderat, & qs esset non ostēdebat. De se igitur loquentibus pręsentiam exhibuit, sed de se dubitātibus cognitionis suæ speciē abscōdit. ℟. Maria Magdalene. L. iij.

VErba quidem cōtulit: duritiem intellectus increpauit, scripturæ sacræ mysteria, quæ de ipso erant, aperuit: & tamen quia adhuc in eorū cordibus peregrinus erat à fide, ire se longius finxit. Fingere namq; cōponere dicimus: vnde & compositores luti figulos vocam⁹. Nihil ergo simplex veritas per duplicitatem fecit, sed talem eis se exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mēte. ℟. Surrexit Pastor bonus. In ij noctur. Anę, & Psal. vt in Dominica. Cap. Itaque epulemur. vt sup. ad vj. ℣. Surrexit Dominus ve. hal. Ad Laudes, & per Horas, Aña. Angelus autem. cū reliq. Psal. Dñs regnauit. cū reliq. Cap. & cætera, vt ī Dñica. Ad Bñs, Aña. Iesus iūxit se discipulis in via, & ibat cum illis: oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent, & increpauit eos, dicens: O stulti, & tardi corde ad credendum in his, quæ locuti sunt Prophetæ, hall. Oro.

DEus, qui solennitate paschali mundo remedia cōtulisti: populum tuum quęsumus, cęlesti dono prosequere: vt & perfectam libertatem consequi mereatur, & ad vitā proficiat sempiternam. Per. Ad horas omnia, vt supra in Dñica, pter Psalmos, & orone. Ad Vesp. Aña Angelus autē. cum rel. Psal. Dixit Dñs. f. 66. cum reliq. omnibus, vt supra in Dominica. Ad Mag. Aña. Qui sunt hi sermones, quos cōfertis ad inuicē ambulātes, & estis tristes? hall. Oro vt sup. Hic modus seruatur vsque ad Vesperas Sabbathi sequentis.

FERIA TERTIA.

Duplex I.

Lec. S. Euāgel. ſm Lucā. L. j.

IN illo tēpore: Stetit Iesus in medio discipulorū suorū, & dixit: Pax vobis, ego sum, nolite timere. Et reliqua. Ex c. 24. su med

Homilia S. Ambrosij Epi.

MIrū quo modo se natura corporea p impenetrabile corp⁹ infuderit inuisibili aditu, visibili cōspectu, tangi facilis, difficilis ęstimari: denique cōturbati discipuli ęstimabāt se spiritum videre. Ex l. cō. 1 ī eū Et ideò Dñs, vt speciē nobis resurrectionis ostenderet, Palpate, inquit, & videte: quia spiritus carnem, & ossa nō habet, sicut me videtis habere. ℟. Angelus Domini locutus est. L. ij.

NOn ergo per incorporeā naturam, sed per resurrectionis corporeę qualitatem imperuia vsu clausa penetrauit. Nam quod tangitur, corpus est, quod palpatur corpus est: In corpore autem resurgemus. Seminatur enim corpus animale, surget corpus spiritale: sed illud subtilius, hoc crassius, vtpotè adhuc terrenæ labis qualitate cōcretū. ℟. Virtute magna. Lectio iij.

NAm quo modo nō corpus, in quo manebāt insignia vulnerum, vestigia cicatricum, quæ Dominus palpāda obtulit? In quo non solum fidem firmat, sed etiam deuotionem acuit, quòd vulnera suscepta pro nobis cęlo inferre maluit, abolere noluit, vt Deo patri nostræ precia libertatis ostēderet. ℟. De ore prudētis.

Ad Bn̄s, Añā. Stetit Iesus ī medio discipulorū suorū, & dixit eis: Pax vobis, hall. hall. Oro.

DEus, qui Ecclesiam tuā nouo semper fœtu multiplicas: concede famulis tuis, vt sacramentum viuendo teneāt, quod fide perceperunt. Per Dominum nostrum, &c.

Ad Magn. Añā. Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum, halleluia, halleluia.

FERIA QVARTA.

Lectio sancti Euangelij secundùm Iohannem. Lectio j.

IN illo tempore: Manifestauit se iterum Iesus discipulis suis ad mare Tiberiadis: manifestauit autem sic. Erant simul Simon Petrus, & Thomas, qui dicit' Didymus. Et rel. Ca.21

Homilia S. Gregorij Papæ.

LEctio sancti Euāgelij, quę modò in vestris auribus lecta est, fratres charissimi, quęstione animū pulsat, sed pulsatione sua vim discretionis indicat. (Ex homi. 24 ī init.) Quæri etenim potest, cur Petrus, qui piscator ante conuersionem fuit, post conuersionem ad piscationem redijt? Et cum veritas dicat: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei: cur repetijt, quod reliquit? ℟. Dū transisset Sabbathum. Lectio ij.

SEd si virtus discretionis inspicitur, citius videtur: quia nimirum negociū, quod ante conuersionem sine peccato extitit, hoc etiam post conuersionē repetere culpa nō fuit. Nam piscatorē Petrum, Matthæum verò theloneariū scimus, & post conuersionē suā ad piscationem Petrus redijt: Matthęus verò ad thelonei negocium

gocium

gocium non resedit. ℟. Ecce vicit leo. Lectio iij.

QVia aliud est, victum per piscationem quærere: aliud, thelonei lucris pecunias augere: sunt enim pleraq; negocia, quæ sine peccatis exhiberi, aut uix, aut nullatenus possunt. Quæ ergo ad peccatum implicant, ad hæc necesse est, vt post conuersionem animus non recurrat. ℟. Ego sū vitis vera. Ad Bn̄s, Añā. Mittite in dexterā nauigij rete, & inuenietis, hal. Oratio.

DEus, qui nos resurrectionis Dominicæ annua solennitate lętificas: cōcede propitius, vt per temporalia festa, quæ agimus, peruenire ad gaudia ęterna mereamur. Per eūd.

Ad Mag. Añā. Dixit Iesus discipulis suis: afferte de piscib', quos prehendidistis nūc. Ascēdit autē Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus, halleluia.

FERIA QVINTA.

Lectio sancti Euāgelij secundùm Iohannem. Lectio j.

Ca.20 IN illo tempore: Maria stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se, & ꝓspexit in monumentū, & vidit duos Angelos in albis sedentes. Et reliq.

Homilia S. Gregorij Papæ.

MAria Magdalene quæ fuerat in ciuitate peccatrix, amando veritatem, lauit lachrymis maculas criminis, & vox veritatis impletur, (Ex h mi.2 ī ini) qua dicitur. Dimissa sunt ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Quæ enim pri' frigida peccando remanserat, postmodum amando fortiter ardebat. ℟. Angelus Domini descendit. Lectio ij.

NAm postquàm venit ad monumentum, ibique corpus dominicum non inuenit, sublatum credidit, atq; discipulis nunciauit: qui veniētes viderunt, atque ita esse, vt mulier dixerat, crediderunt: & de eis protinus scriptum est. Abierunt ergo discipuli ad semetipsos, ac deinde subiungitur: Maria autē stabat ad monumentum foris, plorans. ℟. Tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum. Dicūt ei Angeli: Mulier quid ploras? Surrexit sicut dixit. Pręcedet vos in Galilæam: ibi eū videbitis, halleluia, halleluia. ℣. Cum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum, & vidit duos Angelos in Albis sedentes, qui dicunt ei, Præcedet vos. Lectio iij.

Qua

QVa in re pēsandum est, huius mulieris mētem quanta vis amoris accenderat, quæ à monumento Domini, etiā discipulis recedentibus, non recedebat. Exquirebat enim, quem non inueniebat: flebat inquirendo, & amoris sui igne succensa eius, quem ablatum credidit, ardebat desiderio. Vnde contigit; vt eum tunc sola videret, quæ remanserat, vt quæreret: quia nimirū virtus boni operis perseuerātia est. ℟. Cōgratulamini mihi omnes, qui diligitis Dominum, quia quem quærebā, apparuit mihi. Et dum flerem ad monumentum vidi Dominum, halleluia, halleluia. ℣. Recedentibus discipulis nō recedebā: & amoris eius igne succēsa ardebā desiderio. Et dum flerē.

Ad Bñs, Aña. Maria stabat ad monumētum plorans, & vidit duos Angelos in albis sedentes, & sudarium, quod fuerat super caput Iesu, hallel. Oro.

DEus, qui diuersitatem Gentium in confessione tui nominis adunasti: da, vt renatis fonte baptismatis vna sit fides mentium, & pietas actionum. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Ad Magn. Aña. Tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum: si tu sustulisti eum, dicito mihi, halleluia, & ego eum tollam, halleluia.

FERIA SEXTA.

Lectō S. Euāg. sēm Matth. Lec. j.

Ca. 20 IN illo tēpore: Vndecim discipuli abierunt in Galileā, in montem, vbi cōstituerat illis Iesus. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi pſbyt.

Ex li. 4. cōm ī eūdē in fin. POst resurrectionem Iesus in monte Galileæ conspicitur, ibiq; adoratur, licèt quidam dubitent, & dubitatio eorum nostram augeat fidē. Tūc manifestius ostendit Thomę, & latus lancea vulneratum, & manus fixas demōstrat clauis. ℟. Angelus Dñi locutus. L. ij.

ACcedens Iesus, locutus est eis, dicēs: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Illi potestas data est, qui paulò ante crucifixus, qui sepultus in tumulo, qui mortuus iacuerat, qui postea resurrexit. In cœlo autem, & in terra potestas data est, vt qui ante regnabat in cœlo, per fidem credētium regnet & in terris. ℟. Surgens Iesus. Lectio iij.

EVntes autem docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Primùm docent omnes Gentes, deinde doctas intingunt aqua. Non enim potest fieri, vt corpus baptismi recipiat sacramentum: nisi ante anima fidei susceperit veritatem. Baptizātur autē in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vt quorum vna est Diuinitas, vna sit largitio: nomenque Trinitatis, vnus Deus est. ℟. Expurgate.

Ad Bñs, Aña. Vndecim discipuli in Galilæa videntes Dominum adorauerūt, hall. Oro.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Paschale sacramentum in reconciliationis humanæ fœdere cōtulisti: da mentibus nostris, vt quod professione celebramus, imitemur effectu. Per Dominum.

Ad Mag. Antiphona. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra, halleluia.

SABBATHO IN ALBIS.

Lectio sancti Euangelij secundùm Iohannem. Lectio j.

Ca. 20 IN illo tempore: Vna Sabbathi Maria Magdalene venit manè, cùm adhuc tenebræ essent, ad monumentum. Et rel.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Ex ho mi. 22 sub init. LEctio sancti Euangelij, quā modò, fratres, audistis, valde ī superficie historica est aperta: sed eius nobis sunt mysteria sub breuitate requirenda. Maria Magdalene cum adhuc tenebræ essent, venit ad monumentum. Iuxtà historiā notatur hora: iuxtà intellectū verò mysticum, requirentis signatur intelligentia. ℟. Dum transisset Sabbathum. Lect. ij.

MAria enim auctorē omnium, quem carne viderat mortuum, quęrebat in monumēto: & quia hunc minimè inuenit, furatum credidit. Adhuc ergo erant tenebræ, quādo venit ad monumentū. Cucurrit ergo citius, discipulisq; nūciauit, sed illi prę cęteris cucurrerūt, qui præ cæteris amauerunt, videlicet Petrus, & Iohānes. ℟. Chrs resurgēs. L. iij.

CVrrebāt autē duo simul, sed Iohannes precucurrit citius Petro: & venit prior ad monumentū, & ingredi non pſumpsit. Venit ergo posterior Petrᵒ, & intrauit. Quid fratres, quid cursus iste significat? Nūquid hæc tàm subtilis Euāgelistæ descriptio à mysterijs vacare credēda est? Minimè. Neque enī se Iohānes, & pisse, & nō intrasse diceret, si ī ipsa sua trepidatione mysteriū aliquod defuisse credidisset. Quid ergo

per Iohãnem, nisi Synagoga, quid p Petrũ, nisi Ecclesia designatur? ℟. Isti sunt agni nouelli, qui annunciauerũt, halleluia: modò venerũt ad fontes. Repleti sunt claritate, halleluia, halleluia. ℣. In cõspectu Agni amicti sunt stolis albis, & palmæ in manibus eorum. Repleti. Ad Bñs, Aña. Currebant duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & venit prior ad monumentũ, halleluia. Orõ.

Concede quæsumus omnipotens Deus: vt qui festa paschalia venerando egimus: per hæc contingere ad gaudia ęterna mereamur. Per. Ad Vesp. officium fit duplex. Aña. Halleluia, halleluia, halleluia. ps. Confiteantur tibi Dñe. cum rel. de Psalt. Et dñr sub hac Aña tantùm. Capit.

o.5 Charissimi: Omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victoria, quæ vincit mũdum, fides nostra. ℟. br. Surrexit Dominus de sepulchro, Halleluia, halleluia. ℣. Qui pro nobis pependit in ligno, Hall. Hym. Ad cęnã. ℣. Mane nobiscum Dñe, hall. ℟. Quoniam aduesperascit, halľa. Ad Mag. Aña. Cum esset sero die illa vna Sabbathorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati in vnum, stetit Iesus in medio, & dixit eis: Pax vobis, halleluia. Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus: vt qui paschalia festa peregimus: hæc te largiente moribus, & vita teneamus. Per Dominum. Ad Inuitat. Añas, ℣. & ad Responsoria prolixa in fine additur Halleluia. Ad Respõsoria verò br. duplex additur Halleluia, vsq; ad Vesp. Sabbathi post Pentec. exclusiuè.

DOMINICA IN ALBIS.

In Oct. Paschę offm̃ fit duplex. Ad Matut. Inuit. Surrexit Dominꝰ verè. Halleluia. ps. Venite. f.9. Hym. Rex sempiter. In j. noct. Aña. Hallľa, Lapis. ps. Domine in virtute. fol. 9. cum rel. de Dominica, qui dicuntur in quolibet noct. sub vna Aña tm̃, vsque ad Ascẽsionem. Et hac Dñica duplicant Añæ ad modum duplicis in sequentibus verò minimè.

℣. Surrexit Dñs de sepulchro. De Epi. b. Pau. Apo. ad Col. L. j.

Si consurrexistis cũ Christo, quę sursum sunt quęrite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, nõ quæ super terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cùm autem Christꝰ apparuerit vita vestra, tũc & vos apparebitis cũ ipso in gloria. ℟. Angelus Domini descendit, cum reliquis per ordinem pręcedentis Dominicæ. Lectio ij. — Ex ca. 3. in 1 init.

Mortificate ergo mẽbra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immũditiam, libidinem, concupiscẽtiam malam, & auaritiam, quę est idolorum seruitus. Propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis, in qbus & vos ambulastis aliquando cùm viueretis in illis. Lectio iij.

Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri in uicem: expoliantes vos veterẽ hominem cum actibus suis, & induentes nouum eum, qui renouatur in agnitionem Dei secundùm imaginem eius, qui creauit illum, vbi non est masculꝰ & fęmina, Gentilis & Iudęus, Circũcisio & pręputium, Barbarus & Scytha, seruus & liber, sed omnia, & in omnibus Christus. Lectio iiij.

Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti & dilecti, uiscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicẽ, & donantes uobis metipsis, siquis aduersus aliquem habet quærelam: sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos. In ij. noct. Aña. Hallel. Quẽ quæritis ps. Dominus illuminatio. f. 12. cũ rel. ℣. Surrexit Dñs verè, hal. ℟. Et apparuit. Sermo S. Augustini Epi. L. v.

Paschalis solennitas hodierna festiuitate cõcluditur: & ideò hodie Neophitorũ habitus commutatur, ita tamen ut candor, qui de habitu deponitur, semper in corde teneatur. In qua quidem primùm nobis agendum est, ut quia Paschales dies sunt, idest, indulgẽtiæ, ac remissionis, ita à nobis sanctorum dierum festiuitas agatur, ut relaxatione corporũ, puritas non obscuret. L. vj. — Ex s[...] 1. d[...] Do[...] 1 o[...] pasc[...] 1 in

Sed potius abstinentes ab omni luxu, ebrietate, lascivia, demus operam sobriæ remissioni, ac sanctæ sinceritati: vt quidquid modò corporali abstinentia non acquirimus, mentium puritate quæramus. Ad oẽs quidẽ pertinet sermo, quos cura nr̃a cõplectit. L. vij.

SInt ergo lumbi vestri præcincti,& lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos simi les hominibus expectantibus Dñm suum, quádo reuertat̃ à nuptijs.Ecce dies adueniũt,in quibus Dñs dicit : Pusillũ, inqt,& nõ videbitis me; & iterũ pusillũ,& videbitis me. L. viij.

HÆc est hora,de qua dixit: Vos tristes eritis, seculũ autem gaudebit, idest, vita ista tentationibus plena,in qua peregrinamur ab eo. Sed iterũ, inquit,videbo vos,& gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

In iij. noc. Aña. Hal. noli flere. Cãt. Quis est iste.f.15.℣. Gauisi sunt discipuli, halleluia.

Lec.S.Euãgelij sm Iohã.L.ix.

a.20 IN illo tempore : Cum esset sero die illa vna Sabbathorum, & fores essent clausę,vbi erant discipuli cõgregati propter metum Iudęorum, venit Iesus,& stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ.

ho PRima lectionis huius Euã
.26 gelicę quęstio animũ pul-
nit. sat:quomodo post resurrectionem corpus Dominicum verum fuit, quod clausis ianuis ad discipulos ingredi potuit. Sed sciendum nobis est, quòd Diuina operatio,si ratione cõprehenditur, non est admirabilis : nec fides habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Lectio x.

SEd hæc ipsa Redemptoris nostri opera, quæ ex semetipsis comprehendi nequaquã possunt, ex alia eius operatione pensanda sunt:vt rebus mirabilibus fidem præbeãt facta mirabiliora. Illud enim corp⁹ Domini intrauit ad discipulos clausis ianuis, quod videlicet ad humanos oculos per natiuitatem suam clauso exijt vtero Virginis. Lectio xj.

QVid ergo mirum,si clausis ianuis post resurrectionẽ suam, in ęternũ iam victurus intrauit; qui moriturus veniens, non aperto Virginis vtero exijt? Sed qa ad illud corpus, quod videri poterat, fides intuentium dubitabat : ostendit eis protinus manus, & latus; palpandã carnem præbuit, quam clausis ianuis introduxit. Lectio xij.

QVa in re duo mira, & iuxtà humanam rationem sibi valdè cõtraria ostendit, dum post resurrectionem suam corpus suũ incorruptibile, & tñ palpabile demonstrauit. Nam & corrumpi

rumpi necesse est,quod palpatur:& palpari nõ potest, quod non corrũpitur.Sed miro modo atque inęstimabili Redemptor noster, & incorruptibile post resurrectionem, & palpabile corpus exhibuit: vt monstrando incorruptibile inuitaret ad pręmium,præbẽdo palpabile firmaret ad fidem.

Sequẽtia S. Euang. sm Iohan.

Ca.20 IN illo tẽpore : Cũ esset sero die illa vna Sabbathorũ, & fores essẽt clausæ vbi erant discipuli congregati propter metum Iudęorũ : venit Iesus, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Et cùm hoc dixisset, ostendit eis manus, & latus. Gauisi sunt ergo discipuli,viso Domino. Dixit ergo eis iterum : Pax vobis. Sicut misit me Pr̃,& ego mitto vos. Hæc cùm dixisset, insufflauit,& dixit eis.Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,& quorum retinueritis, retenta sunt. Thomas autẽ vnus de duodecim, qui dicitur Didymus,non erat cum eis, quãdo venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus Dominum.Ille autẽ dixit eis:Nisi videro in manibus eius fixurã clauorũ, & mittã digitũ meũ in locum clauorum, & mittã manũ meam in latus eius, nõ credam.Et post dies octo,iterũ erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis,& stetit ĩ medio, & dixit eis: Pax uobis. Deinde dicit Thomæ:Infer digitũ tuũ huc, & vide manus meas, & affer manũ tuã, & mitte in latus meũ:& noli esse incredul⁹, sed fidelis.Respõdit Thomas, & dixit ei: Dñs meus, & Deus meus. Dicit ei Iesus : Quia vidisti me Thoma,credidisti:Beati,qui nõ viderunt, & crediderunt.Multa quidẽ & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorũ, quę non sunt scripta in libro hoc. Hæc autẽ scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est Christus filius Dei:& vt credentes vitam habeatis in nomine eius ℟. Amen.

Ad Laudes, Aña. Halleluia. ps. Dñs regn. cũ rel. Psal. & Añis de Psalt. tẽpore Paschali. Cap. Charissimi:Omne. ℟. br. Surrexit Dñs ve. H. alleluia,halle. ℣. Et apparuit. Hymnus. Aurora lucis. ℣. In resurrectione tua Christe, halleluia ℟. Cęli,& terra lætentur, halleluia.

Ad Bñs, Aña. Cum esset sero. vt supra in Vesp. cũ oratione.

Ad

Ad j. Aña. Halleluia, hallā, hallā, hallā. ps. Beati immaculati. f. 59. Et dr̄. Quicunq;. rel. vt in Pſalt. Ad iij. & alias horas. Aña. Hallel. hall. hall. hall. Cap. Chariſſimi: Omne. ℣ Surrexit Dn̄s de. ℟. Qui pro nobis. Ad vj. Capitulum.

.Io.5 QVis eſt autem, qui vincit mūdum, niſi qui credit, quoniam Ieſus eſt filius Dei? hic eſt qui venit per aquā, & ſanguinē Ieſus Chriſtus, nō in aqua ſolùm, ſed in aqua, & ſanguine. ℣ Surrexit Dn̄s verè, hal. ℟. Et apparuit. Ad Nonam. Capitulum.

Io.5 SI teſtimonium hominum accipimus, teſtimoniū Dei maius eſt: quoniam hoc eſt teſtimoniū Dei, quod maius eſt, q̄a teſtificatus eſt de Filio ſuo. Qui credit in Filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. ℣. Gauiſi ſunt diſcip. Ad Veſp. Aña. Hall. hall. hall. ps. Dixit Dominus. fol. 66. cum rel. de Dominica. Qui ſub vna hæc tantùm Aña dicuntur. Capit. Chariſſimi: Omne. ℟. bre. Surrexit Dominus de ſepul. ℣ Qui pro nobis. Hym. Ad cœnā. ℣ Mane nob. Ad Mag. Aña Poſt dies octo ianuis clauſis ingreſſus Dn̄s, dixit eis: Pax vobis, hall. hall. Orō vt ſupra.

FERIA SECVNDA.

Ad Matut. Inuita. Halleluia, hallel. halle. ps. Venite. f. 9. Hym. Rex ſemp. Aña. Hall. Pſal. de feria, vt in Pſalt. & dr̄r ſub hac Aña tantū: & in fine dicitur Halleluia, halleluia, halleluia. ℣ Surrexit Dn̄s de ſepul. ℟. Qui pro nobis. Ab hac die vſque ad Dn̄icā v. poſt Paſcha, & à feſto Trinitatis vſque ad Dn̄icam proximam Kalendis Nouembris, quando fit de feria, niſi Hiſtoria ſint primò ponēda, vel legēda ſit aliqua Homilia (quia tunc leguntur tres Lectiones) legitur vna tantùm lectio, quę breuis dicitur, hîc vel in Pſalt. poſita cū ſuo Reſpōſorio pro qualitate temporis; niſi ponēdum ſit initium aliquod ſcripturæ. Et in hac nocte ſi fuerit feria, vel feſtum, quod nō habeat Lectiones proprias de ſcriptura, etiam de communi ſignatas, legūtur Lectiones de initio Actuū Apoſtolorū, quę habētur in j. noct. Aſcēſionis. Lectio breuis, dicenda extra Chorum vſque ad Aſcenſionem, quoties fit officium de feria, quæ etiam erit prima, quando fit de feſto ſimplici, & de ſancta Maria in Sabbatho. Lectio breuis.

Veni-

Oſeę 6 VEnite, & reuertamur ad Dominum, quia ipſe cœpit, & ſanabit nos: percutiet & curabit nos: viuificabit nos poſt duos dies, & in die tertia ſuſcitabit nos. Et viuemus in cōſpectu eius: ſciemus, ſequemurq;, vt cognoſcamus Dominum. Tu autem. ℟. br. Reſurrexit Dominus: Hall. hall. ℣ Sicut dixit vobis. Hallel. In ij. noctur. Aña Halleluia. Pſal. de fer. vt in Pſalt. fol. 24. Poſt Pſal. Aña Hall. hall. hall. Cap. Chrs reſurrexit. ℣ Surrexit Dominus ve. hall. ℟. Et apparuit. Orō de Dominica. Ad Laudes. Aña Hall. ps. Dn̄s regn. cū rel. vt in Dn̄ica. Cap.

Rom. 6. CHriſtus reſurgēs ex mortuis, iā nō moritur: mors illi vltra nō dominabit: quod enī mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel, quod autē viuit, viuit Deo. ℟. br. Surrexit Dominus ve. ℣ Et apparuit. Hym. Aurora. ℣. In reſurrectione tua. Ad Bn̄s, Antiph. Surgens Ieſus manè prima Sabbathi apparuit primò Mariæ Magdalenę de qua eiecerat ſeptē dęmonia, halleluia. Oratio Dominicæ præteritæ. Poſtea fit commemoratio de Cruce, q̄ quotidie fit in Laud. & Veſp. vſque ad Aſcenſionē tàm in officio de tēpore, quā de ſanctis, niſi ſit duplex. Fit autem ſemper vltimo loco. Aliæ commemorationes conſuetæ non dn̄r tpe Paſchali. In Laud. Aña Crucifixus ſurrexit à mortuis, & redemit nos, halleluia, halleluia. In Veſp. Aña Crucem ſanctā ſubijt, qui infernum cōfregit, accinctus eſt potentia, ſurrexit die tertia, halleluia. ℣. Dicite in nationibus halleluia. ℟. Quia Dominus regnauit à ligno, halleluia. Oratio.

DEus, qui pro nobis filiū tuum Crucis patibulum ſubire uoluiſti, ut inimici à nobis expelleres poteſtatē: concede nobis famulis tuis, ut reſurrectionis gratiam conſequamur. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Ad horas dn̄r quatuor Hallel. pro Antiphonis. Ad iij. Cap. Chriſtus reſurgens. ℣ Surrexit Dn̄s de ſepul. Ad vj. Cap.

CHriſtus reſurrexit à mortuis primitiæ dormiētiū: 1. cor. 5. quoniā quidem per hominē mors, & per hominem reſurrectio mortuorum: & ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. ℣ Surrexit Dominus verè, hallel. ℟. Et apparuit.

Ad

Ad Nonam. Capitulum.

1. Pet. 3. CHriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne, viuificatos autē ſpiritu. ℣. Gauiſi ſunt diſcipuli, hall. Ad Veſp. Aña. Halleluia. pſ. In exitu. f. 67. cum rel. de feri. ſub hac Aña tm̃, & i fine ter dr̃ Halleluia. Capit. Chriſtus reſurgens. ℟. br. Surrexit Dñs de ſepulc. Hym. Ad cœnam. ℣. Mane nobiſcum. Ad Mag. Antiph. Pax vobis, Ego ſum, halleluia, nolite timere, hall. Oratio vt ſup. Prædictus ordo horarum ſeruatur vſque ad Aſcenſionem tam in Dominicis, quam in ferialib⁹ diebus.

FERIA TERTIA.

Ad Bñs, Aña. Præcedam vos in Galilæam: ibi me videbitis, ſicut dixi vobis, halleluia, hall. Ad Magn. Antiph. Mitte manum tuam, & cognoſce loca clauorū, halleluia: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis, hallel.

FERIA QVARTA.

Ad Benedictus, Aña. Ego ſum vitis vera, halleluia; & vos palmites veri, halleluia, halleluia. Ad Magnificat, Aña. Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: Beati, qui non viderunt, & crediderunt, halleluia.

FERIA QVINTA.

Ad Bñs, Aña. Ardens eſt cor meum, deſidero videre Dñm meum: quæro, & non inuenio vbi poſuerunt eum, hall. hall. Ad Magn. Aña. Miſi digitum meum in fixuras clauorum, & manū meam in latus eius, & dixi: Dominus meus, & Deus meus, halleluia.

FERIA SEXTA.

Ad Bñs, Aña. Venerūt ad monumentum Maria Magdalene, & altera Maria, videre ſepulchrum, halleluia. Ad Veſp. niſi occurrat feſtum xij. Lect. à Cap. fit de S. Maria. Ad Magn. Aña. Regina cœli. Oratio. Concede nos.

SABBATHO.

Ad Veſperas. Capitulum.

CHariſſimi: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquēs exēplū, vt ſequamini veſtigia eius: qui peccatū non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. 1. Pet. 2. Ad Magn. Aña. Ego ſum paſtor ouiū: ego ſum via, veritas, & vita: Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas & cognoſcunt me meæ, halleluia, halleluia. Oratio.

DEus, qui in filij tui humilitate iacentē mundū erexiſti: fidelibus tuis perpetuam cōcede lætitiā: vt quos ꝑpetuæ mortis eripuiſti caſibus, gaudijs facias ſempiternis ꝑfrui. Per eundem. Deinde fit commem. de Cruce, vt ſup. feria ij.

DOMINICA II. poſt Paſcha.

Omnia vt in præcedenti Dominica, præter hic poſita, ſed officium non ſit duplex.

De Actibus Apoſtolorum. L. j.

Ex ca. 13. ante medium.



SVrgens autem Paulus, & manu ſilentiū indicēs, ait: Viri Iſraelitæ, & qui timetis Deū, audite. Deus plebis Iſrael elegit patres nr̃os, & plebem exaltauit, cùm eſſent incolæ in terra Ægypti: & in brachio excelſo eduxit eos ex ea, & per quadraginta annorū tēpus mores eorū ſuſtinuit in deſerto. Et deſtruens Gentes ſeptem in terra Chanaan, ſorte diſtribuit eis terrā eorū, quaſi poſt quadringentos, & quinquaginta annos. Et poſt hæc dedit iudices, vſq; ad Samuelem Prophetam. Lectio ij.

ET exinde poſtulauerunt regem, & dedit illis Saul filium Cis, virum de tribu Beniamin, annis quadraginta. Et amoto illo ſuſcitauit illis Dauid regem, cui teſtimoniū perhibens dixit: Inueni Dauid filium Ieſſe, virum ſecundum cor meū, qui faciet omnes voluntates meas. Huius Deus ex ſemine ſecundū promiſſionem eduxit Iſraeli Saluatorem Ieſum prædicāte Iohanne ante faciem aduentus eius, baptiſma pænitentiæ omni populo Iſrael. Lectio iij.

CVm impleret autem Iohannes curſum ſuū, dicebat. Quem me arbitrabamini eſſe, non ſum ego: ſed ecce venit poſt me, cuius non ſum dignus calciamenta pedū ſoluere. Viri fratres, filij generis Abraham, & qui in uobis timent Deum, vobis verbum ſalutis huius miſſum eſt. Qui enim habitabant Ieruſalem, & Principes eius, hunc ignorantes, & voces Prophetarum, quæ per omne Sabbathū legūtur, iudicantes impleuerūt: & nullam cauſam mortis inueniētes in eo, petierūt à Pilato, vt interficerent eum. Lect. iiij.

CVmque conſummaſſent oĩa, q̃ de eo ſcripta erāt, deponētes eū de ligno poſuerūt ĩ monumēto. De⁹ autē ſuſcitauit eū à mortuis tertia die, q̃ viſus eſt ꝑ dies multos ijs, q̃ ſimul aſcēderāt cū eo de Galilæā in Ieruſalē, qui vſq; nunc ſunt teſtes ei⁹ ad plebē. Et nos vobis annūciam⁹ eā, q̃ ad pr̃es noſtros

nostros repromissio facta est, quoniam hanc Deus adimpleuit filijs vestris, resuscitans Iesum sicut & in secundo psalmo scriptum est: Filius meus es tu: ego hodie genui te.

Sermo S. Leonis Papę. Lect. v.

Ex ser. 1. de Ascēs. Dñi in med.

HI dies, dilectissimi, qui inter Resurrectionem Domini, Ascensionemq; fluxerunt, non ocioso transiere decursu, sed magna in eis confirmata sacramenta, magna sunt reuelata mysteria. In ijs metus dirę mortis aufertur, & non solùm animæ, sed etiam carnis immortalitas declaratur. In ijs per insufflationem Domini infundit᷑ Apostolis omnibus Spiritus sanctus, & beato Apostolo Petro supra cęteros, post regni claues, ouilis Dominici cura mandatur. Lectio vj.

IN ijs diebus duobus discipulis tertius in uia Dominus iungitur comes, & ad omnem nostræ ambiguitatis caliginē detergēdam, pauētium ac trepidātium tarditas increpatur. Flammam fidei illuminata corda concipiunt: & quæ erāt tepida, reserāte scripturas Dño efficiuntur ardentia. Lect. vij.

IN fractione quoque panis conuescentium aperiuntur obtutus, multò fęlicius eorum oculis patefactis, quibus naturæ suę manifestata est glorificatio, quā illorum generis nostri Principum, quibus pręuaricationis suæ est ingesta confusio. Lectio viij.

INter hęc autem, aliaque miracula, cum discipuli trepidis cogitationibus ambularēt, & apparuisset in medio eorū Dominus, dixissetque: Pax vobis: ne hoc remaneret in eorū opinionibus, quod voluebatur in cordibus (putabant enim se spiritum videre, non carnem) redarguit cogitationes à ueritate discordes: ingerit dubitātium oculis manentia in manibus suis & pedibus Crucis signa, & vt diligentius pertractentur, inuitat.

Lectio sancti Euangelij secundùm Iohannem. Lectio ix.

IN illo tempore: Dixit Iesus Pharisæis. Ego sum Pastor bonus. Bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis. Et reliqua. Ca. 10

Homilia S. Gregorij Papæ.

Ex Homi. 14 ī init.

AVdistis, fratres charissimi ex lectione euangelica eruditionem vestram: audistis & periculum nostrum: Ecce enim is, qui non ex accidēti dono, sed essentialiter bonus est, dicit. Ego sū pastor bonus. Atque eiusdem bonitatis formā, quam nos imitemur, adiūxit dicens: Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis: fecit quod monuit, ostendit quod iussit. Lectio x.

BOnus pastor pro ouibus suis animam suā posuit, vt in sacramento nostro corpus suum & sanguinē verteret, & oues quas redemerat, carnis suæ alimento satiaret. Ostensa nobis est igitur de cōtemptu mortis via, quam sequamur: apposita est forma, cui imprimamur. Lectio xj.

PRimùm nobis est exteriora nostra misericorditer ouibus eius impēdere: postremùm verò, si necesse est, etiam uitam nostrā pro eisdem ouibus ministrare. A primo aūt hoc minimo peruenit᷑ ad postremum maius. Sed cum incomparabiliter longè sit melior anima, qua viuim⁹, terrena substantia, quam exterius possidemus, qui non dat pro ouibus substātiam suam, quādo pro his daturus est animam suam? Lectio xij.

ET sunt nōnulli, qui dum plùs terrenam substantiā, quam oues diligunt, meritò nomen pastoris perdunt, de quib⁹ protinus subditur. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, uidet lupum venientem, & dimittit oues, & fugit. Non pastor, sed mercenarius vocatur qui non pro amore intimo oues Dominicas sed ad temporales mercedes pascit.

Sequētia S. Euang. sēm Iohan.

Ex ca. 10. sub init.

IN illo tempore: Dixit Iesus Pharisęis. Ego sū Pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupū veniētē, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & nō pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meę. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem, & animā meā pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient. Et fiet vnum ouile, & unus pastor. ℞. Amen. Ad Laudes. Capit. Charissimi: Christ⁹ passus est. Ad Benedictus Aña Ego sum pastor ouium. vt sup. in Vesp. & ora-

& oratio similiter. Ad iij. Cap. Charissimi: Christus passus est.

Ad Sextam. Capitulum.

1. Pet. 2. TRadebat autem iudicanti se iniustè, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: vt peccatis mortui iustitiæ viuamus, cui⁹ liuore sanati sum⁹. Ad ix. Cap.

1. Pet. 2. ERatis enim sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad Pastorem, & Episcopum animarum vestrarum.

Ad Vesp. Capit. Charissimi: Chrs passus est. Ad Mag. Aña. Ego sum pastor bonus, qui pasco oues meas, & pro ouibus meis pono aĩam meã hallel.

FERIA SECVNDA.

Ad Bñs, Aña. Euntes in mundum, halleluia, docete omnes gentes, halleluia. Ad Magnif. Aña. Pastor bonus animã suã ponit pro ouibus suis, hallel.

FERIA TERTIA.

Ad Bñs, Aña. Euntes in mundum, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spũs sancti. hal. Ad Magn. Aña. Mercenarius autem, cuius non sunt oues proprię, videt lupum veniẽtẽ, & dimittit oues, & fugit, & lup⁹ rapit, & dispergit oues, hal.

FERIA QVARTA.

Ad Bñs, Aña. Ite nunciate fratribus meis, halleluia: vt eãt in Galilęam, halleluia: ibi me videbunt, halleluia, hallel. hall. Ad Mag. Aña. Sicut nouit me Pater, & ego cognosco Patrẽ, & animam meam pono pro ouibus meis, halleluia.

FERIA QVINTA.

Ad Bñs, Aña. Tu solus peregrinus es, & non audisti de Iesu, quomodo tradiderunt eum in damnationem mortis? hall. Ad Mag. Aña. Alias oues habeo, quæ nõ sunt ex hoc ouili: illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor, halleluia.

FERIA SEXTA.

Ad Bñs, Aña. Nonne sic oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? halleluia. Ad Mag. Aña de S. Maria, nisi festum occurrat impediens.

SABBATHO.

Ad Vesperas. Capitulum.

1. Pet. 2. CHarissimi: Obsecro vos tamquàm aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs, quę militãt aduersus animam. Ad Magn. Antiphona. Modicum, & non videbitis me, dicit Dominus: iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem, halleluia, halleluia. Oratio.

Deus,

DEus, qui errantibus, vt in viam possint redire iustitiæ, veritatis tuæ lumen ostendis: da cunctis, qui Christiana professione censentur, & illa respuere, quæ huic inimica sunt nomini, & ea, quæ sunt apta sectari. Per Dominum.

DOMINICA III.

Post Pascha.

Incipit Liber Apocalypsis beati Iohannis Apostoli. Lectio j.

Cap. 1 i init. APocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi Deus palàm facere seruis suis, quæ oportet fieri citò: & significauit mittens per Angelum suum seruo suo Iohanni, qui testimoniũ perhibuit Verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quæcunque vidit. Beatus, qui legit, & audit verba prophetię huius, & seruat ea, quæ in ea scripta sunt: Tẽpus enim prope est. ℟. Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula eius, halleluia, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo. In sanguine tuo, halleluia. ℣. Fecisti enim nos Deo nostro regnum, & sacerdotium. In sanguine. Lect. ij.

IOhannes septem Ecclesijs, quæ sunt in Asia: gratia vobis, & pax à Deo, qui est, & qui erat, & qui venturus est, & a septem spiritibus, qui in cõspectu throni eius sunt: & à Iesu Christo, qui est testis fidelis primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum, & Sacerdotes Deo, & Patri suo: ipsi gloria & imperium in secula seculorum. Amen. ℟. Ego sicut vitis fructificaui suauitatem odoris halleluia. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini, halleluia, halleluia. ℣. In me omnis gratia vię, & veritatis: in me omnis spes vitæ, & virtutis. Transite. Lect. iij.

ECce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt: & plangent se super se omnes Tribus terræ: etiam, Amen. Ego sum Alpha, & Omega, principium, & finis, dicit Dominus Deus, qui est, & q̃ erat, & qui vẽturus est omñps. Ego Iohannes frater vester, & particeps ĩ tribulatione, & regno, & patientia in Chr̃o Iesu, fui in Insula, q̃ appellat' Pathmos ꝑpter verbũ Dei, & testimoniũ Iesu. ℟. Audiui vocẽ de cęlo tãq̃ vocẽ tonitrui magni, hal.

regnabit Deus noster in æternum, halleluia. Quia facta est salus, & virtus & potestas Christi eius, halleluia, hallel. ℣. Et vox de throno exiuit dicens: Laudẽ dicite Deo nostro omnes sancti eius, & qui timetis Deum pusilli, & magni. Quia facta est salus, & virtus & potestas Chri. Lectio iiij.

Vidi in spiritu in Dominica die: & audiui post me vocẽ magnam tãquàm tubæ dicentis: Quod vides, scribe ĩ libro, & mitte septem Ecclesijs, quæ sunt in Asia, Epheso, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiceę. Et conuersus sum, vt viderem vocem, quę loquebatur mecum, & conuersus vidi septẽ cãdelabra aurea, & in medio septem candelabrorũ aureorum similẽ filio hominis, vestitum podere, & præcinctũ ad mammillas zona aurea. ℟. Locutus est ad me vnus ex septem Angelis, dicens: Veni ostendam tibi nouam nuptã, sponsam Agni. Et vidi Ierusalem descendentem de cęlo, ornatam monilibus suis, halleluia, halleluia, halleluia. ℣. Et sustulit me in spiritu in mõtem magnum, & altum. Et vidi. Gloria. Et vidi.

Sermo S. Augustini Epi. Lect. v.

Ex ser. 4. ĩ fer. iij post Pasch.

Diebus his sanctis resurrectioni Domini dedicatis, quantum ipso donante possumus, de carnis resurrectione tractemus. Hæc enim fides est nostra: hoc donum in Domini nr̃i Iesu Christi nobis carne promissum est, & in ipso præcessit exemplum. Voluit enim nobis, quod promisit in fine, non solùm prænũciare, sed etiam demonstrare. ℟. Audiui vocẽ in cœlo Angelorum multorum dicentiũ: Timete Dominũ, & date claritatem illi, & adorate eũ, qui fecit cœlum, & terram, mare & fontes aquarum, halleluia, halleluia. ℣. Vidi Angelũ Dei fortem, volantem per mediũ cœli, voce magna clamãtem, & dicentem. Timete. Lect. vj.

Illi quidem, qui tũc fuerũt, cùm illum viderẽt, & expauescerent, & spiritum se videre crederent, soliditatem corporis tenuerunt. Locutus est enim non solùm verbis ad aures eorum, sed etiam specie ad oculos eorum: parũq; erat se præbere cernendum, nisi etiã offerret pertractandum, atque palpandum. ℟. Veniens à Libano, quàm pulchra facta est, halleluia. Et odor vestimẽto-

rum eius super omnia aromata, halleluia, halleluia. ℣. Fauus distillãs labia eius, mel & lac sub lingua ei⁹. Et. Lect. vij.

Ait enim: Quid turbati estis, & cogitationes ascẽdunt in cor vestrum? Putauerunt enim se spiritum videre. Quid turbati estis, inquit, & cogitationes ascendunt in cor vestrum? Videte manus meas, & pedes meos, palpate, & videte, quia spiritus ossa, & carnẽ non habet, sicut me videtis habere. ℟. Decantabat populus Israel, halleluia, & vniuersa multitudo Iacob canebat legitimè. Et Dauid cum cantoribus citharam percutiebat in domo Domini, & laudes Deo canebat, halleluia, halleluia. ℣. Sanctificati sunt ergo Sacerdotes, & Leuitæ: & vniuersus Israel deducebat arcam fęderis Dñi in iubilo. Et. Lect. viij.

Contra istam euidentiam disputabant hoĩes. Quid enim aliud facerent homines qui ea, quæ sunt hominum sapiunt, quàm sic disputare de Deo contra Deum? Ille enim De⁹ est, isti homines sunt. Sed Deus nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. ℟. Vidi portam Ciuitatis ad Orientem positam, & Apostolorum nomina, & Agni super eam scripta. Et super muros eius Angelorum custodiã, halleluia. ℣. Vidi cœlum nouũ, & terram nouam, & ciuitatem nouã descẽdentẽ de cęlo. Et.

Lectio sancti Euangelij secundùm Iohannem. Lectio ix.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Modicum, & iam non videbitis me, & iterũ modicũ, & videbitis me, quia vado ad Patrem. Et reliqua. Ca.

Homilia S. Augustini Epi.

Ex tra. in ĩ i & ne.

Hæc Domini verba, vbi ait: Modicum, & iàm nõ videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem, ita obscura erãt discipulis antequàm id, quod dicit, esset impletum, vt quęrẽtes inter se, quid esset quid diceret, omnino se nescire faterentur. ℟. Ostendit mihi Angelus fontem aquæ viuę, & dixit ad me, halleluia. Hic Deũ adora, halleluia, hallel. hallel. ℣. Postquàm audissem, & vidissem, cecidi vt adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc ostendebat, & dixit mihi. Hic Deum ado. Lectio decima.

Nam in præcedentibus, quia non dixerat: Modicum, sed dixerat: Ad Patrẽ vado, & iam nõ videbitis me,

tamquàm apertè illis visus est locutus, nec inter se de hoc aliquid quæsierunt. Nunc ergo, quod illis tunc obscurum fuit, & mox manifestatum est, iàm nobis vtique manifestum est. Post paululũ enim passus est, & non viderunt eum: rursum post paululum resurrexit, & viderunt eum. ℟. Vidi Ierusalem descendentem de cęlo, ornatam auro mundo, ex lapidibus pretiosis intextam. Halleluia, halleluia. ℣. Et erat structura muri eius ex lapide Iaspide: ipsa verò aurum mũdũ simile vitro mũdo, Hal. L. xj.

Modicum est hoc totum spatium, quod præsens peruolat seculum; vnde dicit idem ipse Euangelista in Epistola sua. Nouissima hora est. Ideò namq; addidit, Quia vado ad Patrem: quod ad priorẽ sententiam referendũ est, vbi ait: Modicũ, & iam non videbitis me; nõ ad posteriorẽ, vbi ait: Et iterũ modicũ, & videbitis me. ℟. In diademate capitis Aaron lapides ṗtiosi fulgebãt. Dũ perficeret opus Dei, hall. hall. hall. ℣. In veste enĩ poderis, quã habebat, tot⁹ erat orbis terrarũ, & parentũ magnalia ĩ quatuor ordinibus lapidũ sculpta erant. Dũ. L. xij.

Evndo quippè ad Patrem, facturus erat, vt eum non viderent: ac per hoc non ideò dictum est, quia fuerat moriturus, & donec resurgeret, ab eorum conspectibus recessurus: sed quòd esset iturus ad Patrem: quod fecit posteaquã resurrexit, & cum eis per quadraginta dies cõuersatus ascẽdit in cœlum. ℟. Plateæ tuæ Ierusalem sternẽtur auro mũdo, halleluia. Et cantabitur in te canticum lætitiæ, halleluia. Et per omnes vicos tuos ab vniuersis dicetur, hallel. hallel. ℣. Luce splendida fulgebis: & omnes fines terræ adorabunt te, halleluia. Et per omnes.

Sequẽtia S. Euang. sẽm Iohan.

In illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis: Modicũ, & iàm non videbitis me, & iterum modicũ, & videbitis me, quia vado ad Patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicem: Quid est hoc, quod dicit nobis, Modicum & non videbitis me, & iterũ modicũ, & videbitis me, & quia vado ad Patrem? Dicebant ergo: Quid est hoc, quod dicit, Modicũ? Nescimus quid loquitur. Cognouit autem Iesus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quęritis inter vos: Quia dixi: Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me. Amen amen dico vobis: quia plorabitis, & flebitis vos: mundus autem gaudebit, vos verò contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudiũ. Mulier cùm parit, tristitiã habet, quia venit hora eius: cùm autem pepererit puerum, iàm non meminit pressuræ, propter gaudium, quia natus est homo in mundo. Et vos igitur nũc quidẽ tristitiam habetis, iterũ aũt videbo vos, & gaudebit cor vr̃m, & gaudiũ vr̃m nemo tollet a vobis. ℟. Amẽ. (Ex ca. 16. in med.)

Ad Laud. Cap. Charissimi: Obsecro. Ad Bñs, Aña. Modicũ. vt supra in Vesp. Ad iij. Cap. Charissimi: Obsecro Ad vj. Ca.

1. Pet. 2. Svbiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deũ: siue Regi quasi præcellenti: siue Ducibus, tãquã ab eo missis, ad vindictam malefactorũ, laudẽ verò bonorũ. Ad ix. Ca.

1. Pet. 2. Serui subditi estote in omni timore Dominis, nõ tãtũ bonis, & modestis, sed etiã dyscolis: hæc est enim gratia in Christo Iesu Domino nostro. Ad Vesperas. Capitulum. Charissimi: Obsecro vos.

Ad Mag. Aña. Amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos: mundus autem gaudebit, vos verò contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium, halleluia.

FERIA SECVNDA.

Ad Bñs, Aña. Et incipiens a Moyse, & omnibus Prophetis, interpretabat illis scripturas, quæ de ipso erant, halleluia. Ad Mag. Aña. Tristitia vestra vertetur in gaudium, hallel. & gaudium vestrũ nemo tollet à vobis, halleluia, halleluia.

FERIA TERTIA.

Ad Bñs, Aña. Et coegerunt illum, dicentes: mane nobiscũ Domine: quoniam aduesperascit, halleluia. Ad Mag. Aña. Tristitia impleuit cor vestrũ: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis, halleluia, halleluia.

FERIA QVARTA.

Ad Bñs, Aña. Mane nobiscũ: quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies, halleluia. Ad Magnificat, Antiphona. Tristitia vestra, halleluia: vertetur in gaudium, halleluia.

FERIA QVINTA.

Ad Benedictus, Antiphona. Et intrauit cum illis: & factum est, dum recumberet cũ illis, accepit panẽ, & benedixit, fregit, ac porrigebat illis, hal. hal.

Ad Mag. Aña. Amen amē dico vobis: mundus autē gaudebit, & vos gaudebitis, & gaudiū vrm nemo tollet à vobis, hall.

FERIA SEXTA.

Ad Bñs, Aña. Cognouerunt Dominum Iesum, halleluia: in fractione panis, halleluia.

Ad Magnificat, Aña. Regina cœli. pro sancta Maria.

SABBATHO.

Ad Vesperas. Capitulum.

c. 1. CHarissimi: Omne datum optimum, & omne donū perfectū de sursum est descēdes à Patre luminū, apud quē non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.

Ad Magn. Aña. Vado ad eum, qui misit me: & nemo ex vobis interrogat me quo vadis? halleluia, halleluia. Oratio.

DEus, qui fidelium mentes vnius efficis volūtatis: da populis tuis id amare, quod præcipis, id desiderare quod promittis: vt inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda, vbi vera sūt gaudia. Per.

DOMINICA IIII.

Post Pascha.

Incipit Epła canonica B. Iacobi Apostoli. Lectio j.

Cap. 1 init. IAcobus Dei, & Domini nostri Iesu Christi seruus, duodecim Tribubus, quæ sunt in dispersione, salutē. Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis, scientes quòd probatio fidei vestræ patiētiam operatur, patientia autē opus perfectū habeat, vt sitis perfecti, & integri, in nullo deficiētes. ℟. Si oblitus fuero tui, hall. obliuiscatur mei dextera mea. A dhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, halleluia, halleluia. ℣. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dū recordaremur tui Siō. A dhęreat. L. ij.

SI quis autē vestrum indiget sapiētia; postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Postulet autē in fide nihil hæsitans: qui enim hęsitat similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circunfertur. Non ergo existimet homo ille, qđ accipiat aliquid à Domino. ℟. Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt. M ultitudo sonitus aquarum, vocem dederunt nubes, halleluia, hallel. hall. ℣. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terrę, vidit & commota est terra. M ultitudo sonitus. Lectio iij.

VIr duplex animo inconstans est in omnibus

vijs suis. Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua, diues autem in humilitate sua, quoniam sicut flos fœni transibit. Exortus est enim Sol cum ardore, & arefecit fęnū, & flos eius cecidit, & decor vultus eius deperijt: ita & diues in itineribus suis marcescet. ℟. Narrabo nomen tuum fratribus meis, halleluia. I n medio Ecclesiæ laudabo te, halleluia, halleluia. ℣. Confitebor tibi in populis Domine, & Psalmum dicam tibi in Gētibus. In medio Ecclesię. Lectio iiij.

BEatus vir, qui suffert tentationem; quoniam cum probatus fuerit accipiet coronā vitę, quā repromisit Deus diligentibus se. Nemo cū tentatur, dicat: quoniam à Deo tētatur; Deus enim intentator malorum est: ipse enim neminem tentat. Vnusquisque verò tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus: Deinde concupiscentia cùm conceperit parit peccatum: peccatum verò cùm consummatū fuerit, generat mortem. ℟. In Ecclesijs benedicite Deo, halleluia: D omino de fontibus Israel, halleluia, halleluia. ℣. Psalmū dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. D omino.

Ex Tractatu S. Cypriani Mart. de bono patientiæ. Lectio v.

DE patientia locuturus, fratres dilectissimi, & vtilitates eius, & cōmoda prædicaturus, vnde potius incipiā, quàm quod nunc quoque ad audientiam, vestram patientiā video esse necessariam: vt nec hoc ipsum, quod auditis, & discitis; sine patientia facere possitis? Tūc enim demū sermo, & ratio salutaris, efficaciter discitur, si patienter quod dicitur, audiatur. ℟. In toto corde meo, halleluia, exquisiui te, hallel. N e repellas me à mandatis tuis, halleluia, hall. ℣. Benedictus es tu Domine, doce me iustificationes tuas. N e repellas me. Lectio vj.

NEc inuenio, fratres dilectissimi, inter cęteras cęlestis disciplinæ vias, quod magis sit, vel vtilius ad vitam, vel maius ad gloriā, quàm vt qui pceptis Dominicis obsequio timoris, ac deuotionis innitimur, patientiam maximè tota obseruatione tueamur. ℟. Hymnum cantate nobis, halleluia. Q uomodo cātabimus cāticū Dñi ī terra aliena? hall. hallel. ℣. Illic interrogauerūt nos, q captiuos duxerūt nos, verba cātionū. Q uom. L. vij.

HAnc se sectari Philosophi quoque profitentur; sed tàm illic patiētia falsa est, quàm & falsa sapientia est. Vnde enim, vel sapiens esse, vel patiens possit, qui nec sapientiam, nec patientiam Dei nouit? ℟. Deus canticum nouum cantabo tibi, halleluia. In Psalterio decem chordarum psallam tibi, halleluia, halleluia. ℣. Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te. In psalte. Lectio octaua.

NOs autē, fratres dilectissimi, qui Philosophi nō verbis, sed factis sumus, nec vestitu sapientiam, sed virtute præferimus, qui virtutum cōscientiam, magis quàm iactātiam nouimus, qui non loquimur magna, sed viuimus quasi serui, & cultores Dei, patiētiā, quā magisterijs cęlestibus discimus, obsequijs spiritualibus præbeamus. ℟. Bonū est confiteri Domino, halleluia. Et psallere, halleluia. ℣. In decachordo Psalterio cum cātico, & cithara. Et psal.

Lectio sancti Euangelij secūdùm Iohannem. Lectio ix.

Ca.16 IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vado ad eū, qui misit me; & nemo ex vobis interrogat me, quò vadis? Et reliqua.

Homilia S. Augustini Epi.

CVm Dominus, & Saluator noster Iesus Christus de aduētu Spiritus sancti, quē se missurum esse promisit, & misit, multa diceret, ait inter cętera: Ipse arguet mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio. Neque hoc cū dixisset, sermonē traiecit in aliud, sed ipsa aliquantò expressius insinuare dignatus est. ℟. Dicant nunc qui redempti sunt, hall. A Domino, hallel. hallel. ℣. Quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregauit eos. A Dom. Lect. x.

Ca. 16 Ex ser. 61. de verbis Dñi in eundē ī init. & fine.

AIt ergo: De peccato quídem, quia non crediderunt in me: de iustitia verò, quia ad Patrem vado: de iudicio autem, quia Princeps huius mundi iam iudicatus est. Oboritur ergo nobis intelligendi desiderium: Cur peccatum quasi solum esset, nō credere in Christo, ita de hoc solo dixit, quòd mundum Spiritus sanctus arguet. ℟. Cantate Domino, hallel. Psalmum dicite ei, halleluia. ℣. Afferte Domino gloriam, & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius. Psalm. Lectio xj.

SI autem manifestū est præter hanc infidelitatem, alia multa hominum esse peccata; cur de hoc solo mundum Spiritus sanctus arguet? An quia peccata omnia per infidelitatem tenentur; per fidē dimittuntur? Propterea hoc vnum præ cæteris imputat Deus, per quod fit, vt cætera non soluātur dum non credit in humilem Deum superbus homo. ℟. Halleluia, audiuimus eum in Ephrata: inuenimus eū in campis Syluę. Introibimus in tabernaculū eius, adorabimus in loco, vbi steterūt pedes eius, halleluia, halleluia. ℣. Surge Dñe in requiem tuā, tu & arca sanctificationis tuę. Int. L. xij.

DE peccato igitur arguunt infideles, idest dilectores mundi: nam ipsi significantur mundi nomine: cū enim dicitur: Arguet mūdū de peccato; non de alio vtique, quàm quòd non crediderūt in Christo. Hoc deniq; peccatū si non sit, nulla peccata remanebūt; quia iusto ex fide viuente, cūcta soluuntur. ℟. Deduc me in semitā mandatorū tuorū, hall. quoniā ipsam volui, hallel. Inclina cor meū in testimonia tua, hallel. hallel. hall. ℣. Auerte oculos meus ne videant vanitatem in via tua viuifica me. Inclina. Gloria. Inc.

Sequentia S. Euāg. sēm Iohā.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis, Expedit vobis, vt ego vadam. Si enim nō abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittā eum ad vos. Et cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, de iustitia, & iudicio. De peccato quidem, quia nō crediderūt in mę. De iustitia verò, quia ad Patrem vado: & iā non videbitis me. De iudicio autē, quia Princeps huius mūdi iā iudicatus est. Adhuc habeo multa uobis dicere, sed nō potestis portare modo. Cū autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos oēm veritatē. Nō enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur, & quæ uētura sunt, annūciabit uobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit uobis. ℟. Amen. Ad Laudes, Capit. Charissimi: Omne datum.

Ex c. 16. su init.

Ad Bñs, Aña. Vado ad eum. vt in Vesp. Ad iij. Capitulum. Charissimi: Oẽ datũ. Ad vj. Ca.

1. SCitis fratres mei dilectissimi: sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad irã. Ira enim viri iustitiã Dei nõ operat̃. Ad ix. Cap.

1. PRopter quod abijcientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in mãsuetudine suscipite insitũ verbum, quod potest saluare animas vestras. Ad Vesp. Capit. Charissimi: Oẽ datũ. Ad Mag. Aña. Vado ad eum, qui misit me: sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum, halleluia. Oratio vt s.

FERIA SECVNDA.

Ad Bñs, Aña. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loqueretur in via? halleluia. Ad Mag. Aña. Ego veritatem dico vobis, expedit vobis, vt ego vadam: si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos, halleluia.

FERIA TERTIA.

Ad Bñs, Aña. Pax vobis, ego sum halleluia: nolite timere, hall. Ad Mag. Aña. Cũ venerit Paraclitus Spũs veritatis, ille arguet mũdũ de peccato, & de iustitia, & de iudicio, hallel.

FERIA QVARTA.

Ad Bñs, Aña. Spiritus carnẽ, & ossa non habet, sicut me videtis habere: iam credite, hall. Ad Magn. Aña. Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modò: cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, halleluia.

FERIA QVINTA.

Ad Bñs, Aña. Obtulerunt discipuli Domino partem piscis assi, & fauum mellis, hall. hall. Ad Mag. Aña. Non enim loquetur à semetipso, sed quæcũq; audiet loquet̃, & quæ ventura sũt, annũciabit vobis, hal.

FERIA SEXTA.

Ad Bñs, Aña. Isti sunt sermones quos dicebam vobis, cùm essem vobiscum, hallel. hall. Ad Mag. Aña. Regina cœli.

SABBATHO.

Ad Vesperas. Capitulum.

CHarissimi: Estote factores verbi, & non auditores tãtùm, fallentes vosmetipsos, quia si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabit̃ viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo: considerauit enim se, & abijt: & statim oblitus est qualis fuerit. Ad Magn. Aña. Vsque modò non petistis quidquam in no- Iac. 1.

mine

mine meo; petite & accipietis, halleluia. Oratio.

DEus, à quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis: vt cogitemus tę inspirãte, quæ recta sunt, & te gubernante eadem faciamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

DOMINICA V.

Post Pascha.

Incipit Epistola j. canonica B. Petri Apostoli. Lectio j.

Cap. 1. 1 init. PEtrus Apostol⁹ Iesu Christi electis aduenis dispersionis Põti, Galatię, Cappadociæ, Asię, & Bithynię, secundùm pręscientiam Dei Patris, in sanctificationẽ Spiritus, in obedientiam, & aspersionem sanguinis Iesu Christi, gratia vobis, & pax multiplicetur. Responsoria de præcedenti Dominica. Lectio ij.

BEnedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundùm misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam per resurrectionẽ Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatẽ incorruptibilem, & incontaminatã, & immarcescibilẽ conseruatã in cœlis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem paratã reuelari in tempore nouissimo. Lect. iij.

IN quo exultabitis, modicũ nunc si oportet contristari in varijs tentationibus: vt probatio vestræ fidei multò prætiosior auro, quod per ignem probatur, inueniatur in laudẽ, & gloriam, & honorem in reuelationem Iesu Christi, quẽ cùm non videritis, diligitis: in quem nunc quoq; non vidẽtes creditis: credẽtes autẽ exultabitis lętitia inenarrabili, & glorificata, reportantes finem fidei vestræ salutem animarum vestrarum. Lectio iiij.

DE qua salute exquisierũt, atque scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in nobis gratia prophetauerunt, scrutãtes in quod vel quale tempus significaret in eis Spũs Christi pręnuncians eas, quę in Christo sunt passiones, & posteriores glorias, quibus reuelatum est, quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabãt ea, quę nunc nunciata sunt uobis, per eos, qui euãgelizauerũt vobis, Spũ sãcto misso de cęlo, ĩ quẽ desiderant Angeli prospicere. Ex libro S. Ambrosij Episcopi de fide resurrectionis. Lect. v.

QVoniam Dei mori non poterat sapientia: resur- C. in

gere

gere aũt non poterat, qđ mortuũ nõ erat, assumit caro, quæ mori posset, vt dũ morit, quod solet, qđ mortuũ fuerat, hoc resurgeret. Neq;.n. poterat esse nisi p hoĩem resurrectio: qm̃ sicut p hoĩem mors, ita p hoĩe resurrectio mortuorũ. Lec. vj.

x ca. . in it.

ERgo resurrexit homo, qm̃ homo mortuus: & resuscitatus homo, sed resuscitans Deus: tunc secundùm carnem homo, nunc per omnia Deus. Nunc enim secundùm carnẽ iã non nouimus Christũ, sed carnem per gratiam tenemus, vt ipsum primitias quiescentium, ipsum primogenitũ ex mortuis nouerimus. Lect. vij.

PRimitiæ vtiq; eiusdẽ sunt generis, atq; naturæ, cuius reliqui fructus: quorũ pro lętiore prouentu primitiua Deo munera deferuntur: sacrũ munus pro omnibus, & quasi reparatæ quædam liba naturæ. Primitiæ ergo quiescentium Christus; sed vtrum suorum quiescentium, qui quasi mortis exortes, dulci quodam sopore tenentur, an omnium mortuorum? Sed sicut in Adã omnes moriũtur, ita in Chr̃o omnes viuificabuntur. L. viij.

ITaque sicut primitiæ mortis in Adam, ita etiã primitiæ resurrectionis in Christo; Omnes resurgent; sed nemo desperet, neque iustus doleat commune consortium resurgendi, cùm præcipuum fructũ virtutis expectet. Omnes quidem resurgẽt, sed vnusquisq;, vt ait Apl̃us, ĩ suo ordine. Cõmunis est diuinę fruct⁹ clemẽtię, sed district⁹ ordo meritorũ.

Lec. S. Euãgelij s̃m Iohã. L. ix.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Et reliqua. Ca. 16

Homilia S. Augustini Epi.

DOmini verba nunc ista tractanda sunt. Amẽ dico vobis, siquid petieritis Patrẽ in nomine meo, dabit vobis. Iàm dictum est in superioribus huius Dominici sermonis partibus, propter eos, qui nonnulla petunt à Patre in Christi nomine, nec accipiunt. Non petitur in nomine Saluatoris, quidquid petitur contra rationem salutis. L. x.

Extra. 102. in eũd. in initio.

NOn enim sonũ literarũ, ac syllabarũ, sed quod ipse sonus significat, & quod eo sono rectè ac veraciter intelligit, hoc accipiendũ est dicere, cum dicit: In noĩe meo. Vnde qui hoc sentit de Chr̃o, quod non

nõ est de vnico Dei Filio sentiendum, non petit in eius nomine, etiam si non taceat literis, ac syllabis Christum, quoniam in eius nomine non accipit, quod petit. Lectio xj.

QVi verò, quod est de illo sentiendum sentit; ipse in eius nomine petit, & accipit, quod petit; si nõ cõtra suã salutem sempiternam petit: accipit autẽ, quando debet accipere. Quędã autem non negãtur, sed, vt congruo dentur tẽpore differuntur. Lectio xij.

ITa sanè intelligendum est, quod ait. Dabitur vobis, vt ea beneficia significata sciatur his verbis, quæ propriè ad eos pertinent, qui petunt. Exaudiuntur quippè omnes sancti pro seipsis non autem pro omnibus exaudiũtur, vel amicis, vel inimicis suis, vel quibuslibet alijs: quia non vtcunq; dictũ est, Dabit; sed, Dabit vobis.

Sequẽtia S. Euang. s̃m Iohan.

Ex ca. 16. sub med.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Amen amẽ dico vobis, siquid petieritis Patrẽ in nomine meo, dabit vobis. Vsque modò non petistis quidquàm in nomine meo. Petite, & accipietis: vt gaudium vestrũ sit plenũ. Hæc in prouerbijs locutus sum vobis. Venit hora, cum iã non in puerbijs loquar vobis, sed palàm de Patre meo annũciabo vobis. In illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, Quia ego rogabo Patrem de vobis: ipse em̃ Pater amat vos; quia vos me amastis, & credidistis, quia à Deo exiui. Exiui à Patre, & veni in mũdum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Dicũt ei discipuli eius: Ecce nũc palàm loqueris, & prouerbiũ nullum dicis. Nunc scimus, quia scis omnia: & non opus est tibi, vt quis te interroget. In hoc credimus, quia à Deo existi. ℟. Amen. Ad Laudes. Capit. Charissimi: Estote fac. Ad Bñs, Aña. Vsque modò nõ petistis quidquam in nomine meo: petite, & accipietis, halleluia. Ad iij. Capit. Charissimi: Estote. Ad vj. Capitulum.

QVi autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus fact⁹, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Ad ix. Capit. Iac.

REligio munda, & immaculata apud Deum, & Patrem hæc est: visitare pupillos, & viduas in tribulatione corum: Iac.

eorum:& immaculatum ſe cu ſtodire ab hoc ſeculo. Ad veſp. Capitulũ. Chariſſimi: Eſtote. Ad Mag. Aña. Petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum: ipſe enim Pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis, halleluia.

FERIA SECVNDA
in Rogationibus.

Si hodie, & iiij. ſequenti feriæ occurat feſtum duplex, vel ſemiduplex fit de eo cũ vltima Lectione de ſequenti homil. cum commemoratione de feria ad Laudes tantùm. De feſto autem ſimplici fit tantũ cõm. Lec. S. Euãgel. ſm Lucã. L. j.

.11 IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Quis veſtrũ habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice accommoda mihi tres panes. Et reliqua.

Homilia S. Ambroſij Epi.

li. cõ. lud. ALius præcepti locus eſt, vt omnibus momentis, non ſolùm diebus, ſed etiam noctibus oratio deferatur. Vides enim, quòd iſte, qui media nocte perrexit, tres panes ab amico ſuo poſtulans, & in ipſa petendi intẽtione perſiſtẽs, non defraudetur orans. Qui ſunt iſti tres panes, niſi myſterij cœleſtis alimentum?

Reſpõſoria de Dominica iiij. per ordinem. Lectio ij.

QVia ſi diliges Dominum Deum tuum nõ ſolùm tibi, ſed etiã alijs poteris emereri. Quis autẽ amicior nobis, quã qui pro nobis corpus ſuum tradidit? Petijt ab hoc media nocte panes Dauid; petijt, & accepit. Petijt eñ quando dicebat: Media nocte ſurgebã ad cõfitẽdũ tibi. L. iij.

IDeò meruit hos panes, quos appoſuit nobis edendos: Petijt, cum dicit. Lauabo per ſingulas noctes lectũ meũ. Neque enim timuit, ne excitaret dormientem, quem ſcit ſemper vibrare vigilantem. Et ideò ſcriptorũ memores noctibus ac diebus orationi inſtantes peccatis noſtris veniã poſtulemus. Ad horas omnia dicuntur, vt in feriali officio tẽpore Paſchali. Ad Bñs, Aña. Petite, & accipietis, quærite & inuenietis: pulſate & aperietur vobis, halleluia. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus: vt qui in afflictione noſtra de tua pietate cõfidimus, contra aduerſa omnia tua ſemper ꝓtectione muniamur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit, &c.

Hæc

Hæc Oratio dicit ad Laudes, & per horas hodie tantũ. Hoc triduo dicantur Litaniæ cum ſuis precibus, & orationibus ſine Pſalmis penitentialibus, ante Miſſam Primæ, ſi fuerit feſtũ duplex, vel ſemiduplex, ſi verò fuerit feria, vel feſtum ſimplex, dicatur ante Miſſam Tertiæ. Ad Mag. Antiphona. Ipſe enim Pater amat vos, qa vos me amaſtis, & credidiſtis, halleluia. Oratio de Dominica præterita, quę etiam dicitur in duabus ſequentis feriis.

FERIA TERTIA
in Rogationibus.

Si hodie occurrat feſtum ſimplex, fit de feſto cum cõmem. feriæ ad Laudes tantùm.

Incipit Epiſtola ij. Beati Petri Apoſtoli. Lectio j.

Cap. 1 & init. SImon Petrus ſeruus, & Apoſtolus Ieſu Chriſti ijs, q coæqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidem, in iuſtitia Dei noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti: Gratia uobis, & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Chri Ieſu Domini noſtri: quomodo omnia nobis Diuinæ virtutis ſuæ, quæ ad vitam, & pietatem donata ſunt, per cognitionem eius, qui vocauit nos propria gloria, & virtute, per quẽ maxima, & pretioſa nobis promiſſa donauit: vt per hęc efficiamini diuinę conſortes naturæ, fugientes eius, quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionem. Lectio ij.

VOs autem curam omnem ſubinferentes miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſciẽtia autem abſtinentiam, in abſtinentiã autem patiẽtiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Lect. iij.

HÆc enim ſi vobiſcũ adſint, & ſuperent, non vacuos, nec ſine fructu vos conſtituent, in Domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione. Cui eñ non prę ſtò ſunt hęc, cęcus eſt & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterũ ſuorũ delictorũ. Ad Bñs, Aña. Oportebat pati Chriſtum, & reſurgere à mortuis, hallel. Ad Mag. Aña. Exiui à Patre, & veni in mũdum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem, halleluia.

FERIA QVARTA
in Rogationibus.

In Vigilia Aſcenſionis.

Lec. S. Euãgelij ſm Iohan. L. j.

IN illo tempore: Subleuatis Ieſus oculis in cœlũ, dixit: Ca. 17.

Pater,

Pater venit hora, clarifica filium tuum. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Epi.

Ex tract. 104. in Ioand. ante med.

POterat Dominus noster Vnigenitus, & coæternus Patri in forma serui, & ex forma serui, si hoc opus esset, orare silentio: sed ita se Patri exhibere voluit precatorem, vt meminisset nostrũ se esse Doctorem. Lectio ij.

PRoinde eam, quam fecit orationem pro nobis notam facit & nobis: quoniã tanti magistri nõ solùm apud ipsos sermocinatio, sed etiam ipsius pro ipsis ad Patrem oratio discipulorum est ædificatio: & si illorum, qui hæc dicta aderant audituri, profectò & nostra, qui fueramus conscripta lecturi. Lectio iij.

QVapropter hoc, quod ait: Pater venit hora clarifica filium tuũ: ostẽdit omne tempus, & quid, & quando faceret, vel fieri sineret, ab illo esse dispositum qui tempori subditus nõ est: quoniam quæ futura erãt per singula tempora in Dei sapiẽtia causas efficientes habent, in qua nulla sunt tempora.

Ad Benedictus, Antiphona. Pater, venit hora clarifica filium tuum claritate, quam habui priusquàm mundus esset apud te, halleluia. Oratio. Deus à quo bona, vt in Dominica præterita.



IN ASCENSIONE DOMINI.

DVPLEX I.

AD VESPERAS,

ANTIPHONA.

Viri Galilei, cũ rel. de Laud. ps. Dixit Dñs. f. 66. cum rel. Cap.

Act. 1.

PRimùm quidẽ sermonẽ feci de omnibus, ò Theophile, quę cępit Iesus facere, & docere vsq; in diem qua præcipiens Apostolis per Spiritũ sanctum quos elegit, assumptus est. ℟. br. Ascendit Deus in iubilatione. Hallel. hall. ℣. Et Dñs in voce tubæ. Hallel. Gl'ia. Ascẽdit. Hym.

D. Ambrosij.

IEsu nostra redemptio,
Amor, & desiderium,
Deus Creator omnium,
Homo in fine temporum.
Quæ te vicit clementia,
Vt ferres nostra crimina
Crudelem mortem patiẽs,
Vt nos à morte tolleres?
Inferni claustra penetrans,
Tuos captiuos redimens,
Victor triumpho nobili
Ad dextram Patris residẽs.
Ipsa te cogat pietas,
Vt mala nostra superes,
Parcendo, & voti compotes
Nos tuo vultu saties.
Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus premium:
Sit nostra in te gloria
Per cũcta semp secula. Amẽ.

℣. Dominus in cœlo, hallelu.
℟. Parauit sedem suam, halle.

Ad Magn. Aña. Pater manifestaui nomen tuũ hominibus, quos dedisti mihi: nunc autẽ pro eis rogo, non pro mũdo, quia ad te venio, hall. Oratio.

COncede quæsumus omnipotẽs Deus: vt, qui hodierna die vnigenitum tuum Redemptorem nostrũ ad cœlos ascendisse credimus: ipsi quoq; mente in cęlestibus habitemus. Per eundem Dñm nostrum Iesum Christum.

Ad Matut. Inuitat. Halleluia, Christum Dñm ascendentem in cœlum, Venite adoremus, hallelu. ps. Venite. f. 9. Hym.

D. Gregorij.

AEterne Rex Altissime,
Redemptor & fidelium,
Quo mors soluta deperit,
Datur triumphus gratiæ.

Scandens tribunal dexteræ
Patris, poteſtas omnium
Collata Ieſu cœlitus,
Quæ non erat humanitus.
Vt trina rerum machina
Cœleſtium, terreſtium,
Et infernorum condita,
Flectat genu iam ſubdita.
Tremunt videntes Angeli,
Verſa vice mortalium,
Culpat caro, purgat caro,
Regnat Deus, Dei caro.
Tu eſto noſtrum gaudium,
Manēs olympo præditum:
Mundi regis qui fabricam,
Mundana vincens gaudia.
Hinc te precantes quęſumus,
Ignoſce culpis omnibus,
Et corda ſurſum ſubleua
Ad te ſuperna gratia.
Vt cùm rubente cœperis
Clarere nube Iudicis,
Pœnas repellas debitas,
Reddas coronas perditas.
Gloria tibi Domine,
Qui ſcandis ſuper ſidera,
Cum Patre, & ſācto Spiritu,
In ſempiterna ſecula. Amē.

Sic terminantur hymni eiuſdem metri vſque ad Pentecoſten, excepto hymno ad Veſp. In j noct. Aña. Eleuata eſt magnificentia tua: ſuper cœlos Deus hallel. ps. Dñe Dñs noſter. fol. 4. Aña. Dñs in templo ſācto ſuo: Dñs in cęlo, hal. ps. In Dño confido. f. 5. Aña. A ſummo cœlo egreſſio eius: & occurſus eius hall. ps. Cœli enar. fo. 8. Aña. Exaltare Dñe in virtute tua: cantabimus, & pſallemus, halleluia. Pſal. Domine in uirtute. fol. 9. Aña. Dñs virtutum halleluia, ipſe eſt rex gloriæ. hallel. ps. Dñi eſt terra. fo. 11. Aña. Exaltabo te Dñe: qm̄ ſuſcepiſti me, hal. ps. Idē. f. 11. ℣. Aſcēdit Deus in iubilatione, hall. ℟. Et Dominus in uoce tubę, halleluia.

Incipit lib. Actuū Apſtorū. L. j.

PRimùm quidem ſermonē feci de omnibus, ò Theophile, quæ cœpit Ieſus facere & docere, vſque in diem, qua pręcipiens Apoſtolis, p Spiritū ſanctū quos elegit, aſſumptus eſt: quibus & præbuit ſeipſum viuum poſt paſſionē ſuam in multis argumētis p dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. ℟. Poſt paſſionem ſuam per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei, halle. Et videtibus illis eleuatus eſt, halleluia, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorū, hal. ℣. Et conueſcens præcepit eis, ab Ieroſolymis ne diſcederēt, ſed expectarent promiſſionem Patris. Et videntibus. Lectio ij. Ca. 1. ī init.

ET conueſcens præcepit eis, ab Ieroſolymis ne diſcederēt, ſed expectarent promiſſionem Patris, quam audiſtis, inquit, per os meum: quia Iohannes quidem baptizauit aqua; vos autem baptizabimini Spiritu ſancto nō poſt multos hos dies. ℟. Oīs pulchritudo Domini exaltata eſt ſuper ſidera. Species eius ī nubibus cœli, & nomen eius in æternū permanet, hall. ℣. A ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius. Species eius. Lectio iij.

IGitur qui conuenerant interrogabant eum, dicentes: Domine, ſi ī tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? Dixit autem eis: Non eſt veſtrū noſſe tempora, vel momenta, quę Pater poſuit in ſua poteſtate, ſed accipietis virtutem ſuperuenictis Spiritus ſancti ī vos, & eritis mihi teſtes in Ieruſalē, & in oī Iudæa, & Samaria, & vſq; ad vltimū terræ. ℟. Exaltare dñe, hal. In virtute tua, hal. ℣. Eleuata eſt magnificētia tua ſupcęlos De⁹. In. L. iiij.

ET cū hoc dixiſſet, videntibus illis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorū. Cumq; intuerent' in cœlum eūtē illum, ecce duo uiri aſtiterūt iuxta illos in veſtibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilęi, quid ſtatis aſpicientes in cęlum? Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cęlum, ſic veniet quemadmodū vidiſtis eū euntem in cœlum. ℟. Non relinquam vos orphanos, halle. Vado & venio ad vos. Et gaudebit cor veſtrum, hall'a, hallelu. ℣. In illa die vos cognoſcetis, quia ego ſum in Patre meo, & ego in vobis. Et gaudebit cor. In ij. noct. Aña. Aſcēdit Deus in iubilatione: & Dñs in voce tubæ, hal. ps. Oēs gentes. f. 28. Aña. Exaltare ſup cęlos Deus halle. Et ſuper omnem terram gloria tua. Pſal. Miſerere mei Deus, miſerere mei. f. 32. Aña. Lætentur cœli halle. & exultet terra, halle. ps. Cantate. j. f. 49. Aña. Nimis exaltatus eſt, hall. ſuper oēs Deos, halle. ps. Dñs regnauit exul. f. 49. Aña. Dñs in Sion, hal. magnus & excelſus, halle. ps. Dñs regnauit ir. fol. 49. Aña. Dñs in cęlo, hallel. parauit ſedem ſuam halle. ps. Benedic. j. fol. 52. ℣. Aſcēdēs Chrs in altum, hal. ℟. Captiuā duxit captiuitatem, hall.

Sermo S. Leonis Papæ. Lect. v. Ex ſer. 1. de Aſcēſ. Dñi in initio.

POſt beatam, & glorioſam reſurrectionē Dñi noſtri Ieſu Chriſti, qua verum Dei

templum Iudaica impietate resolutum, diuina se in triduo potentia suscitauit, quadragenarius hodie dilectissimi sanctorum dierum expletus est numerus, sacratissima ordinatione dispositus, & ad vtilitatẽ nostræ eruditionis impensus: vt dum à Domino in hoc spatio mora præsentiæ corporalis extẽditur, fides resurrectionis documẽtis necessarijs muniretur. ℟. Tempus est, vt reuertar ad eum, qui me misit, dicit Dominus: Nolite cõtristari, nec turbetur cor vestrũ. Rogo pro uobis Patrẽ, ut ipse uos custodiat, hallel. hallel. ℣. Nisi ego abiero, Paraclitus nõ ueniet: dum assumptus fuero mittam uobis eũ. Rogo. L. vj.

Mors enim Christi multorum discipulorũ corda turbauerat, & de supplicio crucis, de emissione spiritus, de exanimati corporis sepultura, grauatis mœstitudine mẽtibus, quidam diffidentiæ torpor obrepserat. Vnde beatissimi Apostoli, omnesq; discipuli, qui & de exitu crucis fuerant trepidi, & de fide resurrectionis ambigui, ita sunt veritate perspicua roborati, vt, Domino in cœlorum eunte sublimia, non solùm nulla afficerentur tristitia, sed etiã magno gaudio replerentur. ℟. Non turbetur cor vestrũ; ego vado ad Patrẽ, & dum assumptus fuero à uobis, mittã uobis, halleluia, Spiritum veritatis, & gaudebit cor vestrum, halleluia. ℣. Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit uobis. Spiritum. Lect. vij.

Ex ser. 1. de Ascen. Dñi in initio.

Et reuera magna erat, & ineffabilis causa gaudendi, cùm in conspectu sanctæ multitudinis, super omnium creaturarum cęlestium dignitatem humani generis natura conscenderet, supergressura Angelicos ordines, & vltra Archangelorũ altitudines eleuãda; nec vllis sublimitatibus modum suæ prouectionis habitura, nisi ęterni Patris recepta cõsessu, illius glorię sociaretur in throno, cuius naturæ copulabatur in filio. ℟. Si enim non abiero, Paraclitus nõ ueniet ad uos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Et cùm venerit ille, docebit vos omnem veritatem, halleluia. ℣. Non enim loquetur à semetipso, sed quæcunq; audiet loquetur, & quæ uentura sunt, annunciabit uobis. Et. L. viij.

Quia igitur Christi ascensio nostra est prouectio,

& quò præcessit gloria capitis, eò spes vocatur & corporis: dignis, dilectissimi, exultemus gaudijs, & pia gratiarũ actione lętemur: Hodie enim non solùm Paradisi possessores firmati sumus, sed etiam cœlorũ in Christo superna penetrauimus, ampliora adepti p̃ ineffabilem Christi gratiam, quã per Diaboli amiseramus inuidiam. ℟. Ego rogabo Patrẽ, & alium Paraclitũ dabit vobis: Vt maneat vobiscum in ęternum, Spiritum veritatis, halleluia. ℣. Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero mittam eum ad vos. Vt maneat. Gloria. Vt.

In iij. noct. Aña. Illi autẽ profecti prędicauerunt vbiq;, Domino cooperante, & sermonẽ confirmante sequentibus signis, halleluia, halleluia. Cat. Quis est iste? cum reliq. f. 15. ℣. Ascendo ad Patrem meũ, & Patrem vestrũ, hall. ℟. Deũ meum, & Deum vestrum, hal.

Lctõ S. Euãg. s̃m Marcũ. Le. ix.

Ca. 16 In illo tempore: Recũbentibus vndecim discipulis: apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem illorum, & duritiã cordis: quia ijs, qui viderant eũ resurrexisse à mortuis, non crediderant. Et rel.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Ex ho- mi. 2 in init.

Quòd resurrectionẽ Dominicam discipuli tardè crediderunt, non tã illorum infirmitas, quàm nostra (vt ita dicam) futura firmitas fuit. Ipsa nãq; resurrectio illis dubitãtibus per multa argumenta monstrata est, quæ dũ nos legentes agnoscimus, quid aliud, quàm de illorum dubitatione solidamur? ℟. Ascendens Christus in altũ, halleluia: captiuam duxit captiuitatem. Dedit dona hominibus, hallel. hallel. hallel. ℣. Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ. Dedit dona homin. Lectio x.

Minus enim mihi Maria Magdalene præstitit, q̃ citius credidit, quã Thomas, qui diu dubitauit. Ille etenim dubitando vulnerum cicatrices tetigit, & de nostro pectore dubitationis vulnus amputauit. Ad insinuandam quoq; veritatem Dominicæ resurrectionis, notandum nobis est, quid Lucas referat, dicẽs: Conuescẽs præcepit eis ab Ierosolymis ne discederent: Et post pauca: Videntibus illis eleuatus est; & nubes suscepit eum ab oculis eorũ. ℟. Ponis nubem ascẽsum tuum Domine,

Qui ambulas ſuper pēnas uentorum, hallelū. ℣. Confeſſionem & decorem induiſti, amictus lumen ſicut veſtimētum. Qui ambulas. **Lectio xj.**

NOtate uerba; ſignate myſteria. Cōueſcens eleuatus eſt: comedit, & aſcendit: vt uidelicet per effectum comeſtionis ueritas pateſceret carnis. Marcus uerò priuſquàm cœlum Dn̄s aſcēderet, eum de cordis, atq; infidelitatis duritia increpaſſe Diſcipulos memorat. Qua in re quid conſiderādum eſt? niſi quòd idcirco Dn̄s tunc diſcipulos increpauit, cum eos corporaliter reliquit: ut uerba, quę diſcedens diceret, in cordibus audientiū arctius impreſſa remanerent? ℟. Pſallite Dn̄o, Qui aſcendit ſuper cœlos cœlorum ad orientem, halleluia. ℣. Mirabilis Deus ī ſanctis ſuis, Deus Iſrael. Qui aſcen. **Lectio xij.**

INcrepata igitur eorum duritia, quid admonendo dicat audiamus. Euntes in mundū vniuerſum, prędicate euangelium omni creaturæ. Numquid fratres mei, ſanctū euangelium, uel inſenſatis rebus, uel brutis aīalibus fuerat prædicandum, ut de eo diſcipulis dicatur, Prædicate euāgelium omni creaturæ? Sed oīs creaturæ noīe ſignatur homo. Omnis aūt creaturæ aliquid habet homo. Habet namque cōe eſſe cum lapidibus, uigere cum arboribus, ſentire cū animalibus, intelligere cum Angelis. ℟. Viri Galilæi quid admiramini aſpicientes in cœlū? hal. Quemadmodū uidiſtis eum aſcendentem in cœlum, ita ueniet halleluia, hallel. halle. ℣. Cumque intuerētur in cęlū euntem illū, ecce duo viri aſtiterūt iuxta illos in veſtibus albis, qui & dixerūt. Quemad.

Sequētia S. Euang. ſm Marcū.

IN illo tempore: Recumbentibus undecim diſcipulis, apparuit illis Ieſus, & exprobrauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis: quia ijs, qui uiderant eum reſurrexiſſe à mortuis non crediderat. Et dixit illis: Euntes in mūdum vniuerſum, p̄dicate euāgeliū omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui uerò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur. In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquētur nouis, ſerpētes tollent, & ſi mortiferū quid biberint, non (Ex ca. 16. in fine.)

eis nocebit. Sup ægros manus imponent, & bene habebunt. Et Dn̄s quidē Ieſus poſtquàm locutus eſt eis, aſſumptꝰ eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei. Illi autem profecti prædicauerunt vbique, Dn̄o cooperante, & ſermonem confirmante ſequētibus ſignis. ℟. Amen.

Ad Laudes, & per horas. Añа.

VIri Galilæi, quid aſpicitis in cęlū? Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cęlum, ſic veniet, hall. **ps.** Dn̄s regna. **cū rel.** 18. **Aña.** Cūq; intuerētur in cęlū euntē illū, dixerūt: Hall. **Aña.** Eleuatis manibus benedixit eis, & ferebat in cęlū. halle. **Aña.** Exaltate regem regū, & hymnū dicite Deo, hal. **Aña.** Videntibus illis eleuatus eſt: & nubes ſuſcepit eū in cœlo, hal. **Cap.** Primū quidem. **℟. bre.** Aſcendens Chr̄s in altū. **H** alle. hall. ℣. Captiuam duxit captiuitatē. **Hym.** Ieſu nr̄a red. ℣. Dn̄s in cœlo. **Ad Bn̄s, Aña.** Aſcendo ad Patrem meū, & Patrem veſtrum: Deū meū & Deum vr̄m, hal. **Oro.** Cōcede. **vt ſ. Ad iij. Cap.** Primùm quidem. ℣. Aſcendit Deus. **Ad Sextam, Capit.**

Act. 1. ET conueſcens p̄cepit eis, ab Ieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarēt promiſſionē Patris, quam audiſtis inquit p os meū: quia Iohānes quidem baptizauit aqua, vos aūt baptizabimini Spū ſcō nō poſt multos hos dies. ℣. Aſcēdens Chriſtus. **Ad ix. Cap.**

VIri Galilęi, qd ſtatis aſpicientes in cœlū? Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt a uobis in cęlū, ſic ueniet quēadmodū uidiſtis eū euntē in cęlum. ℣. Aſcendo ad Patrem meum, &c. (Act.)

Ad Veſ. oīa ut in j. Veſ. excepta Aña, Ad Mag. O rex gloriæ Dn̄e uirtutū, qui triumphator hodie ſup oēs cœlos aſcēdiſti, ne derelinquas nos orphanos, ſed mitte promiſſum Patris in nos Spiritum ueritatis, hallel.

Infra oct. Aſcenſionis vſq; ad Pent. quotidie fit offi. de Aſcē. niſi feſtum occurrat xij. Lect. quia tunc fit de eo cum commemoratione Octa. De feſtis autem ſimpl. fit tm̄ cōmem.

FERIA SEXTA.

Ad Matutinum vſque ad Lectiones, omnia vt in feſto.

De Hom. S. Gregorij p̄p. Le. j.

POteſt oīs creaturę noīe oīs natio Gentium deſignari. Antè enim dictū fuerat: in viā Gētium ne abieritis: nunc autē dicitur. Prædicate euāgeliū oī creaturæ, ut ſcilicet prius à Iudæa Apoſtolorū repulſa (Ex e dē h mi. 2)

prædicatio,tūc nobis in adiutoriū fieret, cum hanc illa ad damnationis suæ testimoniū superba repulisset. Respōsoria de festo per ordinem. Lect. ij.

SEd cùm discipulos ad prędicandum Veritas mittit, quid aliud in mūdo facit, nisi grana seminis spargit? Et pauca grana mittit in semine, vt multarum messium fruges recipiat ex nostra fide. Neq; enim in vniuerso mundo tãta fidelium messis exurgeret, si de manu Domini super rationalē terrā illa electa grana pdicantiū nō venissent. L. iij.

SEquitur. Qui crediderit,& baptizatus fuerit,salu⁹ erit: qui uerò non crediderit condēnabitur. Fortasse vnusquisque apud semetipsum dicat: Ego iam credidi, saluus ero. Verum dicit, si fidē operibus teneat. Vera etenim fides est, quę in hoc,quod verbis dicit, moribus non contradicit.

In ij. noc. Añę,& Psal. de festo. Capitulum. Et conuescens. ℣. Ascendens Christus.

Ad Laudes,& per Horas,& ad Vesp. omnia vt in festo. Modus suprapositus seruatur omnibus diebus infra Octa. nisi fuerit Dominica, vel festum duodecim lectionum.

SABBATHO.

De Homil. S. Greg. Papæ. L. j.

Ex eadē homi. 29.

SIgna autem eos, qui credituri sunt,hæc sequētur: In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis,serpentes tollent;& si mortiferum quid biberint, nō eis nocebit. Super ægros manus imponent,& benè habebunt. Nūquid nam fratres mei, qa ista signa non facitis, minimè creditis? sed hæc necessaria in exordio Ecclesię fuerunt; Vt enim ad fidem cresceret multitudo credentium miraculis fuerat nutrienda. Quia & nos cùm arbusta plantamus, tamdiù eis aquam infundimus, quousq; ea ĩ terra iã cōualuisse videamus: at si semel radicē fixerint, irrigatio cessabit. L. ij.

HInc est enim quod Paulus dicit. Linguę in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus. Habemus de his signis, atque virtutibus, quæ adhuc subtilius cōsiderare debeamus. Sancta quippè Ecclesia quotidie spiritualiter facit, quod tunc per Apostolos corporaliter faciebat. Nā Sacerdotes eius cùm per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt, & habitare malignos spiritus in eorum mente con-

cōtradicūt, quid aliud faciūt, nisi dęmonia eijciunt? Lec. iij.

ET fideles quiq;, qui iàm vitæ ueteris secularia verba derelinquunt, sancta autē mysteria insonant, conditoris sui laudem, & potentiam, quantum præualent, narrant, quid aliud faciunt, nisi nouis linguis loquuntur? Qui dū bonis suis exhortationibus malitiam de alienis cordibus auferunt, serpentes tollunt. Et dū pestiferas suasiones audiunt, sed tamen ad operationē prauā minimè pertrahunt, mortiferū qdē est, quod bibūt, sed non eis nocebit. Ad Vesp. Cap.

1. Petr. 4.

CHarissimi: Estote prudētes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autē mutuam in vobismetipsis charitatem continuā habētes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. ℟. br. Ascendit Deus in. Hym. Iesu nostra redemp. ℣. Ascēdo. Ad Magn. Aña. Cùm uenerit Paraclitus, quem ego mittam vobis Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, halleluia. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus fac nos tibi semper & deuotam gerere voluntatē, & Maiestati tuæ sincero corde seruire. Per Dominū nostrū Iesum Christum filium tuum. Et fit comm. Ascēsionis. Aña. O rex gloriæ. ℣. Dñs in cęlo. Oratio. Concede quæsumus.

DOMINICA

Infra Octauā Ascensionis.

Totum officium fit de Ascensione, exceptis his, quæ hic habentur propria.

Incipit Epistola j. beati Iohannis Apostoli. Lectio j.

QVod fuit ab initio, quod audiuimus, quod uidimus oculis nr̃is, quod perspeximus,& manus nostrę contrectauerunt de verbo vitæ,& vita manifestata est,& vidimus,& testamur,& annūciamus vobis vitam æternã, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis. Responsoria Ascensionis per ordinem. Lectio ij. Cap. 1 in

QVod uidimus,& audiuimus annunciamus vobis, vt & vos societatē habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum Patre, & cū Filio eius Iesu Christo. Et hæc scribimus vobis, vt gaudeatis, & gaudium vestrū sit plenū,& hæc est annunciatio, quàm audiuimus ab eo,& annūciamus vobis: quoniã Deus lux est, & tenebræ ĩ eo nō sūt vllę. L. iij.

SI dixerimus quoniam ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulam⁹, mẽtimur, & veritatẽ nõ facimus. Si autem in luce ambulamus, ſicut & ipſe eſt in luce, ſocietatem habemus ad inuicẽ, & ſanguis Ieſu Chri filij eius emũdat nos ab omni pctõ. Le. iiij.

SI dixerimus qm̃ peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis

Cap. I nõ eſt. Si cõfiteamur pctã nr̃a, fidelis eſt, & iuſtus, vt remittat nobis pctã nr̃a, & emũdet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccauimus, mendacem facimus eũ, & verbũ eius non eſt in nobis.

Sermo S. Auguſtini Epi. L. v.

ſer. de ẽſ. mi in io. SAluator noſter, dilectiſſimi fratres, aſcendit in cœlum: non ergo turbemur in terra. Ibi ſit mẽs, & hic erit requies. Aſcendamus cum Chriſto interim corde: vt cùm dies eius promiſſus aduenerit, ſequamur & corpore. Scire tñ debemus, fratres, quia cum Chriſto non aſcendit ſuperbia, nõ auaritia, non luxuria, nullum vitium noſtrum aſcendit cum medico noſtro. Lectio ſexta.

IDeo ſi poſt medicum deſideramus aſcendere, debemus vitia, & peccata deponere: om nes enim quaſi quibuſdã cõpedibus nos premunt, & peccatorum nos retibus ligare contendũt: & ideò cũ Dei adiutorio ſm id, quod ait Pſalmiſta, Dirumpamus vincula eorum, vt ſecuri poſſimus dicere Domino: Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Lectio vij.

REſurrectio Dñi ſpes nr̃a eſt. Aſcenſio Dñi glorificatio nr̃a eſt. Aſcenſionis hodie ſolẽnia celebram⁹. Si ergo rectè, ſi fideliter, ſi deuotè, ſi ſãctè, ſi piè Aſcenſionẽ Dñi celebramus, aſcẽdam⁹ cũ illo, & ſurſũ corda habeamus. L. viij.

AScendentes autẽ non extollamur, nec de nr̃is, quaſi de proprijs meritis præſumamus. Surſum autẽ corda habere debemus ad Dominũ. Surſum enim cor ad Dñm, nõ ſuperbia vocatur. Surſum autẽ cor ad Dñm, refugium vocat. Videte, fratres, miraculũ magnum. Altus eſt Deus: erigis te, & fugit à te: humilias te, & deſcendit ad te.

Lectio ſancti Euangelij ſecũdum Iohannem. Lectio ix.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Cùm venerit Paraclitus, quẽ ego mittã vobis à Patre, Spiritũ veritatis, Ca. 15. qui à Patre ꝓcedit, ille teſtimoniũ ꝑhibebit de me. Et rel.

Homilia S. Auguſtini Epi.

Ex tractã. 92. ſub initiũ. VEnit die Pentecoſtes Spiritus ſanctus in centum viginti homines cõgregatos, in quibus & Apoſtoli omnes erant, qui illo adimpleti cùm linguis omnium gentium loquerentur, plures ex ijs, qui aderant, tanto miraculo ſtupefacti, qñquidẽ viderũt loquẽte Petro tã magnũ, atq; diuinũ teſtimoniũ perhiberi đ Chro, vt ille, qui occiſus ab eis inter mortuos deputabatur, reſurrexiſſe, & viuere probaretur, cõpuncti corde conuerſi ſunt: & tanti ſanguinis tã impiè, atq; immaniter fuſi indulgentiam perceperunt, ipſo redẽpti ſanguine quẽ fuderunt. Lectio x.

CHriſti enim ſanguis ſic in remiſſionem peccatorum omnium fuſus eſt, vt ipſum etiam peccatũ poſſet delere, quo fuſus eſt. Hoc ergo intuens Dñs, dicebat: Odio habuerunt me gratis. Cũ autem venerit Paraclitus, ille teſtimonium perhibebit de me, tãqrã diceret: Odio me habuerũt, & occiderũt vidẽtes. Sed tale de me Paraclitus teſtimoniũ phibebit, vt eos faciat in me credere non videntes. Lectio xj.

ET vos, inquit, teſtimoniũ perhibebitis, qa ab initio mecũ eſtis. Perhibebit Spiritus ſctũs, ꝑhibebitis & vos: q enim ab initio mecũ eſtis, poteſtis ꝓdicare qđ noſtis: qđ vt modò non faciatis, illius Spũs plenitudo nondũ adeſt vobis. Ille ergo teſtimoniũ perhibebit de me, & vos teſtimonium ꝑhibebitis: dabit enĩ vobis fiduciã teſtimoniũ ꝑhibẽdi charitas Dei diffuſa in cordibus veſtris per Spiritum ſanctum, qui dabitur vobis. Lectio xij.

QVæ vtique Petro adhuc defuit, qñ mulieris ancillæ interrogatione perterritus nõ potuit verũ teſtimoniũ perhibere, ſed contra ſuam pollicitationem, timore magno compulſus eſt ter negare: timor autem iſte non eſt in charitate, ſed pfecta charitas foras mittit timorem.

Sequentia S. Euãg. ſm Iohã.

INillo tpe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Cũ venerit Paraclitus, quẽ ego mittam vobis a Pr̃e, Spũm veritatis, q à Patre ꝓcedit, ille teſtimoniũ ꝑhibebit de me, & vos teſtimonium ꝑhibebitis, qa ab initio mecũ eſtis. Hęc locut⁹ sũ vobis, vt nõ ſcãdalizemini. Abſq; ſynagogis faciẽt vos, ſed venit hora, Ca. 15. in fine.

ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Et hæc facient uobis, quia non nouerunt Patrem, neque me. Sed hæc locutus sum uobis, vt cùm venerit hora eorũ, reminiscamini: quia ego dixi uobis. ℟. Amen.
℣. Ascendo ad Patrẽ. Ad Bñs, Aña. Cùm venerit. vt supra in Sabbatho. Oratio ibidem. Et fit comm. de Ascensione. Aña. Ascendo ad Patrẽ. ℣. Dominus in cęlo. Oratio. Concede. vt supra. Ad iij. Cap. Charissimi: Estote. Ad vj. Capitulum.

Pet. Hospitales inuicem sine murmuratione: vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrũ illã administrantes, sicut boni dispẽsatores multiformis gratiæ Dei. Ad ix. Cap.

Pet. Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tamquàm ex virtute, quã administrat Deus: vt in omnibus honorificet̃ Deus per Iesum Christum Dñm nostrũ. Ad Vesp. ℣. Ascẽdo ad Prẽm. Ad Magn. Aña. Hæc locutus sum vobis, vt cùm venerit hora eorũ, reminiscamini, quia ego dixi vobis, halleluia. Et fit comm. de Ascensione. Aña. O rex gloriæ. ℣. Dominus in cœlo. Oratio. Cõcede. vt sup.

FERIA SECVNDA.

De Homilia S. Greg. Papę. L. j.

Ex homi. eadẽ 29.

ET Dominus quidem Iesus postquàm locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei. In veteri testamẽto cognouimus, quòd Elias sit raptus in cœlum. Sed aliud est cœlum ęthereũ: aliud aereum: Cęlum quippe aereũ terræ est proximum: Vnde & aues cęli dicimus, quia eas uolitare in aere videmus. Lect. ij.

IN cœlũ itaque aereũ Elias subleuatus est, vt in secretã quandam terræ regionem repentè duceretur, vbi in magna iàm carnis, & Spiritus quiete viueret, quousque ad finem mundi redeat, & mortis debitum soluat. Ille etenim mortem distulit, non euasit: Redẽptor autem noster, quia nõ distulit, superauit, eamq; resurgendo consumpsit, & resurrectionis suæ gloriam ascendẽdo declarauit. Lectio iij.

NOtandum quoque est, quòd Elias in curru legitur ascẽdisse, vt videlicet apertè demõstraretur, qa homo purus adiutorio indigebat alieno. Per Angelos quippè facta illa, & ostensa sunt adiumẽta, quia nec ad cœlũ quidẽ aereũ per se ascẽdere poterat, quẽ naturæ suæ infirmitas grauabat. Redemptor autem noster nõ curru, non Angelis subleuatus legitur, quia is, qui fecerat omnia, nimirum super omnia sua virtute ferebatur.

FERIA TERTIA.

De Homilia S. Greg. Papę. L. j.

Ex eadẽ homi. 29

DOminus noster nobis in se credentibus, quia carnis quoque munditiam largiretur, & sub eo per incrementa temporum virtus castitatis excresceret, in ipsa quoq; eorum translatione, qui Ascensionem Dominicam, vt videlicet famuli designauerunt, & in seipso, qui ad cœlos ascendit, ostendit. Nam Enoch quidem uxorem, & filios habuit, Elias verò neque vxorem, neque filios legit̃ habuisse. L. ij.

PEnsate ergo quomodo per incrementa temporũ creuerit mũditia sanctitatis; quia & per trãslatos famulos, & per ascendentis Domini personã patenter ostenditur. Translatus namque est Enoch, & per coitum genitus, & per coitum generans. Raptus est Elias per coitum genitus, sed non per coitum generans. Assumptus verò est Dominus, neque per coitum generans, neque per coitum generatus. Lectio iij.

COnsiderãdum nobis est, quid est, quod Marc⁹ ait. Sedet à dextris Dei, & Stephanus dicit: Video cęlos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei. Qnid est quod hunc Marcus sedentem, Stephanus verò stantem se videre testatur? Sed scitis fratres, quia sedere iudicãtis est, stare verò pugnãtis, vel adiuuãtis.

FERIA QVARTA.

De Homilia S. Greg. Papę. L. j.

Ex eadẽ homi.

HOc autem nobis primũ quærendum est: quidnã sit, quòd nato Domino apparuerunt Angeli: & tamen non leguntur in albis vestibus apparuisse: ascendente autẽ Domino, missi Angeli in albis leguntur uestibus apparuisse: sic etenim scriptum est: Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorũ. Cumq; intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo uiri steterunt iuxta illos in uestibus albis. Lectio ij.

IN albis autem uestibus gaudium, & solennitas mentis ostenditur. Quid est ergo, quòd nato Domino, non in albis uestibus, ascendente autem Domino, in albis uestibus Angeli apparẽt? nisi quòd tunc magna solẽnitas Angelis facta

facta est, cùm cœlũ Deus homo penetrauit? Quia nascẽte Dño videbatur Diuinitas humiliata, ascẽdẽte verò Dño est humanitas exaltata. Albæ etenim vestes exaltationi magis cõgruũt, q̃ humiliationi. L. iij.

IN Ascẽsione ergo eius Angeli in albis vestibus videri debuerunt, quia qui in natiuitate sua apparuit Deus humilis, in ascensione sua ostensus est homo sublimis. Sed hoc nobis magnopere, fratres charissimi in hac solẽnitate pensandum est: quia deletum est hodierna die chirographum damnationis nostræ, mutata est sententia corruptionis nostræ, Illa enim natura, cui dictum est: Terra es, & in terram ibis, hodie in cœlum iuit.

IN OCTAVA ASCENSIONIS. Oĩa fiũt vt sup. in festo.

FERIA SEXTA.

Officium fit, sicut feria vj. post Ascensionem, exceptis Lectionibus hic positis. Cap. Antiph. ad Benedictus, & Magnificat, & Oratione, quæ dicuntur de Dominica infra Octa. Ascensionis. Si festum xij. lectionum occurrat, vel celebretur hac die, totum officium fit de eo absq; ulla commemora. feriæ. De simpl. autẽ fit tantũ cõme.

Incipit Epistola ij. cano. beati Iohannis Apostoli. Lectio j.

SEnior Electę Dñæ, & natis eius, quos ego diligo in ueritate, & non ego solus, sed & omnes, qui cognouerunt ueritatem, propter ueritatẽ quæ permanet in nobis, & nobiscũ erit in æternum. Sit vobiscum gratia, misericordia, pax à Deo Pr̃e, & à Chr̃o Iesu Filio Pr̃is ĩ ueritate & charitate. ij. Gauisus sum ualdè, qm̃ inueni de filijs tuis ambulantes in ueritate, sicut mandatum accepimus à Patre. Et nunc rogo te Dña, non tamquam mandatũ nouum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, ut diligamus alterutrum. Lectio ij. Cap. 1. 1 init.

ET hæc est charitas, ut ambulemus s̃m mãdata eius. Hoc est enim mandatũ, ut quemadmodũ audistis ab initio in eo ambuletis: quoniã multi seductores exierunt in mundũ, qui nõ cõfitentur Iesum Christum uenisse in carnem. Hic est seductor & Antichristus. Videte uosmetipsos ne perdatis quæ operati estis: sed ut mercedẽ plenam accipiatis. Omnis, qui recedit & nõ p̃manet in doctrina Chr̃i, Deũ nõ habet. Qui permanet in doctrina, hic & Pr̃em & Filium

lium habet. Si quis uenit ad uos, & hãc doctrinã nõ affert: nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis.

Incipit epistola iij. cano. beati Iohannis Apostoli. Lectio iij.

SEnior Caio charissimo, quẽ ego diligo in veritate. Charissime, de omnibus orationẽ facio prosperè te ingredi, & ualere, sicut prosperè agit anima tua. Gauisus sum ualdè uenientibus fratribus, & testimoniũ perhibentibus ueritati tuæ, sicut in ueritate ambulas. Maiorem horum non habeo gratiam, quàm ut audiam filios meos in ueritate ambulare.

IN VIGILIA PENTEC.

Omnia dicuntur, sicut in Dominica infra Octauam Ascensionis, p̃ter Lectiones. Ab hac die inclusiuè usq; post festum Trinitatis, si occurrat festum dup. uel semid. transfertur post dictum festũ. De simp. autẽ fit tm̃ cõme. excepto seq. triduo.

Incipit Epistola j. cano. beati Iudæ Apostoli. Lectio j.

Cap. 1 1 init. IVdas Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi, his, q sunt in Deo Patre dilectis, & Christo Iesu conseruatis, & uocatis. Misericordia uobis, & pax, & charitas adimpleatur. Charissimi: Omnem sollicitudinem faciens scribendi uobis de cõi uestra salute, necesse habui scribere uobis deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei. Lectio ij.

SVbintroierunt enim quidã hoĩes, qui olim præscripti sunt in hoc iudiciũ, impij, Dei nr̃i gr̃am trãsferentes in luxuriã, & solũ Dñatorem, & Dñm nostrũ Iesũm Chr̃m negãtes. Cõmonere autẽ uos uolo, sciẽtes semel oĩa, qm̃ Iesus populũ de terra Aegypti saluans, secundò eos, qui non crediderunt, perdidit. Lectio iij.

ANgelos uerò, qui nõ seruauerunt suum Principatum, sed dereliquerunt suũ domiciliũ, in iudiciũ magni Dei uinculis æternis, sub caligine reseruauit, sicut Sodoma, & Gomorrha, & finitimæ Ciuitates simili mõ exfornicatæ, & abeũtes post carnẽ alterã, factę sunt exẽplũ, ignis ęterni pœnã sustinẽtes. Similiter & hi carnẽ quidẽ maculant, Dñationẽ autem spernunt, Maiestatem autẽ blasphemant. Lectio iiij.

CVm Michael Archangelus cũ Diabolo disputãs, altercaret de Moysi corpore, non est ausus iudiciũ inferre blasphemiæ, sed dixit: Imperet tibi Dñs. Hi autẽ quæcũq; quidem

quidem ignorant, blaſphémant: quæcunque autem naturaliter tamquàm muta animalia norũt, in his corrũpunt.

Ex tractatu S. Auguſtini Epi de Symbolo ad Cathecu. L. v.

Ex lib. ſ. poſt nit.

SEntẽtias ſacratiſſimi Symboli adiuuãte Domino exponendas ſuſcepimus, vt quid ſingulæ cõtineant, veſtris ſenſibus intimemus. Parata ſunt corda veſtra, quia excluſus eſt inimicus de cordibus veſtris: Huic vos renunciare profeſſi eſtis: in qua profeſſione non hominibus, ſed Deo, & Angelis eius conſcribentibus dixiſtis: Renuncio. Lectio vj.

REnunciate non ſolũ uocibus, ſed etiã moribus, non tantùm ſono linguæ, ſed & actu vitæ, nec tantùm labijs ſonantibus, ſed operibus pronunciantibus. Scitote uos cũ callido, antiquo, & veternoſo inimico ſuſcepiſſe certamen: non in vobis poſt renũciationem inueniat opera ſua: non iure vos attrahat in ſeruitutem ſuam. Lectio vij.

DEprehenderis enim, & detegeris Chriſtiane, quãdo aliud agis, & aliud ꝓfiteris, fidelis in nomine, aliud demonſtrãs in opere, non tenens promiſſionis tuæ fidem: modò ingrediens Eccleſiam orõnes fundere, poſt modicũ in ſpectaculis cùm hiſtrionibus impudicè clamare. Quid tibi cum pompis Diaboli, quibus renunciaſti? Lectio viij.

NOli te fallere: odit enim tales De⁹ nec inter ſuos deputat profeſſores, quos cernit uiæ ſuæ deſertores. Ecce ruinoſus eſt mundus, ecce tãtis calamitatibus repleuit Dominus mundum: Ecce amarus eſt mundus, & ſic amatur; quid faceremus, ſi dulcis eſſet?

Lectio ſancti Euangelij ſecũdum Iohannem. Lectio ix.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Si diligitis me, mandata mea ſeruate: & ego rogabo Patrem, & alium Paraclitũ dabit uobis. Et rel. Ca. 14

Homilia S. Auguſtini Epi.

QVòd Dominus ait, Rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis: oſtẽdit & ſe ipſum eſſe Paraclitum. Paraclitus enim Latinè dicitur Aduocatus: & dictum eſt de Chriſto: Aduocatũ habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum. Sic autem mundum dixit non poſſe accipere Spiritum ſanctum, ſicut etiam dictum eſt: Prudentia carnis inimica eſt Deo: legi

Ex traſta. 74. & 75. in fine ĩ init.

enim

enim Dei nõ eſt ſubiecta: nec eĩm poteſt: velut ſi dicam⁹, iniuſtitia iuſtitia eſſe nõ poteſt. L. x.

MVndum quippè ait hoc loco, mundi ſigni ficans dilectores, quæ dilectio nõ eſt à Patre. Et ideò dilectioni huiuſmodi, de qua ſatagimus, vt minuatur & cõſumatur in nobis contraria eſt dilectio Dei, quæ diffunditur in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctũ, qui datus eſt nobis. Lectio xj.

MVndus ergo eum accipere nõ poteſt, quia nõ videt eum, neq; ſcit eum. Non enim habet inuiſibiles oculos mundana dilectio, per quos videri Spiritus ſanctus poteſt, qui videri niſi inuiſibiliter nõ poteſt. Vos autem, inquit, cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.

Lectio duodecima.

ERit in eis, vt maneat: non manebit vt ſit: prius eſt enim eſſe alicubi, quàm manere. Sed ne putarent, quod dictum eſt, Apud vos manebit, ita dictum, quemadmodum apud hominem hoſpes viſibiliter manere conſeuit, expoſuit quod dixerat, Apud vos manebit, cùm adiunxit. Et dixit, In vobis erit.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Iohannem.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Si diligitis me mandata mea ſeruate; & ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in ęternũ, Spiritum veritatis, quẽ mundus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eum. Vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquã vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum, & mundus me iam non videt, vos autem videbitis me, quia ego viuo, & vos viuetis. In illo die uos cognoſcetis, quia ego ſum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo; Et ego diligam eum, & manifeſtabo ei me ipſum. Ca. 14

℞ Amen.



IN

IN FESTO PENTECOSTES.

DVPLEX I.

AD VESPERAS,

ANTIPHONA.

Dum cōplerentur. vt in Laud. Psal. Dixit Dominus. cum reliquis de Dñica. fol. 66. Cap.

R.ct.2. DVm complerentur dies Pētecostes, erāt omnes discipuli pariter in eodē loco: & factus est repentè de cœlo sonus tamquā aduenietis Spiritus vehementis, & repleuit totā domū, vbi erant sedentes. ℟. bre. Spiritus Dñi repleuit orbem terrarū: Hallel. halle. ℣. Et hoc quod continet oīa, scientiam habet vocis, Halle. Gloria Patri. Spiritus. Hym.

D. Ambrosij. VEni creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia,
Quæ tu creasti pectora.
Qui Paraclitus diceris,
Donum Dei Altissimi,
Fons viuus, ignis, charitas,
Et spiritalis vnctio.
Tu septiformis munere,
Dextræ Dei tu digitus,
Tu ritè promissum Patris
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus,
Infunde amorē cordibus,
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius,
Pacemq; dones protinus,
Ductore sic te præuio
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atque Filium,
Te vtriusque Spiritum
Credamus omni tempore.
Gloria Patri Domino,
Natoque, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In seculorum secula. Amē.

Sic terminātur hymni ad oēs horas vsq; ad festum Trinitatis, exclusiuè. ℣. Loquebātur varijs linguis Apostoli, hallel. ℟. Magnalia Dei, halleluia. Ad Magnificat, Antiphona. Non vos relinquā orphanos, halleluia: Vado & venio ad vos, halleluia: & gaudebit cor vestrum, halleluia. Oratio.

DEus, qui hodierna die, corda fideliū sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. Per. eiusd.

DOMINICA PENTECOSTES.

Ad Matutinum, Inuitatoriū. Halleluia: Spiritus Dñi repleuit orbē terrarū: Venite adorem⁹, hal. ps. Venite, 9. Hym.

D. Gregorij. IAm Christ⁹ astra ascēderat,
Reuersus vnde venerat,
Promissum Patris munere
Sanctum daturus Spiritum.
Solennis vrgebat dies,
Quo mystico septemplici
Orbis volutus septies
Signat beata tempora.
Dum hora cunctis tertia
Repentè mundus intonat,
Orantibus Apostolis
Deum venisse nunciat.
De Patris ergo lumine
Decorus ignis almus est,
Qui fida Christi pectora
Calore verbi compleat.
Impleta gaudent viscera
Afflata sancto Spiritu,
Voces diuersas intonant,
Fantur Dei magnalia.
Ex omni gente cogniti,
Græcis, Latinis, Barbaris,
Cunctisq; admirantibus,
Linguis loquuntur omniū.
Iudæa tunc incredula,
Vesana toruo Spiritu,
Ructare musti crapulam
Alumnos Christi cōcrepat.
Sed signis, & virtutibus
Occurrit, & docet Petrus
Falsa profari perfidos,
Iohele teste comprobans.
Gloria Patri Dño. &c. vt sup.

In j nocturno, Antiphona. Quid est homo, q͞a memor es eius? halleluia, aut filius hominis, quoniam visitas eū Domine? halleluia. ps. Domine dn̄s noster. fol. 4. Añа. Eloquia Domini, eloquia casta, halleluia.: argentū igne purgatum septuplum, halle. halle. ps. Saluum me fac Dñe. fo. 5. Aña. Testimonium Domini fidele est, halleluia: sapiētiam præstans paruulis, halleluia. ps. Cœli enarrant. fol. 8. Aña. Reuelauit Dominus condensa, halleluia: & in templo eius omnes dicunt gloriā ei, halle. ps. Afferte Domino. fol. 13. Aña. Verbo Domini cœli firmati sunt, halleluia: & spiritu oris eius omnis virtus eorum, halleluia. ps. Exultate iusti. fol. 20. Aña. Gustate, & videte, halleluia: q͞m suauis est Dn̄s timentibus se, hallel. halle. ps. Benedicam. fo. 21. ℣. Spiritus Dñi repleuit orbē terrarum, halle. ℟. Et hoc, quod continet oīa, sciētiā habet vocis, hal.

De Actibus Apoſtolorum. L. j.

Cap. 2. init. DVm complerentur dies Pentecoſtes erant omnes diſcipuli pariter in eodẽ loco: Et factus eſt repentè de cœlo ſonus tamquàm aduenientis ſpiritus vehementis, & repleuit totam domum, vbi erant ſedentes. ℟. Dum cõplerentur dies Pentecoſtes, erãt omnes pariter in eodem loco, halleluia. Et ſubitò factus eſt ſonus de cœlo, halleluia. Tamquàm ſpiritus vehementis, & repleuit totam domum, halleluia, halleluia. ℣. Dum ergo eſſent in vnum diſcipuli congregati propter metum Iudæorum, ſonus repentè de cęlo venit ſuper eos. Tamquàm ſpiritus. **Lectio ij.**

ET apparuerunt illis diſpartitæ linguæ, tamquã ignis, ſeditque ſuper ſingulos eorum: & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cęperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Ieruſalem habitantes Iudæi viri religioſi ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt. ℟. Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis. Et conuenit multitudo dicentium, halleluia. ℣. Loquebantur varijs linguis Apoſtoli magnalia Dei. Et conuenit. **Lect. iij.**

FActa autem hac voce conuenit multitudo, & mente confuſa eſt, quoniã audiebat vnuſquiſque lingua ſua illos loquentes. Stupebant autem omnes, & mirabantur ad inuicem dicentes: Nonne, ecce, omnes iſti, qui loquuntur Galilæi ſunt? & quomodo nos audiuimus vnuſquiſque linguã noſtram, in qua nati ſumus? ℟. Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos meos: quia omnia cognouiſtis, quæ operatus ſum in medio veſtri, halleluia. Accipite Spiritum ſanctum in vobis paraclitum: ille eſt, quẽ Pater mittet vobis, halleluia. ℣. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ ego pręcepi vobis. Accipite Spiritum ſanctum in vob. **Lectio iiij.**

PArthi, & Medi, & Ælamitæ, & qui habitant Meſopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Aſiam, Phrigiam, & Pamphiliam, Ægyptum, & partes Libię, quę eſt circa Cyrenen, & aduenæ Romani, Iudæi quoque, & Proſelyti, Cretes, & Arabes: audiuimus eos loquentes nr̃is lĩguis magnalia Dei. ℟. Spũs ſanctus procedens à throno, Apl̃orũ pectora inuiſibiliter penetrauit, nouo ſanctificationis ſigno, Vt in ore eorum omnium genera naſcerentur linguarum, halleluia. ℣. Aduenit ignis diuinus non comburens, ſed illuminans, & tribuit eis chariſmatum dona. Vt in ore. Gloria. Vt in ore.

In ij. noct. Aña. Fluminis impetus lætificat, halleluia: ciuitatem Dei, halleluia. ps. Deus noſter. fol. 28. Aña. Factus eſt repentè de cœlo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis, halleluia, hallel. ps. Magnus Dominus. f. 28. Aña. Viſitaſti Domine terram, & inebriaſti eam, halleluia: multiplicaſti locupletarę eam, halleluia. ps. Te Decet. fol. 38. Aña. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis, à templo ſancto tuo, quod eſt in Ieruſalẽ, hallel. hall. ps. Exurgat Deus. fol. 34. Aña. Illuminãs tu mirabiliter à montibus æternis, halleluia, turbati ſunt oẽs inſipiẽtes corde, hallel. ps. Notus in Iudæa. f. 50. Aña. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terrę, halleluia. ps. Benedic ij. f. 53. ℣. Spiritus paraclitus, hallel. ℟. Docebit vos omnia, hall.

Sermo S. Leonis Papæ. Lect. v.

HOdiernam ſolennitatẽ, dilectiſſimi, in pręcipuis feſtis eſſe venerandam omniũ Catholicorum corda cognoſcunt. Nec dubium eſt, quanta huic diei reuerentia debeatur, quem Spiritus ſanctus excellentiſſimo ſui muneris miraculo conſecrauit. ℟. Apparuerunt Apoſtolis diſpartitæ linguæ tamquàm ignis, hall. Seditq; ſupra ſingulos eorũ Spiritus ſanctus, hall. hall. ℣. Et cęperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis. Seditq;. **L. vj.**

Ex ſe j. de P tec. i initic & in

NAm ab illo die, quo Dominus ſuper omnẽ cœlorum altitudinem ad dexteram Dei Patris conſeſſurus aſcendit decimus iſte eſt, qui ab eiuſdẽ reſurrectione quinquageſimus nobis, ĩ eo, à quo cępit, illuxit, magna myſteria in ſe continens, & veterum ſacramentorum, & nouorũ: quibus manifeſtiſſimè declaratur gratiam prænunciatam fuiſſe per legem, & legem impletam eſſe per gratiã. ℟. Loquebãtur varijs lĩguis Apoſtoli magnalia Dei. Prout Spirit⁹ ſanctus dabat eloqui illis, hallel. ℣. Repleti ſũt oẽs Spũ ſancto, & cęperũt loqui. Prout. **L. vij.**

Sicut enim Hebręo quondã populo ab Aegyptiis liberato quinquagesimo die post immolationem Agni lex data est in monte Sina; Ita post passionem, qua uerus Dei Agnus occisus est, quinquagesimo à resurrectione ipsius die in Apostolos, plebemq; credentium Spiritus sanctus illapsus est, ut facilè diligẽs Christian⁹ agnoscat initia ueteris testamenti euangelicis ministrasse principijs, & ab eodem spiritu conditum fędus secundum, à quo primũ fuerat institutũ. ℟. Disciplinam, & sapientiam docuit eos Dñs, halle. firmauit in illis gratiã Spiritus sui. Et intellectu impleuit corda eorũ, halleluia. ℣. Repentino namque sonitu Spiritus sanctus super eos venit. Et in. Lect. viij.

AB hoc igit' die tuba euangelicę prædicationis intonuit, ab hoc die imbres charismatũ, flumina benedictionum, omne desertum, & vniuersam aridam rigauerũt: qm̃ ad renouandam faciem terræ, Spiritus Dei ferebatur super aquas, & ad ueteres tenebras abigendas, nouæ lucis fulgura coruscabant, cùm micantium splendore linguarum, & verbum Dñi lucidum, & eloquiũ concipere tur ignitum. ℟. Ite in vniuersum orbem, & prædicate euangelium, halleluia. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, halle. halle. ℣. In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Qui. In iij. noct. Aña. Hallel. halle. hall. Cant. Quis est iste? f. 15. ℣. Repleti sunt oẽs Spiritu sãcto, hal. ℟. Et cęperũt loq, hal.

Lectio sancti Euangelij secundũ Iohannem. Lectio ix.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & Pater meus diliget eũ, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Ca. 14

Et rel. Homilia S. Greg. Papæ.

LIbet, fratres Charissimi, euangelicæ uerba lectionis sub breuitate transcurrere, ut pòst diutius liceat in cõtemplatione tantæ solẽnitatis immorari. Hodie namque Spiritus sanctus repentino sonitu super discipulos uenit, mentesque carnalium in sui amorem permutauit, & foris apparentibus linguis igneis, intus facta sunt corda flammantia: quia dum Deũ in ignis uisione susceperunt, per amorem suauiter arserunt. ℟. Aduenit ignis diuinus nõ comburens, sed illuminãs, nõ consumens, sed lucens, & inuenit corda discipulorum receptacula munda. Et tribuit eis charismatũ dona, halleluia, hall. ℣. Inuenit eos concordes charitate: & collustrauit eos inundans gratia Deitatis. Et tribuit. Lect. x. Ex homi. 30 i init.

IPse namque sanctus Spiritus amor est: Vnde & Iohannes dicit: De⁹ charitas est: Qui ergo mente integra Deum desiderat, pfectò iam habet quẽ amat. Neque enim quisquam posset Deum diligere, si eum quem diligit, non haberet. Sed ecce, si unusquisque uestrum requiratur, an diligat Deum, tota fiducia, & secura mente, respondet, Diligo. ℟. Spiritus sanctus repleuit totam domũ, vbi erant Apostoli: & apparuerunt illis dispartitæ lingue tãquàm ignis, seditq; super singulos eorum. Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cępe runt loqui uariis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis, hal. hal. hal. ℣. Dum ergo essent in vnum Discipuli congregati propter metum Iudæorum, sonus repente de cęlo uenit super eos. Et. L. xj.

IN ipso autẽ lectionis exordio audistis quid veritas dixit: Si quis diligit me sermonẽ meum seruabit. Probatio ergo dilectionis exhibitio est operis. Hinc in epistola sua idẽ Iohannes dicit: Qui dicit, Diligo Deum, & mãdata eius nõ custodit, mendax est. ℟. Non uos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, Vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat, halleluia, halle. ℣. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Vt eatis. Lectio xij.

VEre etenim Deum diligimus, si mandata eius custodimus, si nos à nostris voluptatibus coarctamus. Nã qui adhuc per illicita desideria diffluit, profectò Deum nõ amat: quia ei in sua voluntate contradicit. ℟. Spiritus Domini repleuit orbem terrarũ. Et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis, halleluia, hallelu. ℣. Omnium est enim artifex omnem habens virtutẽ, oĩa prospiciẽs. Et hoc.

Sequẽtia S. Euang. sm Iohan. Ex ca 14. ci ca fin



N illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & Pater meus diliget eũ: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

Qui nō diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonē, quē audistis, non est meus, sed eius, qui misit me Patris. Hæc locutus sum vobis, apud vos manens. Paraclitus autē Spūs sanctus, quē mittet Pr̄ in noīe meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis oīa, quecūq; dixero vobis. Pacē relinquo vobis, pacē meam do vobis. Non quo modo mūdus dat, ego do vobis. Nō turbet̄ cor vestrum, neq; formidet. Audistis, quia ego dixi vobis: Vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtiq;, quia vado ad Patrem, quia Pr̄ maior me est. Et nūc dixi vobis, priusquā fiat; ut cū factū fuerit credatis. Iam nō multa loquar vobiscū. Venit enim Princeps mūdi hui⁹, & in me nō habet q̄dquā. Sed vt cognoscat mūdus, q̄a diligo Patrē, & sicut mādatū dedit mihi Pr̄, sic facio. ℟. Am̄. Oro vt s. Ad Laudes, & per horas. Aña. Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodē loco, hall. ps. Dn̄s regn. cū reliq. f. 18. Aña. Spūs Dn̄i repleuit orbē terrarū. hall. Aña. Repleti sunt oēs Spū sancto, & cęperūt loq. hal. hal. Aña. Fōtes, & oīa, q̄ mouētur in aq̄s, hymnū dicite Deo, hall. Aña. Loquebantur varijs līguis Ap̄li magnalia Dei, hal. hall. hall. Cap. Dū cōplerent̄. ℟. br. Spūs paraclit⁹. H al. hal. ℣. Docebit vos omnia. H all. Gloria Patri. S piritus. Hym.

D. Hilarij Episcopi.

Beata nobis gaudia
Anni reduxit orbita,
Cùm Spiritus Paraclitus
Effulsit in discipulos.
Ignis vibrante lumine
Linguæ figuram detulit,
Verbis vt essent proflui,
Et charitate feruidi.
Linguis loquuntur omnium,
Turbæ pauent Gentilium,
Musto madere deputant
Quos spiritus repleuerat.
Patrata sunt hæc mysticè
Pasche peracto tempore,
Sacro dierum numero
Quo lege fit remissio.
Te nunc Deus pijssime
Vultu precamur cernuo,
Illapsa nobis cęlitus
Largire dona spiritus.
Dudum sacrata pectora
Tua replesti gratia
Dimitte nostra crimina,
Et da quieta tempora.
Gloria Patri Dn̄o. &c. vt sup.

℣. Loquebantur varijs linguis Apostoli. ℟. Magnalia Dei, hallel. Ad Bn̄s, Aña. Accipite Spūm sanctū: quorū remiseritis peccata, remittunt̄ eis, hall.

Ad iij. Hy. Veni Creator spūs. Vt in Vesp. Qui dr̄ ad iij. per totam Octauā exclusiuè. Cap. Dum complerentur. ℣. Spiritus Domini. Ad vj Capitulū.

Act. 2. Facta autē hac voce conuenit multitudo, & mēte confusa est: quoniā audiebat vnusquisq; lingua sua illos loquētes. ℣ Spūs paracl. Ad ix. Cap.

Act. 2. Iudei quoque, & Proselyti, Cretes, & Arabes, audiuim⁹ eos loquentes nostris linguis magnalia Dei. ℣. Repleti sunt omnes Spū sancto. Ad Vesp. omnia vt in j. Vesp. excepta Aña ad Mag. Hodie completi sunt dies Pentecostes, hall. hodie Spiritus sanctus in igne discipulis apparuit, & tribuit eis charismatum dona, misit eos in vniuersum mundum prædicare, & testificari, qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, halleluia.

FERIA SECVNDA.

Duplex I.

Ad Matutinum omnia, vt in festo vsque ad Lectiones. Lec. S. Euāgelij s̄m Iohā. L. j.

Cap. 3. In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Sic Deus dilexit mundū, vt filiū suū vnigenitū daret: vt omnis, qui credit in illū non pereat, sed habeat vitam æternam. Et rel.

Homilia S. Augustini Epi.

Qvantum in medico est, sanare venit ęgrotū, ipse se interimit, qui præcepta medici obseruare non uult. Venit Saluator in mundum. Quare Saluator dictus est mūdi, nisi vt saluet mundum, nō vt iudicet mundum? Saluari non vis ab ipso? ex te ipso iudicaberis. Respōsoria per ordinem de Dominica. Lectio ij.

Et quid di cam, iudicaberis? Vi de q̄d ait. Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, quid dicturum sperabas, nisi iudicatur? Quod addit, Iam, inquit, iudicatus est: non dum apparuit catus est: sed iam factum est iudicium, sed iam factum est iudicium. Lectio iij.

Nouit enim Dominus, qui sunt eius, nouit qui permaneāt ad coronam, qui permaneāt ad flammam: nouit in area sua triticum, nouit & paleam; nouit & segetem, nouit & zizania. Iam iudicatus est, qui non credit. Quare iudicatus est? quia nō credidit in nomine vnigeniti filij Dei. In secundo nocturno Antiphonę, & Psalmi de festo. Capitulum. Facta autem. ℣. Spiritus paraclitus. ℟. Docebit. Oratio vt supra.

Ad Laudes & per horas, & ad Vesperas omnia dicũtur, vt in festo ꝑ totã oct. exceptis Añis, ad Mag. & Bñs, & orationibus.

Ad Benedictus, Antiphona. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret: vt omnis, qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam ęternam, hallelu. Oratio.

Deus, qui Apostolis tuis sanctum dedisti Spiritũ: concede plebi tuæ petitionis effectum, vt quibus dedisti fidem largiaris & pacem. Per Dominũ. in unitate eiusdem.

Ad Magnificat, Antiphona. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mãsionem apud eum faciemus, halle. Oratio vt sup.

FERIA TERTIA.

Duplex I.

Lectio sancti Euangelij secũdum Iohannem. Lectio j.

In illo tempore: Dixit Iesus Pharisæis: Amen, amen dico uobis, Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro: qui autem intrat per ostium pastor est ouiũ. Et rel.

Homilia S. Augustini Epi.

Dominus de grege suo, & de ostio, quo intratur, ad ouile similitudinem proposuit in hodierna lectione. Dicant ergo Pagani: Benè uiuimus. Si per ostium non intrant, quid eis prodest unde gloriantur? Ad hoc enim debet unicuique prodesse benè uiuere, ut detur illi semper uiuere: nam cui non datur semper uiuere, quid prodest benè uiuere? Lectio secunda.

I eũdẽ sub init.

Quia nec benè uiuere dicendi sunt qui finem benè uiuendi, vel per cęcitatem nesciunt, uel per inflationem contemnunt: Non est autem cuiquàm spes uera, & certa semper uiuendi, nisi agnoscat vitam, quæ est Christus, & per ianuam intret in ouile. Lectio tertia.

Quærunt ergo plerumque tales homines etiã psuadere hominibus, vt benè uiuant, & Christiani non sint. Per aliam partem volunt ascendere, rapere, & occidere, non ut bonus pastor, conseruare atque saluare.

Ad Bñs, Aña. Ego sum ostiũ, dicit Dominus, per me si quis introierit saluabitur, & pascua inueniet, halleluia. Oratio.

Adsit nobis quęsumus domine, uirtus Spiritus sancti, quæ & corda nostra clementer

mentet expurget, & ab omnibus tueatur aduersis. Per Dominum. in vnitate eiusdem.

Ad Mag. An. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis: non quo modo mundus dat ego do uobis, halleluia.

FERIA QVARTA

Quatuor Temporum.

Lectio sancti Euãgelij secundùm Iohannem. Lectio j.

Ex ca. 6. in med.

In illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudæorum: Nemo potest venire ad me, nisi Pater, q misit me, traxerit eũ. Et rel.

Homilia S. Augustini Epi.

Ex tracta. 6. post init.

Noli cogitare te inuitum trahi: trahitur animus & amore. Nec timere debemus, ne ab hominibus, qui uerba perpendunt, & à rebus maximè diuinis intelligendis longè remoti sunt, in hoc Scripturarum sanctarum euangelico verbo forsitã reprehẽdamur, & dicatur nobis: Quo modo volũtate credo, si trahor? L. ij.

Ego dico, Parum est voluntate, etiam uoluptate traheris. Quid est trahi uoluptate? Delectare in Dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. Est q̃dã voluptas cordis, cui panis dulcis est ille cęlestis. L. iij.

Porrò si Poetę dicere licuit: Trahit sua quemque voluptas, non necessitas, sed voluptas, non obligatio, sed delectatio: quantò fortius nos dicere debemus, trahi hominem ad Christum? qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iustitia, delectatur sempiterna vita, quod totum Christus est.

Ad Benedictus, Antiphona. Ego sum panis viuus, dicit Dominus, qui de cœlo descendi, halleluia, halleluia. Oratio.

Mentes nostras, quæsumus Domine, Paraclitus, qui à te procedit illuminet, & inducat in omnem, sicut tuus promisit filius ueritatem. Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem Spiri.

Ad Magnificat, Antiphona. Ego sum panis uiuus, qui de cęlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita, halleluia.

FERIA QVINTA.

Lectio sancti Euangelij secundùm Lucam. Lectio prima.

In illo tempore: Conuocatis Iesus duodecim Discipulis suis, dedit illis uirtutem, & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent. Et reliqua.

Homilia

Homilia S. Ambrosij Epi.

x lib. Cō. ini- o. QValis debeat esse q̃ euãgelizat regnum Dei, prẹceptis euangelicis designatur: vt sine uirga, sine pera, sine calceamento, sine pane, sine pecunia, hoc est subsidii secularis adminicula non requirens, fideque tutus putet sibi quominus ea requirat magis posse suppetere. **Lectio ij.**

QVæ possunt, qui ad eum uolunt deriuare tractatum, ut spiritalem tantũmodo locus iste formare uideatur affectum: qui uelut indumẽtum quoddam uideatur corporis exuisse, non solùm potestate reiecta, contemptisq; diuitijs, sed ẽt carnis ipsius illecebris abdicatis. **Lec. iij.**

QVibus primò omnium datur pacis, atque constantiæ generale mandatum, ut pacem ferant, constantiam seruent, hospitalis necessitudinis iura custodiãt, alienum à p̃dicatore regni cẹlestis asserẽs cursitare p domos, & inuiolabilis hospitii iura mutare.

Ad Benedictus, Antiphona. Conuocatis Iesus duodecim discipulis suis, dedit illis uirtutem, & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent, & misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos, halleluia. **Oratio, vt in die Pentecostes.**

Ad Magnificat, Antiphona. Spiritus, qui à Patre procedit, halleluia: ille me clarificabit, halleluia, halleluia.

FERIA SEXTA

Quatuor temporum.

Lectio sancti Euangelij secũdùm Lucam. Lectio j.

INillo tempore: Factum est in vna dierum, & ipse Iesus sedebat docens, & erant Pharisæi sedentes, & legis doctores: qui venerant ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Ierusalem: & virtus Dñi erat ad sanandum eos. **Et reliqua.** Ca. 5.

Homilia S. Ambrosij Epi.

NOn ociosa huius Paralytici, nec angusta medicina est, quando Dominus & oratie præmittitur, non vtiq; propter suffragium, sed propter exemplũ. Imitandi enim speciem dedit, non precandi ambitum requisiuit. Et cõuenientibus ex omni Galilẹa, & Iudæa, & Ierusalẽ legis doctoribus, inter cẹterorum remedia debiliũ, Paralytici isti⁹ medicina describitur. **Lec. ij.** Ex lib. 5. Cō. in eundem.

PRimum omnium, quod antè diximus, vnusquisq; æger petendæ precatores salutis debet adhibere, per quos vitæ nostræ compago resoluta, actuumq; nostrorum clauda vestigia, verbi cœlestis remedio reformẽtur. **Lectio iij.**

SInt igitur aliqui monitores mentis, qui animũ hominis, quãuis exterioris corporis debilitate torpentem, ad superiora erigant: quorũ rursus adminiculis & attollere, & humiliare se possit, vt faciliùs antè Iesum locetur, Domino videri dignus aspectu: humilitatem enim respicit Dominus: quia respexit humilitatem ancillæ suæ.

Ad Benedictus, Antiphona. Dixit Iesus: Vt sciatis autem, quia filius hominis habet potestatẽ in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam, hallel. **Oratio.**

DA, quæsumus, Ecclesiæ tuæ misericors Deus: vt sancto Spiritu congregata, hostili nullatenus incursione turbetur. Per Dominum nost. In vnitate eiusdem Spirit.

Ad Magnificat, Antiphona. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quẹcũq; dixero vobis, hal.

SABBATHO

Quatuor temporum.

Tres Lectiones de Homilia in Euangelium. Surgens Iesus de Synagoga. **vt supra in feria quinta post Dominicam tertiã Quadragesimæ. f. 180.**

Ad Benedictus, Antiphona. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per inhabitantẽ spũm eius in nobis, hall. **Oro.**

MEntibus nostris, quæsumus Domine, Spiritum sanctum benignus infunde: cuius & sapientia conditi sumus, & prouidentia gubernamur. Per Dominum nostrum. In vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. ℟. Amen.



IN

IN FESTO

S. TRINITATIS.

DVPLEX II.

AD VESPERAS,

ANTIPHONA.

Gloria tibi Trinitas, cum reliquis de Laud. ps. Dixit Dominus, cum reli. fol. 66. Cap.

o.11. Altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientię Dei, quam incõprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. ℞. br. Benedicamus Patrem, & Filiũ Cum sancto Spiritu. ℣. Laudemus, & superexaltemus eum in secula. Cum. Gloria. Benedicamus. Hym. O lux beata Trin. vt in Sabb. ad Vesp. in Psalt. fol. 75. ℣. Benedictus es Dñe in firmamento cœli. ℞. Et laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in secula. Ad Mag. Aña. Grãs tibi Deus: grãs tibi vera & vna Trinitas, vna & summa Deitas, sctã & vna Vnitas. Or.

OMps sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verę fidei æternæ Trinitatis gloriã agnoscere, & in potentia Maiestatis adorare Vnitatẽ: q̃s, vt eiusdẽ fidei firmitate, ab oĩbus semper muniamur aduersis. Per. Et fit cõme. j. Dñicæ post Pẽte. vt sequitur. Aña. Loquere Domine, quia audit seruus tuus. ℣. Vespertina oratio ascendat ad te Dñe. ℞. Et descẽdat sup nos misericordia tua. Orõ.

DEus in te sperantium fortitudo, adesto propitius inuocationibus nostris: & q̃a sine te nihil potest mortalis infirmitas, præsta auxiliũ gratiæ tuæ: vt in exequendis mandatis tuis & voluntate tibi & actione placeamus. Per dñm. Ad Matutinum, Inuitatoriũ. Deũ verum vnũ in Trinitate, & Trinitatẽ ĩ vnitate: Venite adorem⁹. ps. Venite. 9. Hym.

SVmmæ Deus clementiæ, D. Ambrosij.
Mundiq; factor machinę,
Vnus potentialiter,
Trinusque personaliter.
Da dexteram surgentibus,
Exurgat vt mens sobria
Flagrans

Flagrans, & in laudem Dei
Grates rependat debitas.
Gloria Patri Domino,
Gloria Vnigenito,
Vna cum sancto Spiritu,
In sempiterna secula. Amẽ.

In j. noct. Aña. Adesto vnus Deus omnipotẽs Pater, Filius, & Spiritus sanctus. ps. Dñe Dñs noster. folio 4. Aña. Te vnum in substantia, Trinitatẽ in personis confitemur. ps. Cœli enarrãt. fol. 8. Aña. Te semper idem esse, viuere, & intelligere ꝯfitemur. ps. Dñi est terra. fol. 11. Aña. Te inuocamus, te laudamus, te adoramus, ò beata Trinitas. ps. Afferte Dño. fol. 13. Aña. Spes nostra, salus nostra, honor noster, ò beata Trinitas. ps. Exultate iusti. fol. 20. Aña. Libera nos, salua nos, viuifica nos, ò beata Trinitas. ps. Deus noster refug. fol. 28. ℣. Benedicamus Patrem, & Filium cum sancto Spiritu. ℞. Laudemus, & supexaltemus eũ in secula. Quatuor Lect. de Isaia ꝓphe. In anno, quo. vt in fer. vj. post Dñicam j. Aduẽtus. fol. 85. ℞. j. Vidi Dñm sedentem sup solium excelsum & eleuatum, & plena erat omnis terra Maiestate eius. Et ea, quæ sub ipso erant, replebant templum. ℣. Seraphim stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri. Et ea, quæ sub ipso. ℞. ij. Bñs dñs Deus Israel, qui facit mirabilia magna solus. Et benedictũ nomen Maiestatis eius in æternũ. ℣. Replebitur Maiestate eius omnis terra, fiat, fiat. Et benedictum. ℞. iij. Benedicat nos Deus, Deus nr̃, benedicat nos Deus. Et metuant eũ oẽs fines terrę. ℣. Deus misereatur nostri, & benedicat nos Deus. Et me. ℞. iiij. Quis Deus magnus, sicut Deus noster? Tu es Deus, qui facis mirabilia. ℣. Notam fecisti in populis virtutẽ tuã, redemisti in brachio tuo populum tuum. Tu es Deus. In ij. noc. Aña. Charitas Pater est, gratia Filius, cõicatio Spiritus sanctus, ò beata Trinitas. ps. Omnes gẽtes. fol. 28. Aña. Verax est Pater, veritas Filius, veritas Spiritus sanctus, ò beata Trinitas. ps. Magnus Dñs. fol. 28. Aña. Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, vna substantia est, ò beata Trinitas. ps. Deus iudicium. fol. 37. Aña. Gloria & honor Deo nostro in vnitate Trinitatis, Patri, & Filio cum sancto Spũ in sempiterna secula. ps. Cantate. j. fol. 49. Aña. In Patre manet æter-

æter-

æternitas, in Filio æqualitas,
in Spiritu sancto æternitatis,
æqualitatisque connexio. ps.
Dñs regna. exult. fol.49. Aña.
Sanctus, Sanctus, Sanctus Dñs
Deus omnipotens: qui erat, &
qui est, & qui venturus est. ps.
Cantate. ij. fol.49. ℣. Verbo
Dñi Cœli firmati sunt. ℟. Et
Spû oris eius oĩs virtus corũ.

Ex Tractatu sancti Augustini
Epi de fide ad Petrum. Lect. v.

lib. cap. sub tio. FIdes, quam sancti Patriar-
chæ, atq; Prophetę ante in-
carnationem Filij Dei diuini-
tus acceperũt, quã etiã sancti
Apostoli ab ipso Dño in car-
ne posito audierunt, & Spiri-
tus sancti magisterio instructi
non solũ sermone prædicaue-
rũt, verũ etiã ad instructionẽ
saluberrimam posterorũ scri-
ptis suis inditam reliquerunt,
vnum Deum prædicat Trini-
tatẽ, id est, Patrẽ, & Filiũ, & Spi
ritũ sanctũ. ℟. Tibi laus, tibi
gloria, tibi gratiarum actio in
secula sempiterna, O btã Tri-
nitas. ℣. Et benedictũ nomen
gloriæ tuæ sanctũ & laudabi-
le, & superexaltatũ in secula.
O beata Trinitas. Lectio vj.

SEd Trinitas uera nõ esset,
si una, eademque persona
diceretur Pater, & Filius, & Spi
ritus sanctus. Si enim, sicut est
Patris, & Filij, & Spũs sancti
una substantia, sic esset una p-
sona, nihil omnino esset, in
quo ueraciter Trinitas dicere-
tur. ℟. Magnus Dñs, & lau-
dabilis nimis. Et sapientiæ
eius non est numerus. ℣. Ma-
gnus Dominus, & magna uir-
tus eius, & sapientiæ eius non
est finis. Et sapientiæ. Le. vij.

RVrsus quidẽ Trinitas es-
set uera, sed unus Deus
Trinitas ipsa non esset, si quẽ-
admodũ Pater, & Filius, & Spi
ritus sanctus personarum sunt
ab inuicem proprietate distin
cti, sic fuissent naturarũ quoq;
diuersitate discreti. ℟. Benedi
camus Patrem, & Filium cum
sancto Spiritu. Laudemus, &
superexaltemus eũ in secula. ℣.
Bñs es Dñe in firmamẽto cęli.
& laudabilis & gloriosus in
secula. Laudemus. Lect. viij.

SEd quia in illo uno uero
Deo Trinitate, non solùm
quòd unus Deus est, sed etiam
quòd Trinitas est, naturaliter
uerũ est: propterea ipse uerus
Deus in personis Trinitas est,
& in una natura unus est. Per
hanc unitatem naturalẽ totus
Pater ĩ Filio, & Spũ sancto est,
totus Filius in Patre, & Spiri-
tu sancto est, totus quoq; Spũs
sanctus in Patre, & Filio. ℟.
Gloria

Gloria Patri, genitęq; proli, &
tibi compar vtriusque semper
Spiritus alme, Deus vnꝰ. O m-
ni tempore secli. ℣. Da gau-
diorum præmia: da gratiarum
munera, dissolue litis vincu-
la, astringe pacis fędera. O m-
ni. Gloria Patri. O mni.
In iij. noct. Aña. Benedictio,
& claritas, & sapientia: honor,
laus, & fortitudo Deo nostro
in secula seculorum. Amen.
Cant. Domine miserere. f. 15.
℣. Benedictus es Domine in
firmamento cœli. ℟. Et lauda-
bilis, & gloriosus, & superexal
tatus in secula.

Lect. S. Euang. sẽm Matth. L. ix.

Ca. 28 IN illo tempore: Dixit Iesus
discipulis suis: Data est mi-
hi omnis potestas in cœlo, &
in terra: Euntes ergo docete
omnes gentes, baptizantes eos
in nomine Patris, & Filij, &
Spiritus sancti. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Epi.

Ex ser. 1. de Trinit. in med. & in fine. QVòd Dominus dicit ad
Apostolos: Ite, & baptiza-
te omnes gentes in nomine
Patris, & Filij, & Spiritus san-
cti, tria nomina audio, & vnũ
dicitur nomen. Non enim di-
xit, in nominibus, sed in no-
mine. Tria nomina dicit, &
quo modo vnũ ponit? In no-
mine Patris, & Filij, & Spiritus
sancti, Vnum est, sed Trinitas
est nomen: quod dicitur, in
nomine Patris Dei, in nomi-
ne filij Dei, in nomine Spiri-
tus sancti Dei: Pater, & Filius,
& Spiritus sanctus vnum no-
men est Diuinitatis. ℟. Sum-
mæ Trinitati, simplici Deo,
Vna Diuinitas; ęqualis gloria,
coęterna maiestas, Patri, Pro-
liq;, sanctoq; Flamini. Qui
totum subdit suis orbem legi-
bus. ℣. Præstet nobis gratiam
Deitas beata, Patris, ac Nati, pa
riterq; Spũs almi. Qui. L. xj.

SEd requiris à me, quo mo-
do vno nomine tres appel-
lãtur? Nescio, & liberè me ne-
scire profiteor. Quod Christus
voluit indicare, hoc solũ scio:
quia in hoc Christianus sum,
quia vnnm Deum in Trinita-
te confiteor. ℟. Te Deum Pa-
trẽ ingenitum, te Filium vni-
genitum, te Spiritũ sanctũ pa-
raclitum, sanctam, & indiui-
duam Trinitatem toto corde,
& ore profitemur, laudamus,
atq; benedicimus. Tibi glo-
ria in secula. ℣. Quoniã ma-
gnus es tu, & faciens mirabi-
lia, tu es Deus solꝰ. Tibi. L. xj.

SI autem dixero unam per-
sonã esse Patris, & Filij, &
Spiritus sancti, Sabellianus ap
pellor, & incipio nõ esse Chri-
stia-

stianus, sed Iudæus: quia & Iudæus vnum Deum dicit. Et quia Patrem nescit, & Filium, & Spiritum sanctũ, propterea mysterium non nouit Trinitatis. Ergo si sic dicimus vnum Deum, & Patrem, & Filium: & Spiritum sanctum excludamus à msterio Trinitatis, Iudæi efficimur. ℟. O beata Trinitas, te laudamus, te benedicimus, te adoramus: auge in nobis fidem, auge spẽ, auge charitatem O beata Trinitas. ℣. Tibi Laus, tibi gloria tibi gratiarum actio in secula sempiterna, O beata Trinitas.

Lectio sancti Euangelij secundùm Lucam. Lectio xij.

Cap. 6 IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Epi.

Ex ser. 5. de verb. Dñi in Matt. post init. DVo sunt opera misericordiæ, quæ nos liberãt, quę breuiter ipse Dñs posuit ĩ Euãgelio: Dimittite, & dimittetur vobis. Date, & dabitur vobis. Dimittite, & dimittetur vobis, ad ignoscendum pertinet: Date & dabitur vobis, ad præstãdum beneficium pertinet. ℟. Duo Seraphim clamabant alter ad alterum: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth: Plena est omnis terra gloria eius. ℣. Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres, vnum sunt. Sanctus. Gloria. Plena est.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.



IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. Et ecce vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. ℟. Amen. Ca. 28. in fi.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

GLoria tibi Trinitas, ęqualis vna Deitas, & ante omnia secula, & nunc, & in perpetuum. ps. Dominus regna. cum rel. Aña. Laus, & perẽnis gloria Deo Patri, & Filio, sancto simul Paraclito in seculorum secula. Aña Gloria laudis resonet in ore omniũ Patri, genitęq; Proli, Spiritui sancto pariter resultet, laude perẽni. Aña. Laus Deo Patri, parilįq; Proli, & tibi sancte studio perẽni Spiritus nostro re-

sonet

sonet ab ore, omne per æuum. Aña. Ex quo omnia, per quẽ omnia, in quo omnia: ipsi gloria in secula. Cap. O altitudo. ℟. br. Verbo Domini Cęli firmati sunt. ℣. Et spiritu oris eius omnis virtus eorũ. Cęli. Gloria Patri. Verbo. Hym.

D. Ambrosij.

TV Trinitatis Vnitas,
Orbẽ potenter qui regis,
Attende laudum cantica,
Quæ excubãtes psallimus.
Ortus refulget Lucifer,
Sparsamq; lucem nunciat,
Cadit caligo noctium,
Lux sancta nos illuminet.
Deo Patri sit gloria,
Eiusq; soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Et nũc, & in perpetuũ. Am̃.

℣. Benedictus es Domine in firmamẽto cęli. Ad Bñs, Aña. Benedicta sit sancta creatrix, & gubernatrix oĩum, sctã, & ĩdiuidua Trinitas, nunc & semper, & per infinita secula seculorum. Oratio vt supra. Deinde pro cõmemoratione Dñicę, Aña. Estote ergo misericordes sicut, & Pater vester misericors est, dicit Dominus. ℣. Dominus regnauit, decorẽ induit. ℟. Induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute. Orõ vt s. in j. Vesp. Ad j. Psal. de Dñica cũ Symb. Athan. Ad iij. Cap. O altitudo. ℣. Benedicamus Patrẽ, & Filium cũ sancto Spũ. Ad vj. Ca.

GRatia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit semper cum omnibus vobis, Amen. ℣. Verbo Do. 2. Cor. 13.

Ad Nonam. Capitulum.

TRes sunt, qui testimoniũ dant in cœlo; Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres vnũ sunt. ℣. Benedictus es Domine. Ad Vesperas omnia, vt in j. Vesp. Ad Mag. Aña. Te Deum Patrem ingenitum, te Filium Vnigenitum, te Spiritum sanctum Paraclitũ, sanctam, & indiuiduam Trinitatem, toto corde, & ore confitemur, laudamus, atque benedicimus: tibi gloriã in secula. Pro comm. Dominicæ. Aña. Nolite iudicare, vt non iudicemini: in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, dicit Dominus. ℣. Dirigat̃ Dñe oratio mea. Oratio vt supra. Modus supra positus pro cõmemoratione Dominicæ seruetur, quoties in ipsa aliquod festum duplex celebratur. Si tribus sequentibus diebus non occurrat dies, in quo fieri possit Officium de feria, fiat de eo primo die eiusdem tridui 1. Io.

non impedito festo duplici, vel semiduplici cũ cõme. festi simpl. Et pro ipsa feria leguntur tres Lectiones de primo libro Regum, cum tribus primis Respõsorijs Dñicę iij. Post Pentec. vt suo loco infra.

FERIA SECVNDA.

Ab ista feria vsque ad Aduentum fit officium, vt in Psalt. tã in Dñicis, quàm in ferijs, exceptis his, q̃ suis locis assignant. Hac nocte ponuntur libri Regum, de quibus legitur vsque ad j. Dominicam Augusti in Dominicis tantùm, quia in ferijs legitur Lectio bre. de Psalterio, nisi ponendum sit initiũ aliquod scripturæ, vt in hac nocte, si fuerit feria, vt dictũ est ȳ. Incipit Liber j. Regum. Lect. j.

Cap. 1. FVit vir vnus de Ramathaim Sophim, de monte Ephraim, & nomen eius Elcana, filius Ieroham, filij Eliu, filij Thau, filij Suph, Ephratęus: Et habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomen secundæ Phenenna. Lectio ij.

FVeruntque Phenennæ filij: Annę autem non erant liberi. Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus, vt adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni, & Phinees Sacerdotes Domini. Lectio iij.

VEnit ergo dies, & immolauit Elcana, deditq; Phenennæ vxori suæ, & cunctis filijs eius, & filiabus partes: Annæ autem dedit partem vnam tristis, quia Annam diligebat. Dominus autem concluserat vuluam eius. Ad Benedictus, & aa Magnificat Antiphonæ de Psalterio, oratio verò de Dominica currente.

FERIA QVINTA.

Celebratur festum Corporis Christi. Qua die si occurrat festum duplex, transfertur in sequentem diem, si simplex, nulla fit de eo cõmemoratio. Infra Octauam non fit de festo, nisi fuerit duplex. Semiduplex transfertur post Octa. De simpl. fit tantùm commemoratio. In die octauæ non fit nisi de S. Romualdo, de Natiuitate sancti Iohãnis, & de festo Apostolorum Petri, & Pauli, si occurrant, cum commemoratione Octa. in vtrisque Vesperis, & Laudibus.



IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

DVPLEX I.

AD VESPERAS,

ANTIPHONA.

Sacerdos in ęternum Christus Dñs, sẽm ordinẽ Melchisedec, panem, & vinũ obtulit. ps. Dixit Dñs. f. 66. Aña. Miserator Dñs escã dedit timentibus se, in memoriã suorũ mirabiliũ. ps. Confitebor, f. 66. Aña. Calicẽ salutaris accipiã, & sacrificabo hostiã laudis. ps. Credidi. f. 68. Aña. Qui pacẽ ponit fines Ecclesiæ frumenti adipe satiat nos Dominus. ps. Lauda Ierusalem. fol. 74. Cap.

1. Cor. 11. FRatres: Ego enim accepi à Dño, qđ & tradidi vobis: qm̃ Dñs Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & grãs agens, fregit, & dixit: Accipite, & manducate: Hoc est corpus meũ, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meã cõmemorationẽ. ℟. bre. Panẽ cœli dedit eis. H alle. halle. ℣. Panẽ Angelorum manducauit homo. Hallẽ. Gloria. Panem. Hym.

D. Thomæ [A]quinatis.

Pange lingua gloriosi
Corporis mysterium,
Sanguinisque pretiosi,
Quem in mundi pretium
Fructus ventris generosi
Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine,
Et in mundo conuersatus,
Sparso verbi semine,
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.

In supremæ nocte cœnæ
Recumbens cum fratribus,
Obseruata lege plenè
Cibis in legalibus,
Cibum turbæ duodenæ
Se dat suis manibus.

Verbum caro, panem verum
Verbo carnem efficit,
Fitq; sanguis Christi merũ:
Et si sensus deficit,
Ad firmandum cor sincerũ
Sola fides sufficit.

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui,
Et antiquum documentum

Nouo cedat ritui,
Præstet fides supplemētum,
Sensuum defectui.
Genitori, genitoq;
Laus, & iubilatio,
Salus, honor, virtus quoq;,
Sit & benedictio,
Procedenti ab vtroque
Compar sit laudatio. Amē.

℣. Posuit fines tuos pacē, hal.
℟. Et adipe frumenti satiat te, hal. Ad Mag. Aña. O q̄ suauis est Dñe, Spiritus tuus: qui vt dulcedinē tuā in filios demōstrares, pane suauissimo de cęlo præstito, esurientes reples bonis, fastidiosos diuites dimittens inanes. Oratio.

Deus, qui nobis sub sacro mirabili passionis tuę memoriā reliquisti: tribue q̄s, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari, vt redēptionis tuę fructū in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis, &c.

Ad Completoriū, & per horas in fine hymnorū dicitur Gloria tibi Dñe, qui natus es de Virgine. per totam Octauam.

Ad Mat. Inuit. Christum Regē adoremus, dominātē Gentib⁹: Qui se māducātibus, dat Spiritus pinguedinem. Psalmus. Venite. folio 9. Hymnus.

Sacris solemnijs iuncta sint gaudia,
Et ex præcordijs sonēt prēconia,
Recedant vetera, noua sint omnia,
Corda, voces, & opera.
Noctis recolitur cœna nouissima,
Qua Christus creditur agnum, & azima
Dedisse fratribus, iuxtà legitima
Priscis indulta pãtribus.
Post Agnum typicum expletis epulis
Corpus Dominicum datū discipulis,
Sic totum omnibus, quòd totum singulis
Eius fatemur manib⁹.
Dedit fragilibus corporis ferculum:
Dedit & tristibus sanguinis poculum,
Dicens: accipite, quod trado vasculum, 1. Cor. 11.
Omnes ex eo bibite.
Sic sacrificium istud instituit,
Cuius officium cōmitti voluit
Solis Presbyteris, quibus sic congruit
Vt sumāt, & dent cęteris.
Panis Angelicus fit panis hominum:
Dat panis cœlicus figuris terminum,

O res mirabilis, manducat Dominum
Paup, seruus, & humilis.
Te trina Deitas, vnaq; poscimus;
Sic nos tu visita, sicut te colimus:
Per tuas semitas duc nos quò tendimus,
Ad lucē, quā inhabitas. Amē.

In j. noc. Aña. Fructum salutiferū gustandū dedit Dñs mortis suæ tēpore. ps. Beatus vir. fol. 1. Aña. A fructu frumēti, & vini multiplicati fideles in pace Chrī requiescunt. ps. Cū inuocarē. fo. 76. Aña. Cōione calicis, quo De⁹ ipse sumitur, nō vitulorū sanguine congregauit nos Dñs. ps. Conserua me. f. 6. Aña. Memor sit Dñs sacrificij nostri, & holocaustū nostrū pingue fiat. ps. Exaudiat fol. 8. Aña. Paratur nobis mensa Dñi, aduersus oēs, qui tribulant nos. ps. Dñs regit me. fol. 10. Aña. In voce exultationis resonāt epulantes in mēsa Dñi. ps. Queadmodū. fol. 25. ℣. Panē cœli dedit eis, hallel. ℟. Panem Angelorum manducauit homo, halleluia. Quatuor Lect. de Epist. j. beati Pauli Apost. ad Corinth. Hoc autem præcipio, vt in iij. noc. feriæ v. in Cœna Dñi. fo. 199.

℟. j. Immolabit hędū multitudo filiorū Israel ad Vesperā Paschæ: Et edēt carnes & azimos panes. ℣. Pascha nostrū immolatus est Christus: itaq; epulemur in azimis sinceritatis, & veritatis. Et edent. ℟. ij. Comedetis carnes, & saturabimini panibus. Iste est panis, quē dedit vobis Dñs ad vescendum. ℣. Non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed Pater meus dat vobis panem de cęlo verū. Iste est pa. ℟. iij. Melchisedec verò Rex Salem proferēs panē, & vinū, erat autē sacerdos Dei Altissimi, Benedixit Abrahæ, & ait. ℣. Bñs Abrahā à Deo excelso, q̄ creauit cœlū, & terrā. Bene. ℟. iiij. Respexit Elias ad caput suū subcineritiū panē, qui surgens comedit, & bibit. Et ambulauit in fortitudine cibi illius vsq; ad montē Dei. ℣. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternū. Et ambu. In ij. noc. Aña. Introibo ad altare Dei, sumā Christū, qui renouat iuuentutē meā. ps. Iudica me Deus. f. 32. Aña. Immola Deo sacrificiū laudis, & redde Altissimo vota tua. Psal. Deus Deorū. 29. Aña. Holocausta medullata, cū incēso offeram⁹ Dño. ps. Iubilate. f. 34.

Aña. Cibauit nos Dñs ex adipe frumenti: & de petra melle saturauit nos. Psalm. Exultate Deo. fo. 43. Aña. Ex altari tuo Dñe Christum sumimus, in quem cor, & caro nostra exultant. ps. Quàm dilecta. fo. 43. Aña. Tollite hostias, & introite in atria Dñi, & adorate eum in templo sancto suo. ps. Cantate Domino. j. fol. 49. ℣. Cibauit illos ex adipe frumenti, halleluia. ℟. Et de petra melle saturauit eos, halleluia.

Ser. S. Thomæ Aquinatis. L. v.

Ex opusc. 57. in officio huius festi.

IMmensa Diuinæ largitatis beneficia exhibita populo Christiano, inæstimabilem ei conferunt dignitatem. Neque enim est, aut fuit aliquando tam grādis natio, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis Deus noster. Vnigenitus siquidē Dei filius suæ Diuinitatis uolēs nos esse participes nr̄am naturā assumpsit, vt homines Deos faceret, factus homo. ℟. Calix benedictionis, cui benedicimus, nōne cōicatio sanguinis Christi est? Et panis, quem frāgimus, nonne participatio corporis Dñi est? ℣. Qm̄ vnus panis, & vnū corpus multi sumus: nam omnes de vno pane, & de vno calice participamus. Et. L. vj.

ET hoc insup, quod de nostro assumpsit, totū nobis cōtulit ad salutē. Corpus namque suum pro nostra reconciliatione in ara crucis hostiam obtulit Deo patri: Sanguinem suum fudit in precium simul, & lauacrū: Vt redempti à miserabili seruitute, à peccatis omnibus mundaremur. ℟. Vnus panis, & vnum corpus multi sumus. Omēs, qui de vno panē, & de vno calice participamus. ℣. Parasti ī dulcedine tua pauperi Deus, qui habitare facis vnanimes ī domo. Omēs. L. vij.

ET vt tanti beneficij iugis in nobis maneret memoria, corpus suum in cibum, & sanguinem suum in potū sub specie panis & vini sumendū, fidelibus dereliquit. O pretiosum & admirandum cōuiuiū, salutiferum, & omni suauitate repletum. Quid enim hoc cōuiuio pretiosius esse potest? in quo non carnes vitulorum, & hircorum, vt olim in lege, sed nobis Christus sumēdus proponitur verus Deus. ℟. Cœnantibus illis accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis & ait: Accipite & comedite: hoc est corpus meum. ℣. Dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius, vt saturemur? Accipite & comedite. Le. viij.

QVid hoc Sacramēto mirabilius? In ipso namq; panis & vinū in corpus & sanguinem Christi substantialiter conuertuntur: ideoque Christus Deus, & homo perfectus, sub modici panis specie continetur. Manducatur itaq; à fidelibus, sed minimè laceratur: quinimmò diuiso sacramento sub qualibet diuisionis particula integer perseuerat. ℟. Accepit Iesus calicē postquàm cœnauit, dicens: Hic calix nouum testamētum est in meo sanguine. Hoc facite in meā cōmemorationē. ℣. Memoria memor ero, & tabescet in me aīa mea. Hoc. Gloria.

In iij. noct. Aña. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: qui manducat carnem meā, & bibit sanguinem meum, habebit vitam æternā, dicit Dñs. Cant. Dñe miserere. f. 15. ℣. Educas panem de terra, halle. ℟. Et uinum lætificet cor hominis, halleluia.

Lectio sancti Euangelij secundùm Iohannem Lectio nona.

Cap. 6

IN illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudæorū: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Epi.

Ex tract. 26. in eidē sub finē.

CVm cibo & potu id appetāt hoīes, vt nō esuriant, neq; sitiant, hoc verè non præstat, nisi iste cibus & potus, qui eos, à quibus sumit, immortales, & incorruptibiles facit, id est societas ipsa sanctorū: vbi pax erit, & vnitas plena, atque perfecta. ℟. Ego sum panis vitæ: Patres vr̄i manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cælo descendens, vt siquis ex ipso mā ducet nō moriat. ℣. Ego sum panis viuus, qui de cælo descēdi: si quis māducauerit ex hoc pane viuet ī æternū. Hic. L. x.

PRopterea quippè, sicut etiā ante nos hoc intellexerūt homines Dei, Dñs noster Iesus Christus corpus & sanguinē suum in eis rebus commēdauit, quæ ad vnū aliquid rediguntur. Ex multis namq; granis unus panis efficitur, & ex multis racemis uinū confluit. ℟. Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita: litigabant ergo Iudæi ad inuicem, dicentes. Quomodo potest hic nobis carnem suā dare ad māducandum? ℣. Locutus est populus contra Dñm: aīa nostra nauseat sup cibo isto leuissimo. Quomodo. Lec. xj.

Denique

DEniq; iàm exponit quo modo id fiat quod loquitur, & quid sit manducare corpus eius, & sanguinē bibere. Qui manducat, inquit, meam carnem, & bibit meū sanguinem, in me manet, & ego in eo. Hoc est enim manducare illam escam, & illū bibere potum, in Christo manere, & illū manētē in se habere. ℟. Qui manducat meam carnē, & bibit meum sanguinem, In me manet, & ego in eo. ℣. Nō est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquātes sibi, sicut Deus noster adest nobis. In me manet, &c. L.vj.

AC per hoc, qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, proculdubio nō manducat spiritualiter eius carnē, nec bibit eius sanguinem, licèt carnaliter, & visibiliter premat dentibus sacramenta corporis, & sanguinis Christi. Sed magis tātę rei sacramentum ad iudicium sibi manducat, & bibit, qui immundus præsumit ad Christi sacramenta accedere. ℟. Misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem. Et qui manducat me, viuet propter me. ℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus. Et qui.

Sequētia S. Euang. sēm Iohan.



IN illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudæorum: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinē, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem. Et qui mā ducat me, & ipse viuet propter me. Hic est panis, qui de cœlo descendit. Non sicut manducauerunt Patres vestri manna in deserto, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. ℟. Amen. Ex ca. 6. sub med.

Ad Laudes, & per horas. Aña.

SApiētia ædificauit sibi domū, miscuit vinum, & posuit mensam, halleluia. Psal. Dominus regn. cum rel. f. 18. Aña. Angelorum esca nutriuisti populum tuum, & panē de cęlo præstitisti eis, hallel. Aña. Pinguis est panis Christi, & pręebit delicias regib⁹, hallel. Aña. Sacerdotes sancti incensum, & panes offerunt Deo, halleluia. Aña. Vincenti dabo manna absconditum, & nomen nouum, halleluia. Cap. Fratres: Ego enim. ℟. br. Cibauit illos ex adipe frumēti. Halleluia, halleluia. ℣. Et de

de petra melle saturauit eos. Halleluia. Gloria. Ciba. Hym. D.Th. Aqn.

Verbū supernū prodiens,
Nec Pris linquēs dexterā,
Ad opus suum exiens,
Venit ad vitę vesperam.
In mortem à Discipulo
Suis tradendus ęmulis,
Prius in vitę ferculo,
Se tradidit discipulis.
Quibus sub bina specie
Carnem dedit, & sanguinē,
Vt duplicis substantiæ
Totum cibaret hominem.
Se nascens dedit socium,
Conuescens in edulium,
Se moriens in precium,
Se regnans dat in pręmiū.
O Salutaris hostia,
Quæ cœli pandis ostium,
Bella premunt hostilia,
Da robur, fer auxilium.
Vni, trinoq; Domino
Sit sempiterna gloria:
Qui vitam sine termino
Nobis donet in patria. Am.

℣. Posuit fines. Ad Būs, Aña. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum, halleluia. Oro vt s. In Versiculis Primæ, & Completorij non additur Hal. alijs verò sic. Ad iij. Capitulū. Fratres: Ego enim. ℣. Panem cœli. Ad Sextam, Capitulum.

QVotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortē Domini annunciabitis, donec veniat. ℣. Cibauit illos. ℟. Et de pet. Ad ix. Capitulū. 1. Cor. 11.

QVicunque manducauerit panē, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis, & sanguinis Domini. ℣. Educas panem de terra. ℟. Et vinum. 1. Cor. 11.

In ij. Vesp. omnia dicuntur, vt in j. Vesperis. Ad Magn. Aña. O sacrum conuiuium, in quo Christus sumitur: recolit memoria passionis eius: mēs impletur gratia: & futuræ gloriæ nobis pignus datur, halleluia.

FERIA SEXTA.

Ad Matutinum vsque ad Lectiones, vt in festo.

De Homil. S. August. Epi. L. j.

VErba Domini ex Euangelio, quæ sermonē pristinum consequuntur, audiuimus: hinc sermo debetur auribus, & mentibus vestris: & hodierna die nō importunus est. Est enim de corpore Domini, quod dicebat se dare ad manducandum propter æternam vitam. Respon soria de festo, dicantur per ordinem. Lect. ij.

EXposuit autem modum attributionis huius, & doni

1.Cor. 11. nii sui, quomodo daret carnem suam ad manducandum, dicens: Qui manducat carnem meam, & bibit meū sanguinē, in me manet, & ego in illo. Signū, quia mādicauit, & bibit, hoc est: si manet, & manetur: si habitat, & inhabitatur: si hęret, vt non deseratur. Lectio iij.

HOc ergo nos docuit, & admonuit mysticis uerbis, vt simus in eius corpore, sub ipso capite in mēbris eius, edentes carnem eius, non relinquentes vnitatem eius. Sed qui aderant, plures nō intelligendo scandalizati sunt: non enim cogitabant, hęc audiendo, nisi carnē, quod ipsi erant. In ij noct. Añæ, & Psalmi de festo. Capitulum. Quotiescunque. ℣. Cibauit illos.

Ad Laudes, & per horas exceptis Psalmis, omnia vt in festo. Vesperę dicūtur per totā octauam, vt in ij. Vesperis festi.

SABBATHO.

De Homil. S. August. Epi. L. j.

Ex tra... a. 27 eūd. ...nte ...ed. DIximus, fratres, hoc Dñm cōmēdasse in manducatione carnis suę, & potatione sanguinis sui: vt in illo maneamus, & ipse in nobis. Manemus autē in illo, cū sumus mēbra eius: manet autē ipse in nobis, cū sumus templum eius. L. ij.

VT autem simus mēbra eius, Vnitas nos compaginat: vt compaginet Vnitas, quid facit, nisi charitas? Et charitas Dei vnde? Apostolum interroga. Charitas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Lectio iij.

ERgo Spiritus est, qui uiuificat: Spiritus enim facit uiua membra: nec uiua membra spiritus facit, nisi quæ in corpore, quod uegetat ipse spiritus inuenerit. Nam spūs, qui est in te homo, quo constas, vt homo sis, nūquid viuificat mēbrū, quod separatū inuenerit à carne tua? Spūm tuū dico animam tuam. Ad Vesp. Aña. Sacerdos. cum reliquis Antiphonis, & Psalmis, vt supra. Cap.

CHarissimi: Nolite mirari, si odit vos mundus. Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. ℟. br. Panem cęli. ℣. Panem Angelorum. Hym. Pange lingua. ℣. Panem de cœlo præstitisti eis, hal. ℟. Omne delectamētū in se habentem, halleluia. Ad Magn. Aña. Puer Samuel ministrabat ante Deum corā Heli, & sermo Domini erat pretiosus cum eo. Oratio. 1. Ioh. 3.

S ancti

SAncti nominis tui Dñe timorem pariter, & amorem fac nos habere perpetuū: quia nunquā tua gubernatione destituis, quos ī soliditate tuę dilectionis instituis. Per Dñm. Deinde pro commem. octauæ Aña. O sacrum conuiuium. ℣. Posuit fines. Oratio. Deus qui nobis sub sacramento mirab.

DOMINICA

Infra Octauam.

Quæ est ij. post Petec. oīa dīr de oct. ꝑter ea, q̄ hic sūt ꝓpria.

De Libro j Regum. Lectio j.

Cap. 4 ī init. ET factū est, in diebus illis, cōuenerunt Philistijm in pugnā. Egressus est namq; Israel obuiam Philisthijm ī ꝑliū, & castrametat⁹ est iuxtà lapidē adiutorij. Porrò Philisthiī venerūt ī Aphec, & īstruxerūt aciē ꝯtra Isrł. L. ij.

INito autē certamine, terga vertit Israel Philisthęis: & sa sunt in illo certamine passim per agros, quasi quatuor millia virorum. Et reuersus est popul⁹ ad castra: dixerūtq; maiores natu de Israel. Quare percussit nos Dñs hodie corā Philisthijm? Afferam⁹ ad nos de Silo arcā fęderis Dñi, & veniat ī mediū nr̄i, vt saluet nos d̄ manib⁹ īimicorū nr̄orū. L. iij.

MIsit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcā fęderis Domini exercituū sedētis super Cherubim. Erātq; duo filij Heli cum arca fęderis Dñi, Ophni, & Phinees. Cumque venisset arca fęderis Domini in castra vociferatus est omnis Israel clamore grādi, & personuit terra. Lect. iiij.

ET audierunt Philisthijm vocem clamoris, dixeruntq;. Quæ nam est hæc vox clamoris magni in castris Hebręorū? Et cognouerunt, quòd arca Dñi venisset in castra. Timuerūtq; Philisthijm, dicentes. Venit Deus in castra. Et ingemuerunt dicentes. Vę nobis: non enim fuit tanta exultatio heri, & nudius tertius: Vę nobis. Quis nos saluabit de manu Deorū sublimiū istorū? Hi sunt Dij, qui percusserunt Aegyptū oī plaga, in deserto.

De serm. S. Iohā. Chrysost. L. v.

QVoniam verbum dicit: Hoc est corpus meū. & pareamus, & credamus, & intellectualibus ipsum oculis intueamur. Nihil enim sensibile nobis Christus tradidit, sed res quidē sensibiles, omnes autē intelligibiles. Itidem & in baptismate: per rem, nēpè sensibilē aquā, donum confertur: Ex ho... mi. 6... ad po... pu. An... tioch... sub init.

intel-

intelligibile vero, quod perficit, gñatio, & renouatio. L. vj.

SI enim incorporeus esses, nuda & incorporea tibi dedisset ipsa dona: sed quoniam anima corpori conserta est, in sensibilibus intelligibilia tibi præbet. Quòd nunc dicunt; Vellem ipsius formam aspicere, figuram, vestimenta calceamenta: ecce eum vides, ipsum tangis, ipsum manducas: & tu quidem vestimenta videre cupis; ipse verò tibi concedit, nõ tantùm uidere, verùm & mãducare, & tangere, & intra te sumere. Lectio septima.

IGitur accedat nemo cum nausea, nemo resolutus, oẽs accensi, omnes feruẽtes, & excitati: nam si Iudęi stantes, & calceamenta in pedibus habẽtes, & baculos manibus gestãtes, agnum cum festinatione comedebant: te multò magis oportet esse solertem. L. viij.

NAm illi quidem in Palęstinam erant prodituri, & propterea viatorum figurã habebant; tu uerò debes in cęlum migrare. Quapropter in omnibus oportet te vigilare: nec enim parua pęna proponitur indignè sumẽtibus. Cõsidera quãtum aduersum proditorem indignaris, cõtra eos, qui illum crucifixerunt: itaq; cõsidera, ne tu quoque sis reus corporis, & sanguinis Christi.

Lctõ S. Euãg. ẽm Lucã. Lec. ix.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam fecit cęnam magnam, & uocauit multos. Et reliqua. Ca. 14

Homilia S. Gregorij Papæ. Ex homi. 36 i init.

HOc distare, fratres charissimi inter delicias corporis, & cordis solet: quòd corporales deliciæ, cùm non habẽtur, graue desiderium in se accendunt, cùm verò habitæ eduntur, comedentem protinus in fastidium, & satietatem uertunt. At contrà, spiritales deliciæ, cùm non habentur in fastidio sunt, cùm verò habentur, in desiderio: tantoque à comedente amplius esuriuntur, quãtò & ab esuriente amplius comeduntur. Lectio x.

IN illis appetitus placet, & experientia displicet: in istis appetitus vilis est, & experientia magis placet. In illis appetitus saturitatem, saturitas fastidium generat; in istis autem appetitus saturitatem, saturitas appetitum parit. Augẽt enim spiritales deliciæ desiderium in mente, dum satiant: quia quãtò magis earum sapor percipitur,

cipitur,

cipitur, eò amplius cognoscit quod auidius ametur. Lect. xj.

ET idcircò non habitæ amari non possunt, quia earum sapor ignoratur: quis enim amare valeat, quod ignorat? Proinde Psalmista nos admonet, dicens: Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus: ac si apertè dicat. Suauitatem eius non cognoscitis, si hanc minimè gustatis: sed cibum vitæ ex palato cordis tãgite: vt probantes eius dulcedinem amare valeatis. Lec. xij.

HAs autem homo delicias tũc amisit, cùm in Paradiso peccauit: extra exijt, cùm os à cibo internæ dulcedinis clausit. Vnde nos quoque qui nati in huius peregrinationis ęrumna huc fastidiosi iam venimus, nescimus quid desiderare debeamus. Tantoque se amplius fastidij nostri morbus exaggerat, quantò se magis ad esum illius dulcedinis animus elongat. ℟. Homo quidam fecit cœnam magnam, & misit seruum suum hora cœnę, dicere inuitatis, vt venirẽt: Quia parata sunt omnia. ℣. Venite, comedite panẽ meũ, & bibite vinum, quod miscui uobis. Quia parata. Gloria Patri. Quia parata.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam fecit cęnam magnã, & uocauit multos: & misit seruum suum hora cœnę dicere inuitatis, ut uenirent. Quia parata sunt omnia. Et cœperunt omnes simul excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illã: rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit: Iuga boũ emi quinque, & eo probare illa: rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideò nõ possum venire. Et reuersus seruus, nũciauit hæc Domino suo. Tunc iratus Paterfamilias dixit seruo suo. Exi citò in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, cęcos & claudos introduc huc. Et ait seruus: Domine factũ est, vt imperasti, & adhuc locus est. Et ait Dominus seruo suo: Exi in vias, & sepes, & cõpelle intrare, vt impleat domus mea. Dico autẽ vobis, Quòd nemo uirorũ illorũ, qui vocati sunt, gustabit cęnã meã. ℟. Amen. Ex ca. 14. in med.

Ad Laudes, & per horas, Aña. Sapientia. cum reliq. Añis, & Psal.

Psal. vt sup. Cap. Chariſſimi. ℣. Panẽ de cęlo. Ad Bñs, Aña. Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos: & miſit ſeruum ſuum hora cęnę dicere inuitatis, ut uenirent: quia omnia parata ſunt, hall. Oratio. Sancti nominis tui. Deinde fit commemorat. de octa. Antiph. Ego ſum panis. ℣. Poſuit fines. Oratio. Deus, qui nobis ſub. Ad Tertiam, Capitul. Chariſſimi: Nolite. Ad Sextam, Capitulum.

Ioh. IN hoc cognouimus charitatem Dei, quoniã ille pro nobis animam ſuam poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Ad ix. Capitulũ.

Ioh. FIlioli mei, non diligamus uerbo, neque lingua, ſed opere, & ueritate. Ad Veſp. Aña. Sacerdos, cũ rel. Añis, & Pſal. de feſto. Cap. Chariſſ. Nolite. ℟. br. Panem cœli. Hym. Pãge lingua. ℣. Panem de cęlo. Ad Benedictus, Antiphona. Exi citò in plateas, & uicos ciuitatis: & pauperes ac debiles, cęcos, & claudos compelle intrare, ut impleatur domus mea, halleluia, halleluia. Oratio de Dominica, ut ſup. Deinde fit cõm. de octa. Aña. O ſacrum conuiu. ℣. Poſuit fin. Oratio ut ſupra.

FERIA SECVNDA.
De Homil. S. Auguſt. Epi. L. j.

HIc eſt panis, qui de cœlo deſcendit. Hunc panem ſignificauit manna, hunc panem ſignificauit altare Dei. Sacramenta illa fuerunt: in ſignis diuerſa ſunt; ſed in re, quæ ſignificatur, paria ſunt. Ex tractа. 26 ĩ eũdẽ poſt med. Reſponſoria de feſto, quæ ſequuntur, videlicet ſeptimum, octauum, & nonum. Lectio ij.

APoſtolũ audi. Nolo enim uos, inquit, ignorare fratres, quia Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & oẽs mare tranſierũt, & omnes per Moyſen baptizati ſunt in nube, & in mari, & omnes eãdem eſcã ſpiritalem manducauerunt: ſpiritalem utiq; eandem, nam corporalem alteram: quia illi manna, nos aliud. Lectio iij.

SPiritalem verò, quam nos, ſed Patres noſtri, non Patres illorũ: quibus nos ſimiles ſumus, non quibus illi ſimiles fuerũt. Et adiũgit: Et oẽs eũdẽ potum ſpiritalem biberunt: Aliud illi, aliud nos, ſed ſpecie uiſibili quidem, tamẽ hoc idẽ ſignificante uirtute ſpiritali.

FERIA TERTIA.
De Homil. S. Auguſt. Epi. L. j.

NOn ſicut manducauerũt patres ueſtri manna, & mortui ſunt. Ex tracta. 26 ĩ Ioh. circa med. Quare manducauerũt, & mortui ſunt? Quia quod videbant credebãt: quod non videbant, non intelligebant: ideò patres veſtri, quia ſimiles eſtis illorum. Lectio ij.

NAm quantùm pertinet (fratres mei) ad mortem iſtam viſibilem, & corporalẽ, numquid nos non morimur, qui manducamus panem de cœlo deſcendentem? Sic ſunt mortui & illi, quemadmodũ & nos ſumus morituri, quantum attinet, vt dixi, ad mortẽ huius corporis viſibilem, atque carnalem. Lectio iij.

QVantum autem pertinet ad illam mortem, de qua terret Dominus, quia mortui ſunt patres iſtorum, manducauit manna & Moyſes, mãducauit mãna & Aaron, mãducauit manna & Phinees, manducauerunt ibi multi, qui Domino placuerunt, & mortui nõ ſunt. Quare? Quia viſibilem cibum ſpiritaliter intellexerunt, ſpiritaliter eſurierunt, ſpiritaliter guſtauerunt, vt ſpiritaliter ſatiarentur.

FERIA QVARTA.
De Homil. S. Auguſt. Epi. L. j.

Ex eo. tra. 26. ĩ Ioh. circa med. ET nos hodie accipimus viſibilem cibũ: ſed aliud eſt ſacramẽtum, aliud eſt virtus ſacramenti. Quàm multi de altari accipiunt, & moriuntur, & accipiendo moriuntur? Vnde dicit Apoſtolus: Iudiciũ ſibi manducat, & bibit. Nonne buccella Dominica venenum fuit Iudæ? & tamen accepit, & cùm accepit, in eum inimicus intrauit: non quia malum accepit, ſed quia bonum malè malus accepit. Lectio ij.

VIdete ergo fratres, panem cœleſtem ſpiritaliter mãducate, innocentiam ad altare apportate. Peccata, & ſi ſunt quotidiana, vel non ſunt mortifera, antequàm ad altare accedatis, attendite, quòd dicatis: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Si dimittis, dimittetur tibi: ſecurus accede, panis eſt, non venenum. L. iij.

SEd vide, ſi dimittis: nam ſi non dimittis, mentiris, & ei mentiris, quẽ non fallis: mentiri Deo potes, Deum fallere non potes. Nouit ille quid agas, intus te videt, intus te examinat, intus inſpicit, intus iudicat, intus aut dãnat, aut coronat.

FERIA QVINTA.
IN OCTAVA
Corporis Chriſti.

Ad Veſp. Matut. & horas, omnia, vt in feſto habetur.

FERIA SEXTA.

Totum Officium, vt in Pſalt. Ad Veſperas à Capitulo fit de S. Maria, niſi occurrat feſtum, vel Vigilia impediens.

Ad Magn. Aña. Beata Mater.

SABBATHO.

Ad Magn. Aña. Cognouerunt omnes à Dan vſque Berſabee, quòd fidelis Samuel Propheta eſſet Domini.

DOMINICA III.

Poſt Pentecoſten.

Ad Matutinum, Inuitatoriũ. Adoremus Dominum, Qui fecit nos. Ps. Venite. folio 9. Hym. Nocte ſurgentes. vt in Pſalterio vſque ad Lectiones.

De Libro j. Regum. Lectio j.

x ca. o. in itio. TVlit autem Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput Saul, & deoſculatus eſt eum, & ait: Ecce vnxit te Dominus ſuper hæreditatem ſuam in principẽ, & liberabis populum ſuum de manibus inimicorũ eius, qui in circuitu eius ſunt. ℟. Præparate corda veſtra Domino, & ſeruite illi ſoli, Et liberabit vos de manibus inimicorum veſtrorum. ℣. Conuertimini ad eum in toto corde veſtro: & auferte Deos alienos de medio veſtri. Et libe. Lec. ij.

ET hoc tibi ſignum, quia vnxit te Deus in Principem. Cùm abieris hodie à me inuenies duos viros iuxtà ſepulchrum Rachel in finibus Beniamin in meridie, dicẽtq; tibi: Inuẽtæ ſunt aſinæ, ad quas ieras perquirẽdas: & intermiſſis pater tuus aſinis, ſollicitus eſt pro vobis, & dicit: Quid faciam de filio meo? ℟. Deus omniũ exauditor eſt: ipſe miſit Angelum ſuum, & tulit me de ouibus patris mei: Et unxit me vnctione miſericordię ſuę. ℣. Dñs qui eripuit me de ore leonis, & de manu beſtię liberauit me. Et vnxit me. Lec. iij.

CVmq; abieris inde, & vltrà tranſieris, & veneris ad quercum Thabor, inueniẽt te ibi tres viri aſcendentes ad Deum in Bethel, vnus portans tres hędos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenã vini. Cumq; te ſalutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum. ℟. Dominus, qui eripuit me de ore leonis, & de manu beſtiæ liberauit me. Ipſe me eripiet de manib[9] inimicorũ meorũ. ℣. Miſit Deus miſericordiam ſuam, & veritatem ſuam: animam meam eripuit de medio catulorũ leonum. Ipſe. L. iiij.

POſthæc venies in collem Dei, vbi eſt ſtatio Philiſthinorum, & cum ingreſſus fueris ibi vrbem, obuiam habebis gregem prophetarum deſcendentem de excelſo, & ante eos pſalterium, & tympanum, & tibiam, & citharam: ipſosq; prophetantes. Et inſiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in uirum alium. ℟. Percuſſit Saul mille, & Dauid decẽ millia: Quia manus Domini erat cum illo: percuſſit Philiſtęum, & abſtulit opprobrium ex Iſrael. ℣. Nõne iſte eſt Dauid, de quo canebant in choro, dicentes: Saul percuſſit mille, & Dauid decem millia? Quia manus. Gloria. Quia.

De Expoſitione S. Greg. Papæ in libros Regum. Lectio v.

De expoſi. in ca. 10. lib. 1. Reg. ĩ init. TVlit autem Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput Saul. Hoc profectò hac unctione exprimit, quod in ſancta Eccleſia nunc etiam materialiter exhibetur: quia qui in culmine ponitur ſacramẽta ſuſcipit unctionis. Quia verò ipſa vnctio ſacramentũ eſt, is, qui promouetur, benè foris vngitur, ſi intus uirtute ſacramenti roboretur. ℟. Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniãt ſuper vos: Vbi ceciderunt fortes Iſrael. ℣. Omnes montes, qui eſtis in circuitu eius, viſitet Dominus; à Gelboe autem tranſeat. Vbi. L. vj.

IPſas ergo olei virtutes prius videamus attentius. Oleum quippè liquoribus alijs ſuperfertur: oleũ ignem fouet: oleũ vulnera curare conſueuit. Per illud ergo miſericordię bonũ ſignificat, quia ſcriptum eſt de Domino: Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. ℟. Ego te tuli de domo patris tui, dicit Dominus, & poſui te paſcere gregem populi mei. Et fui tecũ in omnibus, vbicunq; ambulaſti: firmans regnũ tuũ in ęternum. ℣. Feciq; tibi nomen grande, iuxtà nomẽ magnorum, qui ſunt in terra: & requiem dedi tibi ab omnibus inimicis tuis. Et fui. Lect. vij.

QVia ergo oleum ignem fouet, p̃dicationis gratiam deſignat, quę electorum mẽtes illuminat: quia verò uulnera per oleum curãtur, hoc ꝑfectò inſinuat, quod detergenda ſunt uulnera peccatorum. Vngatur ergo caput Regis, quia ſpiritali gratia mens eſt replenda Doctoris. ℟. Peccaui ſuper numerũ arenæ maris, & multiplicata ſunt

peccata mea, & non ſum dignus videre altitudinem cęli, præ multitudine iniquitatis meæ, qm̃ irritaui iram tuam: Et malum coram te feci. ℣. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & delictũ meũ contra me eſt ſemper, quia tibi ſoli peccaui. Et ma. L. viij.

HAbeat in unctione ſua oleum, habeat miſericordiam abundantem: quæ ſibi uirtutibus alijs pręferatur. Habeat oleum, vt, dum ardorem ſancti Spiritus in ſe nutrit, lucere vehementer alijs per uerbum poſſit. Habeat nihilominus oleum medicinę, vt ſapiẽter diſponat, qualiter peccatorum fętores tergat; & ęgras mentes ſaluti reſtituat. ℟. Recordare Domine teſtamenti tui: & dic Angelo percutienti: Ceſſet iam manus tua. Vt nõ deſoleť terra, & ne perdas omnem animam viuam. ℣. Ego ſum, qui peccaui, ego qui iniquè egi: iſti qui oues ſunt, quid fecerunt? Auertatur obſecro, furor tuus Domine à populo tuo. Vt non. Gloria. Vt nõ. Lectiones iij. noct. de Homilia in Euangel. Dominicæ iij. Poſt Pentecoſten habẽtur inferiùs circa finem huius Partis de Tẽpore, in ordine aliarum Dñicarũ vſq; ad Aduẽtũ.

℟. ix. Exaudiſti Domine orationem ſerui tui, vt ędificarem templum nomini tuo. Benedic, & ſanctifica domũ iſtam in ſempiternum Deus Iſrael. ℣. Domine, qui cuſtodis pactum cum ſeruis tuis, qui ambulant coram te in toto corde ſuo. Benedic, & ſanctifica. ℟. x. Audi Domine hymnũ, & orationem, quã ſeruus tuus orat corã te hodie: vt ſint oculi tui aperti, & aures tuæ intẽtæ Super domum iſtam die ac nocte. ℣. Reſpice Domine de ſanctuario tuo, & de excelſo cęlorũ habitaculo. Super. ℟. xi. Dñe, ſi conuerſus fuerit populus tuus, & orauerit ad ſanctuarium tuum. Tu exaudies de cœlo Domine: & libera eos de manibus inimicorũ ſuorum. ℣. Si peccauerit in te populus tuus, & cõuerſus egerit pęnitentiam, veniensq; orauerit ĩ iſto loco. Tu exaudies. ℟. xij. Duo Seraphim clamabant alter ad alterum, Sãctus, Sanctus; Sanctus Dñs Deus Sabbaoth. Plena eſt omnis terra gloria eius. ℣. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo; Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres Vnum ſunt. Sanctus. Gloria Patri. Plena.

Hoc ℟. dicitur duodecimo loco in omnibus Dominicis vſque ad Aduentum. Reſponſoria Dominicæ præteritę repetunť in omnibus Dñicis vſque ad Dñicam j. Auguſti.

SABBATHO.

Ad Mag. Aña. Pręualuit Dauid in Philiſthęũ in funda, & lapide in nomine Domini.

DOMINICA IIII.

Poſt Pentecoſten.

De Libro j. Regum. Lectio j.

Ex ca. 17. poſt med.

TVlit Dauid baculũ ſuum, quem ſemper habebat ĩ manib⁹: & elegit ſibi quinque limpidiſſimos lapides de torrente, & miſit eos in peram paſtoralem, quam habebat ſecum, & fundam manu tulit: & proceſſit aduerſus Philiſthęum. Ibat autẽ Philiſthęus incedens, & appropinquans aduerſum Dauid: & armiger eius ante eum. Lectio ij.

CVmq; inſpexiſſet Philiſthæus, & uidiſſet Dauid, deſpexit eum. Erat autem adoleſcens rufus, & pulcher aſpectu, & dixit Philiſthęus ad Dauid: Numquid ego canis ſum, quòd tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philiſthęus Dauid in dijs ſuis, dixitque ad Dauid: Veni ad me, & dabo carnes tuas uolatilibus cœli, & beſtijs terræ. Lectio iij.

DIxit autem Dauid ad Philiſthęũ: Tu uenis ad me cum gladio, & haſta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituũ, Dei agminũ Iſrael, quibus exprobraſti hodie: & dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferã caput tuum à te. Cùm ergo ſurrexiſſet Philiſthęus, & veniret, & appropĩquaret cõtra Dauid, feſtinauit Dauid, & cucurrit ad pugnam ex aduerſo Philiſthęi. Lec. iiij.

ET miſit manum ſuam in peram, tulitque lapidem vnum, & funda iecit, & circũducens percusſit Philiſthæum in fronte eius, & infixus eſt lapis in fronte eius, & cecidit in faciem ſuam ſuper terrã. Præualuitq; Dauid aduerſum Philiſthæum in funda, & lapide: pcuſſũq; Philiſthęũ interfecit. Sermo S. Auguſtini Epi. L. v.

VEnit ergo Dauid, & inuenit Iudæorum populum contra Diabolum prælianté: & cùm nullus eſſet, qui præſumeret ad ſingulare certamẽ accedere, ille, qui figurã Chriſti gerebat, proceſſit ad pręliũ, tulit baculum in manu ſua, & exijt contra Goliath: & in illo

Ex ſ 19. tẽpo ẽ me

quidem tunc figuratum est, quod in Domino Iesu Christo completum est. Lectio vj.

VEnit enim verus Dauid Christus, qui contra spiritalẽ Goliath, idest, contra Diabolum pugnaturus, crucem suam ipse portauit. Videte fratres, vbi Dauid Goliath percusserit: in fronte vtique, vbi crucis signaculum non habebat. Sicut enim baculus crucis typum habuit, ita etiam & lapis ille, de quo percussus est, Christũ Dñm figurabat. L. vij.

QVod autem Dauid non habens gladium ascendit super Goliath, & suo eum proprio interfecit gladio, designatum est, quòd in aduentu Chr̃i suo gladio Diabolus uictus est. Qui per nequitiam suam, & iniustam persecutionem, quam exercuit in Christo, omnium in eum credentiũ perdidit principatũ. L. viij.

ET quia de cordibus nostris per gratiam Christi Diabolum effugatum esse cognoscimus, pariter & sentimꝰ, quantum possumus, cùm ipsius adiutorio laboremus, ne malis operibus nostris, & impijs, vel luxuriosis cogitationibus, iterum eum in nos inuitare velimus, vt, eo inspirante, ad æterna præmia fęliciter venire mereamur. Quod ipse præstare dignetur, qui cũ Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat ĩ secula seculorũ. Amẽ.

SABBATHO.

Ad Magn. Aña. Montes Gelboè, nec ros, nec pluuia veniát super vos: quia in te abiectus est Clypeus fortium, Clypeus Saul, quasi nõ esset vnctꝰ oleo: quo modo ceciderũt fortes in bello? Ionathas in excelsis interfectus est: Saul & Ionathas amabiles, & decori valde in vita sua, in morte quoque non sunt diuisi.

DOMINICA V.

Post Pentecosten.

Incipit Liber ij. Regum. L. ij.

Cap. 1. ĩ init.

FActum est autem postquã mortuus est Saul, vt Dauid reuerteretur à cęde Amalech, & maneret in Siceleg duos dies. In die autem tertia apparuit homo veniens de castris Saul, veste conscissa, & puluere conspersus caput, & vt venit ad Dauid cecidit sup faciem suam, & adorauit. L. iij.

DIxitque ad eum Dauid; Vnde venis? Qui ait ad eum: De Castris Israel fugi. Et dixit ad eum Dauid: Quod est verbum, quod factum est?

Indica mihi. Qui ait: Fugit populus ex p̃lio, & multi corruentes è populo mortui sunt. Sed & Saul, & Ionathas filius eius interierunt. Lectio iij.

PLanxit autem Dauid plãctum huiuscemodi super Saul, & super Ionatham filiũ eius. Et præcepit, vt docerent filios Iuda plãctum, sicut scriptum est in libro Iustorum, & ait: Cõsidera Israel pro his, qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati. Inclyti Israel super mõtes tuos ĩterfecti sunt. Quo modo ceciderũt fortes? L. iiij.

NOlite annũciare ĩ Geth, neq; annuncietis in cõpitis Ascalonis: ne fortè lętentur filij Philisthijm, ne exultẽt filiæ incircuncisorum. Mõtes Gelboè, nec ros, nec pluuia veniant super uos, neq; sint agri primitiarum, quia ibi abiectus est clypeus fortiũ, clypeus Saul, quasi nõ esset vnctꝰ oleo.

Ex lib. Moralium Sancti Gregorij Papæ. Lectio v.

Ex li. 4 Cap. 3. ĩ init.

QVid est quòd Dauid, qui retribuentibus mala non reddidit, cùm Saul, & Ionathas occumberent, Gelboe montibus maledicit, dicens: Montes Gelboè, nec ros, nec pluuia veniant super vos: neq; sint agri primitiarum: quia ibi abiectus est clypeus fortiũ, clypeus Saul, quasi nõ esset vnctꝰ oleo? L. vj.

QVid ergo montes Gelboe, Saul moriente, deliquerũt, quatenus in eos nec ros, nec pluuia caderet, & ab omni eos viriditatis germine sententiæ sermo siccaret? Gelboè interpretatur decursus: per Saul autem vnctũ, & mortuum mors nostri Mediatoris exprimitur. Lect. vij.

IGitur nõ immeritò per Gelboe montes superba Iudęorum corda designantur: quæ dum in huius mundi desiderijs defluunt, in Christi, idest, vncti, se morte miscuerunt: Et quia in eis vnctus rex corporaliter moritur, ipsi ab omni gratiæ rore siccatur. L. viij.

DE quibus & benè dicitur: Vt agri primitiarum esse non possint. Superbę quippè Hebręorum mentes primitiuos fructus non ferunt, quia in Redẽptoris aduẽtu ex parte maxima in perfidia remanentes, primordia fidei sequi noluerunt. Sancta namq; Ecclesia in primitijs suis multitudine Gentium fęcundata; vix in mũdi fine Iudęos, quos inuenerit, suscipit, & extrema colligens, eos quasi reliquias frugum ponit.

SABBATHO.

Ad Mag. Aña. Obsecro Dñe, aufer iniquitatem serui tui, quia insipienter egi.

DOMINICA VI.
Post Pentecosten.

De Libro ij. Regum. Lectio j.

Ca. 12 init. MIsit ergo Dominus Nathã ad Dauid: qui cùm venisset ad eum, dixit ei: Duo viri erãt in Ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper. Diues habebat oues, & boues plurimos valdè: pauper autem nihil habebat omninò, præter ouem vnam paruulam, quam emerat, & nutrierat, & quę creuerat apud eum cum filijs ei' simul, de pane illius comedẽs, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens: Eratque illi sicut filia. Lectio ij.

CVm autẽ peregrinus quidam venisset ad diuitem, parcẽs ille sumere de ouibus, & de bobus suis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi, qui venerat ad se, tulit ouem viri pauperis, & præparauit cibos homini, qui venerat ad se. Iratus autem indignatione Dauid aduersus hominem illum nimis dixit ad Nathan: Viuit Dominus quoniã filius mortis est vir, qui fecit hoc: ouem reddet in quadruplũ, eo quòd fecerit verbum istud, & non pepercerit. Lectio iij.

DIxit autẽ Nathan ad Dauid: Tu es ille vir. Hęc dicit Dominus Deus Israel. Ego vnxi te regem super Israel, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum Domini tui, & uxores Domini tui in sinu tuo, dediq; tibi domũ Israel, & Iuda: & si parua sunt ista, adijciam tibi multò maiora. Quare ergo contempsisti verbum Domini, vt faceres malũ in cõspectu meo? Vriam Hethęum percussisti gladio, & vxorem illius accepisti in vxorem tibi, & interfecisti eũ gladio filiorum Ammon. L. iiij.

QVamobrem non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternũ, eo quòd despexeris me, & tuleris vxorem Vriæ Hethæi, vt esset vxor tua. Itaque hæc dicit Dominus: Ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo: & dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis huius. Tu enim fecisti abscondite, ego autem faciam uerbum istud in cõspectu omnis Israel, & in conspectu solis. Et dixit Dauid ad Nathan: Peccaui Domino. Dixitq; Nathan ad Dauid. Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris.

Ex libro S. Ambrosij Episcopi de Apologia Dauid. Lectio v.

Cap. 2. sub init. VNusquisque nostrũ per singulas horas, quàm multa delinquit, & tamẽ vnusquisque de plebe peccatũ suũ confitendum non putat. Ille rex tantus, ac potẽs, ne exiguo quidem momẽto manere penes se delicti passus est cõsciẽtiam: sed prematura cõfessiotiam, atq; immenso dolore, reddidit peccatũ suum Dño. L. vj.

QVem mihi nunc facilè reperias, honoratum, ac diuitem, qui si arguatur alicuius culpæ reus, nõ molestè ferat? At ille regio clarus imperio, tot diuinis probatus oraculis, cùm à priuato homine corriperet, quòd grauiter deliquisset, non indignatus infremuit, sed cõfessus ĩgemuit culpæ dolore. Denique Dominum dolor intimi mouit affectus, vt Nathan diceret: Quoniam pœnituit te, & Dñs transtulit peccatum tuũ. L. vij.

Ex c. 4 sub initiũ. PEccauit Dauid, quod solẽt reges; sed pęnitentiã gessit, fleuit, ingemuit, quod non solent reges. Confessus est culpam, obsecrauit indulgentiã, humi stratus deplorauit ęrũnam, ieiunauit, orauit, confessionis suæ testimoniũ in perpetua secula vulgato dolore transmisit. Quod erubescunt facere priuati, Rex non erubuit confiteri. Lectio viij.

QVi tenentur legibus audent suum negare peccatum, dedignantur rogare indulgentiam: quàm petebat qui nullis tenebatur legibus humanis. Quod peccauit, conditionis est, quod supplicauit correctionis. Lapsus communis; sed specialis confessio. Culpam itaque incidisse, naturæ est: delesse virtutis.

SABBATHO.

Ad Magn. Aña. Vnxerunt Salomonem Sadoc Sacerdos, & Nathã Propheta Regẽ in Siõ, & ascendentes læti dixerunt: Viuat rex in æternum.

DOMINICA VII.
Post Pentecosten.

Incipit Liber iij. Regum. L. j.

Ca. 1 in & u ET Rex Dauid senuerat, habebatq; ętatis plurimos dies. Cumq; operiretur vestibus, non calefiebat. Dixerunt ergo ei serui sui: Quęramus Domino nostro regi adolescentulam virginem,

ginem ; & stet coram rege, & foueat eum, dormiatque in sinu suo, & calefaciat Dominũ nostrum regem. Lectio ij.

QVæsierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel. & inuenerũt Abisag sunamitidẽ, & adduxerũt eam ad Regem. Erat autem puella pulchra nimis, dormiebatq; cum Rege, & ministrabat ei. Rex verò nõ cognouit eam. Adonias autẽ filius Haggith eleuabatur, dicens: Ego regnabo. Lect. iij.

DIxit autem Rex Dauid: Vocate mihi Sadoc sacerdotem, & Nathan Prophetã, & Banaiã filiũ Ioiadæ. Qui cũ ingressi fuissent coram rege, dixit ad eos: Tollite vobiscum seruos Domini vestri, & imponite Salomonem filiũ meũ super mulam meam, & ducite eum in Gihon, & vngat eum ibi Sadoc sacerdos, & Nathan Propheta in regem super Israel. Lectio iiij.

DEscendit ergo Sadoc sacerdos, & Nathan Propheta, & Banaias filius Ioiadę, & Cerethi, & Phelethi, & imposuerunt Salomonem super mulam regis Dauid, & adduxerunt eum in Gihon. Sumpsitque Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonẽ: & cecinerunt buccina, & dixit omnis populus: Viuat Rex Salomon.

De Epta S. Hieronymi Presb. ad Nepotianum. Lectio v.

Sub initium.

DAuid annos nat⁹ septuaginta, bellicosus quondam uir, senectute frigescente non poterat calefieri. Quæritur itaque puella de uniuersis filiabus Israel Abisag sunamitis, quæ cum rege dormiret, & senile corpus calefaceret. Nõne tibi uidetur, si occidentem sequaris literam, uel figmentum esse de Mimo, uel Attellanarum ludicra? Lectio vj.

FRigidus senex obuoluitur uestimẽtis, & nisi complexu adolescentulæ nõ tepescit. Viuebat adhuc Bethsabee: supererat Abigail, & reliquę vxores eius, & concubinæ, quas scriptura commemorat: oẽs quasi frigidę repudiãtur, & in vnius tm̃ adolescentulæ grandęu⁹ calescit amplexib⁹. L. vij.

EXponat sapiẽtissimus Salomõ patris sui delicias, & pacificus bellatoris uiri narret amplexus. Posside sapientiam, posside intelligentiam: ne obliuiscaris, & ne declinaueris à verbis oris mei. Ne derelinquas illam, & apprehendet

det te, ama illam, & conseruabit te. Lectio octaua.

OMnes penè uirtutes corporis mutantur in senibus: & crescẽte sola sapientia, decrescũt cęterę vires, ieiunia, uigiliæ, & eleemosynæ, chameuniæ, id est, super pauimentum dormitio, huc illucque discursus, peregrinorum susceptio, defensio pauperum, instantia orationum, & perseuerantia, uisitatio languentium, labor manuum, unde prębeantur eleemosynæ, & ne sermonem longius protraham, cuncta, quæ per corpus exercentur, fracto corpore minora fiunt.

SABBATHO.

Ad Magnificat, Antiphona.

Exaudisti Domine orationem serui tui: vt ædificarem templum nomini tuo.

DOMINICA VIII.

Post Pentecosten.

De libro tertio Regum. Lect. j.

Cap. 9 I init.

FActum est autẽ, cũ perfecisset Salomõ ædificium domus Dñi, & ædificiũ regis, & omne quod optauerat, & voluerat facere, apparuit ei Dñs secundò, sicut apparuerat ei in Gabaon, dixitque Dñs ad eum: Exaudiui orõnem tuã, & deprecationem tuã quam deprecatus es coram me. Sanctificaui domũ hanc, quam ædificasti, ut ponerẽ nomen meũ ibi in sempiternum: Et erunt oculi mei, & cor meũ ibi cunctis diebus. Lectio secunda.

TV quoq; si ambulaueris coram me, sicut ambulauit Pater tuus in simplicitate cordis, & in ęquitate, & feceris omnia, quæ præcepi tibi, & iudicia mea, & legitima mea seruaueris: ponam thronum regni tui super Israel in sempiternum: sicut locutus sum Dauid Patri tuo, dicens: Non auferetur vir de genere tuo, de solio Israel. Lectio tertia.

SI autẽ auersione auersi fueritis uos, & filij uestri non sequentes me, nec custodientes mandata mea, & cęremonias meas, quas proposui uobis. Sed abieritis, & colueritis Deos alienos, & adoraueritis eos: auferam Israel à superficie terrę, quã dedi eis; & tẽplũ, quod sãctificaui nomini meo pijciã à cõspectu meo. L. iiij.

EXpletis autem annis viginti postquàm ædificauerat Salomõ duas domos, id est, domum Dñi, & domum regis, Hiram rege Tyri prębẽte Salomoni ligna cedrina, & abiegna, & aurum, iuxtà omne,

ne, quod opus habuerat: tunc dedit rex Salomon Hiram uiginti oppida in terra Galilææ.

Ex libro S. Augustini Episcopi de ciuitate Dei. Lectio v.

x li. . de iuit. ei. ap. 8 nit. FActa est quidem nonnulla imago rei futuræ, etiam in Salomone, in eo quòd templum ædificauit, & pacem habuit, secundùm nomen suum: Salomon quippè pacificus est Latinè, & in exordio regni sui mirabiliter laudabilis fuit: sed eadem sua persona per vmbrã futuri prænunciabat etiam ipse Christum Dominum nrm, non exhibebat. Lectio vj.

VNde quædam de illo ita scripta sunt, quasi de ipso ita prædicta sint, dum scriptura sancta etiam rebus gestis prophetans, quodammodo in eo figuram deliniat futurorũ. Nam prçter libros diuinæ historiæ, vbi regnasse narratur, Psalmus etiam septuagesimus primus titulo nomini eius inscriptus est, in quo tàm multa dicuntur, quæ omnino ei cõuenire non possunt. Lect. vij.

DOmino autem Christo apertissima perspicuitate conueniunt: vt euidenter appareat, quòd in illo figura qualiscunque adũbrata sit, in isto autẽ ipsa veritas præsentata. Notum est enim quibus terminis regnum cõclusum fuerit Salomonis: & tamen in eo Psalmo legitur (ut alia taceã) Dominabitur à mari, vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terræ. Lect. viij.

HOc autem in Christo videmus impleri: A flumine quippe dominãdi sumpsit exordium, vbi baptizatus à Iohanne, eodem monstrante cœpit agnosci à discipulis: qui cum non solùm magistrum, verùm etiam Dominũ appellauerunt.

SABBATHO.

Ad Magn. Aña. Dum tolleret Dominus Eliam per turbinẽ in cçlum, Eliseus clamabat: Pater mi, currus Israel, & auriga eius.

DOMINICA IX.

Post Pentecosten.

Incipit Liber iiij. Regum. L. j.

Cap. 1. i init. PReuaricatus est autẽ Moab in Israel, postquàm mortuꝰ est Achab, ceciditque Ochozias per cãcellos cçnaculi sui, quod habebat in Samaria, & ægrotauit: misitque nuncios dicens ad eos. Ite consulite Beelzebub Deũ Accaron, utrum viuere queam de infirmitate mea hac. L. ij.

A n-

ANgelus autem Domini locutus est ad Eliã Thesbytẽ, dicens: Surge, & ascende in occursum nũciorum regis Samariæ, & dices ad eos: Nũquid non est Deus in Israel, vt eatis ad cõsulendũ Beelzebub Deum Accaron? Quã ob rẽ hæc dicit Dñs: De lectulo super quẽ ascendisti nõ descẽdes, sed morte morieris. L. iij.

ET abijt Elias: reuersique sunt nuncij ad Ochoziã: qui dixit eis: Quare reuersi estis? At illi responderunt ei: Vir occurrit nobis, & dixit ad nos: Ite & reuertimini ad Regẽ, qui misit vos, & dicetis ei: Hçc dicit Dñs: Nũquid, qa nõ erat Deꝰ in Israel, mittis vt cõsulatꝰ Beelzebub Deus Accarõ? Idcircò de lectulo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Lectio iiij.

QVi dixit eis: Cuius figuræ, & habitus est vir ille, qui occurrit vobis, & locutus est verba hæc? At illi dixerũt: Vir pilosꝰ, & Zona pellicea accinctus renibus. Qui ait: Elias Thesbytes est. Misitq; ad eũ quinquagenariũ principẽ, & quinquagita viros, qui erãt sub eo.

Ex ser. 21. de temp. i init. Sermo S. August. Epi. Lect. v.

IN lectionibus, quæ nobis diebus istis recitãtur, fratres charissimi, frequenter admonui, vt nõ sequamur literam occidentẽ, & viuificantẽ spũm relinquamus. Sic enim Apl̃s ait: Litera occidit, spũs uiuificat. Si enim hoc tantũ volumꝰ intelligere, quod sonat in litera, aut paruã aut propè nullã ędificationẽ de diuinis lectionibus capiemus. Lectio vj.

ILla enim omnia, quæ recitantur, typus erant, & imago futurorum. In Iudęis enim figurata, in nobis gratia Dei donãte completa sunt. Beatus enim Elias typum habuit Domini Saluatoris. Sicut enim Elias à Iudæis persecutionem passus est, ita & verus Elias Dominus nr̃ ab ipsis reprobatus est, & contemptus. Lectio vij.

ELias reliquit gentẽ suam, & Christus deseruit Synagogam. Elias abijt in desertũ: & Christus venit in mundum. Elias in deserto coruis ministrantibus, pascebatur: Et Christus in deserto mundi huius Gentium fide reficitur. Corui enĩ illi, qui beato Eliæ, iubẽte Dño ministrabant, Gentiũ populum figurabãt. Lectio viij.

PRopterea & de Gentium Ecclesia dicitur: Nigra sum & formosa filia Ierusalem. Vnde est Ecclesia nigra, & for-

& formosa? Nigra per gratiã. Vnde nigra? Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Vnde formosa? Asperges me hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuẽ dealbabor.

SABBATHO.

Ad Magn. Aña. Fecit Ioas rectum coram Domino, cũctis diebus, quibus docuit eum Ioiadas sacerdos.

DOMINICA X.

Post Pentecosten.

De Libro quarto Regum. L. j.

Anno vndecimo Iorã filij Achab regis Israel, regnauit Ochozias super Iudã venitq; Iehu in Iezrahel. Porrò Iezabel introitu eius audito depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput suum, & respexit per fenestrã ingredientem Iehu per portam, & ait: Nunquid pax potest esse Zambri, qui interfecit Dominum suum? Lectio ij.

Leuauitq; Iehu faciem suã ad fenestram, & ait: Quę est ista? Et inclinauerunt se ad eum duo, vel tres Eunuchi. At ille dixit eis: Præcipitate eam deorsum. Et præcipitauerunt eam, aspersusque est sanguine paries, & equorum ungulę conculcauerunt eam. Lect. iij.

Cumq; introgressus esset, vt comederet, biberetq;, ait: Ite, & videtẽ maledictã illã, & sepelite eam, quia filia regis est. Cumq; issent, vt sepelirẽt eam, non inuenerunt, nisi caluariam, & pedes, & summas manus: reuersique nunciauerunt ei. Lectio iiij.

Et ait Iehu: sermo Domini est, quẽ locutus est per seruum suum Eliam Thesbiten, dicens. In agro Iezrahel comedent canes carnes Iezabel: & erunt carnes Iezabel, sicut stercus super faciem terræ in agro Iezrahel, ita vt prętereuntes, dicant. Hęccine est illa Iezabel?

Sermo S. Iohan. Chrysost. L. v.

Non putemus nos excusationem habituros, si quando delictorum socios inuenerimus: nã istud suppliciũ magis augebit. Quandoquidem, & serpens magis punitus est, quàm mulier, quemadmodũ & mulier plusquã vir: & Iezabel maiores pœnas dedit, q̃ Achab vineę raptor. L. vj. Ex ser. 25. ca. 14. ad Rom.

Ipsa quippè vniuersum istud negocium texuerat, Regiq; lapsus occasionẽ dederat: Igit & tu quoq; si reliquis pditionis causa fueris, grauiora patieris,

tieris, quàm qui per te subuersi sunt. Neque enim peccare tãtum in se perditionis habet, quantum quòd reliqui ad peccandum inducuntur. Lec. vij.

Itaque si quando peccantes viderimus non solùm non impellamus, sed & extrahamus ex ipso malitiæ barathro; ne & alienæ perditionis pœnas demus. Recordemur quoq; perpetuò terribilis illius tribunalis, fluminis ignei, vinculorũ insolubilium, profundarum tenebrarũ, stridulorũ dẽtium, venenosiq; vermis. Lect. viij.

Sed dicis: Benignus est De⁹. Ergo hæc oĩa verba sunt, & neq; punitur diues ille Lazari contemptor, neque fatuæ virginès à sponso reijciũtur? Ergo qui Christum non pauerunt, in ignem Diabolo pręparatum non abibunt? Ergo qui sordidis est uestibus non peribit, manus ac pedes vinctus? Qui centũ denarios à conseruo suo exegit, non tradetur tortoribus?

SABBATHO.

Ad Magnificat, Antiphona.

Obsecro Dñe, memẽto quęso quomodo ambulauerim coram te in corde perfecto, & quòd placitum est coram te fecerim.

DOMINICA XI.

Post Pentecosten.

De Libro iiij. Regum. Lect. j.

In diebus illis, ægrotauit Ezechias vsq; ad mortem, & uenit ad eum Isaias filius Amos Propheta, dixitq; ei: Hęc dicit Dominus Deus: Præcipe domui tuæ: morieris enim tu, & non viues. Qui conuertit faciem suã ad parietem, & orauit Dominũ, dicens: Obsecro Domine, memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & ĩ corde perfecto, & quod placitũ est corã te, fecerĩ. L. ij. Ca. 20 i init.

Fleuit itaque Ezechias fletu magnó: & antequàm egrederetur Isaias mediam partẽ atrij, factus est sermo Domini ad eum, dicens: Reuertere, & dic Ezechię Duci populi mei: Hæc dicit Dominus Deus Dauid Patris tui: Audiui orationem tuam, & vidi lachrymã tuam: & ecce sanaui te, die tertia ascẽdes tẽplũ Dñi. L. iij.

Et addam diebus tuis quĩdecim annos; sed & de manu Regis Assyriorum liberabo te, & ciuitatem hanc, & protegam Vrbem istam propter me, & propter Dauid seruum meum. Dixitque Isaias: Afferte

Afferte massam ficorum. Quā cū attulissent, & posuissent sup vlcus eius, curatus est. Lec. iiij.

Dixerat autē Ezechias ad Isaiam: Quod erit signū, quia Dominus me sanabit, & quia ascensurus sum die tertia templum Domini? Cui ait Isaias: Hoc erit signum à Dño, quòd facturus sit Dñs sermonem, quem locutus est: Vis vt ascendat umbra decem lineis, an ut reuertatur totidem gradibus? Et ait Ezechias: Facilè est umbram crescere decem lineis: nec hoc uolo, vt fiat, sed vt reuertatur retrorsum decē gradibus. Inuocauit itaq; Isaias Propheta Dominum, & reduxit umbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz retrorsum decem gradibus.

De Expositione S. Hieronymi Presb. in Isaiā Prophetā. L. v.

clib. cō. Isa. 38. Ne eleuaretur cor Ezechię post incredibiles triumphos, & de media captiuitate victoriam, infirmitate corporis sui visitatur, & audit se esse moriturum, ut conuersus ad Dominum, flectat sententiam eius: quod quidem & in Iona Propheta legimus, & in comminationibus contra Dauid, quæ dicuntur futura, nec facta sunt, non Deo mutante sententiam, sed prouocante humanū genus ad notitiam sui: Dominus enim pœnitens est super malitijs. Lectio sexta.

Conuertitq; Ezechias faciem suam ad parietem, quia ad templum ire non poterat; ad parietem autem templi; iuxta quod Salomon palatium extruxerat: vel absolutè ad parietē, ne lachrymas suas assidentibus ostentare videretur. Audiensq; se esse moriturum non precatur uitam, & annos plurimos: sed in Dei iudicio, quid velit præstare dimittit. Lectio vij.

Nouerat enim idcircò Deo placuisse Salomonem, quòd annos vitæ nō petierit ampliores: sed iturus ad Dominum, narrat opera sua, quomodo ambulauerit corā eo in veritate, & in corde perfecto. Fęlix conscientia, quæ afflictionis tempore bonorū operum recordatur. Lect. viij.

Beati enim mundo corde: quoniam ipsi Deum uidebunt. Et quomodo alibi scribitur: Quis gloriabitur purū habere se cor? Quod ita soluit. Perfectionē cordis in eo, tunc dici, quòd Idola destruxerit, templi ualuas aperuerit, serpētem ęneū cōminuerit, & cętera fecerit, q̄ Scriptura cōmemorat.

SABBATHO

Ante j. Dominicam Augusti. Ea autem dicitur j. Dominica mensis, quæ est in Kalen. vel proximior Kalen. illius mēsis. ita vt si Kalendæ fuerint ij. iij. & iiij. feria, tunc j. Dñica mēsis, in qua Liber Scripturæ inchoandus ponitur, est ea, quæ precedit Kalēdas. Si autem v. & vj. feria, vel Sabbatho, est ea, quæ sequitur. Historia verò, idest, Responsoria illius libri, si propter aliquod festū dupl. in Dominica occurrens poni nō possint, ponātur infra hebdomadam primo die, in quo cōtingat fieri officiū de feria. Qui si non occurrat, primo die eius hebdomadæ non impedito festo dup. vel semidup. fiat officium de feria cū commemoratione festi simpl. in eo occurrentis. Ad Mag. Aña. Sapiētia ædificauit sibi domū, excidit columnas septem, subdidit sibi Gētes, superborum, & sublimiū colla propria virtute calcauit.

DOMINICA I.

Augusti.

Ponuntur libri Salomonis, de quibus legitur vsque ad Kalēdas Septembris.

Incipiūt Parabolę Salom. L. j.



Cap. j. Parabolæ Salomonis filij Dauid Regis Israel, ad sciēdam sapiētiam, & disciplinam: ad intelligenda verba prudentiæ, & suscipiendam eruditionem doctrinę, iustitiā, iudicium, & æquitatem: vt detur paruulis astutia, & adolescentulis scientia, & intellectus. ℟. In principio, antequàm terrā faceret, priusquā abyssos constitueret, priusquā pduceret fontes aquarū: Antequàm montes collocarent: ante omnes colles generauit me Dñs. ℣. Quando preparabat cœlos, aderam cū eo cūcta componens. Antequā. Lec. ij.

Audiens sapiens sapiētior erit, & intelligens gubernacula possidebit. Animaduertet parabolā, & interpretationem, verba sapientū, & ęnigmata eorum. Timor Domini principium sapientiæ. Sapiētiam atque doctrinam stulti despiciunt. Audi fili mi disciplinam patris tui: & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur grā capiti tuo, & torques collo tuo. ℟. Girum cęli circuiui sola, & in fluctibus maris ambulaui: in oī gēte, & ī oī populo primatū tenui: Superborū,

& sublimiũ colla propria virtute calcaui. ℣. Ego in altissimis habito, & thronus meus ĩ columna nubis. Superb. L. iij.

FIli mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Si dixerint, Veni nobiscũ, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustrà, deglutiamus eũ sicut infernus viuentem, & integrum, quasi descendentẽ in lacũ: omnem pretiosam substãtiam reperiemus: implebimus domus nostras spolijs: sortem mitte nobiscũ, marsupiũ vnũ sit omniũ nostrũ: fili mi, ne ambules cũ eis. ℟. Emitte Dñe sapientiã de sede magnitudinis tuæ, vt mecũ sit, & mecũ laboret: Vt sciam quid acceptũ sit corã te omni tẽpore. ℣. Da mihi Dñe sediũ tuarũ assistricẽ sapiẽtiã. Vt. L. iiij.

PRohibe pedẽ tuũ à semitis eorum: pedes enim illorum ad malũ currũt, & festinãt, ut effundant sanguinem. Frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorũ: ipsi quoque contra sanguinẽ suum insidiantur, & moliũtur fraudes contra animas suas: sic semitæ omnis auari animas possidẽtium rapiũt. ℟. Da mihi Dñe sedium tuarum assistricẽ sapientiam: & noli me reprobare à pueris tuis: Quoniã seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ. ℣. Mitte illã de sede magnitudinis tuæ, vt mecũ sit, & mecũ laboret. Qm.

Ex Tractatu S. Ambrosij Epi in Psalmum 118. Lectio v.

INitium esse sapiẽtiæ timorem Domini dicit Propheta. Quid est autem initium sapientiæ, nisi seculo renunciare? Quia sapere secularia, stultitia est. Denique sapientiam huius mundi, stultitiam esse apud Dñm Apostolus dicit. Sed & ipse timor Dñi, nisi s͞em sciẽtiam sit, nihil prodest: immò obest plurimũ. ℟. Initiũ sapiẽtię timor Dñi. Intellect⁹ bonus omnibus faciẽtibus eũ, laudatio eius manet in seculũ seculi. ℣. Dilectio illius custodia legũ est, quia omnis sapiẽtia timor Dñi. Intellect. L. vj. Ex tracta. in Ps. 118 Ver. 38. Statue.

SIquidem Iudæi habẽt zelum Dei, sed quia non habent secundùm scientiam, in ipso zelo, & timore, maiorem contrahunt Diuinitatis offensam. Quòd circuncidunt infantulos suos, quòd sabbatha custodiunt, timorẽ Dei habẽt: sed quia nesciunt legem spiritalem esse, circũcidũt corpus, nõ cor suũ. ℟. Verbũ iniquũ, & dolosum lõgè fac à me Domine: Diuitias, & paupertatẽ ne dederis mihi, sed tantũ victui meo tribue necessaria. ℣. Duo rogaui te, ne deneges mi hi, anteq̃ moriar. Diuit. L. vij.

ET quid de Iudęis dicam? Sunt etiam in nobis, qui habent timorem Dei, sed non secundùm scientiam, statuẽtes duriora præcepta, quę nõ possit humana conditio sustinere. Timor in eo est, quia vidẽtur sibi consulere disciplinæ, opus virtutis exigere, sed inscitia in eo est, quia non compatiuntur naturæ, non æstimant possibilitatem. ℟. Dñe Pater, & De⁹ vitæ meę ne derelĩquas me in cogitatu maligno, extollentiam oculorũ meorum ne dederis mihi, & desideriũ malignum auerte à me Domine: aufer à me cõcupiscentiã. Et animo irreuerenti, & infrunito ne tradas me Dñe. ℣. Ne derelinquas me Dñe, ne accrescãt ignorãtię meę, nec multiplicent̃ delicta mea. Et. L. viij.

NOn sit ergo irrationabilis timor. Etenim vera sapientia à timore Dei incipit: nec est sapientia spiritalis sine timore Dei: ita timor sine sapientia esse non debet. Basis enim quædam verbi est timor sanctus. ℟. Ne derelĩquas me Dñe Pater, & dominator uitæ meæ, vt non corruam in conspectu aduersariorum meorũ: Ne gaudeat de me inimicus meus. ℣. Apprehẽde arma, & scutum: & exurge in adiutoriũ mihi. Ne gaud. Gloria. Ne.

Lectiones iij. noct. require in ordine Dñicarũ post Pentec. ℟. ix. Magna enim sunt iudicia tua Dñe, & inenarrabilia verba tua. Magnificasti populum tuũ, & honorasti. ℣. Trãstulisti illos per mare rubrum, & transuexisti eos per aquam nimiam. Magnificasti popu. ℟. x. Quæ sunt in corde hominum, oculi tui vident Dñe, & in libro tuo omnia scribentur. Homo videt in facie: De⁹ autem in corde. ℣. Omnia eñ corda scrutat̃, & vniuersas mẽtium cogitationes intelligit. Homo videt in facie: Deus. ℟. xj. Præbe fili cor mihi, & oculi tui vias meas custodiãt. Vt addatur gratia capiti tuo. ℣. Attende fili mi sapientiam meam, & ad eloquium meum inclina aurem tuã. Vt addat. ℟. xij. Duo Seraphim. ut ĩ iij. noct. Dñicę iij. post Pẽt. f. 250.

Responsoria huius Dominicę dñt in omnibus Dominicis vsque ad j. Dñicam Septẽbris.

SABBATHO
Ante Dominicam ij. Augusti.

Ad Magni. Aña. Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis.

DOMINICA II.
Augusti.

Incipit Liber Ecclesiastes. L. j.

Cap. 1. init.

Verba Ecclesiastę filij Dauid regis Ierusalem. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatū, & omnia vanitas. Quid habet homo amplius de vniuerso labore suo, quo laborat sub Sole? Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat. Lectio ij.

Oritur Sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur; ibiq; renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonē. Lustrās vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. Ad locū vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant. Lect. iij.

Cunctæ res difficiles, non potest eas homo explicare sermone. Nō saturatur oculus visu, nec auris impletur auditu. Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est? Quid est, quod factum est? Ipsum, quod faciendum est. Lectio iiij.

Nihil sub Sole nouū: nec valet quisquàm dicere: Ecce hoc recens est. Iam enim præcessit in seculis, quę fuerūt ante nos: non est priorū memoria: sed nec eorum quidē, quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos, qui futuri sunt in nouissimo.

Sermo S. Iohan. Chrysost. L. v.

Ex ser. contra concubinarios in fine.

Salomon, cùm secularium rerum cōcupiscentia teneretur, magnas eas, & admirandas putabat, multùmq; in eis laboris, & sollicitudinis insumebat, magnificas ædificando domos, copiosum coaceruando aurum, congregando cantorum choros, & omnem, vt ita dicam, oblectationis, & refrigerij vitam sectando. L. vj.

At vbi inde ad se reuersus, & quasi ex vmbrosa quadam abysso ad lumen verę sapientiæ respicere valuit, tūc sublimem illam, & cœlis dignam emisit vocem: Vanitas vanitatum, dicens, & omnia vanitas. Hanc & vos, & hac sublimiorem si volueritis, feretis sententiam, de intempestiua hac voluptate, si aliquātisper à mala cōsuetudine vos sequestraueritis. Lec. vij.

Quamuis

Quāuis autē à Salomone seculis superioribus nō tā multa sapiētiæ exigebatur diligentia: neq; enim delicias lex vetus ꝓhibebat, neq; alijs frui superuacuis dicebat vanū: attā & sic se habētib⁹ rebus, in ipsis cōtueri licebit, q̄ viles, & vanitati obnoxiæ res sint. L. viij.

Nos verò ad maiorē vocati vitā, & ad excellētius fastigiū ascēdimus, & in maioribus exercemur palestris: & q̄d aliud, q̄ ꝙ sicut supernę virtutes intellectuales, & incorporeę illę, vitā īstituere iubemur?

SABBATHO
Ante Dominicā iij. Augusti.

Ad Mag. Aña. Omnis sapiētia à Domino Deo est, & cū illo fuit semper, & est ante æuum.

Si sequēs Dñica venerit in die Assumptionis beatæ Mariæ, vel in die octa. S. Laurentij, liber sapientię ponitur in ipsa die octauæ sancti Laurentij.

DOMINICA III.
Augusti.

Incipit liber Sapientię. Lect. j.

Cap. 1 init.

Diligite iustitiā, qui iudicatis terram; sentite de Dño in bonitate: & in simplicitate cordis quærite illū: quoniam inuenitur ab ijs, qui non tentāt illum: apparet autem ijs, qui fidem habent in illum. Peruersæ enim cogitationes separant à Deo: probata autem virtus corripit insipientes: quoniam in maleuolam animam nō introibit sapiētia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Lectio ij.

Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum: & auferet se à cogitationib⁹, quę sunt sine intellectu, & corripietur à superueniēte iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientiæ, & non liberabit maledictum à labijs suis: quoniā renū eius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & linguæ eius auditor: quoniam Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Lectio iij.

Propter hoc, qui loquitur iniqua non potest latere: nec præteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus enim impij interrogatio erit: sermonum autem illius auditio ad Deū veniet, & ad correptionem iniquitatū illius: q̄m auris zeli audit oīa, & tumultus murmurationum non abscōdetur. Le. iiij.

Custodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodest,

prodest, & à detractione parcite linguæ: quoniã sermo obscurus in vacuum non ibit: os autem, quod mentitur, occidit animã. Nolite zelare mortem in errorem vitæ vestræ, neque acquiratis perditionẽ in operibus manuum vestrarum: Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.

Ex libro Officiorũ S. Ambrosij Episcopi. Lectio v.

(x li. 1. a. 28. n fin.) MAgnus iustitiæ splẽdor, quæ alijs potius nata, q̃ sibi, communitatem, & societatem nostrã adiuuat, excelsitatẽ tenet: vt suo iudicio omnia subiecta habeat, opẽ alijs ferat, pecuniam conferat, officia non abnuat, pericula suscipiat aliena. Lectio vj.

QVis nõ cuperet hãc virtutis arcem tenere: nisi prima auaritia infirmaret, atq; inflecteret tãtę virtutis vigorẽ? Etenim dũ augere opes, aggregare pecunias, occupare terras possessionibus cupimus, pstare diuitijs; iustitiæ formã exuimus, beneficẽtiam cõmunẽ amittim⁹. L. vij.

QVanta autem iustitia sit, ex hoc intelligi potest, quòd nec locis, nec personis, nec tẽporibus excipitur, quæ etiam hostibus reseruatur: Vt si constitutus sit cũ hoste, aut locus, aut dies prælio, aduersus iustitiam putetur, aut loco præuenire, aut tẽpore. Interest enim vtrũ aliquis pugna aliqua, & conflictu, graui capiatur: an superiore gratia, uel aliquo euentu. Lectio viij.

FVndamentum ergo est iustitię, Fides. Iustorũ enim corda meditãtur fidem; & qui se iustus accusat, iustitiã supra fidem collocat: Nam tunc iustitia eius apparet, si vera fateatur. Denique & Dominus per Isaiam, Ecce, inquit, mitto lapidem in fundamẽtum Sion, id est, Christum in fundamẽtũ Ecclesię. Fides enim omniũ Christus est: Ecclesia autẽ quędã forma iustitię est cõmune ius oĩum, ĩ cõmune orat, ĩ cõmune operat̃, ĩ cõmune tẽtat̃.

SABBATHO.

Ad Mag. Aña. Sapiẽtia clamitat in plateis: si quis diligit sapiẽtiam, ad me declinet, & eã inueniet: & cũ inuenerit, beatus erit, si tenuerit eam.

DOMINICA IIII. Augusti.

Incipit Liber Ecclesiastici. L. j.

OMnis sapientia à Dño Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. Arenam (Ex ca. 29 in init.)

nam maris, & pluuię guttas, & dies seculi quis dinumerauit? Altitudinem cœli, & latitudinem terrę, & profundũ abyssi quis dimensus est? Sapiẽtiam Dei pręcedentem omnia quis inuestigauit? Lectio ij.

PRior omnium creata est sapiẽtia, & intellectus prudentiæ ab æuo. Fons sapientiæ Verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata ęterna. Radix sapientiæ cui reuelata est? & astutias illius quis agnouit? Disciplina sapientiæ cui reuelata est, & manifestata? & multiplicationẽ ingressus illius quis intellexit? Lectio iij.

VNus est Altissimus creator omniũ, omnipotẽs, & rex potens, & metuẽdus nimis, sedens super thronum illius, & dominans Deus. Ipse creauit illã in Spiritu sancto, & vidit, & dinumerauit, & mensus est, & effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem, secundũ datum suum, & prębuit illam diligentibus se. Lectio iiij.

TImor Domini gloria & gloriatio, & lętitia, & corona exultationis. Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium in longitudinem dierum. Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis suę benedicetur.

Ex libro Moralium S. Gregorij Papæ. Lectio v.

SVnt nonnulli, qui vitam suam negligunt: & dũ trãsitoria appetunt, dum æterna, vel non intelligunt, vel intellecta contemnunt, nec dolorem sentiunt, nec habere cõsilium sciunt: cumque superna, quæ amiserunt, non considerant, esse se (heu miseri,) in bonis fęlices putant. Lect. vj. (E C su in)

NEquaquàm enim ad veritatis lucem, cui conditi fuerant, mentis oculos erigunt: nequaquàm ad contemplationem patriæ æternæ desiderij aciem tendunt; sed semetipsos in ijs, ad quæ proiecti sunt, deserentes, vice patriæ diligunt exilium, quod patiuntur: & in cęcitate, quã tolerant, quasi in claritate luminis exultant. Lectio vij.

AT contrà electorum mẽtes, dum transitoria cuncta nulla esse conspiciunt, ad quæ sint conditæ, exquirunt: cumque eorum satisfactioni nihil extra Deum sufficit, ipsa inquisitionis exercitatione fatigata, illorum cogitatio, in cõditoris sui spe, & contempla-

tione requiescit, supernis interseri ciuibus appetit. L. viij.

VNusquisque eorum adhuc in mundo corpore positus, mente tamẽ extra mũdum surgit: ęrumnam exilij, quam tolerat, deplorat: & ad sublimem patriam incessantibus se amoris stimulis excitat. Cùm ergo dolens videt quàm sit æternum quod perdidit, inuenit salubre consilium, temporale hoc despicere, quod percurrit.

Quando Augustus, & sequentes menses habent tantũ quatuor Dominicas, Dominica v. omittitur cum Antiphona, & tota hebdomada, & ponitur Dñica prima sequentis mẽsis.

SABBATHO.
Ante Dominicam v. Augusti.
Ad Magnificat, Antiphona.

Obserua fili præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, sed liga eam semper in corde tuo.

DOMINICA V.
Augusti.
De Libro Ecclesiastici. Lect. j.

Cap. 5. init. NOli attẽdere ad possessiones iniquas, & ne dixeris, est mihi sufficiens vita. Nihil enim proderit in tẽpore vindictæ, & obductionis. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui, & ne dixeris: Quomodo potui? aut quis me subijciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. Lectio ij.

NE dixeris: Peccaui, & qd mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. De propitiato peccato noli esse sine metu, neq; adijcias peccatum super peccatũ. Et nõ dicas: Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebit᷑. Misericordia enim, & ira ab illo citò proximant, & in peccatores respicit ira illius. Lect. iij.

NOn tardes conuerti ad Dñm, & ne differas de die in diẽ: subitò enim veniet ira illius, & in tẽpore vindictę disperdet te. Noli anxius esse in diuitijs iniustis: non enim proderũt tibi in die obductionis, & vindictæ. Non ventiles in omnem ventũ, & nõ eas in oẽm viã: sic enim oĩs peccator probat᷑ in duplici lĩgua. L. iiij.

ESto firmus in via Dñi, & in veritate sensus tui, & sciẽtia, & ꝓsequat᷑ te verbũ pacis, & iustitię. Esto mãsuetus ad audiẽdũ verbũ Dei, vt intelligas, & cũ sapiẽtia proferas respõsum verũ. Si est tibi ĩtellectus, respondc proximo tuo: sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, & cõfundaris.

Sermo S. Iohãnis Chryso. L. v.

Ex ho. 22. in episto. 2. ad Corin. propè finẽ. NE moreris conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: nescis quid paritura sit superuentura dies. Periculũ, enim & metus est in differendo: salus verò certa ac secura, si nulla sit dilatio. L. vj.

VIrtutem igitur cole: sic enim, licèt iuuenis moriare, securè discesseris: quòd si ad senectutem perueneris, cũ multa abundantia salutẽ habiturus es, duplicemq; festiuitatem, nempè abstinens a uitæ malitia, & virtutem colẽs. Ne dicas; erit aliquando tempus, quando conuerti licebit: verba enim hæc Deum ualdè exasperant. Lectio vij.

CVr nam, cum ipse tibi æterna secula promisit, tu in præsenti uita laborare non uis, q̃ parua & momẽtanea est, sed sic marcidus, ac dissolutus agis, quasi hac breuiorẽ aliam quãdã ĩquiras? Nõne illę quotidianæ cõmessationes; nonne ille mẽsæ, nõne scorta illa, nõne theatra illa, nõne diuitię illæ id testãtur, inexplebilẽ malitiæ concupiscentiam. L. viij.

COgita benè, quòd quoties scortatus es, toties cõdemnasti te ipsum: peccatum enim ita se habet, vt mox atq; patratum fuerit, sententiam ferat iudex. Inebriatus es? uentri indulsisti? rapuisti? Siste iam gradum: uerte te in diuersum: confitere Deo gratiam, quòd non in medijs peccatis te abstulit: ne quęre aliud priuilegium, vt male opereris.

SABBATHO
proximo Kalend. Septemb.

Ad Mag. Aña. Cũ audisset Iob nunciorum uerba, sustinuit patienter, & ait: Si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare nõ sustineamus? In omnibus his non peccauit Iob labijs suis, neq; stultũ aliquid contra Deũ locutus est.

DOMINICA I.
Septembris.
Incipit Liber Iob. Lectio j.

VIr erat ĩ terra Hus, noĩe Iob: & erat uir ille simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedẽs a malo: natique sunt ei septem filij, & tres filiæ: & fuit possessio eius septem millia ouium, & tria millia camelorum, quingenta quoq; iuga bouũ, & quingẽtæ asinæ, ac familia multa nimis: Cap. I init.

erat q;

eratque vir ille magnus inter omnes orientales. ℟. Si bona suscepimus de manu Dei, mala autem quare non sustineamus? Dominus dedit, dñs abstulit: sicut Dño placuit ita factum est: Sit nomen domini benedictum. ℣. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit. Lectio ij.

ET ibant filij eius, & faciebant conuiuia p domos, vnusquisq; in die suo: & mittẽtes vocabãt tres sorores suas, vt comederent, & biberent cũ eis. Cùmq; in orbem transissent dies cõuiuij: mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos: consurgensq; diluculò offerebat holocausta per singulos: dicebat enim. Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis: sic faciebat Iob cunctis diebus. ℟. Antequam comedam suspiro, & tãquàm inundantes aquæ sic rugitus meus: quia timor quẽ timebam, euenit mihi, & qđ verebar, accidit. Nonne dissimulaui? nonne silui? nonne quieui? Et venit sup me indignatio. ℣. Ecce non est auxilium mihi in me, & necessarij quoque mei recesserunt a me. Et venit. Lectio iij.

QVadam autem die cùm venissent filij Dei, vt assisterent coram Domino, affuit inter eos, etiã Satan, cui dixit dominus: Vnde venis? Qui respõdens ait: Circuiui terrã, & perambulaui eam. Dixitq; dominus ad eum: Nũquid considerasti seruum meum Iob, quòd nõ sit ei similis in terra? homo simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo? ℟. Vtinam appẽderentur peccata mea, quibus iram merui. Et calamitas, quam patior in statera. ℣. Quasi arena maris hæc grauior appareret: Vnde & verba mea dolore sunt plena. Et calamitas. Lect. iiij.

QVi respondens ait Satan: Numquid frustra Iob timet Deum? Nonne tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersamq; substantiã eius per circuitum? Operibus manuũ eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra. Sed extẽde paululum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Dixit ergo Dominus ad Satan. Ecce vniuersa, quæ habet, in manu tua sunt, tãtum in eum ne extendas manum tuam. Egressusq; est Satan à facie domini. ℟. Quare detraxistis sermonibus

nibus veritatis: ad increpandũ verba componitis: & subuertere nitimini amicum vestrũ? Veruntamẽ quę cogitastis explete. ℣. Quod iustum est iudicate: & nõ inuenietis in lingua mea iniquitatẽ. Veruntñ. Ex lib. Moral. S. Greg. pp. L. v.

Ex li. 2. c. 1. SCriptura sacra mentis oculis quasi quoddam speculũ opponitur, vt interna nostra facies in ipsa videat. Ibi etenim fœda, ibi pulchra nostra cognoscimus: ibi sentimus quãtum pficimus, ibi à profectu quàm longè distamus. ℟. Induta est caro mea putredine, & sordibus pulueris cutis mea aruit, & contracta est. Memento mei Domine, quoniam uentus est vita mea. ℣. Dies mei velocius transierunt, quàm à texente tela succiditur, & consumpti sunt absque vlla spe. Memento mei domine. L. vj.

NArrat autem gesta Sanctorum, & ad imitationẽ corda prouocat infirmorum: dumq; illorum victricia facta commemorat, cõtra vitiorum prælia debilia nostra confirmat, fitque verbis illius, vt eò mẽs min⁹ inter certamina trepidet, quò ante se positos tot virorum fortium triũphos videt. ℟. Versa est in luctu m cithara mea, & organum meum in vocem flentium. Parce mihi dñe: nihil enim sunt dies mei. ℣. Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt. Parce mihi. Lectio vij.

NOnnunquam verò non solùm nobis corũ virtutes asserit, sed ẽt casus innotescit, vt & in victoria fortiũ qđ imitando arripere, & rursum videam⁹ in lapsibus, quod debeam⁹ timere. Ecce enim Iob describitur tentatione auctus, sed Dauid tentatione prostratus: vt maiorum virtus spem nostram foueat, & maiorum casus ad cautelam nos humilitatis accingat. ℟. Numquid Dominus supplantat iudiciũ, aut omnipotens subuertit, qđ iustum est? Libera me dñe, & pone me iuxtà te. Et cuiusuis manus pugnet ɔtra me. ℣. Apprehende arma & scutum: Et exurge in adiutorium mihi. Et cuiusuis. Lectio viij.

HInc fiet, vt dũ illa gaudẽtes subleuãt; ista metuentes premant, vt audientis aĩus illinc spei fiducia, hinc humilitate timoris eruditus, nec temeritate superbiat, quia formidine premitur: nec pressus timore desperet, quia ad spei fiduciam virtutis exemplo roboratur.

boratur. ℟. Paucitas dierum meorum finietur breui: dimitte me Domine, vt plangā paululum dolorem meum. Antequàm vadam ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine. ℣. Manus tuæ Domine fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu: & sic repētè præcipitas me? Antequam vadam. ℟. ix. Non abscondas me Domine à facie tua: manum tuam longe fac à me. Et formido tua non me terreat. ℣. Corripe me domine in misericordia, non in furore tuo; ne forte ad nihilum redigas me. Et formido tua. ℟. x. Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus Domine, nisi tu qui solus es Deus? Et constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? ℣. Numquid sicut dies hominis dies tui, vt quæras iniquitatem meā; cùm sit nemo, qui de manu tua possit eruere? Et constituas mi. ℟. xj. Nocte os meum perforatur doloribus, & qui me comedunt non dormiunt; à multitudine eorum consumitur vestimentum meū. Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ, & cineri. ℣. Parce mihi dñe, nihil enim sunt dies mei. Comparatus sum. ℟. xij. Duo Seraphim. vt in iij. Dominica post Pentecosten. folio 250.

SABBATHO.

Ad Magnif. Añа. In omnibus his non peccauit Iob labijs suis, neque stultum aliquid contra Deum locutus est.

DOMINICA II. Septembris.

De libro Iob. Lectio prima.

ET respondens Iob, ait: Verè scio, quòd ita sit, & quòd non iustificetur homo compositus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere vnum pro mille. Sapiens corde est, & fortis robore: quis restitit ei, & pacem habuit? qui trāstulit montes, & nescierunt hi, quos subuertit in furore suo. Cap. 9. in init. Lect. ij.

QVi commouet terrā de loco suo, & columnæ eius concutiuntur: qui præcipit Soli, & non oritur, & stellas claudit quasi sub signaculo: qui extendit cœlos solus, & graditur super fluctus maris: qui facit Arcturū, & Oriona, & Hyadas, & interiora Austri: qui facit magna & incomprehēsibilia, & mirabilia, quorum non est numerus. L. iij.

SI venerit ad me non videbo eum: si abierit non intelligam: Si repētè interroget, quis respondebit ei? vel quis dicere ei potest, cur ita facis? Deus, cuius iræ nemo resistere potest, & sub quo curuantur, qui portant orbem. Quantus ergo sum ego, vt respondeam ei, & loquar verbis meis cum eo? Lectio iiij.

QVi etiā si habuero quippiam iustum, non respōdebo, sed meum iudicem deprecabor. Et cùm inuocantem exaudierit me, non credo quòd audierit uocem meam: in turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea, etiam sine causa. Non concedit requiescere spiritum meū, & replet me amaritudinibus.

Ex lib. Moralium Sancti Gregorij Papæ. Lectio v.

Ex li. 9 in init. VErè scio, quòd ita sit, & non iustificabitur homo compositus Deo. Homo quippè Deo non compositus iustitiam percipit, cōpositus amittit: quia quisquis se auctori bonorum comparat, bono se, quod acceperat, priuat. Qui enim accepta bona sibi arrogat, suis contra Deum donis pugnat. Vnde ergo despectus erigitur, dignum est, ut erectus, inde destruatur. Lect. vj.

SI voluerit contēdere cum eo, non poterit respondere ei vnum pro mille. In scriptura sancta millenarius numerus pro uniuersitate solet intelligi. Hinc enim Psalmista ait: Verbi, quod mandauit in mille generationes: cùm profectò constet, quòd ab ipso mundi exordio, vsque ad Redemptoris aduētum per Euangeliū non amplius, quàm septuaginta septem propagines numerentur. Lect. vij.

QVid ergo in millenario numero, nisi ad pro ferendam nouam sobolē perfecta vniuersitas præscitæ generationis exprimit? Hinc & per Iohannem dicitur: Et regnabunt cum eo mille annis: quia videlicet regnum sanctæ Ecclesiæ vniuersitatis perfectione solidatur. Lect. viij.

QVia verò monas decies multiplicata, in denarium ducitur, denarius per semetipsum ductus in cētenarium dilatatur: qui rursus per denarium ductus in millenarium tenditur? cùm ab uno incipimus, vt ad millenarium veniamus. Quid hoc loco unius appellatione, nisi benè uiuendi initiū; quid mil-

millenarij numeri amplitudine, eiusdem vitæ bonæ perfectio designatur.

SABBATHO

Ante dominicā iij. Septēbris.

Ad mag. Aña. Ne reminiscaris Domine delicta mea, vel parētum meorum: neq; vindictam sumas de peccatis meis.

DOMINICA III.

Septembris.

Incipit liber Tobiæ. Lectio j.

p. 1. nit. TObias ex Tribu & Ciuitate Nephtalim, q̄ est in superioribus Galileę supra Naason, post viam, quę ducit ad occidentem, in sinistro habēs Ciuitatem Sephet, cùm captus esset in diebus Salmanasar regis Assyriorum, in captiuitate tamen positus viam veritatis nō deseruit: ita ut omnia, quæ habere poterat, quotidie concaptiuis fratribus, qui erant ex eius genere, impertiret. ℟. Peto Domine, ut de uinculo improperii huius absoluas me, aut certè desuper terrā eripias me. Ne reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum: neq; uindictam sumas de peccatis meis: quia eruis sustinentes te Dñe. ℣. Omnia enim iudicia tua iusta sunt, & oēs uiæ tuæ misericordia & veritas, & nunc Domine memento mei. Ne reminiscaris. Lectio ij.

CVmq; esset iunior oībus in tribu Nephtalim, nihil tamē puerile gessit ī opere. Denique cùm irent omnes ad uitulos aureos, quos Ieroboam fecerat rex Israel, hic solus fugiebat consortia oīum, & pergebat in Ierusalē ad templum domini, & ibi adorabat Dominum Deū Israel, omnia primitiua sua, & decimas suas fideliter offerens, ita ut in tertio anno proselytis & aduenis ministraret omnem decimationem. ℟. Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo, ut uias tuas dirigat. Et in omni tēpore consilia tua in ipso permaneant. ℣. Inquire ut facias q̄ placita sūt illi in ueritate, & in tota uirtute tua. Et in. L. iij.

HAec & his similia secūdùm legem Dei puerulus obseruabat: cum uerò factus fuisset uir, accepit uxorē Annam de tribu sua, genuitq; ex ea filium, nomen suum imponens ei, quem ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato. ℟. Memor esto fili, quoniam pauperem uitam gerimus. Habebis multa bona, si timueris Deū. ℣. In mente habeto eum, & caue,

caue, ne quando prætermittas ꝑcepta eius. Habebis. L. iiij.

IGitur cùm per captiuitatem deuenisset cum uxore sua, & filio in Ciuitatem Niniuen cū omni tribu sua: & cùm omnes ederent ex cibis Gentiliū: ipse custodiuit animā suam, & nunquam contaminatus est in escis eorum. ℟. Sufficiebat nobis paupertas nostra, ut diuitiæ computarentur: nunquam fuisset pecunia ipsa, pro qua misisti filium nostrum. Baculum senectutis nostrę. ℣. Heu me, fili mi, ut quid te misimus peregrinari lumen oculorum nostrorum? Baculum.

Sermo S. Leonis Papæ. L. v.

Ex ser. 9. d̄ ieiunio 7. mensis in initio. SCio quidē dilectissimi, plurimos uestrū ita in ijs, quæ ad obseruantiam Christianę fidei pertinent, esse deuotos, ut nostris cohortationibus nō indigeāt admoneri: quod enim dudum & traditio decreuit, & consuetudo firmauit, nec eruditio ignorat, nec pietas prætermittit. ℟. Benedicite Deū cœli, & coram omnibus uiuētibus confitemini ei. Quia fecit uobiscum misericordiam suam. ℣. Ipsum benedicite, & cantate illi, & enarrate omnia mirabilia eius. Quia fecit uobiscum. Lectio vj.

SEd quia sacerdotalis officij est, erga omnes Ecclesiæ filios curam habere communē, in id, quod & rudibus prosit, & doctis, quos simul diligim⁹ pariter incitamus: ut ieiuniū, quod nobis septimi mēsis recursus indicit, fide alacri per castigationem animi, & corporis celebremus. ℟. Tēpus est ut reuertar ad eum, qui misit me. Vos aūt benedicite Deū, & enarrate omnia mirabilia eius. ℣. Cōfitemini ei coram omnibus uiuentibus, quia fecit uobiscum misericordiam suam. Vos autem. Lect. vij.

ESuriamus itaque paululùm dilectissimi, & aliquantulum, quod iuuādis possit prodesse pauperibus, nostræ consuetudini subtrahamus. Delectetur conscientia benignorum fructibus largitatis: & gaudia tribuens, quò es lætificandus accipies. ℟. Tribularer. icum rel. de sequēti historia Iudith. ultimo loco. ℟. Duo Seraphim. 150. L. viij.

QVarta igitur & sexta feria ieiunem⁹, sabbatho verò apud Beatū Petrum Apostolum vigilias celebremus, cuius nos meritis, & orationibus credimus adiuuādos, & misericordi Deo ieiunio

nio nro, & deuotione placeamus. ℟ Benedicat te domin⁹.

FERIA QVARTA

Quatuor Temporũ Septẽb.

Lect. S. Euang. ẜm Marcũ. L. j.

Cap. 9 IN illo tempore: Respondẽs vnus de turba dixit ad Iesũ: Magister, attuli filium meum ad te habentem spiritum immundum. Et reliqua.

Homil. Venerab. Bedę Presb.

Ex li. cõ. eun- em 38. HOc genus Dęmoniorũ in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. Dum Dñs docet Apostolos, quomodo Dęmõ nequissimus debeat expelli, omnes instituit ad vitam: vt scilicet nouerimus grauissima quæque, vel immundorum spirituũ, vel hominũ tentamenta ieiunijs & orationibus esse superanda: irã quoque Domini cum in vltionẽ nostrorum scelerum fuerit accensa, hoc remedio singulari posse placari. Lectio ij.

IEiunium autẽ generale est, non solũ ab escis, sed à cunctis illecebris abstinere carnalibus, immò ab omnib⁹ vitiorum cõtinere passionibus. Sic & oratio generalis non in verbis solùm est, quibus diuinam clementiã inuocamus, verùm etiam in omnib⁹, quæ in obsequium nostri conditoris fidei deuotione gerim⁹, testãte Apostolo, q̃ ait: Semper gaudete, sine intermissione orate. L. iij.

QVomodo enim quis omnibus horis, atq; momẽtis sine intermissione Deũ potest inuocare sermonibus? Sed tunc sine intermissione oramus, cùm ea sola opera gerimus, quæ nos pietati nostri cõmendent Auctoris. Quo nimirum ieiunio, & qua oratione iuuante domino, cunctas antiqui hostis debellabimus, ac pulsabimus insidias.

Ad Bñs Aña Hoc genus dęmoniorũ in nullo põt exire, nisi in oratione, & ieiunio. Oro.

MIsericordiæ tuæ remedijs quęsumus domine fragilitas nostra subsistat: vt quæ sua conditione atteritur, tua clementia reparetur. Per Dominum nostrum.

Ad Magn. Aña de psalterio, & Oratio de Dominica currẽte.

FERIA SEXTA

Quatuor Temporum.

Tres lectiones de Homil. in Euang. Rogabat Iesum. vt in festo Sanctæ Mariæ Magdalenæ. fo. Ad Bñs. Aña Mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, stãs retrò secus pedes Domini, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui

sui tergebat, & osculabat᷑ pedes ei⁹, & vnguẽto ungebat. Oro.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus, vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes, & corpore tibi placeamus, & mente. Per Dñm.

Ad Mag. Antiph. de psalterio. Oratio de Dominica currẽte.

SABBATHO

Quatuor Temporum.

Lctõ S. Euang. ẜm Lucã. Lec. j.

Ca. 13 IN illo tempore: Dicebat Iesus turbis similitudinẽ hãc: Arborem fici habebat quidã plantatã in uinea sua, & uenit quærens fructũ in illa, & non inuenit. Et reliqua.

Homilia Sancti Grego. Papę.

Ex homi. 33. ante med. QVid arbor fici, nisi humanam naturam designat? Quid mulier inclinata, nisi eandem naturam significãdo denunciat? Quæ & benè plantata est sicut ficus, & benè creata sicut mulier, sed in culpam propria sponte lapsa, neq; fructum seruat operationis, neq; statum rectitudinis. Lectio ij.

AD peccatum quippè ex voluñtate corruens, quia fructum obedientiæ ferre noluit, statũ rectitudinis amisit: q̃ ad Dei similitudinẽ cõdita, dũ in sua dignitate non perstitit, quòd plãtata, vel creata fuerat, contempsit. Tertiò Dñs vineę ad ficulneã venit, quia naturã gñis humani ante legẽ, sub lege, sub gr̃a, expectãdo, admonẽdo, visitãdo requisiuit. L. iij.

VEnit ante legem, quia per naturalem intellectum, quid vnusquisque exẽplo sui, qualiter erga proximum agere debuisset innotuit. Venit in lege, quia pręcipiẽdo docuit. Venit post legem per gratiã: quia pietatis suæ p̃sentiã exhibendo monstrauit. Sed tamen in tribus annis fructum se nõ inuenisse conqueritur: quia quorundam prauorum mẽtes nec inspirata lex naturalis corrigit, nec præcepta erudiunt, nec incarnationis eius miracula conuertunt. Ad Benedictus Aña de Psalterio. Oro.

OMnipotens sempiterne Deus, qui per continentiam salutarem corporib⁹ mederis, & mentibus: maiestatem tuam suppliciter exoramus, vt pia ieiunantium deprecatione placatus, & præsentia nobis subsidia tribuas, & futura. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

SABBATHO

Ante Dominicam iiij. Septẽb.

Ad Mag. Añ. Adonai Dñe De⁹ magne, & mirabilis, q̃ dedisti salu-

salutē in manu fœminæ, exaudi preces seruorum tuorum.

Oratio de Dominica currēte.

DOMINICA IIII. Septembris.

Incipit liber Iudith. Lectio j.

Cap. 1. ini. ARphaxad Rex Medorum subiugauerat multas gentes imperio suo, & ipse ædificauit Ciuitatem potentissimam, quā appellauit Ecbathanis, ex lapidibus quadratis & sectis. Fecit muros eius ī altitudine cubitorū septuaginta, & in latitudine cubitorū triginta. ℟. Adonai Dñe Deus magne, & mirabilis, qui dedisti salutem in manu fœminæ. Exaudi preces seruorum tuorum. ℣. Benedictus es domine, qui nō derelinquis pſumētes de te. Et de sua virtute gloriātes humilias. Exaudi. L. ij.

TVrres verò eius posuit in altitudinem cubitorum centum: per quadrū verò earum latus vtrumq; vicenorū pedum spatio tendebatur: posuitq; portas eius in altitudine turrium: & gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarum. ℟. Tribulationes ciuitatum audiuimus, quas passę sunt, & defecimus: timor & hebetudo mētis cecidit sup nos, & super liberos nostros: ipsi montes nolunt recipere fugā nostram. Domine miserere. ℣. Peccauimus cum patribus nostris: iniustè egimus: iniquitatē fecimus. Domine. L. iij.

ANno igitur duodecimo regni sui Nabuchodonosor Rex Assyriorū qui regnabat in Niniue ciuitate magna, pugnauit contra Arphaxad, & obtinuit eum in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphratem, & Tygrim, & Iadason: in campo Erioch regis Elicorum. ℟. Benedicat te Dominus in virtute sua, q per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Vt non deficiat laus tua de ore hominum. ℣. Benedictus Dominus, q creauit cęlum, & terram: quia hodie nomen tuum ita magnificauit. Vt non. Lect. iiij.

TVnc exaltatum est regnū Nabuchodonosor, & cor eius eleuatum est: & misit ad omnes, qui habitabant in Cilicia, & Damasco & Libano, & ad gentes, quæ sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilæam in campo magno Esdrelon, & ad omnes, qui erant in Samaria, & trans flumen Iordanem, vsq; ad Ie-

rusalem, & ad omnem terram Iesse, quousque perueniatur ad terminos Aethiopiæ. ℟. Nos alium Deum nescimus, præter Dominum, in quo speramus. Qui non despicit nos nec amouet salutē suā à genere nr̄o. ℣. Indulgentiā ipsius fusis lachrymis postulemus, & humiliemus illi animas nostras. Qui non despicit.

Ex libro S. Ambrosij Episcopi, de Elia & ieiunio. Lect. v.

Cap. 9 ī init. POtentes vinum prohibentur bibere, ne, cùm biberint, obliuiscantur sapiētiam. Bibebant vinum in ebrietate potētes, qui Holopherni principi militię Regis Assyriorum se tradere gestiebant: Sed non bibebat fœmina Iudith, ieiunans omnibus diebus viduitatis suæ, præter festorum dierū solennitates. ℟. Dominator Domine cęlorū, & terræ, creator aquarū, Rex vniuersę creaturæ, Exaudi orationem seruorum tuorum, ℣. Tu Domine, cui humilium semper, & mansuetorum placuit deprecatio. Exaudi. Lect. vj.

HIs armis munita processit, & omnem Assyriorū circumuenit exercitum: sobrij vigore consilij abstulit Holophernis caput: seruauit pudicitiam: victoriam reportauit. Hæc enim succincta ieiunio in castris se prætendebat alienis: ille vino sepultus iacebat: vt ictum vulneris sentire non posset. Itaque vnius mulieris ieiunium innumeros strauit exercitus ebriorum. ℟. Domine Deus, qui conteris bella ab initio, eleua brachium tuū super gentes, quę cogitant seruis tuis mala: Et dextera tua glorificetur in nobis. ℣. Allide virtutem eorum in virtute tua: cadat robur eorum in iracundia tua. Et dextera. L. vij.

ESter quoq; pulchrior facta est ieiunio: Dominus enim gratiam sobriæ mentis augebat. Omne genus suum, idest, totum populum Iudæorum à persecutionis acerbitate liberauit, ita vt Regem sibi faceret esse subiectum. Itaque illa, quæ triduo ieiunauit continuo, & corpus suum aqua lauit, plùs placuit, & vindictā retulit. Aman autem dum se regali iactat conuiuio, inter ipsa vina pœnā suæ ebrietatis exoluit. ℟. Dñe rex. cum rel. de sequēti hist. Esther. Vltimo loco. ℟. Duo Seraphī. f. 250. L. viij.

ESt ergo ieiunium reconciliationis sacrificiū, virtutis incrementum, quod fecit

etiam fœminas fortiores augmento gratiæ. Ieiunium nescit fœneratorem, non sortem fœnoris nouit, non redolet vsuras: etiam ipsis ieiunium conuiuijs dat gratiam. Dulciores post famem epulæ fiunt, quæ assiduitate fastidio sunt, & diuturna continuatione uilescũt. Condimentum cibi ieiunium est. Quantò auidior appetẽtia, tantò esca iucundior.

FERIA QVINTA.

Si hæc fuerit ultima hebdomada Septemb. hac nocte ponit̃ liber Esther cum sua historia, idest Responsorijs, vt infra in Dominica v. huius mensis.

SABBATHO

Ante Dominicam v.

Ad Mag. Aña. Dñe Rex omnipotens: in ditione tua cuncta sunt posita: & non est qui possit tuæ resistere voluntati.

DOMINICA V.

Septembris.

Incipit liber Esther. Lectio j.

Cap. 1. init. IN diebus Assueri Regis, qui regnauit ab India, vsque ad Aethiopiam super centũ viginti septem prouincias, quando sedit in solio regni sui, Susan Ciuitas regni eius exordiũ fuit. ℟. Dñe mi Rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita: & non est qui possit resistere voluntati tuæ. Libera nos propter nomen tuum. ℣. Exaudi orationem nostram, & conuerte luctum nostrum in gaudium. Libera nos. Lectio ij.

TErtio igitur anno Imperij sui fecit grande conuiuium cunctis principibus, & pueris suis fortissimis Persarũ & Medorum inclytis, & Præfectis prouinciarum coram se, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentiæ suæ, multo tempore, centũ uidelicet & octoginta diebus. ℟. Miserere Domine populo tuo, quia volunt nos inimici nostri perdere, & hęreditatem tuam delere de terra: ne despicias partem tuam, quam redemisti ex Aegypto, sed conuerte luctum nostrum in gaudium. Vt viuentes laudemus nomen tuum Domine. ℣. Exaudi deprecationem nostram, & propitius esto sorti, & funiculo hæreditatis tuæ. Vt uiuentes. Lect. iij.

CVmq; implerentur dies conuiuij, inuitauit omnẽ populum, qui inuentus est in Susan à maximo, usq; ad minimum, & septem diebus iussit conuiuium præparari in uestibulo horti, & nemoris, quod regio cultu, & manu consitum erat. ℟. Cõforta me Rex Sanctorum principatũ tenens. Et da sermonem rectum, & benè sonantem in os meum. ℣. Domine Rex vniuersæ potestatis, conuerte consilium eorum super eos. Et da sermo. L. iiij.

ET pendebant ex omni parte tentoria aerei coloris, & carbasini, ac hyacinthini, sustentata funibus byssinis, atque purpureis, qui eburneis circulis inserti erant, & columnis marmoreis fulciebantur: lectuli quoque aurei & argentei super pauimentum, smaragdino, & pario stratum lapide, dispositi erant, quod mira uarietate pictura decorabat. ℟. Spem in alium numquàm habui, præterquàm in te Deũ Israel. Qui irasceris & propitius eris: & omnia peccata hominum in tribulatione dimittis. ℣. Domine Deus creator cœli, & terræ, respice ad humilitatem nostram. Qui irasce.

Ex lib. Officiorum S. Ambrosij Episcopi. Lectio v.

Ex li. 3 ca. 15. QVid Esther Regina? nõne ut populum suũ periculo exueret, quod erat decorum, atq; honestum, morti se obtulit? nec immitis Regis trepidauit furorem? Ipse quoque rex Persarũ ferox, atq; tumido corde, tamẽ decorũ iudicauit, indici insidiarum, quæ sibi paratæ forent, gratiam repręsentare, populumq́; liberum à seruitute eripere, eruere neci, nec parcere neci eius, qui tàm indecora suasisset. ℟. Memẽto mei Dñe Deus in bonũ. Et ne deleas miserationes meas, quas feci in domo Dei mei, & in cęremoniis eius. ℣. Recordare mei Dñe Deus meus. Et ne deleas. Reliqua Responsoria sumũtur de histo. Iudith. Adonai &c. Vltimo loco Duo Seraphim. folio 250. Lect. vj.

DEniq; quem secũdũ à se, ac pręcipuũ inter omnes amicos haberet, cruci tradidit, ꝙ dehonestatũ se eius fraudolẽtis consiliis animaduertisset. Ea enim amicitia probabilis, q̃ honestatẽ tuet̃, p̃ferenda sanè opibus, honorib⁹, potestatib⁹; honestati verò pręferri nõ solet, sed honestatẽ sequi. L. vij.

SVnt autem plerę́q; Philosophorũ q̃stiones: Vtrũ amici causa quisq̃ cõtra patriã sentire, nec ne debeat, vt amico obediat: Vtrum oporteat, vt fidem deserat, dum indulget, atq; intendit amici commoditatib⁹.

Et scriptura quidem ait: Claua & gladius, & sagitta ferrata: sic homo est testimonium dans falsum aduersus amicum suum. Lectio viij.

SEd considera, quid astruat. Non testimonium reprehēdit dictum in amicum, sed falsum testimonium. Quid enim si Dei causa, quid si patrię cogatur aliquis dicere testimonium? Numquid præponderare debet amicitia religioni? p̄ponderare charitati Ciuiū? In his tamen ipsis rebus requirēda est veritas testimonii.

SABBATHO Ante Dñicam j. Octobris.

Ad mag. Aña. Adaperiat Dñs cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacem Dominus Deus noster.

DOMINICA I. Octobris.

Ad Matutinum Hymnus. Primo dierum omniū. fol. 9.

Incipit lib. j. Machabæorū. L. j.

1.Machab.cap.1.ini. ET factum est postquā percussit Alexander Philippi Macedo, qui primus regnauit in Gręcia, egressus de terra Cethim, Darium Regem Persarum, & Medorū, constituit prælia multa, & omnium obtinuit munitiones, & interfecit reges terræ: & pertransijt vsque ad fines terrę: & accepit spolia multitudinis Gentium: & siluit terra in conspectu eius. ℟. Adaperiat Dñs cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacem in diebus vestris. Cōcedat vobis salutem, & redimat vos à malis. ℣. Exaudiat Dominus orationes vestras, & recōcilietur vobis, nec vos deserat in tēpore malo. Concedat. L. ij.

ET cōgregauit virtutem, & exercitum fortem nimis: & exaltatum est, & eleuatum cor eius, & obtinuit regiones gentium, & tyrannos: & facti sunt illi in tributum. Et post hæc decidit in lectū, & cognouit, quia moreretur. Et vocauit pueros suos nobiles, qui secū erant nutriti à iuuentute, & diuisit illis regnum suum, cùm adhuc viueret. ℟. Exaudiat Dominus orationes vestras, & reconcilietur vobis: nec vos deserat in tempore malo. Dominus Deus noster. ℣. Det vobis cor omnibus vt colatis eū, & faciatis eius voluntatem. Dominus. Lect. iij.

ET regnauit Alexāder annis duodecim, & mortuus est: & obtinuerunt pueri eius regnum vnusquisque in loco suo. Et imposuerunt sibi omnes diademata post mortem eius, & filij eorum post eos annis multis: & multiplicata sūt mala in terra. Et exijt ex eis radix peccati Antiochus illustris, filius Antiochi Regis, qui fuerat Romæ obses, & regnauit in anno centesimo trigesimo septimo regni Græcorum. ℟. Cōgregati sunt inimici nostri, & gloriātur in virtute sua. Cōtere fortitudinem illorum Domine, & disperge illos. Vt cognoscant, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster. ℣. Disperge illos in uirtute tua, & destrue eos, p̄tector nr̄ Dn̄e. Vt. L. iiij.

IN diebus illis exierunt ex Israel filii iniqui, & suaserunt multis dicentes: Eamus, & disponamus testamentum cum Gentibus, quæ circa nos sunt: quia ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. Et bonus visus est sermo in oculis eorum: & destinauerunt aliqui de populo, & abierunt ad regem; & dedit eis potestatem, vt facerent iustitiam Gentium. ℟. Impetū inimicorū ne timueritis: memores estote quomodo salui facti sunt patres nostri. Et nunc clamemus in cœlum, & miserebitur nostri Deus noster. ℣. Mementote mirabiliū eius, quæ fecit Pharaoni, & exercitui eius in mari rubro. Et nunc clamemus.

Ex lib. Officiorum S. Ambrosij Episcopi. Lectio v.

Ex lib. 1. cap. 40. sub initi[um]. QVid de Machabæis loquar? Sed prius de populo dicam patrum: qui cùm essent parati ad repugnandum pro templo Dei, & pro legitimis suis, dolo hostiū die lacessiti Sabbathi, maluerunt vulneribus offerre nuda corpora, quàm repugnare, ne violarent Sabbathum. Itaque omnes læti se obtulerunt morti. ℟. Congregatæ sunt gentes in multitudine, ut dimicent contra nos, & ignoramus quid agere debeamus. Domine Deus ad te sunt oculi nostri, ne pereamus. ℣. Tu scis quæ cogitant in nos: quomodo poterimus subsistere ante faciem illorū, nisi tu adiuues nos? Domine. Lectio vj.

SEd Machabæi considerantes, quòd hoc exemplo Gēs omnis posset perire, Sabbatho etiam cùm ipsi in bellum prouocarentur, vlti sunt innocentium necem fratrum suorum. Vnde postea stimulatus rex Antiochus, cùm bellum

lum accederet per duces ſuos Lyſiam, Nicanorem, & Gorgiã, ita cum Orientalibus ſuis, & Aſſyrijs attritus eſt copijs, vt quadraginta, & octo millia in medio campi a tribus millibus proſternerẽtur. ℞. Tua eſt potentia, tuum regnum Domine: tu es ſuper omnes gentes. Da pacem Domine in diebus noſtris. ℣. Creator omnium Deus, terribilis, & fortis, iuſtus, & miſericors. Da pacem Domine. Lect. vij.

VIrtutem Ducis Iudę Machabęi de uno eius milite conſiderate. Namq; Eleazarus, cùm ſupereminentem cæteris elephãtem lorica veſtitũ regia aduerteret, arbitratus quod in eo eſſet Rex, curſu concito, in medium legionis ſe proripuit: & abiecto clypeo, vtraq; manu interficiebat beſtiã, atq; intrauit ſub eam, & ſubiecto gladio interemit eam: itaq; cadẽs beſtia oppreſſit Eleazarũ, atq; ita mortuus eſt. ℞. Refulſit Sol in clypeos aureos, & reſplenduerunt montes ab eis. Et fortitudo gentium diſſipata eſt. ℣. Erat enim exercitus magnus ualdè, & fortis: & appropiauit Iudas, & exercitus eius in prælio. Et fortitudo gentium. Lectio viij.

QVãta igitur uirtus animi? primò, vt mortem non timeret: deinde vt circumfuſus legionibus inimicorum, in cõfertos raperetur hoſtes, medium penetraret agmen, & contempta morte, ferocior abiecto clypeo, utraque manu vulneraret; molem beſtiæ ſubiret, ac ſuſtineret: pòſt infra ipſam ſuccederet, quo pleniori feriret ictu: cuius ruina incluſus magis, quàm oppreſſus, ſuo eſt ſepultus triumpho. ℞. Dixit Iudas Simoni fratri ſuo: Elige tibi viros, & uade, libera fratres tuos in Galilæa: Ego autem, & Ionathas frater tuꝰ ibimꝰ ĩ Galaaditim. Sicut fuerit uolũtas in cœlo ſic fiat. ℣. Accingimini filii potentes, & eſtote parati: quoniam melius eſt nobis mori in bello, quàm uidere mala gentis noſtræ & Sanctorum. Sicut. ℞. ix. Ornauerunt faciem templi coronis aureis, & dedicauerunt altare Domino. Et facta eſt lætitia magna in populo. ℣. In hymnis & confeſſionibus benedicebant Dominum. Et facta eſt lætitia. ℞. x. Hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael. Hic eſt qui multùm orat pro populo, & uniuerſa ſancta ciuitate Ieruſalem.

ſalem. ℣. Vir iſte in populo ſuo mitiſſimus apparuit. Hic eſt, qui multùm orat pro pop. ℞. xj. Tu Domine vniuerſorum, qui nullam habes indigentiam, uoluiſti templũ tuũ fieri in nobis: Conſerua domum iſtam immaculatam in æternum Domine. ℣. Tu elegiſti Domine domum iſtã ad inuocandum nomen tuum in ea, vt eſſet domus orationis, & obſecrationis populo tuo. Cõſerua domum iſtam immacu. ℞. xij. Duo Seraphim. f. 250.

SABBATHO
Ante Dominicã ij. Octobris.

Ad Mag. Aña. Refulſit Sol in clypeos aureos, & reſplenduerunt montes ab eis, & fortitudo gentium diſſipata eſt.

DOMINICA II. Octobris.

De Libro primo Machabæorum. Lectio prima.

Ex c. 4 ĩmed.

DIxit autem Iudas, & fratres eius: Ecce cõtriti ſunt inimici noſtri: aſcendamus nũc mundare ſancta, & renouare. Et congregatus eſt omnis exercitus, & aſcenderunt in montem Sion, & viderunt ſanctificationẽ deſertã, & altare prophanatũ, & portas exuſtas, & in atrijs virgulta nata, ſicut in ſaltu, vel ĩ mõtibꝰ, & paſtophoria diruta. L. ij.

ET ſciderunt veſtimenta ſua, & planxerunt plãctu magno, & impoſuerunt cinerem ſuper caput ſuum, & ceciderũt in faciem ſuper terrã, & exclamauerunt tubis ſignorum, & clamauerũt in cęlum. Tunc ordinauit Iudas viros, vt pugnarẽt aduerſus eos, qui erant in arce, donec emundarent ſancta. Lectio iij.

ET elegit Sacerdotes ſine macula, uoluntatem habentes in lege Dei: & mundauerunt ſancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum: & cogitauit de altari holocauſtorum, quod prophanatum erat, quid de eo faceret. Et incidit illis conſilium bonum, vt deſtruerẽt illud: ne fortè illis eſſet in opprobrium, quia contaminauerunt illud gentes, & demoliti ſunt illud. Lectio quarta.

ET repoſuerunt lapides in mõte domus in loco apto: quoadúſque veniret Propheta, & reſponderet de eis. Et acceperũt lapides integros ſecũdùm legem: & ædificauerunt altare nouum, ſecũdũ illud, quod fuit prius: & ædificauerũt ſancta, & q̃ intra domũ erant

erant intrinsecus, & ædem, & atria sanctificauerunt.

Ex libro S. Augustini Episcopi de Ciuitate Dei. Lectio v.

lib. ca. in tio. POsteaquàm gens Iudæa cępit non habere Prophetas, proculdubio deterior facta est, eo scilicet tempore, quo se sperabat instaurato tēplo, post captiuitatem quæ fuit in Babylonia, futuram esse meliorem: sic quippè intelligebat populus ille carnalis, quod prænunciatum est per Aggęū Prophetam dicentem: Magna erit gloria dom⁹ istius nouissimæ, plusquàm primæ. L. vj.

QVod de nouo testamento dictum esse paulò superius demonstrauit, vbi ait apertè Christum promittens: Et mouebo omnes gētes: & veniet desideratus cūctis Gentibus. Talibus enim electis gentium domus Dei ędificatur per testamentū nouū lapidibus viuis, longè gloriosior, quàm templum illud fuit, quod à rege Salomone constructum est, & post captiuitatem instauratum. Lect. vij.

PRopter hoc ergo nec Prophetas ex illo tēpore habuit illa gens, sed multis cladibus afflicta est ab alienigenis regibus, ipsisq; Romanis, ne hanc Aggęi prophetiam in illa instauratione templi opinaretur impletam. Non multò enim post adueniente Alexandro subiugata est, quando & si nulla facta est uastatio, quoniam non sunt ausi ei resistere, & ideò placatum facillimè subditi receperunt, non erat tamen gloria tāta domus illius, quanta fuit in suorum regum libera potestate. L. viij.

DEinde contriti sunt bellis, quæ in Machabęorū libris explicātur. Post hæc capti à Rege Alexandriæ Ptolomeo, q̃ est appellatus Epiphanes, inde ab Antiocho Rege Syriæ, multis & grauissimis malis ad idola colenda compulsi, templūq; ipsum repletū sacrilegis superstitionibus Gentium, quod tamen dux eorum strenuissimus Iudas, q̃ etiam Machabęus dictus est Antiochi Ducibus pulsis, ab omni illa idololatriæ contaminatione mundauit.

SABBATHO
Ante Dominicā iij. Octobris.
Ad Magnificat, Antiphona.

Lugebat autem Iudam Israel planctu magno, & dicebat: quomodo cecidisti potens in prælio, qui saluum faciebas populum Domini?

DO-

DOMINICA III.
Octobris.

De Libro j. Machabęorū. L. j.

Cap. 4. i init. INterea vt audiuit Demetrius, quia cecidit Nicanor, & exercitus eius ī prælio, apposuit Bacchidem, & Alcimum rursum mittere in Iudæam, & dextrum cornu cum illis, & abierūt viam, quæ ducit in Galgala, & castra posuerunt in Malasoth, quæ est in Arbellis, & occupauerūt eam: & peremerūt animas hominum multas. Lectio ij.

ET Iudas posuerat castra in Laisa, & tria millia uiri electi cum eo. Et viderunt multitudinem exercitus, quia multi sunt, & timuerunt valdè; & multi subtraxerunt se de castris: & non remanserunt ex eis nisi octingenti viri. L. iij.

ET uidit Iudas, quòd firmior est pars exercit⁹ Bacchidis in dextris: & conuenerunt cum ipso omnes constātes corde, & contrita est dextera pars ab eis, & persecutus est eos vsque ad montem Azoti: & qui in sinistro cornu erant uiderunt, quòd contritum est dextrum cornu, & secuti sunt post Iudam, & eos, qui cum ipso erant, à tergo. Lect. iiij.

ET ingrauatum est pręliū, & ceciderunt vulnerati multi ex his, & illis: & Iudas cecidit, & cęteri fugerunt. Et Ionathas, & Simon tulerunt Iudam fratrem suum, & sepelierunt eum in sepulchro patrum suorum in ciuitate Modin, & fleuerunt eum omnis populus Israel plāctu magno.

Ex libro Officiorū S. Ambrosij Episcopi. Lectio v.

QVia fortitudo non solū secundis rebus, sed etiā aduersis probatur, spectemus Iudæ Machabęi exitum. Is eñ post victum Nicanorem regis Demetrij Ducem, securior aduersus viginti millia exercit⁹ Regis cum nongentis uiris bellum adorsus, uolētibus his cedere, ne multitudine opprimerentur, gloriosam magis mortem, quàm turpē fugam suasit. Ne crimen, inquit, nostrę relinquamus gloriæ. L. vj. Ex li ca. 4 i in

ITaque commisso pręlio, cū à primo ortu diei in uesperam dimicaretur, dextrum cornu, in quo validissimam manum aduertit hostium, aggressus, facilè auertit: sed dum fugientes sequitur, à tergo uulneri locum prębuit. Itaq; gloriosiorem triumphis locum mortis inuenit. Lectio vij.

Quid

QVid Ionatham fratrem eius attexam? qui cũ parua manu aduersus exercitus regios pugnans, desertus à suis, & cùm duobus tãtũ relictus, reparauit bellum, auertit hostẽ, fugiẽtes suos ad societatẽ reuocauit triũphi. Habes fortitudinẽ bellicã, in qua nõ mediocris honesti, ac decori forma est, quòd mortẽ seruituti p̄ferat ac turpitudini. L. viij.

QVid autem de Martyrum dicam passionibus? Et ne longiùs vagemur, num minorẽ de superbo Rege Antiocho Machabæi pueri reuexerunt triũphũ, quã parentes proprij? siquidẽ illi armati, isti sine armis vicerũt. Stetit inuicta septẽ puerorũ cohors, regijs cincta legionibus: defecerunt supplicia, cesserunt tortores, non defecerunt martyres.

SABBATHO

Ante Dominicã iiij. Octobris.

Ad Magn. Aña. Exaudiat Dñs orationes vestras, & reconcilietur uobis: nec vos deserat in tẽpore malo Dñs De⁹ noster.

DOMINICA IIII.

Octobris.

Incipit Liber ij. Machab. L. j.

Cap. 1 init. FRatribus, qui sunt p Ægyptum, Iudæis salutem dicunt fratres, qui sunt in Ierosolymis Iudæi, & qui in regione Iudęa, & pacem bonã. Benefaciat vobis Deus, & meminerit testamẽti sui, quod locutus est ad Abraham, & Isaac, & Iacob seruorum suorũ fideliũ: & det vobis cor oĩb⁹, vt colatis eũ, & faciatis eius volũtatẽ corde magno, & aĩo volenti. L. ij.

ADaperiat cor uestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacem. Exaudiat orationes uestras, & recõcilietur uobis, nec uos deserat in tẽpore malo. Et nũc hic sumus orãtes pro uobis. Facturi igitur q̄nta & uicesima die mẽsis Casleu purificationẽ tẽpli, necessariũ duxim⁹ significare uobis, ut & uos quoq; agatis diẽ scenophegiæ, & diẽ ignis q̄ dat⁹ est, quãdo Nehemias ędificato tẽplo, & altari obtulit sacrificia. L. iij.

NAm cũ in Persidẽ ducerentur patres nr̃i, Sacerdotes q̄ tũc cultores Dei erãt, acceptũ ignẽ de altari occultè absc̃oderũt ĩ ualle ubi erat pute⁹ altus, & siccus, & in eo cõtutati sunt, ita vt oĩbus ignotus esset locus. Cũ autẽ pręterissẽt anni multi, & placuisset Deo, vt mitteretur Nehemias à Rege Persidis, nepotes Sacerdotũ illorũ, qui absconderant, misit ad requirẽdum ignẽ. Lectio iiij.

E

ET sicut narrauerũt nobis, non inuenerunt ignem, sed aquã crassam, & iussit eos haurire, & afferre sibi: Et sacrificia, quæ imposita erãt, iussit Sacerdos Nehemias aspergi aqua ipsa, & ligna, & quæ erant superposita. Vtq; hoc factũ est, & tempus affuit, quo Sol refulsit, qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita vt omnes mirarentur.

Ex Tractatu S. Ioannis Chrysostomi super Psalmos. L. v.

Ex tracta. in Ps. 43. i init. DEus auribus nostris audiuimus, patres nr̃i annũciauerũt nobis op⁹, quod operatus es in diebus eorum. Hũc Psalmum dicit quidam Propheta, dicit autem non ex persona propria, sed ex persona Machabæorum, narrãs & prędicens quæ futura erant illo tẽpore. Tales enim sunt Prophetæ, omnia tempora percurrunt, præsentia, præterita, & futura. Lectio vj.

QVi nam sunt autem hi Machabæi, quidq; passi sunt, & quid fecerint necessariũ est primùm dicere, vt sint aptiora quę in argumento dicuntur. Ij enim, cũ inuasisset Iudæam Antiochus, qui dict⁹ est Epiphanes, & omnia deuastasset, & multos, qui tũc erãt, à patrijs institutis resilire coegisset, permanserunt illæsi ab illis tentationibus. Lectio vij.

ET quando graue quidem bellũ ĩgruebat, nec quidquàm possent facere, quod prodesset, se abscondebant: nã hoc quoq; fecerunt Apostoli: non enim semper apparentes in media irruebant pericula, sed nonnunquã, & fugientes, & latentes secedebant. L. viij.

POstquàm autẽ parũ respirarunt, tanquã generosi q̄dam catuli ex antris exiliẽtes, & è latebris emergẽtes, statuerunt non se amplius solos seruare, sed etiam alios quoscũq; possent, & ciuitatem, & omnẽ regionem obeuntes, collegerunt quotquot inuenerunt adhuc sanos, & integros: & multos etiam, qui laborabãt, & corrupti erant, in statum pristinũ redegerunt, eis persuadentes, redire ad legem patriam.

Si hæc hebdomada fuerit vlt. Octobris, feria v. vel vj. vel Sabbatho legũtur Lectiones Dominicæ quintæ Octobris.

SABBATHO

Ante Dominicã v. Octobris.

Ad Mag. Aña. Tua est potẽtia, tuum regnum Domine, tu es super omnes gentes: da pacem Domine in diebus nostris.

DO-

DOMINICA V.
Octobris.

De Libro ij. Machabęorũ. L. j.

Cap. 6 med.

IGitur Eleazarus, vnus de primoribus scribarum, vir ętate prouectus, & vultu decorus aperto ore hians, cõpellebatur carnem porcinam manducare. At ille gloriosissimam mortem magis, quàm odibilem vitam complectẽs, voluntariè præibat ad supplicium. Intuens autem quemadmodum oporteret accedere, patienter sustinens destinauit non admittere illicita propter vitæ amorem. Lectio ij.

HI autem qui astabãt iniqua miseratione cõmoti, propter antiquam viri amicitiam, tollentes eũ secretò rogabant afferri carnes, quibus vesci ei licebat, vt simularetur manducasse, sicut Rex imperauerat, de sacrificij carnibus: ut hoc facto à morte liberaretur: & propter veterem viri amicitiam, hanc in eo faciebãt humanitatem. Lectio tertia.

AT ille cogitare cœpit ætatis, ac senectutis suę eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis caniciem, atq; à puero optimę conuersationis actus, & secundùm sanctæ, & à Deo conditæ legis constituta, respondit citò dicẽs, præmitti se velle in infernum. Nõ enim ætati nostræ dignũ est, inquit, fingere: vt multi adolescentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum, & ipsi propter meam simulationẽ, & propter modicũ corruptibilis vitæ tẽpus decipiant. L. iiij.

COntigit autem septẽ fratres cùm matre sua apprehensos compelli à Rege edere contra fas carnes porcinas, flagris & taureis cruciatos: Vnus autem ex illis, qui erat primus sic ait: Quid quæris, & quid vis discere à nobis? parati sumus magis mori, quã patrias Dei leges præuaricari.

Sermo S. Greg. Naziãzeni. L. v.

Ex oratione I Machabæos sub initiũ.

PRimùm nobis occurrit Eleazarus, primus eorũ, qui ante Christum passi sunt, quẽadmodum Stephanus postea eorũ, qui Christũ secuti sunt; Sacerdos, & ętate prouectus, nec minus prudentia, quã capite canus: antea quidem pro populo sacrificia, precesque offerens; nunc uerò seipsum quoque Deo offerens, hostiã ex omni parte perfectam, vniuersęque plebis expiatricem, faustum, ac lætum certaminis præ-

præludium, loquens pariter ac tacens cohortatio. Lect. vj.

SEptemque insuper filios offerens, institutionis suæ fructum, hostiam viuentem, sanctam, Deo placẽtem, omni legali sacrificio clariorẽ, & puriorem. Liberorum enim rectè facta parentibus adscribere, summæ est æquitatis. L. vij.

ALtera ex parte prodeunt fortes, & generosi filij, nobilis matris soboles; nobiles, acres, & strenui veritatis pugiles, Antiochi tempestate sublimiores, Mosaycæ legis sinceri discipuli, morumq; patriorum, atque institutorũ obseruatores exactissimi, numero septem. Lectio viij.

QVi numerus apud Hebræos maximè cõmendatur, quietisq; septenariæ mysterio ornatur. Vnũ, idemq; spirantes, vnum, eundemq; scopum sibi proponentes, vnum ad uitam iter mortem pro lege Dei oppetitam agnoscentes, non minus animis, quàm corporibus fratres, mortis inter se riuales, ac mutua mortis zelotypia flagrãtes.

SABBATHO
Ante Dñicam j. Nouembris.

Ad Mag. Aña Vidi Dominũ sedentem super solium excelsum, & plena erat omnis terra maiestate eius, & ea, quæ sub ipso erant, replebant tẽplum.

DOMINICA I.
Nouembris.

Incipit Liber Ezechielis Prophetæ. Lectio j.

Cap. I ini.

ET factum est in trigesimo anno, in quarto mense, in quinta mensis, cũ essem in medio captiuorũ iuxtà fluuium Chobar, apti sunt cœli, & uidi uisiones Dei. In quinta mensis (ipse est annus quintus transmigrationis Regis Ioachim) factum est uerbum Domini ad Ezechielem Buzi Sacerdotẽ in terra Chaldæorum secus flumẽ Chobar. ℟. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatũ, & plena erat omnis terra maiestate eius: Et ea, quæ sub ipso erant, replebant templũ. ℣. Seraphim stabant super illud: sex alæ vni, & sex alę alteri. Et ea, quę sub. Lectio ij.

ET facta est super eum ibi manus Domini. Et uidi, & ecce uentus turbinis ueniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluẽs, & splẽdor in circuitu eius, & de medio eius quasi species electri, idest de medio ignis. ℟. Aspi-

ce Domine de sede sancta tua, & cogita de nobis: inclina De⁹ meus aurem tuam, & audi. Aperi oculos tuos, & vide tribulationem nostram. ℣. Qui regis Israel intende: qui deducis velut ouem Ioseph. Aperi oculos tuos, &. Lectio iij.

ET in medio eius similitudo quatuor animalium: & hic aspectus eorum. Similitudo hominis in eis. Et quatuor facies vni, & quatuor pennę vni. Et pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorũ quasi planta pedis vituli, & scintillæ quasi aspectus ęris candentis. ℟. Aspice Domine, quia facta est desolata ciuitas plena diuitijs: sedet in tristitia domina gentium, Non est qui consoletur eã, nisi tu Deus. ℣. Plorans plorauit in nocte; & lachrymæ eius in maxillis eius. Non est qui cõsol. Lectio iiij.

ET manus hominus sub pẽnis eorum in quatuor partibus: & facies, & pennas per quatuor partes habebant. Iunctęq; erant pennæ eorum alterius ad alterum: non reuertebantur cùm incederent: sed vnumquodque ante faciẽ suã gradiebatur. ℟. Super muros tuos Ierusalem cõstitui custodes. Tota die, & nocte nõ tacebunt laudare nomen Domini. ℣. Prædicabunt populis fortitudinem meam, & annũciabunt gentibus gloriã meã. Tota die. Gloria. Tota die.

De Exposit. S. Gregorij Papæ in Ezech. Prophetam. Lect. v.

VSus Propheticæ locutio nis est, vt prius personã, tempus, locumq; describat, & postmodùm dicere mysteria prophetiæ incipiat; quatenus ad veritatem solidius ostendẽdam, antè hystoriæ radicem figat, & post fructus spiritus per signa, & allegorias proferat. ℟. Muro tuo inexpugnabili circumcinge nos Domine, & armis tuæ potẽtię protege nos semper. Libera Domine De⁹ Israel clamãtes ad te. ℣. Erue nos ĩ mirabilib⁹ tuis, & da gloriã nomini tuo. Libera. L. vj. Ex hom. 2. ĩ init.

EZechiel itaque ætatis suæ tempus indicat, dicens: Et factum est in trigesimo anno, quarto mense, in quinta mensis. Locum quoque denunciãs adiũgit. Cùm essem in medio captiuorum iuxta flumẽ Chobar, aperti sunt cœli, & vidi visiones Domini. ℟. Sustinuimus pacem, & non venit: quęsiuimus bona, & ecce turbatio: cognouimus Domine peccata nostra. Non in perpetuũ obli-

obliuiscaris nos. ℣. Peccauimus, impiè gessimus in omnẽ iustitiam tuam. Non. L. vij.

TEmpus etiã insinuat, subdẽs. In quinta mẽsis: ipse est annus quĩtus trãsmigrationis Regis Ioachim. Qui vt benè personam indicet, etiã genus narratur, cùm subditur: Et factum est verbum Dñi ad Ezechielem filium Busi, Sacerdotem. ℟. Laudabilis populus, Quem Dñs exercituũ benedixit, dicẽs: Opus manuũ mearum tu es: hęreditas mea Israel. ℣. Beata gens, cuius est Dñs Deus eius, populus elect⁹ in hęreditatẽ. Quem. L. viij.

HOc autem quod dicitur: Quia in tricesimo anno spiritum prophetiæ acceperit, indicat aliquid nobis considerandũ; videlicet, quia iuxtà rationis vsum doctrinæ sermo non supperit: nisi in ætate perfecta. Vnde & ipse Dñs anno duodecimo ętatis suæ in medio Doctorũ in tẽplo sedens, nõ docẽs: sed interrogans voluit inueniri. ℟. Redemit populũ suũ, & liberauit eũ: & veniẽt & exultabũt in mõte Siõ: & gaudebũt de bonis Dñi super frumẽto, vino, & oleo. Et vltrà non esurient. ℣. Eritque anima eorum, quasi hortus irrigans. Et vltra non esuriẽt. ℟. ix. Angustię mihi sunt vndiq;, & quid eligam ignoro. Melius est mihi incidere in manus hominum, quàm derelinquere legem Dei mei. ℣. Si enim hoc egero, non effugiam manus vestras. Melius. ℟. x. Misit Dominus Angelũ suum, & conclusit ora leonũ. Et non contaminauerũt: quia corã eo iniustitia inuenta nõ est ĩ me. ℣. Misit Deus misericordiã suam, & veritatẽ suã: animam meam eripuit de medio catulorum leonum. Et. ℟. xj. A facie furoris tui Deus cõturbata est omnis terra. Sed miserere Dñe, & ne facias consummationẽ. ℣. Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum? Sed mis. ℟. xij. Duo Seraphim. f. 250. Hoc ℟. xij. nõ dr̃ p hebdom. ℟. xiij. Ciuitatem istã tu circunda Domine, & Angeli tui custodiant muros eius. Exaudi Domine populũ tuum cũ misericordia. ℣. Auertatur furor tuus Dñe à populo tuo, & à Ciuitate sancta tua. Exaudi. ℟. xiiij. Genti peccatrici, populo pleno peccato miserere, Domine Deus. ℣. Isto placabilis super nequitiam populi tui. Domine Deus.

Mi. xv. Indicabo tibi homo, qd sit bonum, aut quid Dñs requirat à te. F acere iudicium, & iustitiam, & sollicitum ambulare cum Dño tuo. ℣. Spera in Domino, & fac bonitatẽ, & inhabita terram. F acere.

DIE SECVNDA.

In qua legendũ sit de Ezech.

De lib. Ezechielis Proph. L.j.

Cap.2. init. ET vidi, & cecidi in faciem meam, & audiui uocem loquẽtis. Et dixit ad me, Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tecũ. Et ingressus est in me spiritus postquàm locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos. Lectio secunda.

ET audiui loquẽtẽ ad me, & dicẽtẽ: Fili hominis mitto ego te ad filios Israel, ad gẽtes apostatrices, quæ recesserũt à me. Ipsi, & p̃res eorũ p̃uaricati sunt pactũ meũ, vsq; ad diẽ hãc. Et filij dura facie, & indomabili corde sũt, ad quos ego mitto te, & dices ad eos. L.iij.

HÆc dicit Dñs Deus, si fortè vel ipsi audiãt, & si fortè quiescant: quoniam domus exasperans est: & scient quia Propheta fuerit in medio eorũ. Tu ergo fili mi, ne timeas eos, neq; sermones eorũ metuas: quoniã increduli, & subuersores sunt tecũ, & cũ scorpionibus habitas. Verba eorũ ne timeas, & vultus eorum ne formides, quia domus exasperans est. Lectio quarta.

LOqueris ergo verba mea ad eos, si fortè audiant, & quiescãt: quoniam irritatores sunt. Tu autẽ fili hominis audi quæcunq; loquor ad te, & noli esse exasperans, sicut domus exasperatrix est: aperi os tuũ, & comede quæcunq; ego do tibi. Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber: & expandit illũ coram me, qui erat scriptus intus, & foris, & scriptæ erant in eo lamẽtationes, & carmẽ, & væ.

DIE TERTIA.

De Lib. Ezechielis Proph. L.j.

Ca. 3. ĩ init. ET dixit ad me: Fili hominis, quodcunq; inueneris comede, comede volumen istud, & vadens loquere ad filios Israel. Et aperui os meũ, & cibauit me volumine illo. Et dixit ad me: Fili hominis venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. Et comedi illud, & factum est in ore meo, sicut mel dulce. L.ij.

ET dixit ad me: Fili hominis vade ad domũ Israel, & loqueris verba mea ad eos: Non enim ad populum profundi sermonis, & ignotæ linguæ tu mitteris, ad domũ Israel, neq; ad populos multos profundi sermonis, & ignotæ linguę, quorũ nõ possis audire sermones: & si ad illos mitteres, ipsi audirent te. Lectio iij.

DOmus autẽ Israel nolũt audire te, quia nolunt audire me. Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde. Ecce dedi faciem tuam valẽtiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorẽ frontibus eorum. Vt adamãtem, & vt silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos, neque metuas à facie eorum: quia domus exasperãs est. Lect. iiij.

ET dixit ad me: Fili hominis, oẽs sermones meos, quos loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi. Et vade, & ingredere ad transmigrationem, ad filios populi tui, & loqueris ad eos: Hæc dicit Dominus Deus, si fortè audiant, & quiescant.

DIE QVARTA.

De Lib. Ezechielis Proph. L.j.

Ca. 21 ĩ init. ET factus est sermo Dñi ad me, dicens: Fili hominis pone faciem tuam ad Ierusalẽ, & stilla ad sanctuaria, & propheta contra humum Israel: & dices terrę Israel: Hęc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te, & eijciam gladium meũ de vagina sua, & occidam in te iustum, & impium. Lectio ij.

PRo eo autem quod occidi in te iustum, & impiũ, idcircò egredietur gladius meus de vagina sua ad omnẽ carnẽ, ab Austro vsque ad Aquilonẽ: vt sciat omnis caro, quia ego Dñs eduxi gladiũ meũ de vagina sua irreuocabilem. L.iij.

ET tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum, & in amaritudinibus ingemisce coram eis: cùmq; dixerint ad te: Quare tu gemis? Dices: Pro auditu, quia venit, & tabescet omne cor, & dissoluentur vniuersæ manus, & infirmabitur omnis spiritus, & p cũcta genua fluẽt aquę: ecce venit, & fiet, ait Dñs Deus. L.iiij.

ET factus est sermo Dñi ad me dicens: Fili hominis, Propheta, & dices: Hæc dicit Dñs Deus. Loquere: Gladius gladius exacutus est, & limatus: vt cędat victimas, exacutus est: vt splendeat, limatus est: q moues sceptrũ filij mei, succidisti omne lignum. Et dedi eũ ad leuigãdum, vt teneatur manu: iste exacutus est gladius, & iste limatus est, vt sit in manu interficientis.

DIE QVINTA.

De Lib. Ezechielis Proph. L. j.

Ca. 33 init. ET factum est verbũ Dñi ad me dicens: Fili hominis loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra, cũ induxero super eam gladiũ,& tulerit populus terræ virũ vnũ de nouissimis suis,& cõstituerit eum super se speculatorẽ:& ille viderit gladium venientẽ super terram, & cecinerit buccina, & annũciauerit populo: audiens autem, quisquis ille est,sonitum buccinæ, & nõ se obseruauerit: veneritque gladius,& tulerit eum:sanguis ipsius super caput eius erit. L. ij.

SOnum buccinæ audiuit, & non se obseruauit: sanguis eius in ipso erit: si autẽ se custodierit, animam suam saluabit. Quòd si speculator viderit gladium venientem, & nõ insonuerit buccina, & populus se non custodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est: sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. Lectio iij.

ET tu fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel: audiens ergo ex ore meo sermonem annũciabis eis ex me. Si me dicente ad impiũ: Impie, morte morieris, nõ fueris locutus, vt se custodiat impius à via sua: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinẽ autẽ eius de manu tua requiram. Si autẽ annunciante te ad impium, vt à vijs suis conuertatur, non fuerit conuersus à via sua, ipse in iniquitate sua morietur, porrò tu animam tuam liberasti. Lect. iiij.

TV ergo fili hominis dic ad domum Israel: Sic locuti estis, dicentes: Iniquitates nostrę,& peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus: quomodo ergo viuere poterimus? Dic ad eos: Viuo ego, dicit Dñs Deus: nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat. Cõuertimini, conuertimini à vijs vestris pessimis: & quare moriemini domus Israel?

DIE SEXTA.

De Lib. Ezechielis Proph. L. j.

Ca. 34 I init. ET factũ est verbũ Dñi ad me dicens: Fili hominis propheta de pastoribus Israel, propheta, & dices pastoribus. Hæc dicit Dñs Deus: Vę pastorib' Israel, q pascebãt semetipsos: nõne greges à pastoribus pascũtur? Lac, comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassũ erat occidebatis: gregẽ autẽ meũ nõ pascebatis. L. ij.

QVod infirmũ fuit, nõ cõsolidastis: & quod ęgrotum, non sanastis: quod cõfractũ est, non alligastis: & quod abiectũ est, non reduxistis: & quod perierat, non quæsistis: sed cũ austeritate imperabatis eis,& cum potentia. Et dispersæ sunt oues meę, eò quòd nõ esset pastor; & factæ sunt in deuorationem omniũ bestiarũ agri, & dispersę sunt. L. iij.

ERrauerunt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerso colle excelso: & sup oẽm faciẽ terræ dispersi sunt greges mei, & nõ erat qui requireret: nõ erat, inquam, qui requireret. Propterea Pastores audite verbũ Domini. L. iiij.

HAec dicit Dñs De': Ecce ego ipse sup pastores requirã gregẽ meũ de manu eorũ: & cessare faciã eos, vt vltrà nõ pascãt gregẽ meũ, nec pascãt ãpli' pastores semetipsos: & liberabo gregẽ meũ de ore eorum, & non erit vltrà eis in escam: quia hęc dicit domin' Deus: Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas.

DIE SEPTIMA.

De Lib. Ezechielis Proph. L. j.

Ca. 37 post med. HAec dicit Dñs Deus: Ecce ego assumam filios Israel de medio nationum, ad quas abierunt, & congregabo eos vndiq;, & adducã eos ad humum suam. Et faciam eos in gentem vnã in terra in mõtibus Israel, & rex vnus erit oĩbus imperans. ij. Et nõ erũt vltrà duę gentes, nec diuidẽt amplius in duo regna: neque polluentur vltrà in idolis, & abominationibus suis,& cunctis iniquitatib' suis: & saluos eos faciam de vniuersis sedibus suis, in quibus peccauerũt,& emundabo eos. Lect. ij.

ET erũt mihi populus,& ego ero eis Deus: & seruus meus Dauid Rex sup eos,& pastor vnus erit omniũ eorũ. In iudicijs meis ambulabunt, & mãdata mea custodiẽt,& faciẽt ea. Et habitabũt sup terrã, q̃ dedi seruo meo Iacob, ĩ qua habitauerũt pr̃es vr̃i: & habitabũt sup eã ipsi,& filij eorũ vsq; in sempiternũ,& Dauid seru' meus princeps eorũ ĩ ppetuũ. Et pcutiã illis fœdus pacis, pactũ sempiternũ erit eis: & fundabo eos, & multiplicabo, & dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuũ.

SABBATHO

Ante Dñicam ij. Nouembris.

Ad Magn. Añа Aspice Dñe, quia facta est desolata ciuitas plena

plena diuitijs: ſedet in triſtitia domina gentiũ, nõ eſt qui cõſoletur eã, niſi tu Deus noſter

Si Nouember habuerit quinque Dñicas, ſecunda Dñica leguntur Lectiones de Ezechiele infra ſignatæ. Si verò iiij. tm̃ habuerit, ij. Dñica leget̃ liber Danielis poſitus in Dñica iij. & duabus ſequentibus Dñicis Prophetæ minores leguntur.

DOMINICA II. Nouembris.

De Lib. Ezechielis Proph. L. j.

Et factus eſt ſermo Dñi ad me dicens: Fili hoĩs pone fa. vt ſ. die iiij. & quæ poſt ipſas in alijs diebus poſitæ ſunt legunt̃ ſimiliter per hanc hebdomadam. Reſponſoria Dominicæ præteritæ dicũtur in omnibus Dñicis vſque ad Aduentum.

De Expoſitione S. Hieronymi Presb. ĩ Ezechielẽ Proph. L. v.

Ii. n.7 xpo õe. .21 ;c. QVia ſupra dixerat: Ipſi dicũt de me, Numquid nõ per parabolas loquit̃ iſte? & apertam populus flagitabat ſententiam: idcirco Dñs id quod p r metaphoram ſiue parabolã, & vt alij vertère, ꝓuerbiũ, eſt locutus, nunc manifeſtiùs loquitur: Saltus Nageb, & Daron, & Theman eſſe Ieruſalem, & tẽplũ illius Sancta Sanctorum, & omnẽ terrã Iudæ, flammãq;, quæ cõbuſtura ſit ſaltum intelligi gladiũ deuorantem, qui eductus eſt de vagina ſua, vt interficiat iuſtum, & impium. Lectio vj.

PRimùm dixerat: Vaticinare, vel ſtilla ad Auſtrum, Aphricum, & Meridiem, & ad ſaltum meridianum. Quod quia videbatur obſcurum, & dicta Prophetæ populus neſciebat, ſecundò ponitur manifeſtius, ſaltum meridianum eſſe Ieruſalẽ, & oẽs infructuoſas arbores, ad quarũ radices ſecuris poſita ſit, intelligi habitatores eius, gladiumq; interpretari pro incendio. L. vij.

TErtiò iubetur Prophetæ, vt tacentibus illis, & non interrogantibus cur iſta vaticinatus ſit, faciat per quæ interrogatur, & reſpõdeat, quæ Dominus locutus eſt. Ingemiſce, inqt, eiulare, nõ leui voce, nec dolore moderato, ſed in cõtritione lũborũ, vt gemitus tuus ex imis viſceribus, & amaritudine animi proferatur. L. viij.

ET hoc facies coram eis, vt cũ te interrogauerint, cur tanto gemitu cõteraris, & quid tibi mali acciderit, vt ſic ingemiſcas: tu eis meo ſermone reſpondeas: Idcircò plango, & dolo-

dolorem cordis mei diſſimulare nõ ualeo, quia audit⁹, qui ſemper meis auribus inſonuerat, opere completur, & venit imminens, uidelicet Babylonij furentis exercitus.

SABBATHO Ante Dominicã iij. Nouẽbris.

Ad Mag. Añа. Muro tuo inexpugnabili circumcinge nos Domine, & armis tuæ potentiæ protege nos ſemper.

DOMINICA III. Nouembris.

Incipit lib. Danielis ꝓph. L. j.

Cap. 1. Init. ANno tertio regni Ioacim Regis Iuda uenit Nabuchodonoſor Rex Babylonis in Ieruſalem, & obſedit eam: & tradidit Dñs in manu eius Ioacim Regẽ Iuda, & partem vaſorum domus Dei: & aſportauit ea in terra Sennaar in domum Dei ſui: & vaſa intulit in domum theſauri Dei ſui. Lectio ſecunda.

ET ait Rex Aſphenez præpoſito Eunuchorum, vt introduceret de filijs Iſrael, & de ſemine regio, & Tyrannorum pueros, in quibus nulla eſſet macula, decoros forma, & eruditos omni ſapientia, cautos ſcientia, & doctos diſciplina, & qui poſſent ſtare in palatio Regis: vt doceret eos literas, & linguam Chaldęorũ. L. iij.

ET conſtituit eis Rex annonã per ſingulos dies de cibis ſuis, & de vino, vnde bibebat ipſe: vt enutriti tribus annis, poſtea ſtarent in cõſpectu Regis. Fuerũt ergo inter eos de filijs Iudę Daniel, Ananias, Miſael, & Azarias. Et impoſuit eis ꝑpoſitus Eunuchorũ noĩa, Danieli Balthaſſar, Ananiæ Sidrach, Miſaeli Miſach, Azarię Abdenago. L. iiij.

PRopoſuit autẽ Daniel in corde ſuo, ne pollueretur de menſa Regis, neque de vino potus eius: & rogauit Eunuchorum præpoſitum, ne contaminaret̃. Dedit autẽ De⁹ Danieli grãm, & miſericordiã in cõſpectu Prĩcipis Eunuchorũ.

De ſermone S. Athanaſij Epi ad Virgines. Lectio v.

SI accedant aliqui, & dicant tibi, ne frequenter ieiunes, ne imbecillior fias: ne credas illis, neq; auſcultes: iſtos enim inimicus ſubornat. Reminiſcere ſanctã ſcripturã, quòd cũ tres pueri, & Daniel, & alij adoleſcẽtuli captiui ducti eſsẽt à Nabuchodonoſor Rege Babylonis, iuſſumq; eſſet, vt de ipſius mẽſa regia comederẽt, & de vino biberẽt, Danielem, Lõ ab I

& tres pueros illos noluisse pollui ex mensa illa. Lect. vj.

DIxerũt autẽ Eunucho, qui eos curandos susceperat: Da nobis de seminibus terrę, & vescemur. Quibus ait Eunuchus: Timeo ego Regem, qui cõstituit vobis cibũ, & potũ, ne fortè facies vestræ appareant Regi præ cæteris pueris, qui regia mẽsa aluntur, squallidiores, & puniat me. Lectio vij.

QVi dixerunt illi: Tẽta seruos tuos dies decẽ, & da nobis de seminibus. Et dedit eis legumina ad uescendũ, & aquã ad bibendũ, & introduxit eos ad Regem: & visæ sunt formæ ipsorum speciosiores pter cæteros pueros, qui regiæ mẽsæ cibis nutriebantur. L. viij.

VIdesne, quid faciat ieiunium? morbos sanat, destillationes exiccat, dęmones fugat, prauas cogitationes expellit, mentem clariorem reddit, cor mundũ efficit, corpus sanctificat, denique ad thronũ Dei hominem sistit.

FERIA SECVNDA.

De Libro Danielis Proph. L. j.

TV Rex videbas, & ecce quasi statua una grandis: statua illa magna, & statura sublimis stabat contra te; & intuitus eius erat terribilis. Huius statuæ caput ex auro optimo erat: pectus autem & brachia de argento: porrò vẽter & fęmora ex ęre: tibię aũt ferreę: & pedũ quędã pars erat ferrea, quędã autẽ fictilis. Lec. ij.

VIdebas ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuã in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & cõminuit eos. Tũc cõtrita sunt pariter ferrum, testa, ęs, argentum, & aurum, & redacta quasi in fauillam æstiuæ areæ, q rapta sunt vẽto, nullusq; locus inuentus est eis. Lec. iij.

LApis autẽ, qui percusserat statuã, factus est mõs magnus, & impleuit vniuersam terram. Hoc est somnium. Interpretationẽ quoq; eius dicemus corã te rex. iiij. Tu Rex Regum es: & Deus cęli regnũ, & fortitudinẽ, & imperium, & gloriam dedit tibi, & omnia, in quibus habitant filij hominum, & bestiæ agri.

FERIA TERTIA.

De Libro Danielis Proph. L. j.

PRonuncians Nabuchodonosor Rex ait eis. Verè ne Sidrach, Misach, & Abdenago Deos meos non colitis, & & statuam auream, quam cõstitui, non adoratis? Nunc ergo si estis parati, quacunque Cap. 3 post init.

hora

hora audieritis sonitum tubæ, fistulæ, citharæ, sambucæ, psalterij, & symphoniæ, omnisque generis musicorum, prosternite vos, & adorate statuã, quã feci: quòd si non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis: Et quis est Deus, qui eripiet vos de manu mea? Lectio secunda.

REspondẽtes Sidrach, Misach, & Abdenago, dixerunt Regi Nabuchodonosor: Non oportet nos de hac re respõdere tibi: Ecce enim Deus noster, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis: & de manibus tuis, ò Rex liberare: quòd si noluerit, notum sit tibi Rex, quia Deos tuos non colimus, & statuã auream, quam erexisti, non adoramus. Tunc Nabuchodonosor repletus est furore, & aspectus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach, & Abdenago, & præcepit vt succenderetur fornax septuplũ, quã succendi consueuerat. Lec. iij.

ET confestim viri illi vincti cũm brachijs suis, & tiaris, & calceamentis, & vestibus missi sunt in medium fornacis ignis ardentis, nam iussio regis vrgebat. Fornax autẽ succensa erat nimis: Porrò viros illos, qui miserãt Sidrach, Misach, & Abdenago, interfecit flamma ignis. iiij. Viri autem ij tres, idest, Sidrach, Misach, & Abdenago ceciderunt in medio camino ignis ardentis colligati: & ambulabant in medio flammæ, laudantes Deum, & benedicentes Domino.

FERIA QVARTA.

De Libro Danielis Prophetæ. Lectio prima.

REspondit Balthassar, & dixit: Domine mi somnium his, qui te oderunt, & interpretatio eius hostibus tuis sit. Arborem, quã vidisti sublimem, atque robustam, cuius altitudo pertingit ad cœlũ, & aspectus illius in omnem terram: & rami eius pulcherrimi, & fructus eius nimius, & esca omnium in ea, subter eã habitantes bestiæ agri, & in ramis eius cõmorantes aues cœli; tu es Rex, qui magnificatus es, & inualuisti: & magnitudo tua creuit, & peruenit vsq; ad cœlum, & potestas tua in terminos vniuersæ terræ. Lect. ij. Ca ant med

QVòd autem uidit Rex uigilem, & sanctum descendere de cœlo, & dicere: succidite arborem, & dissipate illã, attamen germen

radicum

radicum eius in terra dimittite,& uinciatur ferro, & ære: in herbis foris, & rore cœli conspergatur,& cum feris sit pabulum eius, donec septem tempora mutentur super eum. Hæc est interpretatio sententiæ Altissimi, quæ peruenit super Dominum meũ Regem. Eijcient te ab hominibus: & cum bestijs,ferisq; erit habitatio tua, & fęnum vt bos comedes,&rore cęli ĩfunderis. L.iij.

Septem quoq; tempora mutabuntur super te donec scias, quòd dominetur excelsus super regnum hominum, & cuicunque uoluerit det illud. Quòd autem præcepit,ut relinqueretur germen radicũ eius,id est, arboris: regnũ tuũ tibi manebit,postquàm cognoueris potestatem esse cœlestē. iiij. Quamobrem Rex cõsiliũ meum placeat tibi, & peccata tua eleęmosynis redime,& iniqtates tuas misericordiis pauperum: forsitan ignoscet delictis tuis. Omnia hæc uenerũt super Nabuchodonosor Regē.

FERIA QVINTA.

De lib. Danielis Prophetę. L.j.

[...]p. 5 [...]it. Balsasar Rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille: & vnusquisque secundùm suam bibebat ætatem. Præcepit ergo iàm temulentus,vt afferrent vasa aurea, & argentea, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo,quod fuit in Ierusalem: vt biberent in eis Rex, & optimates eius, vxoresq; eius, & concubinæ. Lectio ij.

Tunc allata sunt vasa aurea, quæ asportauerat de templo, quod fuerat in Ierusalem:& biberunt in eis Rex, & optimates eius, vxores,& concubinæ illius. Bibebant vinũ, & laudabāt Deos suos aureos, & argenteos,æreos, ferreos, ligneosq;,& lapideos. In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis scribētis contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ. L.iij.

Hæc est autem scriptura, quæ digesta est. MANE. THECEL. PHARES. Et hæc est interpretatio sermonis. MANE. numerauit De⁹ regnum tuum,& compleuit illud. THECEL. appensus es in statera, & inuẽtus es minus habens. PHARES. diuisum est regnum tuum,& datum est Medis & Persis. iiij. Tunc iubēte Rege indutus est Daniel purpura, & circundata est torques aurea collo eius: & prędicatum est de eo, quòd haberet

pote-

potestatem tertius in regno. Eadem nocte interfectus est Balsasar rex Chaldæus. Et Darius Medus successit in regnũ, annos natus sexaginta duos.

FERIA SEXTA.

De lib. Danielis Prophetę. L.j.

Cap. 6 longi⁹ ab initio. Tunc rex præcepit, & adduxerunt Danielem, & miserunt eum in lacum Leonum. Dixitque Rex Danieli: Deus tuus, quē colis semper, ipse liberabit te. Allatusq; est lapis vnus,& positus est super os laci: quem obsignauit Rex annulo suo,& annulo optimatũ suorũ ne quid fieret contra Danielē. Et abiit Rex in domũ suã, & dormiuit incęnatus,cibiq; nõ sunt allati corã eo, insup & sõn⁹ recessit ab eo. L.ij.

Tunc Rex primo diluculo cõsurgens, festinus ad lacum Leonũ perrexit, appropinquansq; lacui Danielē uoce lachrymabili inclamauit,& affatus est eum: Daniel serue Dei uiuentis,Deus tuus, cui tu seruis semp, putasne valuit liberare te a leonib⁹? Et Daniel Regi respondens ait:Rex in ęternum viue: Deus meus misit Angelum suum, & conclusit ora Leonum, & non nocuerunt mihi, quia coram eo iustitia inuenta est in me: sed & coram te Rex delictum non feci. Lectio iij.

Tunc vehementer Rex gauisus est super eo, & Danielem præcepit educi de lacu: eductusq; est Daniel de lacu, & nulla læsio inuenta est in eo, quia credidit Deo suo. iiij. Iubente autem Rege, adducti sunt viri illi, qui accusauerunt Danielem,& in lacum leonum missi sunt ipsi, & filii, & uxores eorum: & non peruenerunt vsque ad pauimentum laci, donec arriperent eos leones: & omnia ossa eorum comminuerunt.

SABBATHO.

De lib. Danielis Prophetę. L.j.

Cap. sub initi[o] Adhuc me loquēte in oratione: ecce uir Gabriel, quem uiderã in uisione a principio,citò uolans tetigit me in tempore sacrificii uespertini, & docuit me, & locutus est mihi,dixitq;:Daniel,nunc egressus sum,vt docerem te,& intelligeres. Ab exordio precum tuarũ egressus est sermo: ego autem ueni,ut indicarem tibi, quia uir desideriorum es: tu autem animaduerte sermonem & intellige uisionē. L.ij.

Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super vrbem

sanctam

ſanctam tuã, vt conſummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatũ, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur uiſio, & prophetia, & vngatur Sãctus Sanctorum. **Lectio tertia.**

SCito ergo, & animaduerte: Sab exitu ſermonis, vt iterũ ędificetur Ieruſalem vſque ad Chriſtum Ducem, hebdomades ſeptẽ, & hebdomades ſexaginta duæ erunt: & rurſum ędificabitur platea, & muri in anguſtia temporum. **iiij.** Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus: & nõ erit eius populus, qui eum negaturus eſt. Et ciuitatẽ, & ſanctuariũ diſſipabit populus cũ duce vẽturo: & finis eius, uaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio.

SABBATHO

Ante Dñicam iiij. Nouẽbris.

Ad Magn. Aña. Qui cœlorum cõtines thronũ, & abyſſos intueris Dñe Rex Regũ, montes ponderas, terram palmo concludis, exaudi nos Domine in gemitibus noſtris.

DOMINICA IIII.

Nouembris.

Incipit Liber Oſee Proph. L. j.

Cap. 1 init. VErbum Dñi, quod factũ eſt ad Oſee filiũ Beeri in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, Ezechiæ Regũ Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Iſrael. Principium loquendi Dñi in Oſee. Et dixit Dñs ad Oſee. Vade, ſume tibi uxorem fornicationũ, & fac filios fornicationũ: quia fornicãs fornicabit terra à Domino. **Lect. ij.**

ET abijt, & accepit Gomer filiam Debelaim: & cõcepit, & peperit ei filiũ. Et dixit Dñs ad eum: Voca nomẽ eius Iezrahel: qm̃ adhuc modicũ, & viſitabo ſanguinem Iezrahel ſuper domũ Iehu, & quieſcere faciam regnum domus Iſrael: & in illa die conteram arcum Iſrael in valle Iezrahel. **Lectio tertia.**

ET concepit adhuc, & peperit filiã. Et dixit ei: Voca nomen eius, Abſque miſericordia: quia non addã vltra miſereri domui Iſrael, ſed obliuione obliuiſcar eorũ. Et domui Iuda miſerebor, & ſaluabo eos ĩ dño Deo ſuo: & nõ ſaluabo eos in arcu, & gladio, & bello, & in equis, & in equitibus. Et ablactauit eam quæ erat abſq; miſericordia. **L. iiij.**

ET cõcepit, & peperit filiũ: Et dixit: Voca nomẽ eius, Non populus meus: quia uos nõ populus meus, & ego non

ero

ero veſter Deus. Et erit numerus filiorũ Iſrael quaſi arena maris, quæ ſine menſura eſt, & non numerabitur.

Ex libro S. Auguſtini Epiſcopi de Ciuitate Dei. Lectio v.

Ex lib. 18. c. 28 ĩ init. OSee Propheta quãtò profundiùs quidẽ loquitur, tantò operoſiùs penetrat͛. Sed aliquid inde ſumendũ eſt, & hic ex noſtra promiſſione ponẽdũ. Et erit, inqt, in loco quo dictũ eſt eis: Nõ popul⁹ meus vos, vocabunt͛ & ipſi filij Dei viui. Hoc teſtimoniũ ꝓpheticũ de vocatione populi gẽtiũ, qui priùs nõ ꝑtinebat ad Deũ etiã Apoſtoli ĩtellexerũt. **L. vj.**

ET quia ipſe quoq; populus gẽtium ſpiritaliter eſt in filijs Abrahæ, ac ꝑ hoc rectè dicitur Iſrael, propterea ſequitur, & dicit: Et congregabũtur filij Iuda, & filij Iſrael in idipſum, & ponent ſibimet principatum vnum, & aſcendent à terra. Hoc ſi adhuc velimus exponere, eloquij prophetici obtundetur ſapor. **Lectio vij.**

REcolatur tamẽ lapis ille angularis, & duo illi parietes, vnus ex Iudæis, alter ex Gentibus: ille nomine filiorũ Iuda: iſte nomine filiorũ Iſrael, eidẽ vni principatui ſuo in idipſum innitentes, & aſcẽdẽtes agno ſcant͛ ĩ terra. **L. viij.**

IStos autẽ carnales Iſraelitas, qui nunc nolũt credere in Chriſtũ, poſtea credituros, ideſt, filios eorum (nam vtiq; iſti in ſuum locum moriendo tranſibunt) idẽ Propheta teſtatur dicẽs: Qm̃ dieb⁹ multis ſedebũt filij Iſrael ſine Rege, ſine Prĩcipe, ſine ſacrificio, ſine altari, ſine ſacerdotio, ſine manifeſtationibus. Quis non videat, nũc ſine iſtis eſſe Iudęos?

FERIA SECVNDA.

De Oſee Propheta. Lectio j.

AVdite verbum Dñi filij Iſrael, quia iudiciũ Domino cũ habitatoribus terræ: non eſt enim veritas, & nõ eſt miſericordia, & nõ eſt ſcientia Dei in terra. Maledictũ, & mẽdaciũ, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit. Propterhoc lugebit terra, & infirmabit͛ omnis, qui habitat in ea, in beſtia agri, & ĩ volucre cœli: ſed & piſces maris congrebabuntur. **Lect. ij.** Cap. 4 ĩ init.

VErumtamen vnuſquiſq; non iudicet, & nõ arguatur vir: populus enim tuus ſicut hi, qui contradicũt Sacerdoti. Et corrues hodie, & corruet etiã Propheta tecũ: nocte tacere feci mr̃em tuã. Cõticuit

populus

populus meus eò quòd nõ ha buerit ſcientiam: quia tu ſcien tiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi: & oblita es legis Dei tui, & obliuiſcar filiorum tuorum, & ego. Lectio tertia.

SEcundùm multitudinem eorum ſic peccauerũt mihi: gloriam eorum in ignominiam commutabo. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animas eorum. iiij. Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos: & uiſitabo ſuper eum uias eius, & cogitationes eius reddam ei. Et comedent, & non ſaturabuntur: fornicati ſunt, & non ceſſauerunt: quoniam Dominum dereliquerunt in non cuſtodiendo.

FERIA TERTIA

Incipit Ioel Propheta. Lect. j.

Cap. 1. init. VErbum Domini, quod factum eſt ad Ioel filium Phathuel. Audite hæc ſenes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: ſi factũ eſt iſtud in diebus veſtris, aut in diebus patrum veſtrorum? Super hoc filiis ueſtris narrate, & filii ueſtri filiis ſuis, & filii eorum generationi alteræ. Reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduum locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo. Lectio ij.

EXpergiſcimini ebrii, & flete, & vlulate omnes, q bibitis vinum in dulcedine: quoniam periit ab ore veſtro. Gens enim aſcendit ſuper terram meam, fortis & innumerabilis: dentes eius, vt dentes leonis: & molares eius, vt catuli leonis. Poſuit vineam meam in deſertum, & ficum meã decorticauit: nudans ſpoliauit eam, & proiecit: albi facti ſunt rami eius. L. iij.

PLange quaſi virgo accincta ſacco ſuper virum pubertatis ſuę. Periit ſacrificium, & libatio de domo Domini: luxerunt Sacerdotes miniſtri Domini. Depopulata eſt regio: luxit humus: qm̃ deuaſtatum eſt triticum, confuſum eſt vinũ, elanguit oleũ. iiij. Confuſi ſunt agricolæ, vlulauerunt uinitores ſuper frumento, & hordeo, qa periit meſſis agri. Vinea confuſa eſt, & ficus elanguit: malogranatũ, & palma, & malum, & omnia ligna agri aruerunt: quia confuſum eſt gaudium à filiis hominum.

FERIA QVARTA.

De Ioele Propheta. Lectio j.

IN diebus illis, & in tempore illo, cùm conuertero captiuitatem Iuda & Ieruſalem, Cap. 3. ĩ init. congregabo omnes gentes, & deducã eas in vallẽ Ioſaphat: & diſceptabo cum eis ibi ſuper populo meo, & hæreditate mea Iſrael, quos diſperſerunt in nationibus, & terrã meam diuiſerunt. Et ſuper populum meum miſerunt ſortem: & poſuerunt puerum in proſtibulo, & puellam vendiderunt pro vino, vt biberent. Lect. ij.

VErùm quid mihi & vobis Tyrus & Sidon, & omnis terminus Palæſthinorum? nũquid ultionẽ uos reddetis mihi? Et ſi vlciſcimini vos contra me, citò uelociter reddam viciſſitudinẽ vobis ſuper caput veſtrũ. Argentum enim meũ, & aurum tuliſtis: & deſiderabilia mea, & pulcherrima intuliſtis in delubra ueſtra. Et filios Iuda, & filios Ieruſalẽ uẽdidiſtis filiis Græcorũ, ut lõgè faceretis eos de finib⁹ ſuis. L. iij.

ECce ego ſuſcitabo eos de loco, in quo vendidiſtis eos: & conuertam retributionem veſtram in caput veſtrũ. Et vendam filios ueſtros, & filias ueſtras in manibus filiorum Iuda, & venũdabunt eos Sabęis, genti longinquæ, quia Dominus locutus eſt. iiij. Clamate hoc in gentibus, ſanctificate bellũ, ſuſcitate robuſtos: accedant, aſcendant omnes viri bellatores. Concidite aratra ueſtra in gladios, & ligones ueſtros in lanceas.

FERIA QVINTA.

Incipit Amos Propheta. L. j.

VErba Amos, qui fuit in paſtoralibus Thecuę: quę Cap. 1 ĩ init. vidit ſuper Iſrael in diebus Ozię regis Iuda, & in diebus Ieroboam filii Ioas regis Iſrael, ante duos annos terręmotus. Et dixit: Dominus de Sion rugiet, & de Ieruſalem dabit uocem ſuam: & luxerunt ſpecioſa paſtorũ, & exiccatus eſt vertex Carmeli. Lect. ij.

HÆc dicit Dominus: Sup tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non conuertam eum: eò quòd trituauerint in plauſtris ferreis Galaadį. Et mittam ignem in domum Azael, & deuorabit domus Benadad. Et conteram vectem Damaſci: & diſperdam habitatorem de campo Idoli, & tenentem ſceptrum de domo uoluptatis: & transferetur populus Syrię Cyrenen, dicit Dominus. Lectio iij.

HÆc dicit Dominus: Sup tribus ſceleribus Gazæ, & ſuper quatuor non conuertam eum: eò quòd tranſtulerit

rit captiuitatem perfectã, vt concluderẽt eam in Idumæa. Et mittã ignẽ in murũ Gazæ, & deuorabit ædes eius. Et disperdã habitatorẽ de Azoto, & tenentẽ sceptrum de Ascalone: & cõuertã manum meã sup Accarõ, & peribũt reliqæ Philisthinorũ, dicit Dñs De⁹.

FERIA SEXTA.

Incipit Abdias Propheta. L.j.

Cap. 1. in ini. VIsio Abdiæ. Hæc dicit Dñs ad Edom. Auditum audiuimus à Dño, & legatum ad gentes misit: Surgite, & consurgamus aduersus eũ in prælium. Ecce paruulũ dedi te in gentibus: contemptibilis tu es valdè. ij. Superbia cordis tui extulit te habitantẽ in scissuris petrarũ exaltantem solium tuum, qui dicis in corde tuo. Quis detrahet me in terrã? Si exaltatus fueris vt Aquila, & si ĩter sydera posueris nidũ tuũ, inde detrahã te dicit Dñs. L.ij.

SI fures introissent ad te, si latrones p̃ noctẽ, quo modo cõticuisses? nõne furati essent sufficiẽtia sibi? Si vindemiatores introissent ad te, nũquid saltẽ racemũ reliquissent tibi? Quo modo scrutati sunt Esau, inuestigauerunt abscondita eius? Vsque ad terminum emiserunt te oẽs viri fœderis tui; illuserunt tibi: inualuerũt aduersum te viri pacis tuæ: qui comedunt tecum, ponent insidias subter te: non est prudentia in eo. Lectio tertia.

NVmquid nõ in die illa, dicit Dñs, perdã sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Esau? Et timebũt fortes tui à meridie, vt intereat vir de monte Esau. Propter interfectionẽ, & propter iniquitatẽ in fratrẽ tuum Iacob, operiet te confusio, & peribis in æternum. In die cũ stares aduersus eum, qñ capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & super Ierusalem mittebant sortẽ: tu quoq; eras quasi vnus ex eis.

SABBATHO.

Incipit Ionas Propheta. Lec.j. Cap. 1. in ini.

ET factum est verbũ Dñi ad Ionam filiũ Amathi, dicens: Surge, & vade in Niniuen ciuitatẽ grãdẽ, & prædica in ea: quia ascẽdit malitia eius cor me. Et surrexit Ionas vt fugeret in Tharsis à facie Dñi, & descendit in Ioppen, & inuenit nauẽ eũtẽ ĩ Tharsis: & dedit naulũ eius, & descẽdit in eam, vt iret cũ eis in Tharsis à facie Domini. Lectio ij.

DOminus autẽ misit ventum magnũ in mare: & facta

facta est tempestas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri. Et timuerũt nautæ, & clamauerunt viri ad Deũ suũ: & miserunt uasa, quæ erant in naui, in mare, vt alleuiaretur ab eis: & Ionas descẽdit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui. Lectio tertia.

ET accessit ad eum Gubernator, & dixit ei: Quid tu sopore deprimeris? Surge, inuoca Deum tuũ, si fortè recogitet Deus de nobis, & non peream⁹. Et dixit uir ad collegam suũ: Venite & mittam⁹ sortes, & sciam⁹ quare hoc malũ sit nobis. Et miserũt sortes: & cecidit sors super Ionã.

SABBATHO

Ante Dñicam v. Nouembris.

Ad Magn. Aña. Super muros tuos Ierusalem constitui custodes: tota die, & nocte nõ tacebunt laudare nomẽ Domini.

DOMINICA V.

Nouembris.

Incipit Michęas Propheta. L.j.

Cap. 1 ĩ init. VErbum Dñi, quod factum est ad Michæã Morasthitẽ in diebus Ioathã, Achaz, & Ezechię regũ Iuda: quod vidit super Samariã, & Ierusalẽ. Audite populi oẽs: & attẽdat terra, & plenitudo ei⁹: & sit Dñs Deus vobis in testẽ, Dñs de tẽplo sancto suo. L.ij.

QVia ecce Dñs egredietur de loco suo: & descẽdet, & calcabit super excelsa terrę. Et consumentur montes subtus eum: & ualles scindentur sicut cera à facie ignis, sicut aquæ, q̃ decurrũt in p̃ceps. In scelere Iacob oẽ istud, & in peccatis domus Israel. L.iij.

QVod scelus Iacob? nõne Samaria? & quæ excelsa Iudæ? nõne Ierusalẽ? & ponam Samariã quasi aceruum lapidum in agro, cũ plãtat' vinea: & detrahã in vallem lapides eius, & fundamẽta ei⁹ reuelabo. Et oĩa sculptilia eius cõcident', & oẽs mercedes eius cõburent' igne, & oĩa idola ei⁹ ponam in perditionẽ. L.iiij.

QVia de mercedibus meretricis cõgregata sunt, & vsq; ad mercedẽ meretricis reuertentur. Super hoc plangã, & vlulabo: vadã spoliatus, & nudus: faciam planctũ velut draconũ, & luctũ quasi struthionũ: Quia desperata est plaga eius quia venit vsq; ad Iudam, & tetigit portã populi mei vsque ad Ierusalem.

Sermo S. Iohãnis Chryso. L.v.

VNusquisque in suã ipse conscientiã descendẽs, Ex mi.
pecca-

pist. Ro- a- os in it. Iora. inf.

peccatis suis diligenter expensis exactam vitæ anteactæ rationem sibi reposcat: vt ne tũ ipsi damnemur, cũ orbis vniuersi iudicium fiet. Nam illud quidem iudicium terrificum, horrendum tribunal, timoris plenæ eiusdem quæstiones, ac disquisitiones. Lectio sexta.

IGneum flumẽ rapitur, frater nõ redimit, redimet homo? Eorũ enim te meminisse velim, quæ in Euangelio dicuntur, Angelorum circũcursantium, conclauis clausi, lampadarum extinctarũ, potestatũ in fornaces trahentiũ. L. vij.

ET præterea illud perpẽdito: Si nostrũ cuiusquã occultum crimẽ aliquod hoc ipso die in mediũ delatũ, huic modò confessui innotesceret: nonne fieret, ut ille interire, ac terrã sibi potiùs dehiscere, quàm tàm multos peccati sui testes habere mallet? L. viij.

QVid igitur tum nobis fiet miseris, cũ omnia orbi vniuerso palàm facta, in tàm aperto, tàmq; illustri theatro denudata, hominum nobis partim cognitorũ, partim incognitorũ oculis subijcientur? Enimuerò, proh dolor, vnde nam ipse territate uos cogor? Nempè ab hominũ opinione, cùm id facere cõueniẽtius fuerit à Dei terrore, & sua ipsius condemnatione.

FERIA SECVNDA.

Incipit Naum Propheta. L. j.

Cap. I i init. ONus Niniue. Liber uisionis Naũ Elcesęi: Deus ęmulator, & ulciscens Dñs, & habens furorem, ulciscẽs Dñs in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. Dñs patiens, & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentem. Dñs in tempestate, & turbine uiæ eius, & nebulæ puluis pedum eius, increpans mare, & exiccans illud: & omnia flumina ad desertum deducẽs. L. ij.

INfirmatus est Basan, & Carmelus: & flos Libani elanguit. Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt: & contremuit terra à facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo. Ante faciẽ indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius? indignatio ei⁹ effusa est vt ignis: & petrę dissolutę sũt ab eo. L. iij.

BOnus Dominus, & confortãs in die tribulationis, & sciẽs sperãtes in se: & in diluuio prætereũte consummationẽ faciet loci eius: & inimicos eius persequent tenebræ. Quid cogitatis contra Dñm? consummationem ipse faciet: non consurget duplex tribulatio. iiij. Quia sicut spinæ se inuicẽ cõplectunt: sic cõuiuiũ eorũ pariter potãtiũ, ꝯsument quasi stipula ariditate plena.

FERIA TERTIA.

Incipit Habacuc Proph. L. j.

Cap. I i init. ONus, quod uidit Habacuc Propheta. Vsquequò Domine clamabo, & nõ exaudies? uociferabor ad te uim patiens, & non saluabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem, & laborem, uidere prædam & iniustitiam contra me? Quare respicis contemptores, & taces, conculcante impio iustiorem se? Lectio secunda.

ET facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habẽtia ducem? Et factum est iudicium, & cõtradictio potentior? Propter hoc lacerata est lex, & non peruenit usque ad finem iudiciũ: quia impius præualet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. Lectio iij.

ASpicite in Gẽtibus, & uidete, & admiramini, & obstupescite: quia opus factũ est in diebus uestris, quod nemo credet cũ narrabitur. iiij. Quia ecce, ego suscitabo Chaldęos, gentem amaram, & uelocem, ambulantem super latitudinem terræ, ut possideat tabernacula non sua. Horribilis, & teribilis est: ex semetipsa iudicium, & onus eius egredietur.

FERIA QVARTA.

Incipit Sophonias Proph. L. j.

VErbum Dñi, quod factũ est ad Sophoniam, filium Chusi, filij Godoliæ, filij Amarię, filij Ezechię, in dieb⁹ Iosię filij Ammon Regis Iudæ. Cõgregans congregabo omnia à facie terrę, dicit Dominus: cõgregans hominem, & pecus, congregans uolatilia cœli, & pisces maris: & ruinæ impiorum erunt: & disperdam homines à facie terræ, dicit Dominus. Cap. I i init. Lectio secunda.

ET extendam manũ meã super Iudam, & super oẽs habitantes Ierusalẽ: Et disperdã de loco hoc reliquias Baal, & nomina ędituorum cũ Sacerdotibus: & eos, qui adorant super tecta militiam cœli, & adorãt, & iurant in Domino, & iurant in Melchom: & qui auertuntur de post tergũ Dñi, & qui non quæsierunt Dñm, nec inuestigauerunt eũ. L. iij.

SIlete à facie Dñi Dei: quia iuxtà est dies Dñi, quia prępurauit Dñs hostiã, sanctificauit

nit vocatos ſuos. iiij. Et erit in die hoſtiæ Domini, uiſitabo ſuper Principes,& ſuper filios Regis,& ſuper omnes, qui induti ſunt ueſte peregrina: & uiſitabo ſuper omnem,qui arroganter ingreditur ſuper limen in die illa, qui complent domum Domini Dei ſui iniquitate, & dolo.

FERIA QVINTA.

Incipit Aggæus Propheta. L. j.

Cap. 1. inìt. IN anno ſecundo Darij Regis, in menſe ſexto, in die una menſis, factum eſt uerbũ Domini in manu Aggæi Prophetę ad Zorobabel filiũ Salathiel Ducẽ Iuda, & ad Ieſum filium Ioſedec Sacerdotẽ magnũ,dicens: Hæc ait Dñs exercituũ, dicens: Populus iſte dicit:Nondũ uenit tẽpus domus Domini ædificandæ. Lect. ij.

ET factum eſt uerbũ Domini ĩ manu Aggæi Prophetæ dicens:Numquid tẽpus vobis eſt,vt habitetis in domibus laqueatis,& domus iſta deſerta? Et nunc hæc dicit Dñs exercituum: Ponite corda ũra ſuper vias ueſtras. Seminaſtis multum, & intuliſtis parum: comediſtis & non eſtis ſatiati: bibiſtis,& non eſtis inebriati: operuiſtis uos,& non eſtis calefacti: & qui mercedes congregauit, miſit eas in ſacculum pertuſum. Lectio tertia.

HAec dicit Dñs exercituũ: Ponite corda veſtra ſup uias ueſtras, aſcendite in mõtem,portate ligna, & ædificate domũ: & acceptabilis mihi erit, & glorificabor dicit Dñs.

Reſpexiſtis ad amplius, & ecce factũ eſt minus:& intuliſtis ĩ domũ,& exufflaui illud: quã ob cauſam dicit Dñs exercituum? quia domus mea deſerta eſt,& vos feſtinaſtis unuſquiſque in domum ſuam.

FERIA SEXTA.

Incipit Zacharias Proph. L. j.

Cap. 1. ĩ init. IN menſe octauo, in anno ſecundo Darij,factũ eſt verbum Dñi ad Zachariam filiũ Barachiæ, filij Addo Prophetam,dicens: Iratus eſt Dñs ſuper patres veſtros iracundia. Et dices ad eos: Hęc dicit Dñs exercituum: Conuertimini ad me,ait Dñs exercituum: & cõuertar ad vos, dicit Dñs exercituum. Ne ſitis ſicut patres veſtri, ad quos clamabat Prophetæ priores, dicentes: Hæc dicit Dominus exercituum: Conuertimini de vijs ueſtris malis,& de cogitationibus veſtris peſſimis: & non audierunt, neque attenderunt ad me, dicit Dominus. Lect. ij.

Patres

PAtres veſtri vbi ſunt?& Prophetę numquid in ſempiternũ viuent? Verũtamẽ verba mea,& legitima mea,quę mãdaui ſeruis meis prophetis,nũquid nõ cõprehenderũt pres veſtros?& conuerſi ſunt, & dixerũt,ſicut cogitauit Dñs exercituũ facere nobis ſecũdũ vias noſtras, & ſecũdũ adinuẽtiones noſtras fecit nobis. Lec. iij.

IN die viceſima & quarta vndecimi menſis ſabbathi in anno ſecundo Darij, factũ eſt verbũ Dñi ad Zachariam filiũ Barachiæ, filij Addo Prophetã dicens: Vidi per noctẽ, & ecce vir aſcẽdẽs ſuper equũ rufũ, & ipſe ſtabat inter myrteta,quæ erant in profundo: & poſt eum equi rufi,& albi. iiij. Et dixi:Quid sũt iſti,Dñe mi? Et dixit ad me Angelus,qui loquebatur in me: Ego oſtendã tibi,qd ſint hæc. Et rñdit vir, qui ſtabat inter myrteta, & dixit:Iſti ſunt, quos miſit Dñs, vt perambulent terram.

SABBATHO.

Incipit Malachias Proph. L. j.

Cap. 1. ĩ init. ONus verbi Dñi ad Iſrael ĩ manu Malachię ꝓphetę. Dilexi vos,dicit Dñs,& dixiſtis:In quo dilexiſti nos?Nõne fr erat Eſau Iacob, dicit Dñs, & dilexi Iacob,Eſau autẽ odio habui? Et poſui Seir montes eius ĩ ſolitudinẽ,& hęreditatẽ eius in dracones deſerti. L. ij.

QVòd ſi dixerit Idumęa: Deſtructi ſumus,ſed reuertentes, ædificabimus, quæ deſtructa ſunt: hæc dicit Dñs exercituũ:Iſti ædificabunt, & ego deſtruã: & vocabunt termini impietatis,& popul⁹, cui iratus eſt Dñs vſq; in æternũ. Et oculi veſtri videbũt, & uos dicetis: Magnificetur Dñs ſuper terminum Iſrael. Lect. iij.

FIlius honorat patrẽ, & ſeruus Dominum ſuũ.Si ergo Pater ego ſum, vbi eſt honor meus?& ſi Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus, dicit Dominus exercituũ?Ad vos,ò Sacerdotes, qui deſpicitis nomẽ meũ,& dixiſtis:In quo deſpeximus nomen tuum? iiij. Offertis ſuper altare meũ panem pollutum; & dicitis: In quo polluimus te?In eo, quod dicitis: Menſa Domini deſpecta eſt, ſi offeratis cœcum ad immolandum,nonne malum eſt?& ſi offeratis claudum, & languidum, nonne malũ eſt? offer illud duci tuo, ſi placuerit ei, aut ſuſceperit faciẽ tuã, dicit Dominus exercituum.

HO-

HOMILIAE
IN DOMINICIS.

Per ordinem dispositæ à Tertia post Pentecosten, vsque ad Aduentum.

DOMINICA III. Post Pentecosten Oratio.

PRotector in te sperantium Deus, sine quo nihil est ualidũ, nihil sanctũ, multiplica super nos misericordiam tuam: vt te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, vt nõ amittamus æterna. Per Dominum.

Lectio sancti Euangelij secũdùm Lucam. Lectio ix.

a. 15 IN illo tempore: Erant appropinquãtes ad Iesum publicani, & peccatores, vt audirent illum. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ.

x ho li. 34. ib it. AVdistis in lectione Euãgelica, fratres mei, quia peccatores, & publicani accesserunt ad Redemptorem nostrum: & non solùm ad colloquendum, sed etiam ad cõuescendum recepti sunt: quod videntes Pharisæi dedignati sunt. Ex qua re colligitur, quia vera iustitia compassionem habet, falsa uerò dedignationem. Lectio decima.

QVãuis & iusti soleant rectè peccatorib' dedignari. Sed aliud est, quod agitur typo superbiæ, aliud quod zelo disciplinæ. Dedignãtur etenim, sed non dedignantes desperant: non desperantes persecutionem commouent, sed amantes: quia & si foris increpationẽ per disciplinã exaggerãt, intus tamen dulcedinẽ per charitatem seruant. L.xj.

PRæponunt sibi in animo ipsos plerumq; quos corrigunt: meliores æstimant eos quoque quos iudicant. Quod uidelicet agentes, & per disciplinam subditos, & per humilitatem custodiũt semetipsos. At contra ij, qui de falsa iustitia superbire solent, cæteros quosque despiciunt, nulla infirmantibus misericordia cõdescendunt: & quò se peccatores esse non credunt, eò deterius peccatores fiunt. L.xij.

DE quorum profectò numero Pharisęi extiterũt, qui diiudicantes Dominum, quòd peccatores susciperet, arenti corde ipsum fontẽ misericordię reprehendebãt. Sed quia ęgri erant, ita vt se ęgros esse nescirent, quatenus quod erant agnoscerent, cęlestis eos medicus blandis fomentis curat, benignũ paradigma obijcit, & in eorum corde uulneris tumorem pręmit.

Sequẽtia S. Euang. ẽm Lucã.

Ca. 15 ĩ init. IN illo tẽpore: Erant appropinquãtes ad Iesum publicani, & peccatores, vt audirent illum. Et murmurabant Pharisęi, & Scribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istã. Quis ex vobis homo, qui habet centũ oues, & si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat illam? Et cùm inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, & veniens domum, conuocat amicos, & vicinos, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni ouẽ, quam perdideram: Dico autẽ vobis, quòd ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pęnitentia. Aut quæ mulier habẽs drachmas decem, & si perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, & euertit domum, & quærit diligenter, donec inueniat? Et cùm inuenerit, cõuocat amicas, & vicinas, dicens: Cõgratulamini mihi, quia inueni drachmam, quã perdideram. Ita dico uobis, gaudium erit in cœlo coram Angelis Dei super vno peccatore pęnitentiã agẽte. ℟. Am̃.

Ad Benedictus, Antiphona.

Quis ex vobis homo, qui habet centum oues? & si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & uadit ad illam, quæ pierat, donec inueniat eã? hal.

Ad Magnificat, Antiphona.

Quæ mulier habẽs drachmas decem, & si perdiderit drachmã vnã, nõne accẽdit lucernã, & euertit domum, & quęrit diligenter, donec inueniat?

DOMINICA IIII. Post Pentecosten. Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine, ut & mũdi cursus paci-

pacificè nobis tuo ordine dirigatur, & Ecclesia tua tranquilla deuotione lætetur. Per Dñm.

Lctô S. Euang. ſm Lucã. L. ix.

Cap. 5 IN illo tempore: Cùm turbæ irruerent in Ieſum, ut audirent verbum Dei, & ipſe ſtabat ſec⁹ ſtagnũ Geneſareth. Et rel.

Homilia S. Ambroſij Epi.

Ex li. 4 cõm. i Lucã. VBi Dominus multis impertiuit varia genera ſanitatum, nec tẽpore, nec loco cœpit à ſtudio ſanandi turba cohiberi. Veſper incubuit, populi ſequebantur: ſtagnũ occurrit, turbæ vrgebant: & ideò aſcendit in Petri nauim. Hæc eſt illa nauis, quæ ſecundùm Matthęum adhuc fluctuat, ſecundùm Lucam repletur piſcibus, vt & principia Eccleſiæ fluctuãtis, & poſteriora exhuberantis agnoſcas. Lectio x.

PIſces enim ſunt, qui hanc enauigant vitã. Ibi adhuc diſcipulis Chriſtus dormit, hic præcipit. Dormit enim tepidis, vigilat perfectis. Sed quẽadmodũ dormiat Chrs, audiſti dicentẽ in Propheta: Ego dormio, & cor meũ vigilat. L. xj.

ET ſanctus Matthæus rectè nõ prætermittendum putauit æternæ indicium poteſtatis ubi imperat ventis. Nõ eſt enim humana doctrina, ſicut audiſti Iudæos dicere: Verbo imperat ſpiritibus: ſed cęleſtis Maieſtatis inſigne. L. xij.

QVia turbatum ſedatur mare, & diuinæ uocis imperio obſequuntur elementa, atque inſenſibilia ſenſum accipiunt obſequendi, Diuinę myſterium gratiæ reuelatur. Quia fluctus miteſcunt ſeculi, uerbo immundus ſpiritus conquieſcit: non alterutrum altero refellitur, ſed utrũque celebratur. Habes miraculũ in elementis: habes documentum in myſteriis.

Sequentia S. Euang. ſm Lucã.



Cap. 5 i init. N illo tempore: Cũ turbę irruerent in Ieſum, ut audirent verbũ Dei, & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Geneſareth: & uidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnũ. Piſcatores autem deſcenderant, & lauabant retia. Aſcendens autem in vnã nauim, quæ erat Simonis, rogauit, vt à terra reduceret puſillum. Et ſedens docebat de nauicula turbas. Vt ceſſauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam. Et reſpõdens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo

verbo autem tuo laxabo rete: & cùm hoc feciſſet, cõcluſerũt piſcium multitudinem copioſam: rũpebatur autem rete eorum. Et annuerunt ſocijs, qui erant in alia naui, ut uenirent, & adiuuarent eos. Et uenerũt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita ut penè mergerentur. Quod cùm vidiſſet Simon Petrus, procidit ad genua Ieſu, dicens: Exi à me, quia homo peccator ſum Dñe: ſtupor enim circundederat eũ, & omnes qui cùm illo erãt, in captura piſcium quam ceperãt. Similiter autẽ Iacobũ & Iohannem filios Zebedęi, qui erant ſocij Simonis. Et ait ad Simonẽ Ieſus: Noli timere: Ex hoc iã hoĩes eris capiẽs. Et ſubductis ad terram nauibus, relictis omnibus ſecuti ſunt eum.

Ad Benedictus, Antiphona. Aſcendens Ieſus in nauim, & ſedens, docebat turbas. halleP.

Ad Magn. Aña. Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus, in uerbo autem tuo laxabo rete.

DOMINICA V. Poſt Pentecoſten. Oratio.

DEus, qui diligẽtibus te bona inuiſibilia preparaſti, infunde cordib⁹ noſtris tui amoris affectũ: vt te in omnibus & ſuper omnia diligẽtes, promiſſiones tuas, quæ omne deſiderium ſuperant, conſẽquamur. Per Dominum.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Matthæum. Lectio ix.

Cap. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Amen dico vobis: Niſi abũdauerit iuſtitia ueſtra pluſquàm Scribarũ, & Phariſæorum, nõ intrabitis in regnum cœlorum. Et reliqua.

Homilia S. Auguſtini Epi.

Ex li. de ſ. Dñi mõt. Ca. i inu. IVſtitia Phariſęorum eſt, vt non occidant: Iuſtitia eorũ, qui intraturi ſunt in regnum Dei, vt non iraſcantur ſine cauſa. Minimum eſt ergo non occidere: & qui illud ſoluerit, minimus uocabitur in regno cœlorũ: q autẽ illud impleuerit, ut non occidat, non continuò magnus erit & idoneus regno cœlorũ, ſed tamẽ aſcendit aliquem gradũ: perficietur aũt, ſi non iraſcatur ſine cauſa: quod ſi perfecerit, multò remotior erit ab homicidio. Lectio x.

Ca. i m. QVapropter qui docet, ut nõ iraſcamur, non ſoluit legem, ne occidamus, ſed implet potius, ut & foris, dũ non occidimus, & in corde, dum non iraſcimur, innocentiam cuſtodiamus. Lectio xj.

GRadus itaq; sunt in istis peccatis: vt primò quisq; irascatur,& eum motum retineat corde conceptum: iam si extorserit vocem indignantis ipsa commotio, nõ significantem aliquid, sed illum animi motum ipsa eruptione testantẽ,qua feriatur ille, cui irascit: plus est vtique,quàm si surgẽs ira silentio premeretur. L. xij.

SIn verò non solùm uox indignantis audiatur, sed ẽt uerbum, quo iam certam eius uituperationem, in quẽ profertur,designet, & notet: quis dubitet amplius hoc esse, q̃ si solus indignationis son⁹ ederetur? Itaque in primo unum est,id est,ira sola. In secundo duo,& ira & uox, quæ iram significat. In tertio tria, ira,uox q̃ irã significat, & in uoce ipsa certę vituperationis expressio.

Sequentia S. Euangelii secundùm Matthæum.

Cap. 5 med. IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Amen dico uobis: Nisi abundauerit iustitia vestra, plusquàm Scribarũ, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Audistis quia dictum est Antiquis: Non occides: qui autem occiderit,reus erit iudicio: Ego autem dico uobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, re⁹ erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo,Racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit,Fatue, reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te,relinque ibi munus tuum ante altare, & uade prius recõciliari fratri tuo: & tũc veniẽs,offeres munus tuũ.

Ad Benedictus, Antiphona.

Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides: qui autẽ occiderit, reus erit iudicio.

Ad Magnif. Aña. Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris, q̃a frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque ibi mun⁹ tuũ ante altare, & uade prius ręconciliari fratri tuo: & tunc ueniens offeres munus tuum. halleluia.

DOMINICA VI. Post Pentecosten. Oratio.

DEus virtutum,cuius est totum,quod est optimum: insere pectoribus nostris amorem tui nominis, & præsta in nobis religionis augmentum: vt quæ sunt bona nutrias,ac pietatis studio, quæ sunt nutrita custodias.Per Dominum nostrum.

Lectio

Lectio sancti Euangelij secundùm Marcum. Lect. nona.

Cap. 8 IN illo tempore: Cùm turba multa esset cũ Iesu, nec haberent quod manducarẽt, conuocatis discipulis,ait illis: Misereor super turbam,quia ecce iã triduò sustinent me, nec habent quod manducent. Et rel.

Homilia S. Ambrosij Epi.

Ex li. 6 cõ. in Lucã. POsteaquam illa,quę Ecclesiæ typum accepit, à fluxu curata est sanguinis, posteaquàm Apostoli ad euãgelizandum regnum Dei sunt destinati, gratiæ cœlestis impartitur alimentum: Sed quibus impartiatur aduerte: non ociosis, non in ciuitate, quasi in synagoga,uel ĩ seculi dignitate residẽtibus, sed inter deserta quęrentibus Christum. Lectio x.

QVi enim non fastidiũt, ipsi recipiuntur a Christo,& cum ipsis loquitur Dei Verbum, non de secularibus,sed de Dei regno.Et si qui corporalis gerunt uulnera passionis, his medicinam suam libenter indulget. Consequens igitur erat, ut quos à vulnerum dolore sanauerat, eos alimoniis spiritualibus à ieiunio liberaret. Lect. xj.

ITaque nemo cibum accipit Christi, nisi fuerit ante sanatus:& illi,qui vocantur ad cęnam, priùs vocando sanantur. Si claudus fuerat,gradiendi facultatem,ut ueniret, accepit:si lumine priuatus erat oculorum,domum vtique Domini,nisi refusa luce, intrare nõ potuit. Lectio duodecima.

VBique ergo mysterii ordo seruatur, vt priùs per remissionem peccatorum uulneribus medicina tribuatur, postea alimonia mensæ cœlestis exuberet.Nondum autem ualidioribus hæc turba reficitur alimentis, nec Christi corpore & sanguine ieiuna solidioris fidei corda pascũtur: lacte,inquit,vos potaui,nõ esca. nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis.

Sequentia Sancti Euãgelij secundùm Marcum.

IN illo tempore: Cùm turba multa esset cum Iesu, nec haberent quòd manducarent, conuocatis discipulis,ait illis: Misereor super turbam, quia ecce iam triduò sustinent me, nec habent quod manducent: & si dimisero eos ieiunos in domum suam,deficiẽt in uia: quidam enim ex eis de longe venerunt. Et responderunt ei discipuli sui; Vnde istos quis poterit hic saturare panibus in so- Cap. in in

in solitudine? Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terrã. Et accipiens septem panes, gratias agens, fregit, & dedit discipulis suis, vt apponerent. Et apposuerunt turbæ. Et habebant pisciculos paucos, & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducauerunt, & saturati sunt: & sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas. Erant autem qui manducauerãt quasi quatuor millia, & dimisit eos. ℟. Amẽ.

Ad Benedictus, Antiphona.

Cùm turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent, conuocatis discipulis, ait illis: Misereor super turbam: quia ecce iã triduò sustinent me, nec habẽt quod manducent. halleluia. Ad Magnif. Antipho. Misereor super turbam: quia ecce iam triduò sustinent me: nec habẽt quod manducent, & si dimisero eos ieiunos, deficiẽt in via. hallel.

DOMINICA VII. post Pentecosten, Oratio.

DEus, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur, te supplices exoramus: vt noxia cuncta submoueas, & oĩa nobis profutura concedas. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Lectio Sancti Euangelij secundùm Matthæum. Lect. ix.

Cap. 7. IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in uestimentis ouium, intrinsecùs autem sunt lupi rapaces. Et reliqua.

Homilia S. Hilarij Episcopi.

Ex Cõ. i eũd. can. 6. QVàm lata & spatiosa via, quæ ducit ad perditionem. Arduum in cœlum iter homini est, & aditus angustus, & tenuis. Cæterum perditionis uia lata est: hanc plures obtinent: illam porrò pauci inueniunt. Lectio x.

PAucis enim damna rerũ præsentiũ cara sunt, quibus cupiditates & animi uincere, & corporis frangere, & exposita totis seculi uiribus illecebrarum omnium lenocinia præterire maximum cœlestis spei lucrum est. Illis autẽ quibus solum bonũ est, scortari, comessare, ambire, insolescere, fastidire, odisse, diripere, plurimus est frequentantiũ iter tale comitatus. L. xj.

ET quia paucorum esset uiam angustam inuenire, fraudulentiam eorum, qui

eam

eam se quærere mentisitur exponit, dicens: Attendite a pseudo prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecùs autem sunt lupi rapaces. Blandimenta uerborũ, & mansuetudinis simulationem admonet fructu operationis expendi oportere, vt nõ qualẽ quis uerbis referat, sed qualẽ se reb' efficiat, spectem': quia in multis uestitu ouiũ rabies lupina contegitur. L. xij.

ERgo, vt spinæ vuas, vt tribuli ficus non generant: ut inique arbores utilia poma non afferunt: ita ne in istis quidem consistere docet boni operis effectum: & idcirco omnes cognoscendos esse de fructibus. Regnum enim cęlorũ sola uerborum officia nõ obtinent: neq; qui dixerit, Domine Domine, hæres illius erit: Quid enim meriti est, Dño dicere, Dñe? Numquid Dñs nõ erit, nisi fuerit dictus à nobis?

Sequentia S. Euangelii secundùm Matthæum.

Ex c. 7 & med. IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Attẽdite à falsis Prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecùs autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos: Numquid colligũt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autẽ arbor malos fructus facit. Nõ potest arbor bona fructus malos facere, neq; arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor, quæ non facit fructũ bonum, excidetur, & in ignẽ mittetur. Igitur ex fructibus eorũ cognoscetis eos. Non omnis, qui dicit mihi, Domine Dñe, intrabit in regnum cęlorum, sed qui facit voluntatẽ Patris mei, qui in cęlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Attendite a falsis Prophetis, q̃ veniũt ad uos in uestimentis ouiũ, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces: à fructibus eorũ cognoscetis eos. hall'. Ad Magn. Aña. Non potest arbor bona fructus malos facere, nec arbor mala fructus bonos facere: Omnis arbor, quæ non facit fructũ bonũ, excidet', & in ignem mittetur. halleluia.

DOMINICA VIII. Post Pentecosten. Oratio.

LArgire nobis, q̃s Domine, semper spiritũ cogitãdi, quę recta sũt, propitius, & agẽdi: vt q sine te esse nõ possum', ẽm te uiuere ualeam'. Per.

Lectio

Lectio sancti Euangelij secundùm Lucam. Lect.ix.

Ca.16. IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam erat diues, qui habebat villicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Et reliqua.

Homil. S. Hierony. Presbyteri.

Ex q̃st. .ĩ epi. ad Algasiã ĩ med. SI dispensator iniqui mammonæ Domini uoce laudatur, quòd de re iniqua sibi iustitiam præparauit, & passus dispendium Dominus laudat dispensatoris prudentiã, quòd aduersus Dominum quidem fraudulẽter, sed pro se prudenter egerit: quantò magis Christus, qui nullum damnum sustinere potest, & pronus est ad clementiam, laudabit discipulos suos, si in eos, qui credituri sibi sunt, misericordes fuerint? Lectio decima.

DEnique post parabolam intulit: Et ego uobis dico, facite uobis amicos de iniquo mammona. Mammona autem non Hebræorum, sed Syriorum lingua diuitiæ nuncupantur, quòd de iniquitate collectæ sint. Si ergo iniquitas benè dispensata uertitur in iustitiam, quantò magis sermo diuinus, ĩ quo nulla est iniquitas, qui & Apostolis creditus est, si benè fuerit dispesatus, dispensatores suos leuabit in cęlum? Lectio undecima.

QVamobrem sequit᷑: Qui fidelis est, in minimo; hoc est in carnalibus, & in multis fidelis erit, hoc est in spiritalibus. Qui autem in paruo iniquus est, ut non det fratribus ad utendum, quod à Deo pro omnibus est creatũ, iste & in spiritali pecunia diuidẽda iniquus erit, ut nõ pro necessitate, sed ꝑ personis doctrinam Dñi diuidat. L.xij.

SI autem, inquit, carnales diuitias, quæ labũtur, non benè dispensatis, veras, ęternasq; diuitias doctrinę Dei, quis credet uobis? Et si in his, quę aliena sunt: (alienum enim est à nobis omne, quod seculi est) infideles fuistis, ea, quæ uestra sunt, & propterea deputata homini, quis uobis credere poterit? Vnde corripit auaritiam, & dicit eũ, qui amat pecuniã, Deum amare non posse.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam erat diues, qui habebat uillicum: & hic diffamatus est apud illum Ca.16. ĩ init.

quasi

quasi dissipasset bona ipsius. Et uocauit eũ, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem uillicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. Et ait uillicus intra se: Quid faciam, quia Dominus meus aufert à me uillicationem? Fodere non ualeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, vt cũ amotus fuero à uillicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaq; singulis debitoribus Domini sui, dicebat primo: Quantum debes Domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam, & sede citò, & scribe quinquaginta. Deinde alio dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Et ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit Dominus villicũ iniquitatis, quia prudenter fecisset. Quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sint. Et ego dico uobis: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. ℟. Amen.

Ad Benedictus, Antiphona.

Ait Dominus villico: Quid hoc audio de te? redde rationem uillicationis tuæ, halleł.

Ad Magn. Aña. Quid faciam quia Dominus meus aufert à me uillicationem? fodere non ualeo, mendicare erubesco: scio quid faciam, vt cùm amotus fuero à uillicatione, recipiant me in domos suas.

DOMINICA IX. post Pentecosten. Oratio.

PAteant aures misericordiæ tuæ Domine precibus supplicantium: & ut petentibus desiderata concedas, fac eos, quæ tibi sunt placita, postulare. Per Dominum.

Lectio Sancti Euangelij secundùm Lucam. Lectio ix.

IN illo tempore: Cùm appropinquaret Iesus Ierusalem, Ca.19. videns Ciuitatem, fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses, es tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ.

QVòd flente Domino illa Ierosolymorũ subuersio describatur, quæ à Vespasiano, & Tito Romanis Principibus facta est, nullus, qui historiam euersionis eiusdem legit, ignorat. Romani etenim principes designantur, cùm dicit᷑: Quia Ex homil.39 subinitium.

uenient

ueniet dies in te, & circũdabũt te inimici tui vallo. Lect. x.

HOc quoque, quod additur: Non relinquent in te lapidẽ super lapidem etiã ipsa ciuitatis eiusdem transmigratio testatur: quia dum in eo loco nunc constructa est, vbi extra portam Dominus fuerat crucifixus, prior illa Ierusalem, vt dicitur, funditus est euersa. Lectio xj.

QVi etiã ex qua culpa euersionis suæ pœna fuerit illata, subiungitur: Eò quòd nõ cognoueris tempus visitationis tuæ. Creator quippe omniũ per incarnationis suæ mysterium hãc uisitare dignatus est: sed ipsa timoris, & amoris illius recordata non est. L. xij.

VNde etiam per Prophetã in increpationem cordis humani aues cœli ad testimonium deducũtur, dum dicitur. Miluus in cęlo cognouit tempus suum: turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tẽpus aduentus sui: populus autem meꝰ nõ cognouit iudiciũ Dñi.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

Ex ca. 19. circ. inẽ. IN illo tempore: Cùm appropinquaret Iesus Ierusalem, videns ciuitatem fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses, & tu. Et quidem in hac die tua, quę ad pacem tibi: nũc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt. Et non relinquẽt in te lapidem super lapidem, eò quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ. Et ingressus templum cœpit eijcere vendentes, & ementes de templo, dicens illis: Scriptũ est: Quia domus mea domus orationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronũ. Et erat quotidie docẽs in templo. ℟. Amen.

Ad Benedictus, Antiphona.

Cùm appropinquaret Dominus Ierusalem, videns ciuitatem, fleuit super illam, & dixit: Quia si cognouisses, & tu: quia venient dies in te: & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, eò quòd non cognouisti tempus visitationis tuæ. halleluia. Ad Mag. Aña. Scriptum est enim: Quia domus mea domus orationis est cunctis gentibus, uos autem fecistis illam speluncam latro-

latronum: Et erat quotidie docens in templo.

DOMINICA X. post Pentecosten. Oratio.

DEus, qui omnipotẽtiam tuam parcendo maximè & miserando manifestas: multiplica super nos misericordiã tuam: ut ad tua promissa currentes, cœlestium bonorũ facias esse cõsortes. Per.

Lctõ S. Euang. sm Lucã. L. ix.

Ca. 18 IN illo tempore: Dixit Iesus ad quosdam, qui in se cõfidebant tãquam iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam: Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent: vnus Pharisæus, & alter Publicanus. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Epi.

Ex ser. 36. de Ver. Dñi in eũdem ante med. DIceret saltem Pharisęus: Non sum sicut multi homines. Quid est, cæteri homines, nisi omnes præter ipsum? Ego, inquit, iustus sum, cæteri peccatores: non sum sicut cęteri homines iniusti, auari, raptores, adulteri: Et ecce tibi ex vicino publicano maior est tumoris occasio: sicut, inquit, publicanus iste. Ego enim, inquit, solus sũ, iste de cæteris est. L. x.

NOn sum, inquit, talis, qualis iste, p iustitias meas, quibus iniquus nõ sum. Ieiuno bis ĩ Sabbatho, decimas do omniũ, quę possideo. Quid rogauerit Deũ quære in uerbis eius, & nihil inuenies. Ascẽdit orare, noluit rogare Deũ, sed se laudare. Parum est nõ Deũ orare, sed se laudare, insuper & roganti insultare. Lect. xj.

PVblicanus autẽ de longinquo stabat, & tamẽ Deo ipse appropinquabat: cordis consciẽtia remouebat, pietas applicabat. Publicanus autẽ de longinquo stabat, sed Dñs eũ de propinquo attendebat: Excelsus enim Dominus, & humilia respicit: excelsos autem, qualis erat ille Pharisęus à longe cognoscit. Deus autem à lõge cognoscit, sed nõ ignoscit. L. xij.

ADhuc autem audi humilitatem Publicani. Parũ est, quia de longinquo stabat: nec suos oculos ad cęlũ leuabat: vt aspiceretur, non aspiciebat: premebat cõscientia, subleuabat spes. Adhuc audi. Percutiebat pectus suũ, pœnas de seipso exigebat: propterea Dominus cõfitenti parcebat. Percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori: Ecce quod rogat: quid miraris si Dominus ignoscit, quando ipse se agnoscit?

Sequẽtia sancti Euangelij secundùm Lucam.

a. 18 b IN illo tempore: Dixit Iesus ad quosdã, qui in se con
tio. fidebãt tanq̃ iusti, & asperna-
bantur cæteros, parabolã istã:
Duo homines ascenderunt in templum, ut orarẽt: unus Pharisæus, & alter publicanus. Pharisæus stans hæc apud se orabat: Deus gratias tibi ago, quia non sum sicut cæteri hominũ, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in Sabbatho, decimas do omniũ, quæ possideo. Et publicanus a lõge stans nolebat nec oculos ad cœlum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Amen dico vobis: Descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia omnis, qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. ℟. Amen.

Ad Benedictus, Antiphona.

Stans à longe Publicanus, nolebat oculos ad cęlum leuare, sed percutiebat pectus suũ, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Ad Mag Antiph. Descẽdit hic iustificatus in domũ suam ab illo: quia omnis, qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.

DOMINICA XI. post Pentecosten. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui ex abundãtia pietatis tuæ & merita supplicũ excedis & vota, effunde super nos misericordiã tuam: vt dimittas quæ cõsciẽtia metuit, & adijcias quod oratio nõ præsumit. Per Dominum.

Lectio sancti Euangelij secundùm Marcum. Lect. nona.

IN illo tempore: Exiens Iesus de finib⁹ Tyri, venit p Si Ca. 7.
donẽ ad mare Galilęæ, ĩter medios fines Decapoleos. Et rel.

Homilia S. Gregorij Papæ.

VIgilanter intuendum est, Ex ho.
quod voce Dñi ad Pro- 10 lib.
phetam dicitur, vt prius ser- j. super
mones eius audiat, & postmo- Ezec.
dum loquatur. Audimus enim ante
verba Dei, si facimus. Et tunc med.
ea proximis rectè loquimur, cũ prius ipsi fecerimus. Quod benè Marcus Euangelista cõfirmat, cùm factum Dñi miraculum narrat, dicens: Adducũt ei surdum, & mutum, & deprecabantur eum, vt imponat illi manum. Lectio decima.

CVius ordinem curationis insinuat subdẽs: Misit digitos suos ĩ auriculas, expuẽsque tetigit linguam eius: & suspi-

suspiciens in cœlũ ingemuit, & ait illi: Epheta, quod est, Adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. Lectio vndecima.

QVid est, q̃ Creator omnium Deus, cùm surdũ & mutum sanare voluisset, in aures illius suos digitos misit, & expuens linguã eius tetigit? Quid per digitos Redemptoris, nisi dona sancti Spiritus designantur? Vnde cùm in alio loco eiecisset dæmoniũ, dixit: Si in digito Dei eijcio dæmonia, profectò peruenit in vos regnũ Dei. Qua de re per Euangelistam alium dixisse describitur: Si ego in spiritu Dei eijcio dæmonia, igitur peruenit in vos regnũ Dei. Lectio duodecima.

EX quo vtroque loco colligitur, quia digitus Dei vocatur spiritus. Digitos autẽ in auriculam mittere, est, per dona sancti Spiritus mentem surdi ad obedientiam aperire. Quid verò est, quòd expuens linguam eius tetigit? Saliua nobis est ex ore Redemptoris, accepta sapientia in eloquio diuino: saliua quippe ex capite defluit in ore. Ea ergo sapientia, quę ipse est, dũ lingua nostra tangitur, mox ad prædicationis verba formatur.

Sequẽtia S. Euãg. s̃m Marcũ.

IN illo tempore: Exiens Ie- Ex c
sus de finibus Tyri, venit 7. in
per Sidonem ad mare Ga- uc.
lilęæ, inter medios fines Decapoleos. Et adducũt ei surdũ & mutum, & deprecabãtur eũ, ut imponat illi manũ. Et apprehendẽs illũ de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius, & expuẽs tetigit linguã eius, & suspiciens in cęlũ, ingemuit, & ait: Epheta, quod est, Adaperire. Et statim apertę sunt aures ei⁹, & solutũ est vinculũ linguę eius, & loquebat rectè. Et pręcepit illis, ne cui dicerent. Quanto magis autẽ eis præcipiebat, tantò magis plùs p̃dicabant: & eò amplius admirabantur, dicentes: Benè omnia fecit: surdos fecit audire, & mutos loqui. ℟. Amen.

Ad Bñs, Aña. Dum transiret Dñs p medios fines Tyri, surdos fecit audire, & mutos loq.

Ad Magnificat, Antiphona.

Benè omnia fecit: surdos fecit audire, & mutos loqui.

DOMINICA XII. post Pentecosten. Oratio.

OMnipotẽs & misericors Deus, de cuius munere venit, vt tibi à fidelibus tuis

 dignè,

dignè, & laudabiliter seruiat: tribue quæsumus nobis, vt ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per Dominũ.

Lectio sancti Euangelij secũdùm Lucam. Lectio ix.

a. 10 IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Beati oculi, qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis, quòd multi ꝓphetæ, & Reges uoluerũt videre, quæ vos videtis, & non viderunt. Et reliqua.

Homil. Venerab. Bedę Presby.

x li.3
. in NOn oculi Scribarum, & Pharisæorũ, qui corpus
idē tantũm Domini videre, sed il-
ap 43 li beati oculi, qui eius possunt
i fi. cognoscere sacramẽta, de quibus dicitur: Et reuelasti ea paruulis: Beati oculi paruulorum, quibus & se, & Patrem Filius reuelare dignatur. Lect. x.

ABraham exultauit vt videret diem Christi, & vidit, & gauisus est. Isaias quoq;, & Micheas, & multi alij Prophetæ viderũt gloriam Domini: qui & propterea videntes sunt appellati: sed hi omnes à longe aspicientes, & salutantes, per speculum, & in ænigmate viderunt. L. xj.

APostoli autem in præsentiarum habentes Dominũ, conuescentesq; ei, & quæcunq; uoluissent interrogãdo discentes, nequaquam per Angelos, aut varias visionũ species opꝰ habebãt doceri. Quos verò Lucas multos Prophetas, & Reges dicit: Matthęus apertiùs Prophetas & iustos appellat. Ipsi sũt enĩ Reges magni: quia tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed regendo præesse meruerunt. Lect. xij.

ET ecce quidam legis peritus surrexit tentans eum, & dicẽs: Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? Legis peritus qui de vita æterna Dominum tentans interrogat, occasionem, vt reor, tẽtandi de ipsis Domini sermonibꝰ sumpsit, vbi ait: Gaudete autem, quòd nomina uestra scripta sunt in cœlis.

Sequentia Sancti Euangelij secundùm Lucam.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Beati oculi, qui vident quæ uos videtis. Dico enim uobis, quòd multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ vos auditis, & nõ audierunt. Et ecce quidam legisperitus surrexit tentans eum, Ex ca. 10. in med.

& dicens: Magister, quid faciẽdo uitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille autem respondens dixit: Diliges Dominum Deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. Dixitq; illi: Rectè respondisti: Hoc fac, & viues. Ille autem uolens iustificare seipsum, dixit ad Iesum. Et quis est meus proximus? Suspiciens autem Iesus, dixit: Homo quidã descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit ĩ latrones: q etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt, semiuiuo relicto. Accidit autẽ, ut sacerdos quidam descenderet eadem via, & viso illo præterijt. Similiter & leuita cùm esset secus locũ, & uideret, pertransijt. Samaritanus autẽ quidam iter faciens, uenit secus eum, & uidens, misericordia motus est. Et appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum, & uinum: & imponẽs illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, dicens: Curam illius habe, & quodcunque supererogaueris, ego cùm rediero reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter.

Ad Benedictus, Antiphona,

Magister, quid faciẽdo, vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, halleluia.

Ad Mag. Aña Homo quidam descendebat ab Ierusalẽ in Iericho, & incidit in latrones, q etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt, semiuiuo relicto.

DOMINICA XIII. post Pentecosten. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum: & vt mereamur assequi, quòd promittis, fac nos amare quod præcipis. Per Dominum nostrum.

Lectio Sancti Euangelii secundùm Lucam. Lectio ix.

IN illo tẽpore: Cũ iret Iesus in Ierusalẽ, trãsibat per medium Samariam, & Galilæam, Ca.

& cùm ingrederetur quoddã castellum, occurrerunt ei decẽ uiri leprosi. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Epi.

x li.2 uæst. uãge. .40. DE decem leprosis, quos Dñs ita mundauit, cùm ait: Ite, ostendite vos sacerdotibus, quæri potest, cur ad sacerdotes eos miserit, ut, cum irẽt, mundarentur. Nullum enim eorum, quibus corporalia hæc beneficia præstitit, inuenitur misisse ad sacerdotes, nisi leprosos. Lectio decima.

NAm & illũ à lepra mundauerat, cui dixit: Vade, ostende te sacerdoti, & offer pro te sacrificium, quod præcepit Moyses in testimonium illis. Quærendum est igitur, quid ipsa lepra significet: non enim sanati, sed mundati dicuntur, qui ea caruerunt. Coloris quippe uitium est, non ualetudinis, aut integritatis sensuũ, atque mẽbrorũ. L. xj.

LEprosi ergo non absurdè intelligi possunt, qui scientiam veræ fidei non habentes, varias doctrinas profitentur erroris. Nõ enim abscõdũt imperitiã suã, sed pro summa peritia ꝓferũt ĩ lucẽ, & iactãtia sermonis ostẽtãt. L. xij.

NVlla porrò falsa doctrina est, quæ nõ aliqua veraĩntermisceat, uera ergo falsis inordinatè permista in una disputatione, vel narratione hominis, tamquàm in unius corporis colore apparentia significant lepram tãquàm veris, falsisque colorum fucis humana corpora uariantem, atque maculantem.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

IN illo tempore: Cùm iret Iesus in Ierusalem, trãsibat per mediam Samariam, & Galilæam: & cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem uiri leprosi: qui steterunt à longe, & leuauerũt uocem, dicentes: Iesu, præceptor miserere mei. Quos vt vidit, dixit: Ite, ostendite uos sacerdotibus. Et factum est, dum irent mũdati sunt: Vnus autẽ ex illis, vt vidit quia mundatus est, regressus est cum magna uoce magnificans Deũ. Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens: Et hic erat Samaritanus. Respõdens autem Iesus, dixit: Nonne decem mundati sunt? & nouem ubi sunt? Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge & vade, quia fides tua te saluum fecit. Ca. 17. ĩ med.

Ad

Ad Benedictus, Antiphona.

Cum transiret Iesus quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi: qui steterunt a longe, & leuauerunt vocem, dicentes: Iesu præceptor miserere nostri. Ad Magn. Aña.

Vnus autem ex illis ut uidit, quòd mundatus est, regressus est cum magna uoce magnificans Deum. halleluia.

DOMINICA XIIII.

Post Pentecosten. Oratio.

CVstodi Dñe q̃s Ecclesiam tuam propitiatione perpetua: & quia sine te labit̃ humana mortalitas: tuis semper auxilijs, & abstrahatur a noxijs, & ad salutaria dirigatur. Per Dominum nostrum.

Lectio sancti Euangelij secundùm Matthæum. Lectio ix.

Cap. 6 IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Nemo potest duob⁹ Dñis seruire. Et rel.

Homilia S. Augustini Epi.

Ex lib. de ser. Dni in mõte. cap. 22 ĩ init. & ĩfra. NEmo potest duob⁹ Dñis seruire. Ad hanc ipsam intentionem referendum est, quod cõsequenter exponit, dicens: Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut alterum patietur, & alterũ contemnet. Quæ verba diligenter consideranda sunt: nã qui sint duo Domini, deinceps ostendit, cũ dicit: Non potestis Deo seruire, & Mammonæ. L. x.

MAmmona apud Hebręos diuitię appellari dicunt̃. Cõgruit & Punicum nomen: nam lucrum Punicè, Mãmon dicitur: sed qui seruit Mãmonæ, illi vtique seruit, qui rebus istis terrenis merito suæ peruersitatis ꝓpositus, magistratus huius seculi a Dño dicit̃. L. xj.

AVt enim vnũ odio habebit, & alterũ diliget homo: id est, Deum: aut alterũ patietur, & alterum contemnet. Patietur enim durum, & perniciosum dominium, quisquis seruit Mãmonæ: sua enim cupiditate implicatus, subdit̃ Diabolo, & non eũ diligit. L. xij.

QVis enim est qui diligat Diabolum? sed tamen patitur: sicut in maiore aliqua domo qui ancillæ alienæ coniunctus est, propter cupiditatem suam duram patitur seruitutem, etiam si nõ diligat eũ, cuius ancillã diligit.

Lectio Sancti Euangelij secundùm Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Nemo potest duobus Dominis seruire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unũ Cap sub me

 susti-

ſuſtinebit, & alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ. Ideo ne ſolliciti ſitis animę veſtræ, quid manducetis, neque corpori ueſtro quid induamini. Nonne anima plus eſt, quàm eſca? & corpus, pluſquam veſtimentum? Reſpicite volatilia cœli: quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater veſter cœleſtis paſcit illa. Nonne uos magis pluris eſtis illis? Quis autem ueſtrum cogitans poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitũ vnum? Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis? Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt: non laborant, neque nent. Dico autem uobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis. Si autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quantò magis vos minimæ fidei? Nolite ergo ſolliciti eſſe dicẽtes; Quid manducabimus? aut, Quid bibemus? aut, Quo operiemur? Hæc enim omnia Gentes inquirunt. Scit enim Pater veſter, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius: & hæc omnia adiicientur uobis. ℟. Amen.

Ad Benedictus, Antiphona. Nolite ſolliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus? Scit enim Pater veſter, quid vobis neceſſe ſit, halleluia. Ad Magnif. Antiphona. Quærite primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius: & hæc omnia adijcientur uobis, halleluia.

DOMINICA XV. post Pentecoſten. Oratio.

Ecclesiam tuam, Domine, miſeratio cõtinuata mundet, & muniat: & quia ſine te non poteſt ſalua conſiſtere, tuo ſemper munere gubernetur. Per Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Lucam. Lect. ix.

In illo tempore: Ibat Ieſus in Ciuitatem, quæ uocatur Naim, & ibant cum eo diſcipuli eius, & turba copioſa. Et reliqua. Cap. 7.

Homilia S. Auguſtini Epi.

Miracula Domini noſtri & Saluatoris Chriſti Ieſu, omnes quidem audientes, & credentes mouent: ſed alios, atque alios aliter, & aliter. Quidam enim corporalia eius miracula ſtupentes, maiora intueri non norunt. Quidam verò ea, quæ geſta audiunt in corporalibus nũc amplius in animis morantur. Ex ſer. 44. de Ver. Dñi in Ioãne i init.

Lectio decima.

Dicit ipſe Dominus, ſicut enim Pater ſuſcitat mortuos & uiuificat, ſic & Filius, quos vult viuificat: non utiq; alios Fili⁹, alios Pater; ſed eoſdem Pater, & Filius, quia omnia Pater per Filium. Nemo ergo dubitet, qui Chriſtianus eſt, etiam nunc mortuos ſuſcitari.

Lectio vndecima.

Sed omnis homo habet oculos, quibus videre põt mortuos reſurgere, ita ut reſurrexit filius huius viduæ, q modò ex Euangelio recitatus eſt. Vnde aũt videant homines reſurgere mortuos in corde, non omnes habent, niſi qui iã reſurrexerunt in corde. L. xij.

Amplius eſt reſuſcitare ſẽper victurum, quàm ſuſcitare iterum moriturum. De iuuene illo reſuſcitato, gauiſa eſt mater vidua: de hominib⁹ quotidie in ſpiritu ſuſcitatis, gaudet mater Eccleſia. Ille quidem mortuus erat corpore, illi autem mente. Illius mors viſibilis viſiliter plangebatur, illorum mors inuiſibilis nec quærebatur, nec videbatur.

Sequentia ſancti Euãgelij ſecundùm Lucam.

In illo tempore: Ibat Ieſus ĩ Ciuitatem, quæ vocatur Naim, & ibant cum eo diſcipuli eius, & turba copioſa. Cùm autẽ appropinquaret portæ Ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris ſuæ: Et hęc uidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cùm vidiſſet Ieſus, miſericordia motus ſuper eam, dixit: Noli flere. Et acceſſit, & tetigit loculum. Ii autem qui portabant ſteterũt. Et ait: Adoleſcens, tibi dico, ſurge. Et reſedit qui erat mortuus, & cępit loqui: & dedit illum matri ſuæ. Accepit autẽ omnes timor, & magnificabãt Deum, dicẽtes: Quia Propheta magnus ſurrexit in nobis: & quia Deus viſitauit plebem ſuam. ℟. Amen. Cap. ſub init.

Ad Benedictus, Antiphona. Ibat Ieſus in Ciuitatem quæ vocatur Naim: & ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuę.

Ad Magnificat, Antiphona. Propheta magnus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitauit plebem ſuam.

DOMI-

DOMINICA XVI.
Post Pentecosten. Oratio.

TVa nos, quęsumus Domine, gratia semper pueniat, & sequatur: ac bonis operibus iugiter præstet esse intentos. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Lectio Sancti Euangelij secundùm Lucam. Lectio ix.

Ca. 14 IN illo tépore: Cùm intrasset Iesus in domum cuiusdam Principis Pharisęorum, Sabbatho manducare panem: & ipsi obseruabant eum: & ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et reliq.

x lib. ōm.7 cūd. Homilia S. Ambrosij Epi.

CVratur hydropicus, ī quo fluxus carnis exuberans, animæ grauabat officia, spiritus extinguebat ardorem. Deinde docetur humilitas, dū in illo conuiuio nuptiali appetétia loci superioris arcetur, clementer tamen, vt persuasionis humilitas asperitatem correptionis excluderet, ratio proficeret ad persuasionis effectū, & correctio emendaret affectum. Lectio decima.

HVic quasi proximo limine humanitas copulatur: quæ ita Dominicæ sententiæ definitione distinguitur, si in pauperes, & debiles confe- ratur: nam hospitalem esse remuneraturis, affectus auaritiæ est. Lectio xj.

POstremò quasi emeritę militiæ viro contemnendarum stipendium facultatū prę scribitur: quod neque ille, qui studijs intentus inferioribus, possessiones sibi terrenas coemit, regnum cœlorum possit adipisci, cùm Dominus dicat: Vende omnia tua, & sequere me. Lectio xij.

NEc ille, qui emit boues cùm Elisęus occiderit, & populo diuiserit quos habebat: & ille, qui duxit vxorem, cogitet quæ mundi sunt, non quæ Dei: non quò coniugium reprehēdatur, sed quia ad maiorem honorem vocetur integritas: quoniam mulier innupta, & vidua cogitat quæ sunt Domini, vt sit sancta corpore, & spiritu.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

INillo tempore: Cū intrasset Iesus in domum cuiusdā Principis Pharisæorum, Sabbatho manducare panem: & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidā hydropicus erat ante illum. Et respondens Iesus, dixit ad legisperitos, & Pharisęos: si licet Sabbatho curare? At illi tacuerunt. Ipse verò apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos dixit: Cuius vestrum bos, vel asinus in puteum cadet, & non continuò extrahet illum die Sabbathi? Et non poterant ad hæc respōdere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendēs quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cùm inuitatus fueris ad nuptias, nō discumbas in primo loco, ne fortè honoratior te sit inuitatus ab eo, & veniens, qui te & illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum, & tunc incipias cū robore, nouissimum locū tenere. Sed cū vocatus fueris, vade & recumbe in nouissimo loco: vt cùm venerit, qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascēde superiùs. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus: Quia omnis, qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. ℟. Amen. Ca. 14 ī init.

Ad Bñs, Aña. Dum intraret Iesus in domum cuiusdā Principis Pharisęorum Sabbatho manducare panem: ecce homo quidam hydropicus erat ante illum: ipse verò apprehēsum sanauit eum, ac dimisit. Ad Magn. Aña. Cùm vocatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco: vt dicat tibi qui te inuitauit: Amice, ascēde superiùs, & erit tibi gloria coram simul discūbētibus, hall.

DOMINICA XVII.
Post Pentecosten. Oratio.

DA quæsumus Domine, populo tuo Diabolica vitare contagia: & te solum Deum pura mente sectari. Per Dominum nostrum.

Lect. S. Euang. sēm Matth. L. ix.

IN illo tempore: Accesserūt ad Iesum Pharisæi, & interrogabat eum vnus ex eis legis doctor, tētans eum: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Et reliqua. Ca. 2

Homilia S. Iohānis Chrysost.

SAducęis confusis, Pharisæi rursus aggrediūtur: cùmq; quiescere oporteret, decertare voluerunt, & legis peritia profitentem præmittunt, non discere, sed tentare cupientes, ac ita interrogant, quodnam primum mandatum in lege sit. Nam cùm primum illud sit, Diliges Dominum Deū tuū, putantes causas sibi allaturum ad mandatum hoc corrigendum aliquid addendo, quo- Ex h mi. 7 ī eū ī ini

niam

niam Deum se faciebat, hoc modo interrogant. Lectio x.

Quid igitur Christus? Vt ostēdat idcirco ad hæc eos deuenisse, qa nulla in eis esset charitas, sed liuore inuidiæ tabescerent: Diliges, inquit, Dominum Deum tuum: hoc primum, & magnum mandatum est: secūdum autē simile huic, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Lectio xj.

Quam ob rem simile est huic? Quoniam hoc illud inducit, & ab illo rursus munitur. Quicunque enim malè agit, odio habet lucem, & nō venit ad lucem. Et rursus: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Deinde sequitur: Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis. Lectio duodecima.

Et iterum: Radix omniū malorū auaritia est; quā quidam appetentes errauerūt à fide. Et: Qui diligit me, mādata mea seruabit: quorū caput, & radix est, Diliges Dominum Deum tuum, & proximum tuum, sicut teipsum.

Sequentia S. Euāg. ſm Matth.

Ex ca. 22. post med.

In illo tēpore: Accesserunt ad Iesum Pharisæi, & interrogauit eū vnus ex eis legis doctor, tētans eum: Magister, Quod est mandatū magnū in lege? Ait illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto cord tuo, & ex tota aīa tua, & ex tota mente tua. Hoc est maximū, & primum mādatū. Secundum autem simile est huic: Diliges proximū tuū sicut teipsum. In his duobus mandatis uniuersa lex pēdet, & Prophetæ. Congregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid uobis uidetur de Christo? Cuius filius est? Dicunt ei omnes, Dauid. Ait illis Iesus: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eū Dn̄m, dicens: Dixit Dn̄s Dn̄o meo: sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū? Si ergo Dauid uocat eū Dn̄m, Quomodo filius eius est? Et nemo poterat respōdere ei uerbū, neq; ausus fuit quisq̄ ex illa die eū ampliꝰ interrogare, ℟. Amē.

Ad Bn̄s, Aña. Magister, quod est mādatū magnū ī lege? Ait illi Iesus: Diliges Dn̄m Deū tuū ex toto corde tuo, hallel.

Ad Mag. Aña. Quid uobis uidet' de Chr̄o? Cuius filiꝰ est? Dicūt ei oēs: Dauid. Dicit eis Iesꝰ: Quomodo Dauid ī spū uocat eū Dn̄m, dicēs: Dixit Dn̄s Dn̄o meo: sede à dextris meis?

DO-

DOMINICA XVIII. post Pentecosten. Oratio.



Dirigat corda nostra, quæsumus Domine, tuæ miserationis operatio: quia tibi sine te placere non possumus. Per Dominū.

Ca. 9. Lect. S. Euāg. ſm Matth. L. ix.

In illo tempore: Ascendens Iesus in nauiculā, trāsfretauit; & venit ī ciuitatē suā. Et rl.

Homilia S. Petri Chrysologi.

Ex ser. 50. in init. & infra.

Christum in humanis actibus diuina gessisse mysteria, & in rebus uisibilibus inuisibilia exercuisse negocia, lectio hodierna monstrauit. Ascendit, inquit, in nauiculā, & transfretauit, & venit in Ciuitatem suam. Nōne ipse est, qui fugatis fluctibus, maris ꝓfunda nudauit, vt Israeliticus populus inter stupētes vndas sicco vestigio, uelut montium concaua transiret? Lectio x.

Nonne hic est, qui Petri pedibus marinos vertices inclinauit, ut iter liqdū humanis gressibꝰ solidū ꝑberet obsequiū? Et qd est, qđ ipse sibi sic maris denegat seruitutē, vt breuissimi lacꝰ trāsitū sub mercede nautica trāsfretaret? L. xj.

Ascendit, inquit, in nauiculam, & transfretauit. Et, quid mirum, fratres? Chr̄s venit suscipere infirmitates nostras, & suas nobis conferre uirtutes: humana quærere, præstare diuina: accipere iniurias, reddere dignitates: ferre tædia, referre sanitates. Lectio duodecima.

Quia medicus, qui nō īfert sanitatē, curare nescit: & q non fuerit cū infirmo īfirmatus, infirmo nō potest cōferre sanitatē. Chr̄s ergo, si ī suis māsisset virtutibꝰ, ꝯmune cū hoībus nihil haberet: & si nō impleset carnis ordinem, carnis in illo esset ociosa susceptio.

Sequentia S. Euāg. ſm Matth.

Cap. ī ini

In illo tpe: Ascēdēs Iesus ī nauiculā, transfretauit, & venit in Ciuitatem suā. Et ecce offerebāt ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi pecata tua. Et ecce quidā de Scribis dixerūt intra se: Hic blasphemat. Et cū vidisset Iesus cogitationes eorū, dixit: vt qd cogitatis mala in cordibꝰ vr̄is? Quid est facilius dicere: Dimittunt' tibi peccata tua, an dicere, surge, & ambula? Vt sciatis autē, Qm̄ filius hoīs habet ptātem in terra dimittēdi peccata, tūc ait paralytico:

Surge

Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et surrexit, & abijt in domum suam. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerũt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. ℟. Amen. Ad Bñs, Aña. Dixit Dominus paralytico: confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Ad Mag. Aña. Tulit ergo paralyticus lectum suum, in quo iacebat, magnificans Deum: & omnis plebs, vt vidit, dedit laudem Deo.

DOMINICA XIX.

Post Pentecosten. Oratio.

OMnipotens, & misericors Deus, vniuersa nobis aduersantia ꝓpitiatus exclude: vt mente, & corpore pariter expediti, q̃ tua sunt, liberis mentibus exequamur. Per Dominum nostrum.

Lec. S. Euãgel. ſm Matth. L. ix.

Ca. 22 IN illo tempore: Loquebat̃ Iesus Principibus Sacerdotum, & Pharisęis in parabolis, dicens: Simile factum est regnum cœlorum homini regi, q̃ fecit nuptias filio suo. Et rel.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Ex ho mi. 38 sub init. SAepè iam me dixisse memini, quòd plerumque in sancto Euangelio regnum cęlorum pſens Ecclesia nominatur: congregatio quippè iustorum, regnum cœlorum dicitur. Quia enim per Prophetam Dominus dicit: Cęlũ mihi sedes est: Et Salomõ ait: Anima iusti sedes est sapientiæ. Paulus etiam dicit, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Lectio decima.

Ca. 9. LIquidò colligere debem⁹, quia, si Deus est sapientia, anima autem iusti, sedes sapiẽtiæ: dum cœlum dicitur sedes Dei: cęlum ergo est anima iusti. Hinc per Psalmistã de sanctis prædicatoribus dicit̃: Cęli enarrant gloriam Dei. Lec. xj.

REgnum ergo cęlorum est Ecclesia iustorum: quia dum eorum corda in terra nil ambiunt, per hoc quòd ad superna suspirãt, iàm in eis Dominus, quasi in cœlestibus regnat. Dicatur ergo: Simile est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Iàm intelligit charitas vestra, quis est iste Rex, Regis filij Pater, ille nimirum, cui Psalmista ait: Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio Regis. Lectio xij.

QVi fecit nuptias filio suo. Tunc enim Deus Pater Deo Filio suo nuptias fecit, quando hũc in vtero Virginis humanæ naturæ coniunxit, quando Deum ante secula, fieri voluit hominem in fine seculorum. Sed quia ex duabus personis fieri solet ista coniũctio, absit hoc ab intellectibus nostris, vt personam Dei, & hominis Redemptoris nostri Iesu Christi ex duabus personis credamus vnitam.

Sequentia S. Euangelii secundùm Matthæum.

Ca. 22 init. IN illo tempore: Loquebat̃ Iesus Principibus Sacerdotũ, & Pharisęis in parabolis, dicens: Simile factum est regnum cœlorum homini Regi, q̃ fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Iterum misit alios seruos, dicẽs: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata: Venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierũt, alius in villam suã, alius verò ad negociationem suam. Reliqui uerò tenuerũt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Rex autem cùm uidisset, iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tũc ait Rex seruis suis: Nuptiæ quidẽ paratæ sunt, sed qui inuitati erãt non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias cõgregauerunt omnes, quos inuenerunt bonos, & malos: & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Intrauit autem Rex, ut uideret discumbentes: & uidit ibi hominem non uestitũ veste nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo huc intrasti, non habens uestem nuptialem? At ille obmutuit. Tũc dixit Rex ministris: Ligatis pedibus, & manibus eius, mittite eum, in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Multi enim sunt uocati, pauci uerò electi. ℟. Amen.

Ad Bñs, Aña. Dicite inuitatis: Ecce prandium meũ paraui: venite ad nuptias halleluia.

Ad Magn. Aña. Intrauit autẽ Rex, vt uideret discũbentes: & uidit ibi hominẽ non uestitũ ueste nuptiali: & ait illi: Amice, quomodo huc intrasti nõ habens uestem nuptialem?

DOMINICA XX.

Post Pentecosten. Oratio.

LArgire, quęsumus Dñe, fidelibus tuis, indulgentiã placatus & pacem: ut pariter ab

ab omnibus mundentur offē-
sis, & secura tibi mente deser-
uiant. Per dominum nostrū
Iesum Christum, filium tuū.
Lectio sancti Euāgelij secun-
dùm Iohannem. Lectio ix.

Cap. 4 IN illo tempore: Erat quidā
Regulus, cui⁹ filius infirma
batur Capharnaum. Et reliq.
Homilia S. Gregorij Papæ.

Ex homi 28 init. LEctio S. Euangelij, quam
modò fratres audistis, ex-
positione non indiget: sed ne
hanc tacitè præterijsse uidea-
mur, exhortando potiùs, quā
exponendo in ea aliquid lo-
quamur. Hoc autem nobis
solùmmodò de expositione vi
deo esse requirendum: cur is,
qui ad salutem filio petēdam
venerat, audiuit: Nisi signa &
prodigia videritis, non cre-
ditis. Lectio decima.

QVi enim salutem quære
bat filio, ꝓculdubio cre-
debat: neq; enī ab eo quęreret
salutem, quem non crederet
saluatorem. Quare ergo ei di-
citur: Nisi signa & prodigia vi
deritis, non creditis, qui antē
credidit, quàm signū videret?
Sed mementote quid petijt:
& apertè cognoscetis, quia in
fide dubitauit. Poposcit ñam-
que, ut descenderet, & sanaret
filium eius. Lectio xj.

COrporalem ergo Domi-
ni præsentiam quærebat
qui per spiritum nusquā de-
erat. Minus itaque in illū cre-
didit, quem non putauit salu-
tē posse dare, nisi præsens es-
set & corpore. Si enim perfe-
ctè credidisset, proculdubiò
sciret, quia nō esset locus, vbi
non esset Deus. Lectio xij.

EX magna ergo parte diffi-
sus est, qui virtutis honorē
non dedit Maiestati, sed præ-
sentiæ corporali. Salutem ita-
que filio petijt, & tamen in fi-
de dubitauit: quia eum, ad
quem uenerat, & potētem ad
curandum credidit, & tamen
morienti filio esse absentem
putauit: sed Dominus qui ro-
gatur, ut vadat, quia non desit
vbi inuitatur indicat, solo ius-
su salutem reddidit, qui volun
tate omnia creauit.
Sequentia S. Euang. ſm Iohā.

IN illo tempore: Erat Cap. 4 in fi.
quidā Regulus cu-
ius filius infirmaba
tur Capharnaum.
Hic cùm audisset, quia Iesus
veniret à Iudæa in Galilęam,
abijt ad eum, & rogabat eum,
vt descenderet, & sanaret filiū
eius: incipiebat enim mori. Di
xit ergo Iesus ad eum. Nisi si-
gna, & prodigia videritis, non
creditis.

creditis. Dicit ad eum Regu-
lus: Domine descende, prius-
quàm moriatur filius meus.
Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus
viuit. Credidit homo sermo-
ni, quē dixit illi Iesus, & ibat.
Iàm autem eo descendente,
serui occurrerunt ei, & nun-
ciauerunt, dicētes: Quia filius
eius viueret. Interrogabat er-
go horam ab eis, in qua me-
lius habuerat. Et dixerunt ei:
Quia heri hora septima reli-
quit eum febris. Cognouit au-
tem pater, quia illa hora erat,
in qua dixerat illi Iesus: Filius
tuus viuit: Et credidit ipse, &
domus eius tota. ℟. Amen.
Ad Bñs, Aña. Erat quidam Re
gulus, cuius filius infirmaba-
tur Capharnaum: Hic cū au-
disset, quòd Iesus veniret in
Galilæam; rogabat eum, vt sa-
naret filium eius. Ad Magn.
Aña. Cognouit autem pater,
quia illa hora erat, in qua di-
xit Iesus: filius tuus viuit: &
credidit ipse, & domus ei⁹ tota.

DOMINICA XXI.
post Pentecosten. Oratio.

FAmiliam tuā, quæ-
sumus Dñe, conti-
nua pietate custo-
di: vt à cunctis ad-
uersitatibus te protegente, sit
libera, & in bonis actibus tuo
nomini sit deuota. Per Domi-
num nostrū Iesum Christum
filium tuum. Qui tecū viuit.
Lect. S. Euang. ſm Matth. L. ix.

IN illo tempore: Dixit Iesus Ca.
discipulis suis parabolam
hanc: Simile est regnum cœ-
lorum homini Regi, qui vo-
luit rationē ponere cum ser-
uis suis. Et reliqua.
Homilia S. Hieronymi Presb.

FAmiliare est Syris, & ma- Exli
ximè Palęsthinis, ad omnē cōm
sermonem suū parabolas iun- I cū
gere, vt quod per simplex prę-
ceptum teneri ab auditoribus
non potest, per similitudinē,
exemplaq; teneatur. Præcepit
itaque Dominus Petro sub cō
paratione Regis, & Domini, &
serui, qui debitor decem mil-
lium talentorū à Dño rogans
veniam impetrauerat, vt ipse
quoque dimittat cōseruis suis
minora peccantibus. Lect. x.

SI enim ille Rex, & Domi-
nus seruo suo debitori de-
cem millia talentorum tàm
facilè dimisit: quantò magis
serui conseruis suis debēt mi-
nora dimittere? Quod vt ma-
nifestiùs fiat, dicamus sub exē-
plo: si quis nostrum commise-
rit adulterium, homicidium,
sacrilegium, maiora crimina:
decem millia talentorum ro-

gatib⁹ dimittūtur, si & ipsi dimittát minora peccatib⁹. L. xj.

SIn autem ob factam contumeliam simus implacabiles, & propter amarius verbum perpetes habeamus discordias: nōne nobis videmur rectè redigendi in carcerem, & sub exemplo operis nostri hoc agere, vt maiorū nobis delictorū venia nō relaxet. L. xij.

SIc & Pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fatri suo de cordibus vestris. Formidolosa sententia, si iuxta nostrā mentem sentetia Dei flectitur, atq; mutatur: si parua fratribus nō dimittimus, magna nobis à Deo non dimittentur. Et quia pōt vnusquisq; dicere: Nihil habeo cōtra eū, ipse nouit, habet Deū iudicē: nō mihi curæ est, quid velit agere, ego ignoui ei: Confirmat sentētiā suā.

Sequētia S. Euāg. sēm Matth.

x ca. . sub ed. IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolā hanc. Simile est regnum cœlorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cùm cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia, taleta. Cùm autem non haberet vnde redderet, iussit eum Dominus eius venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia, quæ habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille, rogabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem Dominus serui illius dimisit eum, & debitum dimisit illi. Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei cētum denarios, & tenens suffocabat eum, dicens: Redde quod debes. Et procidens seruus ille rogabat eum, dicens: Patientiā habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autē noluit, sed abijt, & misit eum in carcerem, donec redderet vniuersum debitum. Videntes autem conserui eius, quæ fiebant, contristati sunt valdè, & venerunt, & narrauerūt Domino suo omnia, quæ facta fuerant. Tunc vocauit eum Dominus eius, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit, & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus Dominus eius tradidit eū torroribus, donec redderet vniuersum debitum. Sic & Pater meus cœlestis fa-

ciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. ℟. Amen.

Ad Bñs, Aña. Dixit autem Dominus seruo: redde quod debes. Procidens autem seruus ille rogabat eum, dicens: Patiētiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ad Magn. Aña. Serue nequam: omne debitū dimisi tibi, quoniā rogasti me: nonne ergo oportuit, & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? halleluia.

DOMINICA XXII. post Pentecosten.

Oratio.

DEus refugium nostrū, & virtus, adesto pijs Ecclesiæ tuæ precibus auctor ipse pietatis, & præsta: vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dñm.

Lec. S. Euāgel. sēm Matth. L. ix.

Ca. 22 IN illo tempore: Abeuntes Pharisæi, cōsilium inierūt, vt caperent Iesum in sermone. Et reliqua.

Homilia S. Iohānis Chrysost.

Ex homi. 71 i eūd. sub init. MIttunt Pharisæi discipulos suos cum militibus Herodis sic interrogaturos, ut vtrinque prærupta præcipitia laterent: & quidquid responderit, præceps ruat. Herodianos autem simul acceperunt, vt si pro eis responsum ipsius faceret, ipsi criminarentur: sin verò pro ipsis, Herodiani cōtinuò accusarent. Lectio x.

ATqui didrachma iā persoluerat, sed hoc illos oīno fugiebat: & quàmuis alterutro ipsum laqueo capere satis eis erat, malebant tamen aduersus Herodianos ab eo audire. Perspice igitur, qua assecuratione, quoue dolo ipsum aggrediuntur: Nouimus, dicunt, quia verax es. Quomodo igitur quasi à seductore corrumpi asserebatis, quem paulò ante interficere uolebatis? Lectio vndecima.

VNiuersa nempè ista insidiantes faciunt. Nam quoniam paulò ante inflammati, acriter interrogauerunt, dicentes: In qua potestate hæc facis? nec ad eā interrogationem optatum habuerunt responsum, adulatione nunc putant ita eum effeminare, vt aduersus instituta eorum, & præsentem rerum statū quippiam dicat, vnde veritatem quoque ei inesse non ex animo, neq; volentes, attestantur. Lect. xij.

DEinde subiungunt: Nec est tibi cura de aliquo. Perpendis, quomodo se subaperiunt in eum velle sermonē

Chriſtum depellere, quo Herodem offendat, affectatæ tyrannidis ſuſpitione, qa ſtatutas leges cõtẽneret, ita ĩ factionis crimẽ trahere ipsũ nitebãtur.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Matthæum.

ca. . in ed. IN illo tempore: Abeuntes Phariſęi cõſilium inierũt, vt caperent Ieſum in ſermone, & mittũt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis, dicentes: Magiſter, ſcimus quia verax es, & viã Dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo: non enim reſpicis perſonam hominũ. Dic ergo nobis, Quid tibi videtur: Licet cenſum dari Cæſari, an nõ? Cognita autẽ Ieſus nequitia eorũ, ait: Quid me tentatis hypocritę? Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Ieſus: Cuius eſt, imago hæc & ſuperſcriptio? Dicunt ei: Cæſaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. ℟. Amen. Ad Bñs, Aña. Magiſter ſcimus, quia verax es, & uiã Dei in veritate doces, hall. Ad Mag. Aña. Reddite ergo, quę ſunt Cęſaris Cęſari, & quę ſunt Dei Deo, halleluia.

Si ſequens Dominica fuerit vltima poſt Pẽtecoſtẽ eius loco ponit̃ xxiiij. vt infra, & officium huius Dñicæ ponit̃ in Sabbatho pręcedenti, nõ impedito feſto duplici, vel ſemiduplici. Alioquin feria vj. vel alia ſimiliter non impedita.

DOMINICA XXIII. poſt Pentecoſten. Oratio.

ABſolue, quæſumus Domine, tuorum delicta populorũ: & à peccatorũ noſtrorum nexibus, quæ pro noſtra fragilitate cõtraximus, tua benignitate liberemur. Per.

Lectio Sancti Euangelij ſecundùm Matthęum. Lectio ix.

IN illo tpe: Loquẽte Ieſu ad turbas, ecce Princeps vnus acceſſit, & adorauit eum, dicẽs: Domine filia mea modò defuncta eſt. Et reliqua. Cap. 9

Homilia S. Hieronymi pſbyt.

OCtauũ ſignũ eſt, in quo Prĩceps ſuſcitari poſtulat filiã ſuã, nolẽs de myſterio verę circũciſionis excludi: ſed ſubintrat mulier ſanguine fluens, & octauo ſanatur loco: vt Prĩcipis filia de hoc excluſa numero, veniat ad nonum, iuxtà illud, quod in Pſalmo dicitur: Æthiopia præueniet manus eius Deo: Et cùm intrauerit Ex li. 1 cõm. i i cũd.

rit

ſit plenitudo Gentiũ, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet. Lec. x.

ET ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retrò, & tetigit fimbriam ueſtimenti eius. In euangelio ſecundũ Lucam ſcribitur, quòd Principis filia duodecim annos haberet ętatis. Nota ergo, quòd eo tempore hæc mulier, id eſt Gentiũ populus cęperit ęgrotare, quo Genus crediderat Iudęorum. Niſi enĩ ex cõparatione uirtutũ, uitiũ non oſtenditur. L. xj.

HÆc autẽ mulier ſanguine fluens, non in domo, non in urbe acceſſit ad Dominum, quia iuxtà legem ab urbibus excludebatur: ſed in itinere ambulante Domino, ut dũ pergit ad aliam, alia curaretur: vnde dicunt & Apoſtoli: Vobis quidem prius oportebat prædicare verbũ Dei, ſed qm̃ indignos uos iudicaſtis ſalute, trãſgredimur ad gentes. L. xij.

DIcebat enim intra ſe: Si tetigero tantùm fimbriam veſtimẽti eius, ſalua ero. Iuxtà legem qui mulierẽ menſtruatam, aut fluẽtem ſanguine tetigerit, immundus eſt: iſta autẽ ideò tangit Dominum, vt ſanguinis vitio etiam ipſa curaretur. At Ieſus cõuerſus, & uidẽs eam, dixit: Confide filia: fides tua te ſaluam fecit.

Sequẽtia S. Euang. ſcm Matth.

IN illo tempore: Loquente Ieſu ad turbas, ecce Princeps vnus acceſſit & adorauit eũ, dicens: Domine, filia mea modò defuncta eſt: ſed veni, impone manum tuã ſuper eam, & uiuet. Et ſurgens Ieſus ſequebatur eum, & diſcipuli eius. Et ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retrò, & tetigit fimbriã ueſtimẽti eius: Dicebat enim intra ſe: Si tetigero tantùm ueſtimentum eius, ſalua ero. At Ieſus conuerſus, & uidens eam, dixit: Confide filia: fides tua te ſaluam fecit. Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora. Et cùm ueniſſet Ieſus in domum Principis, & uidiſſet tibicines, & turbam tumultuantem, dicebat: Recedite: nõ eſt enim mortua puella, ſed dormit. Et deridebant eum. Et cũ eiecta eſſet turba, intrauit, & tenuit manum eius, & ſurrexit puella. Et exijt fama hæc in uniuerſam terram illam. Ex ca 9. i med.

Ad Bñs, Aña Dicebat enĩ intra ſe: ſi tetigero fimbriã ueſtimẽti ei⁹, ſalua ero. Ad Mag. Aña. At Ieſus cõuerſus, & uidẽs eã,

dixit:

dixit: Confide filia: fides tua te ſaluam fecit: halleluia.

¶. Dominicæ poſt Pentec. non poſſunt eſſe minus xxiij. neq; plures xxviij. Cûm autem fuerint plures xxiij. tunc poſt xxiij. Dominicam ponuntur quæ ſuperfuerunt poſt Epiphaniam ordine poſito in Rubrica generali de Dominicis.

DOMINICA XXIIII. VEL VLTIMA Poſt Pentecoſ.

Oratio.

EXcita queſumus Domine, tuorũ fidelium uolũtates, ut Diuini operis fructum propenſiùs exequentes, pietatis tuæ remedia maiora percipiant. Per Dominum.

Lectio S. Euãg. ſcdm Matth. L.ix.

24 IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Cũ videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, ſtantem in loco ſancto, qui legit intelligat. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi pſbyt.

li.4 QVando ad intelligentiã
m. i prouocamur, myſticum
nd. monſtratur eſſe, quod dictum eſt: legimus autem in Daniele hoc modo: In dimidio hebdomadis deficiet hoſtia, & ſacrificium: & erit in tẽplo abominatio deſolationũ, vſq; ad cõſummationem temporis, & cõſummatio dabitur ſuper ſolitudine. Lect. x.

DE hoc & Apoſtolꝰ loquitur, quòd homo iniquitatis, & aduerſarius eleuãdus ſit cõtra omne quod dicit Deus, aut quod colitur: ita ut audeat ſtare in templo Dei, & oſtẽdere qđ ipſe ſit Deus: cuius aduẽtus ſcdm operationẽ Satanæ deſtruet eos, & ad Dei ſolitudinẽ rediget, q ſe ſuſceperint. L.xj.

POteſt autẽ ſimpliciter, aut de Antichriſto accipi, aut de imagine Cæſaris, quam Pilatus poſuit in templo, aut de Hadriani equeſtri ſtatua, quæ in ipſo Sancto Sanctorũ loco, vſq; in pſentẽ diẽ ſtetit. L.xij.

ABominatio quoq; ſecundùm veterem ſcripturã idolum nũcupatur, & idcirco additur: Deſolationis, quòd in deſolato templo, atq; deſtructo idolum poſitum ſit. Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes. Abominatio deſolationis intelligi poteſt, & omne dogma peruerſum.

Sequentia S. Euãg. ſcdm Matth.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Ex ca. 24. longeꝰ ab init.
Cùm videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Pro-

Propheta, ſtantem in loco ſancto (qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes: & qui in tecto eſt, nõ deſcẽdat tollere aliquid de domo ſua, & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam ſuã. Væ autem pręgnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Orate autem ut nõ fiat fuga veſtra hyeme, vel ſabbatho: erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, vſq; modò, neq; fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc ſi quis vobis dixerit: Ecce hic eſt Chriſtus aut illic, nolite credere. Surgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. Ecce prędixi uobis. Si ergo dixerint vobis: Ecce in deſerto eſt, nolite exire: Ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vſque in Occidentem, ſic erit aduentus filij hominis. Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & Aquilę. Statim autẽ poſt tribulationem dierum illorũ Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, & ſtellę cadent de cœlo, & virtutes cęlorum commouebuntur, & tunc apparebit ſignum filij hominis in cœlo. Et tunc plangent omnes tribus terræ. Et videbũt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute magna, & maieſtate. Et mittet Angelos ſuos cum tuba, & uoce magna: Et congregabuntur electi eius à quatuor uentis, à ſummis cœlorum, vſque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici diſcite parabolam. Cùm iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis quia propè eſt æſtas: Ita & vos, cùm uideritis hæc omnia fieri, ſcitote quia propè eſt in ianuis. Amẽ dico vobis: quia nõ præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cęlũ, & terra tranſibunt, verba autẽ mea nõ præteribunt. ℟. Amẽ.

Ad Benedictus, Antiphona.

Cùm uideritis abominationẽ deſolationis, quę dicta eſt à Daniele Propheta, ſtantẽ in loco ſancto, qui legit, intelligat.

Ad Magnificat, Antiphona.

Amen dico uobis, quia nõ pręteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cęlũ, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt, dicit Dominus.

ABSOLVTIONES, ET BENEDICTIONES NOCTVRNORVM.

IN PRIMO NOCTVRNO

ABSOLVTIO.

EXaudi Dñe Iesu Christe ꝑces seruorum tuorũ, & miserere nobis: q cũ Pře, & Spũ sctõ viuis, & regnas in secula seculorũ. ℟ Am.

Versus Iube Domne benedicere.

BENEDICTIONES.

1 Benedictione ꝑpetua benedicat nos Pater æternus. Resp. Amẽ.

2 Vnigenitus Dei Fili⁹ nos bñdicere, & adiuuare dignet. Ref. Am.

3 Spũs sancti gr̃a illuminet sẽsus, & corda nostra. Resp. Amen.

4 In vnitate sancti Spũs, bñdicat nos Pater, & Filius. Resp. Amẽ.

IN II. NOCTVRNO

ABSOLVTIO.

IPsius pietas, & misericordia nos adiuuet: qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in secula seculorum. Resp Amen.

Vers. Iube Domne benedicere.

BENEDICTIONES.

1 Deus Pater omñs sit nobis ꝓpitius, & clemens. Resp. Amen.

2 Christus ꝑpetuæ det nobis gaudia vitæ. Resp. Amen.

3 Ignem sui amoris accẽdat Deus in cordibus nostris. Resp Amẽ.

4 A cũctis vitijs, & peccatis mundet nos virtus sanctæ Trinitatis. Resp. Amen.

IN III. NOCTVRNO

ABSOLVTIO.

A Vinculis peccatorum nostrorũ absoluat nos omnipotẽs, & misericors Dñs. Resp. Amen.

Vers. Iube Domne benedicere.

BENEDICTIONES.

1 Euãgelica lectio sit nobis salus, & perfectio. Resp. Amen.

2 Ille nos benedicat, qui sine fine viuit, & regnat. Resp. Amen.

3 Diuinũ auxilium maneat semper nobiscum. Resp. Amen.

IN FESTIS B. MARIÆ.

3 Cuius festũ colimus, ipsa virgo virginum intercedat pro nobis ad Dominum. Resp. Amen.

QVANDO FIT DE SANCTO.

3 Cuius festũ colimus, ipse, vel ipsa intercedat pro nobis ad Dominum. Resp. Amen.

QVANDO FIT DE PLVRIBVS SANCTIS.

3 Quorũ, vel quarum festum colimus, ipsi, vel ipsæ intercedãt pro nobis ad Dñm. Resp Amẽ.

4 Ad societatẽ ciuiũ supnorũ: pducat nos Rex Angelorũ. ℟ Am.

Qñ legit ij. Euãg. ꝓ xij vel iij. lec.

Per Euangelica dicta deleantur nostra delicta. Resp. Amen.

In officio iij. lctõnũ, si singulæ tres sunt de scriptura, fer. ij. & v. Absolutio, & iij. primæ Benedictiones j. Noctur. Fer. iij. & vj. Absolutio, & iij. primæ Bñones ij. Noc. Fe. iiij. & Sabbatho, Absolutio, & iij. vltimæ Bñones iij. noc. Si autẽ singulę tres lcões sint de Homilia, Absolõ dr̃ eodem ordine. Bñones verò vt in iij. Noct. ij. ꝓtermissa. Si fit de Sctõ, j. erit Ille nos ben.. 2 Cuius festũ, 3. Ad societ. Qñ legit vna tm lcõ, dr̃: Nos Deus in Regno faciat gaudere superno. Resp. Amen.

PRO-

PROPRIVM SANCTORVM.

Die 29 E

SANCTI SATVRNINI Martyris. Commemoratio.

Ad Vesp. Aña. Iste sanctus. ℣. Iustus vt palma florebit. Orõ.

DEus qui nos beati Saturnini martyris tui cõcedis natalitio pfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per Dominum nostrum.

De festis occurrẽtibus in Aduentu nõ fit officium, nisi fuerit festum duplex, uel semid. Quod si uenerit in Dominica, trasfertur in ij. Feriam simili festo nõ impeditam, De simplicibus autem fit tantũ Commemo. Idem seruari debet in Quadrag. Quatuor Temporibus, & i Vigilijs, vt in rubricis generalibus dictum est.

IN VIGILIA S. ANDREAE.

Si hæc vigilia venerit in Aduentu, nihil fit de ea, nisi in Missa. Si verò non venerit in Aduentu, fit officium de feria, vt dictũ est in rubricis generalibus, cum Homilia & oratione de vigilia, vt infra. Quod seruatur in alijs uigilijs occurrentibus in Aduentu, in Quadragesima, & in Quatuor Temporibus.

¶ Si festum S. Andreę celebretur feria ij. de Vigilia fit officium in Sabbatho, & comme. S. Saturnini in Dominica.

Lectio sancti euangelij secundũ Iohannem. Lect. j.

IN illo tẽpore: Stabat Iohannes, & ex discipulis ei⁹ duo. Et respiciens Iesum ambulantẽ, dixit: Ecce Agn⁹ Dei. Et rel. Cap. 1.

Homilia S. Augustini Epi.

QVia talis erat Iohannes amicus sponsi, nõ quærebat gloriam suã, sed testimonium perhibebat ueritati: nũquid uoluit apud se remanere discipulos suos, ut non sequerentur Dominum? Magis ipse ostendit discipulis suis, quem sequerentur. Lect. ij.

HAbebãt enim illũ tanq̃ Agnũ: Et ille: Quid me attẽditis? Ego nõ sũ Agnus. Ecce Agn⁹ Dei. De quo & superi⁹ dixerat: Ecce Agnus Dei. Et qd nobis prodest Agnus Dei?

Ecce, ait, qui tollit peccata mũdi. Secuti sunt illum, hoc audito, duo, qui erant cum Iohanne. Lectio iij.

VIdeamus sequentia. Ecce Agnus Dei. Hoc Iohannes. Et audierunt eũ duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. Non sic illum sequebantur, quasi iam inhęrerent illi. Nam manifestum est, quando illi inhæserunt, quia de naui eos uocauit. In his enim duobus erat Andræas, sicut modò audistis. Andręas autem erat frater Petri. Oratio.

QVæsumus omnipotens Deus: vt beat⁹ Andręas Apostolus, cuius pręuenimus festiuitatem, tuum pro nobis imploret auxilium: vt à nostris reatibus absoluti, à cunctis etiam periculis eruamur. Per Dominum.

In Laudibus fit comme. S. Saturnini per Antipho. & ℣. de Communi vnius Martyris, cũ oratione superius posita.

30 IN FESTO S. ANDREÆ Apostoli. Duplex 2.

Ad Vesp. Aña Salue crux. cũ reliq. de laud. ps. Dixit Dominus, cũ reliquis de Dñica. Cap.

Ro. 10 FRatres: Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: dicit enim scriptura: omnis qui credit in illum, nõ confundetur. ℟. br. In omnem terrã. Hymnus. Exultet. ℣. Annunciauerunt. vt in communi Apostol. Ad Magn. Aña. Vnus ex duobus qui secuti sunt Dominũ, erat Andręas frater Simonis Petri, halleluia. Oratio.

MAiestatem tuam Domine suppliciter exoram⁹: vt sicut ecclesiæ tuæ beatus Andræas Apostolus extitit prædicator, & rector: ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Ad Matuti. Inuit. Regem Apostolorum. ps. Venite. folio 9. Hym. Æterna Christi mun. vt in cõmuni Apostolorum. In j. noctur. Aña. Vidit Dominus Petrum & Andręam, & vocauit eos. ps. Cœli enarr. fol. 8. Aña Venite post me, dicit Dñs, faciam uos fieri piscatores hominum. ps. Benedicam. fol. 21. Aña. Relictis retibus suis, secuti sunt Dominum redemptorem. ps. Eructauit. fo. 26. Aña. Christus me misit ad istam Prouinciam, ubi non paruum populum acquisiui. ps. Omnes gentes. fol. 28. Aña. Ego si patibulum crucis expauescerem, crucis gloriam non

non prædicarem. ps. Exaudi Deus depreca. fol. 33. Aña. Dignum sibi Dominus computauit Martyrem quem vocauit Apostolum, dum esset in mari. halleluia. ps. Exaudi Deus orõnem. f. 38. ℣. In oẽm terrã. Quatuor lectiones de epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos. Finis legis Christus. vt in Octaua Sanctorum Innocentium. folio 121.

℟. j. Cũ perambularet Dominus iuxtà mare, secus litus Galilęę, vidit Petrum, & Andręã, retia mittentes in mare, & uocauit eos, dicens: Venite post me, faciam uos fieri piscatores hominum. ℣. Erant enim piscatores, & ait illis. Venite.

℟. ij. Mox vt uocem Domini prædicantis audiuit beatus Andręas, relictis retibus quorum vsu, actuq; viuebat: Aternę vitæ secutus est præmia largientem. ℣. Hic est qui pro amore Christi pependit in cruce, & pro lege eius sustinuit passionem. A eternæ.

℟. iij. Homo Dei ducebatur, ut crucifigeretur. Populus autem clamabat uoce magna, dicens: Innocens eius sanguis sine causa damnatur. ℣. Cumque ducerent eum, vt crucifigeretur, factus est concursus populorum clamantium, & dicentium: Innocens eius.

℟. iiij. Doctor bonus, & amicus Dei Andręas ducitur ad crucẽ: quam à longè aspiciens dixit: Salue crux: Suscipe discipulum eius, qui pependit in te magister meus Christus. ℣. Salue crux quæ in corpore Christi dedicata es, & ex membris eius, tamquàm margaritis ornata. Suscipe discipulum.

In ij. noct. Aña. Andreas Apostolus rogabat populum, vt nõ impediret passionem ipsius. ps. Confitebimur. folio 40. Aña. Vidés Andręas crucem, cum gaudio dicebat: Amator tuus semper fui, & desideraui amplecti te, o bona crux. ps. Fundamenta. f. 46. Aña. Salue Crux quæ in corpore Christi dedicata es: & ex membris eius tamquàm margaritis ornata. ps. Cantate j. f. 49. Aña. Accipe me ab hominibus, & redde me magistro meo, ut per te me recipiat, qui per te me redemit, halleluia. Psalm. Dñs regnauit exul. f. 49. Aña. Biduo uiuens pendebat in cruce beatus Andręas pro Christi nomine, & docebat populum. ps. Cantate ij. f. 49. Aña. Non me permittas Domine famulum tuum à te separari: tem-

tempus est, vt commendetur terræ corpus meum, & me ad te venire iubeas. Psal. Dominus regnauit irasc. folio 49. ℣. Constitues eos Principes.

Lectio quinta.

Andreas Apostolus Bethsaidæ natus, qui est Galileę uicus, frater Petri natu maior, discipulus Iohānis Baptistæ, cùm eum de Christo dicētem audisset: Ecce Agnus Dei: secutus Iesum, fratrem quoq; suum ad eundē perduxit. Post cuius passionē, & resurrectionem Andreas cùm in Scythiā Europæ, quæ ei prouincia ad Christi fidem disseminādam obtigerat, venisset, deinde Epirum, ac Thraciā peragrasset, doctrina & miraculis innumerabiles homines ad Christum conuertit. ℟. Cū uidisset beatus Andreas crucem, exclamauit, & dixit: Salue crux, quàmdiù fatigaris? Expecta me, sicut expectasti Dominum, & magistrum meū. ℣. O bona crux diu desiderata, & iàm concupiscenti animo præparata. Expecta me sicut expectasti Dominum, &c.

Lectio vj.

Post Patras Achaię profectus, & in ea Vrbe plurimis ad veritatem Euangelicā perductis, Aegeam proconsulem prædicationi Euangelicæ resistentem, liberrimè increpauit, quòd qui Iudex hominum haberi vellet, Christum Deum omnium Iudicē à Dęmonibus elusus non agnosceret. Tunc Aegeas Andreā impia oratione interpellat, ac demū hortatur, vt sibi consulēs, Dijs velit immolare. ℟. O bona crux, quæ decorem, & pulchritudinem de membris Domini suscepisti accipe me ab hominibus, & redde me magistro meo: Vt per te me recipiat, qui per te me redemit. ℣. Beatus Andreas expāsis manibus ad cœlum orabat, dicens: Salua me bona crux. Vt per te me recipiat, qui per te me redemit.

Lectio vij.

Qui Andreas: Ego omnipotenti Deo, qui unus & uerus est, immolo quotidie, non taurorum carnes, nec hircorum sanguinem, sed immaculatum Agnū in altari: cuius carnē posteaquàm omnis populus credentium manducauerit: Agnus qui sacrificatus est integer perseuerat, & uiuus. Quamobrem ira accēsus Aegeas, iubet eum in carcerē detrudi. ℟. Videns crucem Andreas exclamauit, dicens: O crux admirabilis, ò crux quæ

per

per totum mundum rutilas, Suscipe discipulū Christi, ac per te me recipiat, qui per te moriēs me redemit. ℣. O bona crux, quæ decorem, & pulchritudinē de membris Domini suscepisti. Suscipe discipulum Christi, ac per te me recipiat, qui.

Lectio viij.

Igitur paulò pòst in tribunal perductum, cū Aegeas crucis extollentem mysteria, sibiq; suam impietatem exprobrantem diutiùs ferre nō posset, in crucem tolli, & Christi mortem imitari iussit. Itaque cruci affixus est, in qua biduū viuus pendens, & Christi fidē prædicare nunquàm intermittens, ad eum migrauit, cuius mortis similitudinem concupierat. Eius ossa primùm Constantino Imperatore, Constātinopolim, deinde Malphim translata sunt. Caput, Pio II. Pontifice Romam allatum, in Basilica sancti Petri collocatum est. ℟. Expandi manus meas tota die in cruce ad populum non credentem, sed cō tradicentem mihi. Qui ambulant vias nō bonas, sed post peccata sua. ℣. Deus vltionū Dominus, Deus ultionum liberè egit: exaltare qui iudicas terram, redde retributionem superbis. Qui ambulant vias non. Gloria Patri, & Filio. Qui ambulant vias non.

In iij. nocturno. Antiphona.

Dilexit Andreā Dominus in odorem suauitatis, halleluia. Canticum. Vos sancti Domini. cum reliquis. folio ℣. Nimis honorati.

Lectio sancti Euangelij secūdùm Matthæum. Lectio ix.

In illo tempore: Ambulans Iesus iuxtà mare Galilęæ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andreā fratrem eius, mittentes rete in mare. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Audistis, fratres charissimi, quòd ad vnius iussionis vocem, Petrus, & Andreas, relictis retibus secuti sunt Redemptorem. Nulla verò hunc facere adhuc miracula uiderant: nihil ab eo de pręmio æternæ retributionis audierant, & tamen ad vnum Domini præceptum, hoc quod possidere uidebantur, obliti sunt. Quanta nos eius miracula videmus? quot flagellis affligimur? quantis minarum asperitatibus deterremur? & tamen uocantem sequi contemnimus. ℟. Orauit S. Andreas, dū respiceret in cęlum,

lum,

lum, & voce magna clamauit,& dixit: Tu es Deus meus quem vidi: ne me patiaris ab impio Iudice deponi: Quia uirtutem sanctæ crucis agnoui. ℣. Tu es magister meus Christus, quem dilexi, quem cognoui, quem cõfessus sum: tãtummodo in ista uoce exaudi me. Quia virt. Lectio x.

IN cœlo iam sedet, qui de conuersione nos admonet: iam iugo fidei colla gentium subdidit: iam mundi gloriam strauit: iam ruinis eius crebrescentibus, districti sui iudicij propinquantẽ denunciat diẽ: & tamen superba mens nostra adhuc non vult hoc spõtè deserere, quod quotidie perdit inuita. ℟. Beatus Andreas de cruce clamabat, dicẽs: Domine Iesu Chr̃e magister bone. Non me iubeas deponi de ista cruce, nisi prius acipias spiritũ meum ℣. Quoniã tu es protector meus Christe, in manus tuas Domine commendo Spiritum meum. Non. L. xj.

QVid ergo, fratres charissimi, quid in eius iudicio dicturi sumus qui amore præsentis seculi, nec præceptis flectimur, nec verberibus emendamur? Sed fortasse aliquis tacitis secum, cogitationibus dicat: Ad vocem Dominicam vterque iste piscator quid, aut quantum dimisit, qui penè nihil habuit? Sed in hac re, fratres charissimi, affectum debemus potiùs pensare, quàm censum. ℟. Vir iste in populo suo mitissimus apparuit: sanctitate autem, & gratia plenus: iste est qui assiduè orat Pro populo, & pro Ciuitate ista. ℣. Pro eo, vt me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam. Pro populo, &c. Lectio xij.

MVltum reliquit, qui sibi nihil retinuit: multum reliquit, qui quantumlibet parum, totum deseruit. Certè nos, & habita cũ amore possidemus, & ea quæ minimè habemus ex desiderio quærimus. Multum ergo Petrus, & Andreas dimisit, quãdo vterque etiam desideria habendi reliquit. ℟. Dilexit Andream Dominus in odorem suauitatis, dum penderet in cruce: quem dignum sibi computauit Martyrem, & vocauit Apostolum, dum esset in mari. Et ideò amicus Dei appellatus est. ℣. Biduo viuens pendebat in cruce pro Christi nomine beatus Andreas, & docebat populum. Et ideò.

Sequentia sancti Euãgelij secundùm Matthæum.

Ca. 4. post med. IN illo tempore: Ambulans Iesus iuxtà mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrẽ eius mittentes rete in mare (erant enim piscatores) & ait illis. Venite post me: faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuò relictis retibus, secuti sunt eum. Et procedẽs inde, vidit alios duos fratres: Iacobum Zebedęi, & Iohannem fratrem eius in naui cũ Zebedęo patre eorum, reficiẽtes retia sua: & vocauit eos. Illi autem relictis statim retibus, & patre secuti sunt eum.

Oratio vt supra. Nota quòd in festis Sanctorũ, oratio quæ dicta est in j Vesperis, dicitur etiam ad Matutinum Laud. iij. vj. ix. & in ij. Vesperis. Ad Laudes, & per Horas. Aña.

SAlue crux pretiosa, suscipe discipulũ eius, q̃ pepẽdit in te magister meus Christus. Psalmus. Dominus regnauit. cum reliquis, qui signati sunt pro festis in Psalterio in Laudibus Dominicæ. folio 18. Aña. Beatus Andreas orabat, dicens: Domine Rex æternæ gloriæ, suscipe me pendẽtem in patibulo. Antiph. Andreas Christi famulus, dignus Dei Apostolus, germanus Petri, & in passione socius. Antiph. Maximilla Christo amabilis, tulit corpus Apostoli, optimo loco cum aromatibus sepeliuit. Aña. Qui persequebantur iustum, demersisti eos Domine in Inferno: & in ligno crucis dux iusti fuisti. Capit. Fratres, Corde enim. ℟. bre. Constitues eos. Hym. Exultet cœlum. ℣. Annunciauerunt. Ad Benedictus, Antiphona. Concede nobis hominem iustum, redde nobis hominem sanctum: ne interficias hominem Deo charum, iustum, mãsuetum, & pium. Ad iij. Cap. Fratres: Corde enĩ. ℣. In omnem terram. de cõmuni Apostolorum. Ad vj. Capitulum.

NOn enim est distinctio Iudęi, & Græci: nam idẽ Ro 10.
Dominus omnium, diues in omnes qui inuocãt illũ. Omnis enim qui inuocauerit nomen Domini saluus erit. ℣. Constitues eos. Ad ix Capit.

ISaias enim dicit: Domine quis credidit auditui nr̃o? Ro 10.
ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum Christi, sed dico: Numquid nõ audierũt?

Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum : & in fines orbis terræ uerba eorum. ℣. Nimis honorati.

Ad Veſperas Antiphona. Salue crux, cum reliq. de Laud. Pſal. vt in ij. veſp. de Communi Apoſtolorum, Cap. & reliq. vt in j. veſp. Ad Magnif. Aña.

Cùm perueniſſet beatus Andreas ad locum vbi crux parata erat, exclamauit, & dixit: O bona Crux, diù deſiderata, & iam concupiſcenti animo præparata, ſecurus & gaudens uenio ad te : ita & tu exultans ſuſcipias me diſcipulum eius, qui pependit in te.

FESTA DECEMBRIS.

e 2. S. BIBIANÆ VIRGINIS & Martyris.

Oratio. Indulgentiam, vt in Communi Virginum. Si hoc feſtum venerit in Dominica. Lectio duodecima.

BIbiana Virgo Romana Fauſti, & Dafroſæ Martyrum filia, à tenera ætate ſic à parentibus imbuta eſt Chriſtiana religione, vt neque precibus, neque terroribus Iuliani Imperatoris à Ieſu Chriſti cultu deterreri poterit. Quamobrem plumbatis vſque ad necem cęſa, virginalem palmam Martyrij coronà decorauit. Cuius corpus, cùm nefarii Imperatoris iuſſu proiectum biduo iacuiſſet inhumatum, à Iohanne Preſbytero ſepultum eſt quarto Nonas Decembris propè matris, & ſororis Demetriæ ſepulchrum ad Palatium Licinianum.

SANCTÆ BARBARÆ Virginis, & Martyris. Die 4. B

Oratio. Deus qui inter cætera potentiæ tuæ. vt in communi Virginum.

SANCTI SABBÆ ABBATIS. Oro. Die 5. C

INterceſſio nos quæſumus Dñe beati Sabbæ Abbatis commendet : vt quod noſtris meritis nō valemus, eius patrocinio aſſequamur. Per Dñm noſtrū Ieſum Chriſtū.

SANCTI NICOLAI Epiſcopi. ſemidupl. Die 6. D.

Officium fit ut in rubr. general. de feſto ſemidupl. omnia dicuntur de communi vnius Confeſſo. Pontif. exceptis his, quæ hic ſunt propria. Oratio.

DEus qui beatum Nicolaum Pontificem tuum innumeris decoraſti miraculis : tribue quæſumus : vt eius meritis, & precibus à gehennæ incendiis liberemur. Per Dominum noſtrum.

Com-

Cōm. de Aduē. quæ competit. In j. noct. leguntur lectiones de Iſaia, quæ occurrunt per ordinem in officio de Tempore. Quod & in alijs feſtis ſeruatur, quando alię lectiones in j. noct. non aſſignātur. L. v.

NIcolaum illuſtri loco Pataræ in Lycia natum, parentes ſteriles à Deo precibus impetrarunt. Cuius uiri ſanctitas, quanta futura eſſet, iam ab incunabulis apparuit. Nam infans cū reliquos dies lac nutricis frequens ſugeret, quarta & ſextæ feria ſemel duntaxat, idque veſperi, ſugebat : quam ieiunij conſuetudinem in reliqua vita ſempertenuit. Lectio vj.

ADoleſcens parētibus orbatus facultates ſuas pauperibus diſtribuit : de quibus tres virgines nuptui tradi fecit, quarum pudicitiam eorū pater egens proſtituere cogitarat. Cùm uerò ſe totum Deo dediſſet, & ſingularis ſanctitatis omnibus documēta præberet, Dei admonitu Myreā quę Lycię Metropolis erat, uenit: quo tpe eius urbis Ep̄o mortuo, Nicolaus sūmo oīum cōſenſu Myreę Ep̄s creat̄. L. vij.

IN Epiſcopatu caſtitatē quā ſemper coluerat, grauitatē, orationis aſſiduitatē, uigilias, abſtinentiam, liberalitatem, & hoſpitalitatem, in adhortando manſuetudinem, in reprehendendo ſeueritatem perpetuò adhibuit. Viduis & orphanis pecunia, conſilio, opera non defuit. Oppreſſos adeò ſubleuauit, ut etiā tres tribunos per calumniam a Cōſtantino Auguſto cōdemnatos qui ſe propter famam eius miraculorū longiſſimè abſenti commendarant, adhuc uiuēs, cū Imperatori minaciter eum terrens apparuiſſet, liberauit. L. viij.

CVm uerò cōtra edictum Dioclitiani, & Maximiani Chriſtianæ fidei ueritatem Myreæ prędicaret, ab Imperatorum ſatellitibus comprehenſus, & longiſſimè abductus in carcerem coniectus eſt : ubi fuit uſque ad Conſtantinum Imperatorem : cuius iuſſu ex cuſtodia ereptus Myream redijt, ubi non multò pòſt inſtante morte, in cœleſtem patriam migrauit octauo idus Decembris, anno ſalutis humanæ trecenteſimo quadrageſimo tertio.

In iij. noct. Hom in euange. Homo quidam peregrè proficiſcens. ut in communi confeſſorum Pontif. fol.

S. AM-

Die 7. E. S. AMBROSII EPISCOPI Cõf. & Ecclesiæ Doct. Dup. 3.

Ad Vesp. Aña. Ecce sacerdos magnus. cum rel. de cõi Cõf. Pontif. Ad Magnificat, Aña. O Doctor optime. Oratio.

DEus qui populo tuo æternæ salutis beatũ Ambrosium ministrum tribuisti: præsta quæsumus, vt quẽ Doctorem vitæ habuimus in terris: intercessorem habere mereamur in cęlis. Per Dominũ.

Deinde fit comm. S. Nicolai, nisi trãsferatur: postea de Aduentu. Ad Matut. & aliàs horas omnia de communi Confessorum Pontificum.

In j. noct. Lect. Fidelis sermo. de eodem cõmuni. £. L. v.

AMbrosius Episcopus Mediolanẽsis Ambrosij Ciuis Romani filius, patre Galliæ Præfecto natus est. In huius infantis ore examẽ apum consedisse dicitur: quę res Diuinam viri eloquentiam præmonstrabat. Romæ liberalibus disciplinis eruditus est. Pòst à Probo præfecto Liguriæ, & Aemiliæ prępositus: vnde postea eiusdem Probi iussu cum potestate Mediolanũ venit: vbi mortuo Auxẽtio Ariano Episcopo, populus eũ successorem delegit. Lectio vj.

REcusante illo, & eorum precibus resistente, ardẽs populi studium ad Valẽtinianum Imperatorem delatũ est, cui gratissimum fuit, à se delectos Iudices ad sacerdotium postulari. Itaque cùm ad populi desiderium Imperatoris volũtas accederet, Ambrosius baptizatus (erat enim Cathecumenus) sacrisq; initiatus, ac seruatis omnibus ex instituto Ecclesiæ ordinum gradibus, octauo die, qui fuit septimo Idus Decembris, Episcopale onus suscepit. Lectio vij.

FActus Episcopus, catholicã fidem, & disciplinam Ecclesiasticam acerrimè defendit, multosq; Arianos, & alios hæreticos ad fidei veritatẽ cõuertit, in quibus clarissimum Ecclesiæ lumen sanctum Augustinum Iesu Christo peperit. Gratiano Imperatore occiso, ad Maximum eius interfectorẽ, legatus profectus est, eumq; pęnitentiam agere recusantem, à fidelium communione semouit. Theodosium Imperatorem, propter cædem Thessalonicę factam, ingressu Ecclesię ꝓhibuit. Quare Theodosius ab eo impositam publicam pœnitentiam humiliter egit. Lectio octaua.

Ergo

ERgo sanctus Episcopus ꝓ Ecclesia Dei maximis laboribus, curisq; perfunctus, multis libris etiam egregiè cõscriptis: antequàm in morbũ incideret, mortis suæ diẽ prædixit. Ad quem ęgrotum Honoratus Vercellensis Episcopus, Dei voce ter admonitus, accurrit, eiq; sanctum Domini corpus præbuit, quo ille sumpto conformatis crucis in similitudinem manibus, orãs animam Deo reddidit pridie nonas Aprilis, anno post Christum natum trecentesimo octuagesimo.

In iij. noct. legitur Homil. in Euangeliũ. Vos estis sal terrę. de Communi Doctorũ.

Die 8. F. CONCEPTIO B. MARIÆ.

Duplex 3.

Omnia præter Lectiones j. & ij. noct. dicunt vt in Natiuitate eiusdem, mutato nõie Natiuitatis. in nomen Cõceptionis. In j. Vesp. omnia de Concept. cũ cõm. S. Ambrosij, & Aduẽt. Ex libro Ecclesiastici. Lectio j.

Ca. 24 sub init. EGo ex ore Altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. Ego feci in cœlis, vt oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habitaui, & thronus meus in columna nubis: gyrum cęli circuiui sola, & profundum abyssi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui, & in omni terra steti. Lectio ij.

ET in omni populo, & in omni gente primatũ habui, & omnium excellẽtium, & humilium corda virtute calcaui, & in his omnibus requiem quæsiui, & in hęreditate Domini morabor. Tũc pręcepit, & dixit mihi creator omnium: & qui creauit me requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi: in Iacob inhabita, & in Israel hæreditare, & in electis meis mitte radices. Lectio iij.

AB initio, & ante secula creata sum, & vsq; ad futurum seculum non desinam, & in habitatione sancta corã ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum, & in Ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorũ detentio mea. L. iiij.

QVasi Cedrus exaltata sum in Libano, & quasi Cypressus in monte Sion. Quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Ieri-

cho:

cho: Quasi oliua speciosa in cāpis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquas. In plateis sicut cinnamomum, & balsamū aromatizans odorē dedi, quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris.

Sermo sancti Ambrosij Episcopi. Lectio quinta.

Ex li. de Virginibus sub initiū. SIt vobis tamquàm in imagine descripta Virginitas, vitaq; beatæ Mariç, de qua velut speculo refulget species castitatis, & forma virtutis. Hinc sumatis licet exempla viuēdi: vbi tamquā in exemplari, magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, ostendunt. Lectio sexta.

PRimus discēdi ardor, nobilitas est magistri. Quid nobilius Dei matre? Quid splēdidius ea, quam splendor elegit? Quid castius ea, quæ corpus sine corporis contagione generauit? Nā de cæteris eius virtutibus quid loquar? Virgo erat non solùm corpore, sed etiam mente, quæ nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectum. Lectio vij.

COrde erat humilis, verbis grauis, animi prudens, loquendi parcior, legendi studiosior, non in incerto diuitiarum, sed in prece pauperis spem reponens. Intenta operi, verecunda sermone, arbitrū mentis solita non hominem, sed Deum quærere. Non lædere reos, benè velle omnibus, assurgere maioribus natu, æqualibus non inuidere, urgere iactantiam, rationem sequi, amare virtutem. L. viij.

QVando ista vultu læsit parentes? Quando dissensit propinquis? Quando fastidiuit humilem? Quādo derisit debilem? Quando vitauit inopem? Eos solos solita cętus virorum inuisere, quos misericordia non erubesceret, neq; præteriret verecūdia: nihil toruum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecūdum. Non gestus fractior, non incessus solutior, non uox petulantior: vt ipsa corporis species simulacrum fuerit mētis, figura probitatis.

In iij. noct. Hom. in Euangel. Liber generationis, vt in Natiuita. & xij. Lectio sumitur de eadem. Homilia infra Octauam eiusdem.

Die 10 A. S. MELCHIADIS PAPÆ, & martyris. Commemoratio. Oratio. Infirmitatem nostrā. vt in Communi Martyrum Pontificum.

Die 11 B. S. DAMASI PAPÆ, & Conf. Semidup. Oro.

EXaudi Domine preces nostras: & interueniēte beato Damaso Confessore tuo atque Pontifice, indulgentiā nobis tribue placatus, & pacem. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat.

Deinde fit cōm. Aduēt. Lect. v.

DAmasus Hispanus vir egregius, & eruditus in scripturis, indicto primo Cōstantinopolitano Cōcilio nefariam Eunomij, & Macedonij hæresim extinxit. Idē Ariminensem conuentum condemnauit, in quo, vt scribit sanctus Hieronymus Valētis potissimùm, & Vrsatij fraudibus damnatio Nicenæ fidei conclamata fuit: & ingemiscens orbis terrarum, se Arianum esse miratus est. Lect. vj.

BAsilicas duas ædificauit, alteram sancti Laurentij nomine ad theatrum Pompeij, quam maximis muneribus auxit, eique domos, & prædia attribuit: alteram via Ardeatina ad catacumbas. Platoniam etiam, vbi corpora sanctorum Petri & Pauli aliquādiù iacuerunt, dedicauit, & exornauit elegantibus versibus. Idemq; prosa, & versu scripsit librum de Virginitate, multaque alia metro edidit. Lectio vij.

POenam Talionis constituit ijs, qui alterum falsi criminis accusassent. Instituit, vt in Ecclesia Psalmi ab alternis canerentur, & in fine cuiusque Psalmi diceretur, Gloria Patri. Et vt confessio Missæ esset exordium. Eius iussu sanctus Hieronymus diuinæ Scripturæ libros in Latinum conuertit. Lectio viij.

CVm Ecclesiā rexisset annos decem & octo, menses tres, dies vndecim, & habuisset ordinationes quinque mense Decembri, quibus creauit Presbyteros triginta duos, Diaconos vndecī, Episcopos p diuersa loca sexagita duos, virtute, doctrina, ac prudentia clarus propè octogenarius, Theodosio Seniore Imperatore, obdormiuit in Domino: & via Ardeatina vnà cū matre, & sorore sepultus est ī Basilica quā ipse ędificauerat. Ei⁹ reliquiæ postea translatæ sunt in Ecclesiam S. Laurētij in Damaso, quam idem Pontifex ad theatrū Pompeij cōstruxerat.

In iij. noct. Hom. in Euangel. Vigilate. vt in Communi Cōfessorum Pontificum.

Die 13 D. **S. LVCIÆ VIRGINIS, & Mart.** Duplex 3.

Ad Vesp. Aña. Orāte S. Lucia. cum rel. de Laud. Psalmi. Cap. ℟. br. Hym. & ℣. de Commu ni Virginū. Ad Mag. Antiph. In tua patientia possedisti ani mam tuam Lucia spōsa Christi: odisti quæ in mundo sunt, & coruscas cum Angelis: sanguine proprio inimicum vicisti. Orō. Exaudi nos Deus. Deinde sit comm. de Aduētu. Ad Matut. omnia de Communi Virginum præter hic posita. Lectiones j noct. de eodem cōi videlic. De virginib⁹. f.

℟. j. Lucia Virgo quid à me petis, quod ipsa poteris pręstare continuò matri tuæ? nam & fides tua illi subuenit, & ecce saluata est. Quia iucūdū Deo in tua virginitate habitaculū pręparasti. ℣. Sicut per me Ciuitas Catanēsium sublimatur à Christo, ita per te Syracusana Ciuitas decorabitur. Quia. ℟. ij. Per ipsam te deprecor mater, quæ te suis saluam fecit precibus: ne mihi in terris nomines sponsum: Nec velis de corporis mei posteritate fructum mortalitatis quęrere. ℣. Quæ datura eras pro corruptionis meæ auctore, da mihi eunti ad integritatis meæ auctorem Christum. Nec velis. ℟. iij. Rogaui Dominū meū Iesum Christum, vt ignis iste non dominetur mei. Et impetraui à Dño inducias martyrij mei. ℣. Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: Ego autem orabam. Et impe. ℟. iiij. Grata facta est à Dño in certamine, quia apud Deū, & apud homines glorificata est: in conspectu Principis loquebatur sapientiam. Et Dominus omnium dilexit eam. ℣. Adiuuabit eam Deus vultu suo, Deus in medio eius non commouebitur. Et. Lectio v.

LVcia virgo Syracusana genere, & Christiana fide ab infantia nobilis, vnà cū matre Eutitia, q̄ sanguinis fluxu laborabat, Catanam, ad venerādum corpus beatæ Agathę venit, quæ ad eius sepulchrum cùm suppliciter orasset, Agathæ intercessione matri sanitatem impetrauit. Statim verò matrem exorauit, vt quā dotē sibi datura esset, Christi pauperibus tribui pateretur. ℟. Dilexisti iustitiam, cum reliq. de ij. noctur. Virginum. Lect. vj.

VT igitur Syracusas redijt, omnem pecuniam, quā ex facultatibus venditis redegerat, pauperibus distribuit. Quod

Quod vbi resciuisset is, cui eā parentes contra Virginis voluntatem desponderant, apud Paschasium Pręfectū, Luciam, quòd Christiana esset, accusauit. Quā ille nec precibus, nec minis ad cultum idolorū potuit perducere. Lectio vij.

CVmq; Paschasius eam interrogasset. Est ne in te Spiritus sanctus? Respōdit: Castè, & piè viuentes templū sunt Spiritus sancti. At ille: Iubebo te ad Lupanar duci, vt te Spiritus sanctus deserat. Cui Virgo: si inuitam iusseris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Quare Paschasius ira inflammatus Luciam eò trahi iussit, vbi eius virginitas violaretur: sed Diuinitùs factū est, vt firma virgo ita consisteret, vt nulla vi de loco dimoueri posset. Lectio viij.

QVamobrē Paschasius circum ipsam pice, resina, ac feruēti oleo perfusam, ignē accēdi imperauit: sed cùm ne flamma quidem eam lęderet, multis tormentis excruciatæ guttur gladio transfigi iubet. Quo vulnere accepto Lucia prædicens Ecclesiæ tranquillitatem quæ futura erat, Maximiano, & Dioclitiano mortuis, vigesimo Kalēdas Ianuarij spiritum Deo reddidit. Cuius corpus Syracusis sepultū, deinde Constantinopolim, postremò Venetias trāslatū est. In iij. noct. Hom. in Euangel. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito. de cōi sanctæ Martyris tantū.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

ORāte sancta Lucia, apparuit ei beata Agatha, & cōsolabat̃ ancillā Christi. ps. Dñs regn. cū rel. fol. 18. Aña. Lucia virgo quid à me petis, quod ipsa poteris pręstare cōtinuò matri tuæ? Aña. Per te Lucia virgo Ciuitas Syracusana decorabitur à Domino Iesu Christo. Aña. Benedico te Pater Domini mei Iesu Christi, quia per filium tuum ignis extinct⁹ est à latere meo. Aña. Soror mea Lucia virgo Deo deuota, quid à me petis, quod ipsa poteris præstare continuò matri tuæ? Ad Bñs, Aña. Colūna es immobilis Lucia spōsa Christi: quia omnis plebs te expectat, vt accipias coronam vitę, hal. Deīde fit cōm. de fer. Ad horas Añæ de Laudibus. Alia de communi Virginum. Ad Vesp. Aña. Orāte S. Lucia. cum rel. Psal. & reliq. vt in j Vesperis. Ad Magn. Antiph. Tanto pondere eam fixit Spiritus

ritus sanctus, vt Virgo Christi immobilis permaneret.

Deinde cōmemoratio de fer. De Vigilia S.Thomæ Apostoli, nihil fit nisi in Missa.

ie 21 E. S. THOMÆ APOSTOLI.

Duplex 2.

Omnia de Communi Apostolorū exceptis ijs quæ hic sunt propria. Ad Magn. In vtrisque Vesperis, & ad Bñs, Antiph. Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui non viderūt, & crediderunt, halleluia. Orō.

DA quæsumus Dñe beati Apostoli tui Thomæ solennitatibus gloriari: vt eius semper, & patrocinijs subleuemur, & fidem congrua deuotione sectemur. Per Dominū.

Deinde pro cōm. Aduēt. Aña. O. In j. noct. Lect. Sic nos existimet homo. de Communi Apostolorum. fol. Lec. v.

THomas Apostolus, qui & Dydimus, Galilæus, post acceptum Spiritum sanctū in multas Prouincias profectus est ad prędicandum Christi Euangelium: Parthis, Medis, Persis, Brachmanis, Hircanis, & Bactris, Christianæ fidei, & vitæ præcepta tradidit. Postremò ad Indos se conferens, eos in Christiana religione erudiuit: qui ad extremum uitę doctrinęque sanctitate, & miraculorum magnitudine, cū cæteris omnibus sui admirationem, & Iesu Christi amorem commouisset, illius gentis Regem, idolorum cultorem, magis ad iram accendit: cuius sententia condemnatus, telisque confossus Calamine Apostolatus honorem Martyrij corona decorauit.

In vj. & vij. & viij. Lectione legitur Sermo. Scriptum est. vt in Cōmuni Apostolorū. f.

Lectio S.Euāg. sēn Iohā. L. ix.

IN illo tēpore: Thomas vnus de duodecim, qui dicitur Didymus non erat cū eis quādo venit Iesus. Et reliqua. Ca. 20

Homilia S. Gregorij Papæ.

QVid, fratres Charissimi, quid inter hæc animaduertitis? Nūquid casu gestum creditis, vt electus ille discipulus tunc deesset, pòst autē veniens audiret, audiens dubitaret, dubitans palparet, palpans crederet? Nō hoc casu, sed diuina dispēsatione gestū est. L. x. Ex homi. 26. i init.

EGit namq; miro modo diuina clementia: vt discipulus dubitās, dum in magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis sanaret vulnera infidelitatis. Plùs enim nobis Thomę infidelitas ad fidem, quàm

fides

fides discipulorum credentiū profuit: quia dum ille ad fidē palpādo reducitur, nostra mēs omni dubitatione postposita in fide solidatur. Lectio xj.

SIc quippè discipulum post resurrectionem suam dubitare permisit Dñs, nec tamē in dubitatione deseruit, sicut ante Natiuitatem suā, Mariā sponsum habere voluit, qui tamen ad eius nuptias non peruenit. Lectio duodecima.

NAm ita factus est Discipulus dubitans, & palpās, testis veræ resurrectionis, sicut spōsus matris fuerat custos integerrimæ Virginitatis. Palpauit autē, & exclamauit: Dominus meus, & Deus meus.

Sequentia sancti Euāgelij secundùm Iohannem.

Ca. 20 i fine. IN illo tēpore: Thomas vnus de duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cū eis, quando venit Iesus: Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo iterum erāt discipuli eius intus, & Thomas cum eis: venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meū, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma credidisti. Beati qui non viderunt, & crediderunt.

Pro cōmemoratione Aduentus, nisi festum transferatur. Aña. Nolite timere: quinta enim die veniet ad vos Dominus noster.

FESTA IANVARII.

S. PAVLI PRIMI EREMITÆ. Semiduplex. Die 15 C.

Hoc festum transfertur post Octauam Epiphanię in die simili, vel maiori festo non impeditum. Officium fit de Cōmuni Confessorum non Pontificum. Oratio. Deus qui nos beati Pauli. vt in Communi. Lectio quinta.

PAulus Eremitarum auctor & magister, apud inferiorem Thebaidem natus, cùm quindecim esset annorum, orbatus parentibus, declinandæ causa persecutionis Decij, & Valeriani, & Deo liberiùs

inſeruiendi, in Eremi ſpeluncam ſe contulit: Vbi palma ei victum, & veſtitum præbente, vixit ad centeſimum & decimum tertium annum: quo tẽpore ab Antonio nonagenario, Dei admonitu iuiſit. L. vj.

QVibus inter ſe, cùm antea non noſſent, proprio nomine conſalutantibus, & multa de regno Dei colloquentibus, coruus qui antea ſemper Paulo dimidiatum panem attulerat, integrum detulit. Quare cum gratiarum actione ad fontem capientes cibum, vbi tantiſper recreati ſunt, iterum gratijs de more Deo actis, noctem in Diuinis laudibus conſumpſerũt. L. vij.

DIluculò verò Paulus de morte, quæ ſibi inſtaret, admonens Antonium, hortatur, vt pallium quod ab Athanaſio acceperat, ad inuoluendum ſuum corpus afferret. Quo ex itinere rediens ille, vidit inter Angelorum Choros, inter Prophetarum, & Apoſtolorum cœtus Pauli animam in cœlum aſcendere. Cùmque ad eius cellam perueniſſet, inuenit genibus cõplicatis, erecta ceruice, extenſiſque in altum manibus corpus exanime, quod pallio obuoluẽns, hymnos & pſalmos ſuper illud ex Chriſtiana traditione decantauit. Lect. viij.

CVm verò ſarculum, quo terram foderet, non haberet, duo leones ex interiori Eremo rapido curſu ad beati ſenis corpus feruntur: qui certatim terram pedibus effodientes, foueam quæ hominem commodè caperet, effecerunt: qui cùm abijſſent, Antonius ſanctum corpus in eũ locum intulit, & iniecta humo, tumulum ex chriſtiano more compoſuit.

In iij. noctur. Hom. in Euãg. Confiteor tibi Pr̃. quæ habet infra ĩ feſto S. Matthię.

S. HIGINII PAPÆ, & Mar. Commemor. Oratio. Infirmitatẽ. vt in cõi ſ.

S. HILARII EPISCOPI, & Conf. Semid. Oratio.

DEus qui populo tuo æternæ ſalutis beatum Hilarium miniſtrum tribuiſti: pręſta quæſumus: vt quem Doctorem vitæ habuimus in terris, interceſſorem habere mereamur in cœlis. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Si hoc feſtum venerit in Dominica, transfertur in diem aliam maiori, vel ſimili feſto occurrente, vel prius translato non impeditam. Commę. autem cum xij. Lectione S. Felicis fit in Dominica.

Cõm. S. Felicis in Pincis. Or̃o.

COncede quæſumus omnipotens Deus, vt ad meliorem vitam Sanctorum tuorum exempla nos prouocent: quatenus quorũ ſolennia agimus, etiam actus imitemur. Per Dominum noſtrum. L. v.

HIlarius in Aquitania, nobili genere natus, doctrina, & eloquentia excelluit, qui primùm in matrimonio quaſi monachi vitam egit: deinde mortua vxore, propter ſingulares virtutes Pictauorũ Epiſcopus creatur: quod munus Epiſcopale ſic geſſit, vt à fidelibus ſummam laudem conſequeretur: qui etiam tãquàm firmiſſimum murum ſe Arianis opponens, illorum furorẽ in ſe concitauit. Lectio vj.

ITaque multis petitus inſidijs, tandem dolo Saturnini Arelatenſis Epiſcopi à Synodo Pictauenſi in Phrgyiam relegatus eſt: vbi & mortuum ſuſcitauit, & libros duodecim ſcripſit de Trinitate contra Arianos. Quadriẽnio poſt coacto cõcilio, ad Seleuciã Iſaurię vrbem, vbi diſputaretur, an Deo Patri Filius conſubſtantialis eſſet, Conſtantius Hilariũ ab exilio reuocauit. L. vij.

VErùm cùm Vrſatius, & Valens Ariani Epiſcopi quos Hilarius ſcriptis confutarat, præſentis eruditionẽ pertimeſcerent, Conſtantio perſuaſerũt, vt ſpecie honoris eũ in ſuum Epiſcopatum reſtitueret. Quare Seleucienſi concilio non interfuit: Cuius tamen, & Ariminenſis concilij ſcripſit hiſtoriam. Lectio viij.

MAgna deinceps trãquillitate Pictauorũ Eccleſiam adminiſtrauit, Galliamq; vniuerſam adduxit, vt Arianorum impietatem condemnaret. Multos libros ſcripſit mira eruditione. Migrauit in cęlum Idibus Ianuarij, Valentiniano, & Valente Imperatoribus, anno poſt Chr̃m natũ trecẽteſimo ſeptuageſimo tertio.

In iij. noct. Homil. in Euang. Vos eſtis ſal ter. De Cõi Doct.

Pro ſancto Felice. Lectio xij.

FElix Nolanus presbyter, cùm in Idola vehemẽtiùs inueheretur, ab infidelibus variè uexatus, in carcerem conijcitur: Vnde ab Angelo nocte eductus, quęrere iuſſus eſt Maximianũ Nolæ Epiſcopũ: qui cùm ſenio confectus deſperaret ſe ferre poſſe ſup-

plicia persequentium, se abdiderat in syluam: quare, Deo duce, penè mortuum repertum, sublatum in humeros apud fidelem viduã reficiendũ curauit. Sed cùm is iterum idolorũ cultores impietatis argueret, facto in ipsum impetu, fugiẽs se occultauit, & in ædibus piæ mulieris tres menses latuit. Denique Nolam rediens multis ad Christi fidem conuersis, constanter etiam recusato eius vrbis Episcopatu, obdormiuit in Domino, sepultusq; est ꝓpè Nolam in loco quem in Pincis appellabant.

Dies 15 A.

S. MAVRI ABBATIS.

Duplex 3. Oratio.

Deus qui beatum Maurũ Abbatem virtute obediẽtiæ super aquas illæsum ambulare fecisti: fac nos quæsumus eius meritis, mũdanos fluctus calcare, & ad ęterna gaudia fęliciter peruenire. Per Dñm.

Deinde fit cõmem. S. Hilarij. Omnia de Cõi pter Lectiones. In ij. Nocturno. Lectio v.

Maurus Euticij Senatoris Romani filius, cũ duodecim esset annorum S. Benedicto à parentibus oblatus est, vt eum regulari disciplina instrueret. Quo magistro Monachi vitam professus, tãtùm profecit, vt cùm bonis pollet moribus, illius adiutor esse cęperit, & ab eo præ alijs vnicè diligeretur, & cæteris ob præclaras eius virtutes imitandus proponeretur. Lectio vj.

Huius insignis obediẽtia miraculo post Petrũ Apostolum inusitato comprobata est. Cùm enim sanctus Benedictus apud Sublacũ ei iussisset, vt Placido puero in lacu periclitanti subueniret, velox ad eius iussionem currens, illum longè à littore vi aquæ protractum, ad terrã reduxit: nec prius quòd sup aquas ambulasset agnouit, donec reuersus terram attigit. Lectio vij.

Post hęc Abbas pręfectus in Galliam à sancto Benedicto directus est, vnà cũ quatuor Monachis, tradita sibi regula, quam ipse conscripserat. Quò in itinere plurima edidit miracula. Cùmq; Antisiodori moraretur, horã in qua sanctus Benedictus ex hoc mũdo migrauit, agnouit, eiusque animam in cœlum euntem vidit. Lectio octaua.

Dum Ecclesia sancti Martini propè Ligerim fluuium construeretur, quosdam artifices sibi detrahentes à dęmonibus arreptos liberauit, alte-

alterum ipsorum extinctum suscitauit. In ipsa tandem Basilica, cùm esset annorum septuaginta duorum, sumptis priùs Ecclesię Sacramẽtis, mortuus, ac sepultus est, decimo octauo Kalendas Februarij: ibiq; multis clarus miraculis ueneratur, & colitur.

In iij. noct. Homi. in Euangel. Ecce nos reliquimus omnia, vt in festo S. Romualdi. f.

Dies 16 B.

S. MARCELLI PAPÆ, & Mart.

Semidup. Oro.

Preces populi tui quęsum⁹ Domine, clementer exaudi: ut beati Marcelli Martyris tui atq; Põtificis meritis adiuuemur, cuius passione lætamur. p. Oĩa de cõi vnius Martyris præter Lectiones primi, & ij. nocturni. Lectio v.

Marcellus Romanus à Cõstantio, & Galerio vsque ad Maxentium Pontificatum gessit. Cuius hortatu duæ matronæ Romanę, Priscilla cęmeterium suis sumptibus via Salaria ædificãdum curauit, Lucina bonorũ suorũ Dei Ecclesiã fecit herędẽ. Vigĩti quinq; titulos in vrbe instituit, quasi Diœceses quasdã, & ad baptismum, pœnitentiamq; eorum qui ex infidelib⁹ Christianam Religionem susciperent, & ad Martyrum sepulturam. Lc. vj.

Quibus rebus ira incensus Maxentius, Lucina relegata, Marcello grauia supplicia minatur, nisi deposito Põtificatu, idolis immolaret. Qui cũ insanas hominis voces negligeret, misit eum in Catabulum, vt bestiarum quæ publicè alebantur curam sustineret. Vbi Marcellus assiduis ieiunijs, & precibus nouẽ menses vitã duxit, parochias quas præsens non poterat, uisitans per epistolas. Lectio vij.

Inde ereptus à Clericis, hospitio recipitur à beata Lucina: in cuius ędibus Ecclesiã dedicauit, quæ hodie titulo S. Marcelli nominatur: in qua & christiani orabãt, & ipse beatus Marcellus prędicabat. Quibus cognitis Maxẽtius in eam Ecclesiã Catabuli bestias trãsferri, & à Marcello custodiri iubet, vbi ꝓpter loci fęditatẽ pedore cõfectus, obdormiuit ĩ Dño. Cuius corpus in Cęmeterio Priscillę via Salaria à beata Lucina sepultum est decimo septimo Kalendas Februarij. Lectio octaua.

Sedit annos quinq;, mẽses sex, dies uigĩti unũ: scripsit Epistolã ad Epos Antiochenę ꝓuinciæ de Primatu Romanæ

Ecclesiæ quam caput Ecclesiarum appellandam demõstrat. Vbi etiam illud scriptum est, nullum concilium iure celebrari, nisi ex auctoritate Romani Pontificis. Ordinauit mense Decembri Romæ presbyteros viginti quinque, Diaconos duos, Episcopos per diuersa loca viginti vnum.

In iij. noct. Hom. in Euangel. Si quis vult venire post me. de cõi vnius Martyris. fol.

Die 17 C. S. ANTONII ABBATIS.

Duplex 3.

Oratio. Intercessio. de cõi Cõfessorum nõ Pontificum.

Deĩde fit cõm. S. Marcelli. L. v.

ANtonius Ægyptius, nobilibus, & Christianis parentibus natus est, quibus cũ adolescens orbatus esset, vendita re familiari pecuniã omnem pauperibus distribuit. Quibus solutus impedimẽtis cœlestis vitæ genus in terris colere instituit. Virtutum tanto studio incensus fuit, vt quẽcũque videret aliqua virtutis laude excellentem illum imitari studeret. Lectio vj.

NIhil igitur eo continentius, nihil vigilãtius erat. Patientia, mansuetudine, misericordia, humilitate, labore, ac studio diuinarum scripturarum superabat omnes. Ab hæreticorum, & schismaticorum hominũ, maximè Arianorum cõgressu, & colloquio omnino abhorrebat. Humi iacebat, cùm eum necessarius somnus occupasset. Ieiunium adeò coluit, vt salem tãtũmodò ad panem adhiberet: sitim aqua extingueret: neque se ante Solis occasum cibo, aut potu recreabat: sæpè etiam biduũ cibo abstinebat: sæpissimè in oratione pernoctabat. L. vij.

CVm talis, tantusque Dei miles euasisset Antonius, contulit se in vastissimã Ægypti solitudinem, vbi quotidie ad Christianam perfectionẽ proficiens, dæmones contemnebat, ac sæpè discipulos suos excitans ad pugnandum cõtra Diabolum, docensque quibus armis vinceretur: Mihi credite, dicebat, fratres: Pertimescit Satanas piorum vigilias, orationes, ieiunia, voluntariã paupertatem, misericordiã, & humilitatem, maximè verò ardẽtem amorem in Christũ Dominum, cuius vnico sanctissimæ crucis signo debilitatus aufugit. Lectio viij.

TAnta autem erat eius fama sanctitatis, vt per literas se eius orationibus Constantinus magnus, & filij cõmendarent. Qui aliquando quintum & centesimũ annũ agens, cùm innumerabiles sui instituti imitatores haberet, conuocatis monachis, & ad perfectam Christianæ vitæ regulam instructis, sanctitate & miraculis clarus inigrauit in cœlum sextodecimo Kalendas Februarij.

In iij. noct. Homil. in Euang. Sint lumbi vestri præcincti. De Cõmuni Conf. non Pont.

Die 18 D. CATHEDRA S. PETRI, Qua Romæ primum sedit.

Duplex 3.

Ad Vesp. Aña. Ecce sacerdos. cum rel. de vno Conf. Põt. ps. Dixit. cũ rel. f. 66. Cap. Ecce Sacerdos. ℟. br. Amauit. Hym.

Elpis vxor Boheтij.

QVodcunq; vinclis super terram strinxeris,
Erit in astris religatũ fortiter:
Et quod resoluis in terris arbitrio,
Erit solutum super cęli radiũ:
In fine mundi Iudex eris seculi.
Gloria Deo p immẽsa secula,
Sit tibi Nate dec°, & imperiũ,
Honor, potestas, sanctoq; Spiritui:
Sit Trinitati salus indiuidua,
Per infinita seculorũ secula. Amen.

℣. Tu es Petrus. ℟. Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Ad Magn. Aña. Tu es pastor ouiũ, Princeps Apostolorum, tibi traditę sunt claues regni cęlorũ. Orõ.

DEus qui beato Petro Apostolo tuo collatis clauibus regni cœlestis, animas ligandi atque soluendi Pontificium tradidisti: concede, vt intercessionis eius auxilio, a peccatorum nostrorũ nexibus liberemur. Qui viuis, & reg.

Deinde fit comm. S. Pauli, ante alias quascunque commemorationes etiã Dominicæ: quod & seruatur in cõmemoratione S. Petri, quæ fit in festo S. Pauli. Aña. Sancte Paule Apostole, prædicator veritatis, & Doctor gentium, intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit. ℣. Tu es vas electionis sancte Paule Apostole. ℟. Prædicator veritatis in vniuerso mundo. Oratio.

DEus, qui multitudinem gẽtium beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti: da nobis quæsumus: vt cuius cõmemorationem colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum nostrum, &c.

Postea fit cõmem. S. Antonij. Postremò fit com. S. Priscæ Virginis, & Martyris. Oratio.

DA quæſumus omnipotēs Deus: vt qui beatæ Priſcę virginis, & martyris tuæ natalitia colimus: & annua ſolennitate lætemur, & tantæ fidei proficiamus exemplo. Per.

Ad Matut. Inuit. Tu es paſtor ouium Princeps Apoſtolorũ: Tibi tradidit Deus claues regni cęlorum. ps. Venite. fo.9. Hymnus. Quodcunque.

Ad noct. Añæ, & Pſal. Cãt. & Verſiculi ď Cõmuni Cõf. Põt. In j. noctur. legitur Epiſtola j. beati Petri Apoſtoli, quę habet̃ in Dñica v. Poſt Paſcha Reſpõſoria dñr, ſicut in feſto Apoſtolorũ Petri, & Pauli mẽſe Iun. Sermo S. Leonis Papę. Lect. v.

Ex fer. ĩ nat. Apoſt. Petri, & Pau i circa ned.

CVm duodecim Apoſtoli, accepta per Spũm ſanctũ omnium locutione linguarũ, imbuendum Euãgelio mundum, diſtributis ſibi terrarum partibus ſuſcepiſſent, beatiſſimus Petrus Princeps. Apoſtolici ordinis ad arcem Romani deſtinatur Imperij, vt lux veritatis, quæ in omnium gẽtiũ reuelabatur ſalutem, efficaciùs ſe ab ipſo capite per totũ mũdi corpus effunderet. Lect. vj.

CVius autem nationis homines in hac nunc vrbe non eſſent, aut quæ vſquã gẽtes ignoraret, quod Roma didiciſſet? Hic cõculcandæ Philoſophiæ opiniones, hic diſſoluendæ erant terrenæ ſapiẽtiæ vanitates, hic confutandi Dæmonum cultus, hic omniũ ſacrilegiorũ impietas deſtruẽda, vbi diligentiſſima ſuperſtitione habebatur collectum, quidquid vſquàm fuerat vanis erroribus inſtitutum. Lect. vij.

AD hanc ergo Vrbem tu beatiſſime Apoſtole Petre venire non metuis, & conſorte glorię tuæ Paulo Apoſtolo aliarum adhuc Eccleſiarũ ordinationibus occupato, ſyluam iſtam fremẽtium beſtiarum, & turbulentiſſimæ profunditatis Oceanum conſtantior, quàm cũ ſupra mare gradereris, ingrederis. Nec mũdi dominam times Romam, qui in Caiphæ domo expaueras Sacerdotis ancillam. Lect. viij.

IAm populos, qui ex circũciſione crediderãt, erudieras. Iàm Antiochenã Eccleſiã, ubi primùm Chriſtiani nominis dignitas eſt orta fundaueras. Iàm Pontũ, Galatiam, Cappadociã, Aſiam, atq; Bithyniam legibus Euangelicæ prædicationis impleueras: nec vtdubiꝰ de prouectu operis, aut de ſpatio tuæ ignarus ætatis tropheũ crucis Chriſti Romanis arcibus

bus inferebas, quò te Diuinis pręordinationibus anteibant, & honor poteſtatis, & gloria paſſionis.

In iij. noct. ix. x. & xj. Lectio de hom. in euang. Venit Ieſus in partes Cęſareę. quę habetur in Natali Apoſt. Petri & Pauli. Si feſtum Cathedrę celebretur in Dominica, xij. Lectio legitur de homil. Dominicę, omiſſa lectione S. Priſcę, quod & in ſimilibus obſeruetur.

Pro Sancta Priſca. Lect. xij.

PRiſca, nobilis Virgo Romana, tredecim annos nata Claudio Imperatore Chriſtianæ fidei accuſata, pro eadẽ fide colaphos, carcerẽ, uerbera, feruentem adipem, aliaque plura ſuſtinuit. Inſuper & leoni obiecta eſt, ſed illęſa permanſit. Quæ poſtea in ergaſtulo triduum inedia afflicta, in equuleo ſuſpenditur, & ungulis ferreis excarnificata in rogum inijcitur, vnde etiam mirabiliter euaſit incolumis. Denique extra vrbem capite abſciſſo, virginitatis palmam martyrij corona cumulauit. Cuius corpus uia Oſtienſi, decimo ab vrbe milliario à Chriſtianis quintodecimo kalendas Februarij ſepelitur.

Ad Laudes, & per Horas Aña. Ecce ſacerdos. cum rel. Añis & pſal. de cõi conf. Pont. ℞. br. Elegit te Dominus. Hym.

IAm bone paſtor Petre clemens accipe
Vota precãtum, & peccati vincula
Reſolue, tibi poteſtate tradita,
Qua cunctis cœlũ verbo claudis, aperis.
Sit Trinitati ſempiterna gloria;
Honor, poteſtas, atq; iubilatio:
In vnitate, cui manet imperiũ
Ex tunc, & modò ꝑ ęterna ſecula. Amen.

Elpi vxoı Boh tij.

℣. Exaltent eum in eccleſia plebis. ℞. Et in cathedra ſeniorum laudent eũ.

Ad Benedictus, Antiphona. Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis: dicit Dominus Simoni Petro. Oratio vt ſupra. Deinde fit comm. S. Pauli, & S. Priſcæ, Oratio vt in Veſp.

Ad horas omnia dicũtur de communi conf. Pont. excepta Oratione. Ad Veſp. Aña. Ecce ſacerdos. cum rel. Añis & pſ. de ij. Veſp. in cõi conf. Pontif. Cap. Ecce ſacerdos. ℞. br. Amauit. Hym. Quodcũq;. ℣. Elegit te Dñs. ℞. Ad ſacrificãdũ.

Ad Mag. Aña. Dum esset summus Pontifex, terrena non metuit, sed ad cœlestia regna gloriosus migrauit. Post Orationem festi, fit comm. S. Pauli vt supra, deinde Sanctorum Mart. vt infra.

Die 19 E

SS. MARTY. MARII, Marthæ, Audifacis, & Abachum. Oratio.

EXaudi Domine populum tuum cum Sanctorum tuorum patrocinio supplicantem: ut & temporalis vitæ nos tribuas pace gaudere, & æternæ reperire subsidium. Per.

Pro SS. Martyribus. Lect. xij.

MArius Persa, nobili loco natus, cum Martha coniuge, & duobus filijs Audiface, & Abachum Romam venit, Claudio Imperatore, vt Apostolorum & Martyrum sepulchra veneraretur. Ibi Christianos in vincula coniectos fouebant, & opera ac facultatibus suis sustentabant, & sanctorum corpora sepeliebant. Quamobrem cōprehensi omnes, primùm fustibus debilitati, deinde funibus attracti, tum admotis candentibus laminis combusti, & vngulis ferreis excarnificati sunt. Postremò præcisis manibus, & ad collum alligatis, ducti per mediam vrbem via Cornelia, ad tertium decimum ab vrbe milliarium in eum locum, qui Nimphæ dicebatur, ceruicibus abscissis necantur, eorumque corpora conijciuntur in ignem. Quæ semiusta Fęlicitas matrona Romana nobilis colligēda, & in suo prædio sepeliēda curauit.

Die 20 F

SS. MART. FABIANI, & Sebastiani. Dupl. 3. Oro.

INfirmitatem nostram respice omnipotēs Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beatorum Martyrum tuorum Fabiani, & Sebastiani intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum. Lect. v.

FAbianus Romanus a Maximino vsque ad Deciū regens Ecclesiam, septem Diaconis regiones diuisit, qui pauperum curam haberent. Totidē subdiaconos creauit: qui res gestas martyrum a septem Notarijs scriptas colligerēt. Idem statuit, vt quotannis feria quinta in cęna Dñi, vetere cōbusto chrisma renouaretur. Lect. vj.

DEnique tertiodecimo Kalendas Februarij in persecutione Decij martyrio coronatus, in cęmeterio Callisti via Appia sepelitur, cùm sedisset annos quatuordecim, menses undecim, dies quindecim. Hic fecit ordinationes quinque mense Decembri: quibus creauit p̄sbyteros viginti duos, Diaconos septem, Epos per diuersa loca vndecim. Lect. vij.

SEbastianus ex patre Narbonensi, matre Mediolanensi natus, ob generis nobilitatem, & uirtutem Dioclitiano carus fuit: Dux primæ cohortis Christianos quorum fidem clàm colebat, opera, & facultatibus adiuuabat: & qui ex eis tormētorum ui m reformidare uidebantur cohortatione confirmabat. Quibus Dioclitiano delatis, Sebastianum accersit, & cùm à Christi fide non posset auertere, ad palū alligatū sagittis configi iubet. Lect. viij.

ITaque paulò pòst cōfirmata valetudine, Dioclitiano obuiàm factus, eius impietatem liberiùs accusauit, vnde eū tamdiù virgis cędi imperauit, donec animam Deo redderet. Eius corpus in cloacam deiectum Lucina à Sebastiano in somnis admonita, ubi esset, & quo loco humari uellet, ad catacumbas sepeliuit, vbi sancti Sebastiani nomine celebris Ecclesia est ædificata.

In iij. noctur. homil. in Euang. Descendens Iesus de monte. De cōi plurimor. Mar.

In secundis Vesp. à Cap. fit de sancta Agnete.

Die 21 G

S. AGNETIS VIRG. & Mart. Duplex 3.

Ad Vesp. Cap. Confitebor tibi. vt in communi S. Martyris cantum. ℟. br. Hym. & ℣. de communi Virginū. Ad Mag. Aña. Beata Agnes in medio flammarum expansis manibus orabat: Te deprecor omnipotēs, adorande, colende, pater metuende, quia per sanctū filium tuum euasi minas sacrilegi Tyranni, & carnis spurcitias immaculato calle transiui: & ecce uenio ad te quem amaui, quem quæsiui quem semper optaui. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas: concede propitius: vt qui beatæ Agnetis Virginis & Martyris tuę solēnia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Deinde fit commemor. Sanctorum Martyrum Fabiani, & Sebastiani.

Ad Matu. Inuit. Regem Virginum. Hym. Virginis proles. vt in communi Virg. f.

In j. noctur. Aña. Discede à me pabulum mortis, quia iàm ab alio amatore pręuenta sum.

sum. Psalm. Beatus vir. folio 1. Aña. Dexteram meam, & collum meum cinxit lapidibus pretiosis: tradidit aurib⁹ meis inæstimabiles margaritas. ps. Quare fremue. fol. 1. Aña. Posuit signum in faciem meam, vt nullum præter eum amatorem admittam. ps. Cùm inuocarem. fol. 76. Aña. Induit me Dñs cyclade auro texta, & immẽsis monilibus ornauit me. ps. Verba mea. folio 27. Aña. Mel & lac ex eius ore suscepi, & sanguis eius ornauit genas meas. ps. Domine Dominus noster. fol. 4. Aña. Ipsi soli seruo fidẽ: ipsi me tota deuotione committo. ps. In Dño confido. folio 5. ℣. Specie tua. Lectiones j. noct. dicuntur de cõi Virg. & Martyrũ videlicet. Confitebor tibi Domine. ℟. j. Diem festum sacratissimę Virginis celebremus: qualiter passa sit Agnes ad memoriam reuocemus: tertio decimo ætatis suę anno mortem perdidit, & vitam inuenit. Quia solum uitæ dilexit auctorem. ℣. Infantia quidem computabatur in annis, sed erat senectus mẽtis immensa. Quia solum. ℟. ij. Dexteram meam, & collum meum cinxit lapidibus pretiosis: tradidit aurib⁹ meis inæstimabiles margaritas. Et circundedit me vernantibus, atque coruscantibus gemmis. ℣. Posuit signum in faciem meam, vt nullum præter eum amatorem admittam. Et cir. ℟. iij. Amo Christum in cuius thalamum introibo, cuius mater virgo est, cuius pater fœminam nescit, cuius mihi organa modulatis uocibus cantant. Quẽ cùm amauero casta sum, cũ tetigero mũda sum, cũ accepero virgo sũ. ℣. Annulo fidei suę subarrauit me, & immẽsis monilibus ornauit me. Quẽ. ℟. iiij. Induit me Dñs vestimẽto salutis, & indumẽto lætitiæ circundedit me. Et tanq̃ sposã decorauit me corona. ℣. Tradidit aurib⁹ meis inæstimabiles margaritas, & circũdedit me vernantib⁹, atq; coruscãtibus gemmis. Et tã. In ij. Noctur. Aña. Cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur, ipsi soli seruo fidem. ps. Domine quis habita. f. 6. Antiph. Christus circundedit me vernantibus, atque coruscantibus gemmis pretiosis. ps. Eructauit. folio 26. Aña. Ipsi sum desponsata cui Angeli seruiũt cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirãtur. ps. Deus noster refugium. fol. 28. Aña. Iam

Iam corpus eius corpori meo sociatum est, & sanguis eius ornauit genas meas. ps. Magnus Dominus. fol. 28. Aña. Christi virgo nec terrore concutitur, nec blandimentis seducitur. ps. Fundamenta. fo. 46. Antipho. Stans à dextris eius agnus niue candidior, Christus sibi sponsam, & Martyrem cõsecrauit. Psalmus. Dominus regnauit exultet. f. 49. ℣. Adiuuabit eam Deus vultu suo. Lectio quinta.

Agnes Romana virgo nobili genere nata, tredecim annorum a Pręfecti vrbis filio, qui eius amore flagrabat, magnis muneribus tẽtatur, an sibi nubere velit. Quę se pstantiori desponsã rñdit, nec addu ci posse, vt fidem falleret, quã ei dedisset. Ea repulsa, furens Præfecti filius rem ad Symphronium patrem detulit. ℟. Mel & lac ex eius ore suscepi. Et sanguis eius ornauit genas meas. ℣. Ostendit mihi thesauros incomparabiles, quos mihi se daturum repromisit. Et sanguis eius ornauit genas meas. Lectio vj.

Pater autem indignè ferens, quemquàm filio suo pręferri, Virginem vnà cum parentibus accersit. Quæ adducta, cùm virum & Dominum suum esse Christum affirmaret, Pręfectus iubet puellam, si virginitas tantòpere ei placeret, cum Virginibus vestalibus viuere, sin minus, cũ scortis uitam agere. Quę cum neutrum istorum elegisset, furore inflammatus Symphronius, Virginem ad scorta duci iubet: Quò cùm eam violaturus Pręfecti filius esset ingressus, continuò concidit mortuus. ℟. Iam corpus eius corpori meo sociatum est, & sanguis eius ornauit genas meas: Cuius mater Virgo est, cuius pater fœminam nescit. ℣. Ipsi sum desponsata, cui Angeli seruiunt, cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur. Cuius mater. Lectio vij.

Qvi mox oratione Virginis reuiuiscens, prodit in publicum exclamãs, templa Deorum esse Dęmonum domicilia. Quare Idolorum ignominia magnopere commoti Pontifices, Agnetem apud Symphroninm magicarum cantionum accusant. Qui etsi Virginem libenter absoluisset, tamẽ Pontificũ calumniam veritus, causæ cognitionẽ Aspasio Vicario dedit. ℟. Ipsi sum desponsata cui

cui Angeli seruiūt, cuius pul-
chritudinem Sol, & Luna mi-
rantur. Ipsi soli seruo fidem:
ipsi me tota deuotione com-
mitto. ℣. Dexteram meam, &
collum meum cinxit lapidi-
bus pretiosis: tradidit auribus
meis inæstimabiles margari-
tas. Ipsi soli. Lectio viij.

IS in ardentem rogum puel-
lam inijci imperat: quā di-
uisa in duas partes flamma nō
attigit: immò uerò orante ipsa
extinctus est ignis. Quo facto
vsqueadeò Aspasius ira conci-
tatus est, vt eam securi percuti
iuberet, duodecimo Kalendas
Februarij. Cuius corpus pa-
rentes in suo prędio via Nu-
mentana sepelierunt. ℟. Om-
nipotens, adorande, colende,
tremende, benedico te: Quia
per filium tuum vnigenitum
euasi minas hominum im-
piorum, & spurcitias Diaboli
impolluto calle transiui. ℣.
Te confiteor labijs, te corde,
te totis visceribus concupisco.
Quia per. Gloria. Quia per.
In iij. noctur. Aña Induit me
Dominus uestimento salutis,
& indumento letitię circūde-
dit me. Canticum Audite me.
cum rel. f. Hom. in Euāg.
Simile est regnum cœlorum
decē Virginibus. de Cōi Vir-
ginū cū Respōs. eiusdē Noct.
Ad Laudes, & per Horas, Aña.
INgressa Agnes turpitudi-
nis locū, Angelum Dñi prę
paratū inuenit. ps. Dominus
regna. cum rel. fol. 18. Aña.
Mecum enim habeo custodē
corporis mei, Angelum Do-
mini. Aña Annulo suo subar-
rauit me Dominus meus Ie-
sus Christus, & tamquàm spō-
sam decorauit me corona.
Aña. Benedico te Pater Domi
ni mei Iesu Christi, quia per
filium tuum ignis extinctus
est à latere meo. Aña. Cōgau-
dete mecum, & cōgratulami-
ni, quia cum his omnibus lu-
cidas sedes accepi. Cap. Con-
fitebor. ℟. br. Adiuuabit eam.
Hymn. Iesu corona Virg. ℣.
Diffusa. Ad Bñs, Antiph. Ecce
quod concupiui iàm uideo,
quod speraui iàm teneo: ipsi
sum iuncta in cœlis, quem in
terris posita tota deuotione
dilexi. Ad iij. Cap. Cōfitebor.
℣. de Communi Virginum.
Ad vj. Capitulū. Liberasti me.
Ad ix. Capitulum. Laudabit.
Ad Vesp. Aña. Ingressa Agnes.
cū rel. de Laud. ps. Dixit Dñs.
cum rel. de Dominica. f.
Vltimo loco ps. Lauda Ierus.
Capitulū, & rel. vt in j. Vesp.
Ad Magn. Antiph. Stans beata
Agnes

Agnes in medio flammæ ex-
pansis manibus orabat ad Do-
minum: Omnipotens, adorā-
de, colende, tremēde, benedi-
co te, & glorifico nomen tuū
in ęternum. Deinde fit com-
memoratio, vt infra.

Die 22 SS. VINCENT. ET ANAST.
Marty. Semidup. Oratio.

ADesto Domine supplica-
tionibus nostris, ut qui
ex iniquitate nostra reos nos
esse cognoscimus: beatorum
martyrum tuorum Vincentij,
& Anastasij intercessione libe-
remur. Per Dominū. Lect. v.

VIncētius Oschę in Hispa-
nia citeriore natus à pri-
ma ætate studijs deditus, sacras
literas à Valerio Cæsaraugu-
stano Episcopo didicit: cuius
etiam partes suscepit prædicā-
di Euangelium. Ea re ad Da-
cianum prouincię præpositū
delata, Vincentius Cęsaraugu-
stæ comprehenditur, & uin-
ctus ad Dacianum Valentiam
adducitur. Lectio sexta.

ITaque uerberibus, & equu-
leo tortus multis præsenti-
bus, cùm nullatenus, à propo-
sito deterreri posset, iterū du-
citur in carcerem stratum te-
staceis fragmentis. Verùm illo
in tenebricosa incluso custo-
dia, clarissimus splēdor obor-
tus totū carcerem illustrauit,
quæ res à custode carceris ad
Dacianum defertur, qui edu-
ctum in molli culcitra collo-
cat: & quem cruciatibus in suā
sententiā trahere non poterat,
delicijs pducere conat. L. vij.

POstremò in craticula im-
positus, prunis ardentibus
suppositis, & ferreis vnguibus
excarnificatus, candentibusq;
laminis exustus, victor ad cę-
lestem martyrij coronam ad-
uolauit vndecimo Kalendas
Februarij. Cuius corpus cùm
proiectum esset inhumatum,
coruus & à volucribus, & à lu-
po, vnguibus, rostro, alis mi-
rabiliter defendit. Qua re co-
gnita Dacianus illud in altum
mare demergi iubet: sed inde
etiā Diuinitus eiectū ad litus
Christiani sepeliunt. Lect. viij.

ANastasius Persa, Mona-
chus, Heraclio Impera-
tore, cùm sanctā Ierosolymo-
rum terram visitasset, ad Cęsa-
ream Palestinæ pro Christi re-
ligione, vincula & verbera cō-
stanter perpessus est. Mox à
Persis ob eandem causam va-
rijs cruciatibus affect⁹, à Rege
Cosdroa vnà cum septuaginta
alijs Christianis securi percu-
titur. Cuius reliquię primùm
Ierosolymam, deinde Romā
dela-

delatæ, & collocatæ ſunt in monaſterio ad aquas Saluias. In iij. noct. Hom. in Euang. Cùm audieritis prælia. de Cõmuni plur. Martyrum.

Die 23 B. S. EMERENTIANÆ VIRG. & Martyris. Oratio. Indulgentiã. vt i Cõi Virg fol. L.iij.

EMerẽtiana Virgo Romana, collactanea beatę Agnetis, adhuc cathecumena, fide, & charitate flagrans, furentes in chriſtianos idolorũ cultores, cũ uehementiùs accuſaret, à concitata multitudine eſt obruta lapidibus. Quæ in cruciatibus orans, ad ſepulchrum beatę Agnetis proprio ſanguine, quem pro Chriſto conſtanter effudit, baptizata animam Deo reddidit.

Die 24 C. S. TIMOTHEI EPISCOPI, & Martyris. Oratio. Infirmitatem. vt in Cõi. fol. L. iij.

TImotheus Lyſtris in Lycaonia natus ex patre Gẽtili, & matre Iudęa Chriſtianã colebat religionem, quẽ Paulus apoſtolus adhibuit ſocium ſuæ peregrinationis, & Epheſiorum Epiſcopum ordinauit. Ad quem etiã duas Epiſtolas ſcripſit, alteram Laodicæa; alteram Roma: quibus in paſtoralis officij cura confirmatus populum Epheſinũ, Dianę in eius celebritate immolantem, ab illa impietate remouere conatus, lapidibus obrutus eſt: ac penè mortuus à Chriſtianis ereptus, & in montem oppido vicinum delatus, nono Kalendas Februarij obdormiuit in Domino.

Die 25 D. IN CONVERS. S. PAVLI Apoſtoli. Duplex 3.

Omnia dicũtur ſicut in Commem. eiuſdẽ menſe Iunio exceptis his, quę hic ſunt ꝓpria. Ad Veſperas, Capitulum.

Act. 9. SAulus adhuc ſpirans minarum, & cędis in diſcipulos Domini, acceſſit ad Principem Sacerdotum, & petijt ab eo Epiſtolas in Damaſcum ad Synagogas, ut ſi quos inueniſſet huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Ieruſalem. ℟. br. In omnem terram. Hymnus.

DOctor Egregie Paule mores inſtrue, Elpis vxor Boheтij.
Et mente polum nos transferre ſatage,
Donec perfectum largiatur plenius,
Euacuato, quod ex parte gerimus.
Sit Trinitati ſempiterna gloria,
Honor, poteſtas, atque iubilatio,

In vnitate cui manet imperiũ,
Ex tunc, & modò per ęterna ſecula. Amen. ℣. Tu es vas electionis ſancte Paule Apoſtole. ℟. Prædicator ueritatis in uniuerſo mundo. Ad Mag. Aña. Vade Anania, & quære Saulũ: ecce enim orat: quia vas electionis eſt mihi, vt portet nomen meum coram Gẽtibus, & Regibꝰ, & filijs Iſrael. Oro.

DEus qui uniuerſum mũdum beati Pauli Apoſtoli prædicatione docuiſti, da nobis quæſumus: vt qui eius hodie cõuerſionem colimus, per eius ad te exẽpla gradiamur. Per Dominum noſtrum.

Pro cõmem. S. Petri. Antiph. Tu es paſtor ouium, Princeps Apoſtolorum, ti bi traditę ſunt claues regni cœlorum. ℣. Tu es Petrus. ℟. Et ſup hãc petrã ędificabo Eccleſiã meã. Oro.

DEus qui beato Petro Apoſtolo tuo collatis clauibus regni cęleſtis animas ligandi atque ſoluendi Pontificium tradidiſti: concede vt intercesſionis eius auxilio, à peccatorum noſtrorum nexibus liberemur. Per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum.

Ad Matut. Inuitat. Laudemus Deũ nrm. In cõuerſione Doctoris Gẽtiũ. Ps. Venite. f. 9.

De Actibus Apoſtolorum. L. j.

SAulus adhuc ſpirãs minarum, & cędis in diſcipulos Domini, acceſſit ad Principẽ Sacerdotum, & petijt ab eo Epiſtolas in Damaſcum ad Synagogas: vt, ſi quos inueniſſet huius uię uiros, ac mulieres uinctos perduceret in Ieruſalem. Et cùm iter faceret, contigit vt appropinquaret Damaſco: & ſubitò circumfulſit eum lux de cęlo, & cadens in terram audiuit uocẽ dicentem ſibi: Saule, Saule, quid me perſequeris. Lectio ſecunda. Cap. 9 i init.

QVi dixit: Quis es Dñe? Et ille: Ego ſum Ieſus Nazarenus, quem tu perſequeris. Durum eſt tibi contra ſtimulũ calcitrare. Et tremẽs, ac ſtupẽs dixit: Domine quid me vis facere? Et Dominus ad eũ: Surge & ingredere Ciuitatem, & dicetur tibi, qd te oporteat facere. Viri autẽ illi q comitabant̃ eũ ſtabant ſtupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Lectio tertia.

SVrrexit autem Saulus de terra apertiſq; oculis nihil uidebat. Ad manus autem illum trahentes introduxerũt Damaſcum. Et erat ibi tribus diebus non uidens, & non manducauit, neque bibit.

Erat autē quidam discipulus
Damasci, nomine Ananias. Et
dixit ad illum in visu Domi-
nus: Anania. At ille ait: Ecce
ego Domine. Et Dominus ad
illum: Surge, & vade in uicum
qui vocatur Rectus, & quęre ī
domo Iudę Saulū noīe, Thar-
sensem: ecce enim orat. L. iiij.

E T vidit virum Ananiam
nomine introeuntem, &
imponentem sibi manus, vt
visum recipiat. Respondit au-
tem Ananias: Domine audiui
à multis de viro hoc quāta ma
la fecerit sanctis tuis in Ieru-
salem: & hic habet potestatem
à Principibus Sacerdotum al-
ligandi omnes, qui inuocant
nomen tuum. Dixit autem ad
eum Dominus: Vade, quia uas
electionis est mihi iste, vt por-
tet nomen meum corā Gēti-
bus, & Regibus, & filijs Israel.
Sermo S. Augustini Epi. L. v.

Ex ser. 4. de Actis. H O die, dilectissimi, nobis
lectio de Actibus Apo-
stolorum hæc pronūciata est:
vbi Apostolus Paulus ex perse
cutore christianorum annun-
ciator factus est Christi: percu
tiens eum Christus, & sanans:
occidens, & viuificans: occisus
agnus à lupis, & faciens agnū
de lupis. Prædictū enim erat
in præclara illa prophetia, cū
Iacob Patriarcha benediceret
filios suos, pręsentia tangens,
futura prospiciens, quod in
Paulo contigit. Lectio vj.

E Rat autē Paulus, sicut ipse
testat, de Tribu Beniamin,
Cùm autem Iacob benedicēs
filios suos venisset ad benedi-
cendum Beniamin, ait de illo:
Beniamin lupus rapax. Quid
ergo? Lupus semper rapax? Ab
sit, sed quid? Mane rapiet prę-
dam, & ad vesperam diuidet
escas. Hoc in Apostolo Paulo
impletum est, quia de illo di-
ctum erat. Iàm, si placet, au-
diamus illum manè rapientē,
& ad uesperam escas diuiden-
tem. Lectio septima.

M Ane, & Vesperæ posita
sunt pro eo, ac si dicere-
tur, prius, & postea; sic igitur
accipiamus, prius rapiet, po-
stea diuidet escas. Attēdite ra-
ptorē. Saulus, inquit, acceptis
Epistolis à Principibus Sacer-
dotum, ibat, vt ubicunque in-
ueniret Christianos, ad Sacer-
dotes traheret, & adduceret uti
que puniendos. Ibat spirans,
& anhelans in cędes: hoc est
manè rapiens. Lectio viij.

A Vdiuimus manè rapiet:
videamus, ad uesperam
qualiter diuidet escas. Voce
Christi de cœlo prostratus, &
acci-

accipiens desuper edictum iā
nō sęuiendi, cecidit in faciem
suam, priùs prosternendus,
posteà erigendus, priùs percu-
tiendus, posteà sanandus. Non
enim in illo postea Christus
uiueret, nisi occideretur in eo,
qđ malè ante uixisset. Quid,
inquit ille, me iubes facere?
Iàm parat se ad obediendum,
qui priùs sęuiebat ad persequē
dum: iàm formatur ex perse-
cutore prædicator, ex lupo o-
uis, ex hoste miles.
In iij. Nocturno. Antiphona.
A Christo de cœlo uocatus, &
in terra prostratus, ex persecu-
tore factus est uas electionis.
Can. Vos sancti Dñi. cū rel.
fol. Homil. in Euangeliū.
Ecce nos reliquimus. ut in
Communi Apostolorū.
Ad Laudes. Aña. Ego plātaui.
ut in comme. eiusdem mense
Iunio Cap. Saulus aūt. ut sup.
Ad iij. Idem Cap. Saulus autē.
℣. de Cōi Apłorū. Ad vj. Cap.
Act. 9. S Vrrexit autem Saulus de
terra, apertisq; oculis nihil
uidebat. Ad manus autem il-
lum trahentes introduxerunt
Damascū, & erat ibi trib⁹ die-
bus non uidens, & non mādu-
Act. 9. cauit, neq; bibit. Ad ix. Capit.
S Aulus autem multò magis
conualescebat, & cōfunde-
bat Iudæos, qui habitabāt Da-
masci, affirmans quoniam
hic est Christus.
Ad Vesp. Aña. Ego plantaui.
cum rel. Psal. de Cōi Aposto-
lorū. Cap. & reliq. vt in j. Vesp.
Ad Magn. Aña. Sancte Paule
Apostole Prædicator veritatis,
& doctor gentium, intercede
pro nobis ad Deū, qui te ele-
git. Oratio vt supra.
Deinde fit commem. S. Petri.
S. POLICARPI EPISCOPI. Die 2 E.
& mart. Oratio. Deus qui nos.
De communi vnius mart.
Ex libro S. Hieronymi Presb.
de script. Ecclesiasticis. L. iij.

P Olycarpus Iohannis Apo-
stoli discipulus, & ab eo
Smyrnę Episcopus ordinatus,
totius Asiæ Princeps fuit; Hic
propter quasdam super die Pa-
schæ quæstiones Romam ue-
nit, ubi plurimos credentium
Marcionis, & Valentini per-
suasione deceptos, reduxit ad
fidem. Postea verò regnante
Marco Antonino, & Lucio Au
relio Commodo Smyrnæ se-
dente Proconsule, igni tradi-
tus est. Scripsit ad Philippēses
ualdè utilem Epistolā, q usq;
hodie in Asiæ Cōuētu legitur.
S. IOHAN. CHRYSOST. Die 2 F.
Episc. & Conf. Duplex 3.
In utrisque Vesperis. Ad Ma-
gnif.

gnif. Aña. O Doctor optime. vt in communi. Oratio.

ECclesiam tuam, quęsumus Domine, gratia cœlestis amplificet: quam beati Iohannis Chrysostomi Confessoris tui atque Pontificis illustrare voluisti gloriosis meritis, & doctrinis. Per Dominum nostrum Iesum Christũ. Lect. v.

IOhãnes Antiochenus, propter aureum eloquẽtiæ flumen cognomento Chrysostomus, à forensibus, & secularibus studijs ad diuinas litteras summa cum ingenij, & industrię laude se contulit. Itaque sacris initiatus, ac presbyter Antiochenę Ecclesiæ factus, mortuo Nectario, Archadij Imperatoris opera inuitus Cõstantinopolitanæ Ecclesię pręficitur. Lectio sexta.

SVscepto Pastorali munere, deprauatos mores, & nobiliorum hominum viuendi licentiam uehementiùs obiurgare cępit. Qua ex libertate magnam multorum subijt inuidiam. Apud Eudoxiam etiã, quòd eam propter ademptum Callitropæ viduæ agrum reprehẽdisset, grauiter offendit. Quare semel, & secundò in exiliũ missus, incredibile est, & quanta mala perpessus sit, & quàm multos ad Iesu Christi fidem conuerterit. Lect. vij.

VErùm concilio Romę habito, decreto Innocentii primi Pontificis restituitur. Cùmq; per Armeniam duceretur, S. Basiliscus martyr, in cuius templo antea orauerat, noctu sic eum affatus est: Iohannes frater, crastinus dies nos loco coniunget. Quare postridie sumpto Eucharistiæ Sacramẽto seque crucis signo muniens, animam Deo reddidit decimo octauo Kalendas Octobris. Lectio octaua.

EIus corpus sexto Kalendas Februarij Constantinopolim deportatum, deinde Romam trãslatum, in Basilica Vaticana conditum est. Multitudinem, pietatẽ, acsplẽdorem concionũ, cæterorũq; eius scriptorum, interpretandi etiam rationem, & inhęrẽtem sententię sacrorum librorum explanationẽ omnes admirantur: dignumque existimãt, cui Paul⁹ Apostolus, quẽ ille mirificè coluit, scribẽti & pdicãti multa dictasse videat̃.

In iij. noct. Homil. in Euang. Vos estis sal terræ. vt in Communi Doctorum. folio

Die 28 G. S. AGNETIS SECVNDO. Ad Mag. Aña. Stans à dextris eius Agnus niue candidior, Christus sibi spõsam, & martyrem consecrauit. Oratio.

DEus qui nos annua beatæ Agnetis Virginis, & Martyris tuæ solennitate lætificas: da quæsumus: vt quam veneramur officio, etiam piæ conuersationis sequamur exẽplo. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Ad Matutinum, Inuitatoriũ, & Hym. de Cõmuni Virg. Noctur. feriæ currẽ. ℣. & Responsoria ex j. noctur. festi vt supra. Lectio tertia.

BEata Agnes, parẽtibus ad eius sepulchrum assiduè vigilantibus, quadã nocte choro Virginum comitata cùm apparuisset, sic ad eos locuta dicitur: Ne me parentes mortuam lugeatis: nam vnà cum his virginibus viuo apud illum in cœlis, quem in terris tota mente dilexi. Cùm aliquot post annos Constantia, Constantini Imperatoris filia insanabili vlceri medicinam quærens, ad idem sepulchrum accessisset, ac sanata esset, paulò pòst baptizata ibi Ecclesiam nomine beatæ Agnetis ædificauit.

Ad Laudes, & per Horas, Aña. Ingressa Agnes, cum reliquis. vt in die festi. Similiter & vsque ad ix. inclusiuè omnia dicuntur, vt in festo, & deinceps nihil fit de ea.

FESTA FEBRVARII.

Die 1 D. S. IGNATII EPISCOPI, & Mart. Semiduplex.

Oratio. Deus qui nos. &c. vt in Communi.

Ex libro S. Hieronymi Presb. de scrip. Ecclesiasticis. Lect. v.

IGnatius Antiochenę Ecclesiæ tertius post Petrũ Apostolum Episcopus, commouẽte persecutionem Traiano, damnatus ad bestias Romam vinctus mittitur: cùmque nauigans Smyrnam venisset, scripsit vnam Epistolam ad Ephesios, alteram ad Magnesianos, tertiam ad Trallenses, quartã ad Romanos, & inde egrediẽs scripsit ad Philadelphios, & ad Smyrnęos, & propriam ad Polycarpum. Lectio vj.

DIgnum autẽ videtur, q tanti viri fecimus mẽtionẽ, & de Epistola eius, quã ad Romanos scribit, pauca ponere: De Syria vsque ad Romam pugno ad bestias ĩ mari, & in terra, nocte, dieq; ligat⁹ cũ decem leopardis, hoc est, militibus, qui me custodiunt quibus, & cũ benefeceris peiores fiunt. Iniquitas autẽ eorũ mea

doctrina est: sed non ideircò iustificatus sum. Lectio vij.

V Tinam fruar bestijs, quę mihi sunt pparatę, quas & oro mihi veloces esse ad interitum, & ad supplicia, & allici ad comedendum me: ne, sicut & aliorum martyrũ, non audeat corp⁹ attingere. Quòd si venire noluerint, ego vim faciam, ego me vrgebo, vt deuorer. Ignoscite mihi filioli, quid mihi prosit ego scio. Nũc incipio Christi esse discipul⁹: nihil de his, quæ videntur desiderans, vt Iesum Christum inueniam. Lectio viij.

I Gnis, crux, bestiæ, cõfractio ossium, membrorum diuisio, & totius corporis cõtritio, & tota tormẽta Diaboli in me veniant: tantùm Christo fruar. Cùmque iàm damnatus esset ad bestias, & ardore patiendi rugientes adiret leones, ait: Frumentum Christi sum: dentibus bestiarum molar, vt panis mundus inueniar. Passus est anno vndecimo Traiani: reliquiæ corporis eius Antiochiæ iacent, extra portam Daphniticam, in cęmeterio. In iij. noct. Hom. in Euangel. Nisi granum frumenti, &c. quæ habetur in festo sancti Laurentij.

PVRIFICATIONIS Beatæ Mariæ Virginis. Die 2. E.

Duplex 3.

Ad Vesp. Ana. O admirabile commercium. cum rel. Añis, vt in officio eius paruo post Natiuitatem. Psalmi de Sancta Maria. Capitulum.

Mal. 3 E Cce ego mitto Angelum meum, qui pręparabit viã ante faciem meã: & statim veniet ad tẽplum sanctum suũ Dominator, quem uos quæritis, & Angelus testamenti, quẽ vos vultis. ℟. br. Specie tua. Hym. Aue maris stella. ℣. Responsum accepit Simeõ à Spiritu sancto. ℟. Non visurũ se mortẽ, nisi videret Chr̃m Dñi. Ad Mag. Ana. Senex puerum portabat, puer autem senẽ regebat: quem virgo peperit, & post partũ virgo pmãsit, ipsum quem genuit adorauit. Oro.

O Mnipotens sempiterne Deus, maiestatem tuam supplices exoramus: vt sicut Vnigenitus filius tuus hodierna die, cũ nostræ carnis substantia in templo est pręsentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibus præsentari. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Non fit commemoratio sancti Ignatij in his Vesperis.

Ad

Ad Completorium, & aliàs horas in fine omnium hymnorum dicitur. Gloria tibi Domine, Qui nat⁹ es de Virgine. Quod semper seruatur, quando fit officiũ de S. Maria per quã ĩ Hym. Aue Maris Stella. Ad Matut. Inui. Ecce uenit ad templum sanctum suum Dominator Dominus. Gaude & lętare Sion occurrẽs Deo tuo. ps. Venite. fo. 9. Hy. Quẽ terr. In primo, & secundo noctur. Antiphonę, Psal. & Versiculi, vt in eius Natiuitate.

De Libro Exodi. Lectio j.

Ca. 13 i init. L Ocutus est Dominus ad Moysen, dicens: Sanctifica mihi omne primogenitũ, quod aperit vuluam in filijs Israel, tàm de hominibus, quã de iumentis: mea sunt enim omnia. Et ait Moyses ad populum: Cùm introduxerit te Dominus in terrã Chananæi, sicut iurauit tibi, & patribus tuis, & dederit tibi eam, separabis omne quod aperit vuluã Domino, & quod primitiuũ est in pecoribus tuis. Quidquid habueris masculini sexus consecrabis Domino. ℟. Adorna thalamum tuum Sion, & suscipe Regem Christum: Quem virgo concepit, virgo peperit, virgo post partum, quem genuit, adorauit. ℣. Accipiens Simeon puerum in manibus, gratias agens benedixit Dominum. Quem.

De Libro Leuitici. Lectio ij.

Ca. i in. L Ocutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, iuxtà dies separationis menstruæ, & die octauo circuncidetur infantulus: ipsa verò triginta diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in sanctuarium, donec impleatur dies purificationis suæ. ℟. Postquã impleti sunt dies purgationis Mariæ, secundùm legem Moysi, tulerũt Iesum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino: Sicut scriptum est in lege Domini: quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur. ℣. Obtulerunt pro eo Domino par turturum, aut duos pullos colũbarum. Sicut scriptum est in lege Domini: quia. Lectio iij.

S In autem fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus iuxtà ritũ fluxus menstrui, & sexaginta sex

diebus manebit ĩ sanguine pu rificationis suæ. Cũq; expleti fuerint dies purificationis suę: pro filio, siue pro filia deferet agnũ anniculũ in holocaustũ, & pullũ colũbæ, siue turturẽ ꝓ peccato ad ostium tabernaculi testimonij, & tradet Sacerdoti. ℟. Obtulerũt pro eo Dño par turturũ, aut duos pullos colũbarum: Sicut scriptum est in legẽ Domini. ℣. Postquã autem impleti sunt dies purgationis Marię, secundùm legẽ Moysi, tulerunt illum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino. Sicut scriptum. L. iiij.

QVi offeret illa corã Domino, & orabit pro ea, & sic mundabitur à profluuio sanguinis sui. Ista est lex parientis masculum, aut fœminam. Quòd si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos columbarum, unum in holocaustum, & alterum pro peccato, orabitque pro ea Sacerdos, & sic mundabitur. ℟. Simeon iustus, & timoratus expectabat redemptionem Israel. Et Spiritus sanctus erat in eo. ℣. Responsum accepit Simeon à Spiritu sancto non visurum se mortem, nisi uideret Christum Domini. Et spiritus. Gloria Patri, &c. Et spiritus.

Sermo sancti Augustini Episcopi. Lectio quinta.

SIc olim prædictum est. Mater Sion dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus. O omnipotentia nascẽtis, ò magnificentia de cęlo ad terram descendentis. Adhuc in vtero portabatur, & ex utero matris à Iohanne Baptista salutabatᵣ: in templo præsentabatur, & à Simeone sene, annoso, probato, coronato, agnoscebatur. ℟. Responsum acceperat Simeon à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini. Et benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum. ℣. Cùm inducerẽt puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundùm cõsuetudinem legis pro eo: ipse accepit eũ in vlnas suas. Et benedixit Deum, &c. Lectio vj.

Ex ser. 9. ĩ Nati. Dñi ante med.

TVnc cognouit, tunc adorauit, tunc dixit: Et nunc Domine dimitte seruum tuũ in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum. Differebatur exire de seculo, vt videret natum, per quem conditum est

est seculũ. Agnouit infantẽm senex, factus est ĩ puero puer. Innouatus in ętate, qui plenus erat pietate. Simeon senex ferebat Christum infantẽ, Christus regebat Simeonis senectutem. ℟. Cùm inducerent puerum Iesum parentes eius in templo, vt facerent secundùm cõsuetudinem legis pro eo, accepit eum Simeon in ulnas suas, & benedixit Deum, dicens: Nunc dimittis Domine seruum tuum in pace. ℣. Suscipiens Simeon puerum in manibus, exclamauit dicẽs: Nũc dimittis. Lectio septima.

DIctum ei fuerat à Domino, qđ non gustaret mortem, nisi uideret Iesum Chrm natum: natus est Christus, & impletum est desiderium senis in mundi ipsius senectute: ipse ad senem hominẽ venit, qui mundum inueteratũ inuenit. In isto quidem seculo diù esse nolebat, & Christũ ĩ hoc sęculo uidere cupiebat, cantans cum propheta, & dicens: Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. ℟. Suscipiens Iesum in vlnas suas Simeon exclamauit, & dixit: Tu es verè lumen ad illuminationẽ gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. ℣. Cùm inducerent puerum Iesum parẽtes eius, & ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deum, & dixit: Tu es verè lumen ad illu. Lectio octaua.

DEnique ut noueritis ita esse istius lætitiam, conclusit dicens: Nunc dimittis Domine seruum tuum in pace, quia uiderunt oculi mei, salutare tuum. Prophetæ cecinerunt, conditorem cęli & terræ cum hominibus futurum: Angelus nũciauit, creatorem carnis & Spiritus in carne vẽturum: salutauit Iohannes ex vtero in vtero Saluatorem: Simeon senex Deum agnouit infantem. ℟. Senex puerum portabat, puer autem senem regebat. Quem uirgo cõcepit, uirgo peperit, uirgo post partum quem genuit adorauit. ℣. Accipiens Simeõ puerum in manibus, gratias agens benedixit Dominum. Quem virgo. Gloria patri. Quem.

In iij. nocturno, Aña. Homo erat in Ierusalem cui nomen Simeon: homo iste iustus & timoratus expectabat redemptionem Israel, & Spiritus sanctus erat in eo. Canticum. Audite me. cum reliq. fol.

℣. Elegit eam Deus, &c.

Lectio

Lectio sancti Euangelij secundùm Lucam. Lectio ix.

Cap. 2 IN illo tempore: Postquàm impleti sunt dies purgationis Mariæ secundùm legem Moysi, tulerũt illũ ĩ Ierusalẽ, vt sisterent eum Dño. Et rel.

Hom. Venerab. Bedæ Presbyt.

CVm dicat lex, mulierem quæ suscepto semine peperisset, immundam decerni, & per longa tẽpora, simul cũ prole quam genuisset, oblatis victimis debere mundari, patet profectò, quia illam quę sine virilis susceptione seminis virgo pepererit, vnà cum filio qui natus est ei, neq; immundá describat neq; per hostias salutares doceat esse mundandam. ℟. Beata es virgo Maria, q̃ Dominum portasti creatorem mũdi. Genuisti qui te fecit & in æternum permanes virgo. ℣. Aue Maria gratia plena, Dñs tecũ. Genuis. L. x.

SEd sicut Domin⁹, ac Saluator noster, qui Diuinitatis legem dedit apparẽs in homine fieri uoluit sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus, ita etiam beata genitrix illius, quę singulari priuilegio supra legem fuit, pro ostendẽdo tamen humilitatis exemplo legalibus subdi non refugit ĩstitutis. ℟. Videte miraculum matris Dñi: cõcepit virgo virilis ignara consortij: stat onerata nobili onere Maria. Et matrem se lęta cognoscit quæ se nescit uxorem. ℣. Virgo concepit, virgo peperit, & post partum virgo permansit. Et matrem. Lectio xj.

ET vt darẽt, inquit, hostiã secundùm quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos colũbarum. Hostia hęc pauperũ erat. Præcepit quippè Dominus in lege, ut qui posset, agnum pro filio, vel filia simul & turturẽ, siue columbam offerret: q̃ verò non sufficeret ad offerendum agnum, duos iã turtures, vel duos colũbæ pullos offerret. ℟. Benedicta, & venerabilis es virgo Maria. Cuius uiscera meruerũt portare Iesum Chr̃m. ℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Cuius. Lectio xij.

ERgo Dominus, nostrę per omnia memor salutis, nõ solùm homo fieri, cùm Deus esset, sed etiam cùm diues esset, pauper fieri dignatus est pro nobis, vt nos sua paupertate simul & humanitate, diuinitatis suæ donaret

ret esse participes. ℟. Gaude Maria virgo: cunctas hæreses sola interemisti, quę Gabrielis Archangeli dictis credidisti. Dum virgo Deum & hominem genuisti, & post partum virgo inuiolata permansisti. ℣. Beata es quæ credidisti, qa perfecta sunt ea quæ dicta sũt tibi à Domino. Dum virgo.

Sequen. S. Euang. sm Lucam.

Cap. 2 ante med. IN illo tempore: Postquàm impleti sunt dies purgationis Mariæ secundùm legem Moysi, tulerunt Iesum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur. Et vt darent hostiam secũdùm quod dictũ est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos colũbarum. Et ecce homo erat in Ierusalẽ, cui nomen Simeon, & homo iste iustus, & timoratus expectans consolationem Israel, & Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à Spiritu sancto nõ uisurum se mortẽ, nisi priùs uideret Christum Domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius vt facerent secundùm consuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuũ Domine secundùm uerbum tuum in pace: quia uiderunt oculi mei salutare tuũ, quod parasti ante faciem omniũ populorum: lumen ad reuelationem gentium, & gloriã plebis tuæ Israel. Oratio vt supra.

Ad Laudes, & per Horas, Añ. SImeon iustus & timoratus expectabat redẽptionẽ Israel, & Spiritus sanctus erat in eo. Ps. Dominus regna. cum rel. fol. 18. Aña. Responsum accepit Simeon à Spiritu sancto, non uisurum se mortem, nisi videret Dominum. Aña. Accipiẽs Simeon puerum in manibus, gratias agens, benedixit Dñm. Aña. Reuertere ĩ terrã Iuda: mortui sunt enim qui quærebant animam pueri. Aña. Obtulerunt pro eo Dño par turturum, aut duos pullos columbarum. Cap. Ecce ego. ℟. br. Adiuuabit eam. Hym. O gloriosa. ℣. Diffusa.

Ad Benedictus, Antiphona. Cùm inducerent puerum Iesum parentes eius, accepit eũ Simeon in ulnas suas, & benedixit Deum, dicens: Nunç

dimittis seruũ tuum in pace. Ad iij Capitulum. Ecce ego. ℣. de communi virginum.

Ad Sextam, Capitulum.

Cal. 3 ECce veniet, dicit Dominus exercituũ:& quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videndũ eum? ipse enim quasi ignis cõflans, & quasi herba fullonũ.

Ad Nonam, Capitulum.

Cal. 3 ET placebit Domino sacrificium Iuda,& Ierusalem, sicut dies seculi, & sicut anni antiqui, dicit Dominus ops. Ad Vesperas, Aña Simeõ iustus. cum rel. de Laud. Psal. de sancta Maria. Reliq. vt in j. Vesperis. Ad Magnificat, Aña. Hodie beata virgo Maria puerum Iesum præsentauit in tẽplo,& Simeon repletus Spiritu sancto accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deum in æternum.

Die 3. F S. BLASII EPISCOPI, & marty. Oro. Deus qui nos. vt in communi. L. iij.

BLasius Sebaste in Cappadocia cùm virtutum laude floreret, eiusdem ciuitatis Episcopus eligitur: q ab Agricolao præfecto coniectus est in vincula. Quo in loco multos ægrotos sanauit qui ad Blasium eius fama sanctitatis adducti deferebãtur. Productus autem ad Præfectum, & Dijs sacri ficare contemnens, primùm virgis cęsus, deinde in equuleo ferreis pectinibus dilaniatus est. Postremò dempto capite, illustre fidei testimonium Christo Dño dedit tertio nonas Februarij.

Die 5 A. S. AGATHÆ VIRG. & Mart. Semiduplex.

Ad Vesp. Antiph. Quis es tu. cũ rel. de Laud. ps. Dixit Dñs. cum reliq. de Dominica. Cap. Confitebor. de cõi S. Martyris tãtùm. ℟. bre. Hym. ℣. de cõi virg. Ad Magnificat, Aña. Stans beata Agatha in medio carceris, expãsis manibus orabat ad Dominum: Domine Iesu Christe magister bone, gratias tibi ago, qui me fecisti vincere tormenta carnificũ: iube me Domine ad tuam immarcescibilem gloriam feliciter peruenire. Oro. Deus qui inter cętera. de communi virginum. Ad Matut. Inuit. Regẽ virginum. Hym. Virginis proles. de cõi Virg. In j. Noctur. Antiphona. Ingenua sum, ex spectabili genere, vt omnis parentela mea testatur. ps. Beatus vir. folio 1. Aña. Summa ingenuitas ista est in qua seruitus Christi cõprobatur. ps. Quare fre. fo. 1. Aña. Ancilla Chri sum, ideo me ostendo seruilem habere personã. ps. Cũ inuoc. fo. 76. Aña. Agatha sancta dixit: si feras mihi ꝑmittis, audito Christi nomine mansuescunt. ps. Verba mea auribus. fol. 27. Antiphona. Si ignem adhibeas, rorem mihi saluificum de cęlo Angeli ministrabunt. ps Domine Dominus noster. fol. 4. Aña. Agatha lętissimè & glorianter ibat ad carcerẽ: & quasi ad epulas ĩuitata, agonem suum Dño precibus cõmẽdabat. ps. In Dño. cõfi. f. 5. Lect. j. Nocturni, Confitebor. vt in communi Mart. tantùm. ℟. j. Dum torqueretur beata Agatha in mammilla grauiter: dixit ad Iudicem: Impie, crudelis & dire Tyranne, non es confusus amputare in fęmina quod ipse in matre suxisti. ℣. Ego enim habeo mammillas integras ĩtus in anima mea, quas ab ĩfantia Domino consecraui. Impie, crudelis. ℟. ij. Agatha lętissimè & glorianter ibat ad carcerem, Et quasi ad epulas inuitata, agonem suum Domino precibus commendabat. ℣. Nobilissimis orta natalibus, ab ignobili gaudens trahebatur ad carcerem. Et quasi ad epulas. ℟. iij. Quis es tu qui uenisti ad me curare uulnera mea? Ego sum Apostolus Christi: nihil in me dubites filia: Ipse me misit ad te, Quem dilexisti mente,& puro corde. ℣. Nam & ego Apostolus eius sum, & in nomine eius scias te esse curandam. Quem. ℟. iiij. Ego autem adiuta à domino, perseuerabo in confessione eius qui me saluam fecit. Et consolatus est me. ℣. Gratias tibi ago, Domine Iesu Christe, qui misisti ad me Apostolum tuum, curare vulnera mea. Et consolatus est me. Gloria patri. Et consolatus. In ij. Noctur. Aña. Nisi diligenter perfeceris corpus meũ à carnificibus attrectari, non põt anima mea in paradisum Dñi cum palma intrare martyrij. ps. Domine quis habita. fol. 6. Aña. Vidisti Domine agonẽ meũ quo modo pugnaui ĩ stadio: sed quia nolui obedire mandatis principum, iussa sum in mammilla torqueri. ps. Conserua me. folio 6. Aña. Propter fidem castitatis iussa sum suspẽdi in equuleo: adiuua me Dñe Deus meus in tortura mammillarũ mearum. ps. Dñe in virtute. fo. 9. Aña.

Aña. Ego habeo mãmillas integras intus in aĩa mea, quas ab infantia Domino consecraui. Ps. Domini est terra. f. 11. Aña. Agatha ingressa carcerẽ benedicebat Dominũ Iesum Christũ. Ps. Exaudi Deus orationem meam cũ depre. f. 38. Aña. Mens mea solidata est, & à Christo fundata. Psal. Bonum est. fol. 50. Lectio v.

Agatha virgo, Catanæ in Sicilia nobilibus parentibus nata cùm pari pulchritudinis, & castitatis laude cõmẽdaretur, Quintianus, Decio Imperatore, Siciliæ ꝑtor, Virginis amore captus est. Sed cùm tentata modis omnibus eius pudicitia, Agatham in suã sententiam perducere nõ posset, Christianæ superstitionis nomine comprehensam, Aphrodisiæ cuidam infami mulieri deprauandam tradit. ℞. Ipse me curauit qui per Apostolũ Petrum in custodia me cõfortauit, ꝓ eo quod iussa sum suspendi in equuleo. Propter fidẽ castitatis adiuua me Domine Deus meus in tortura mammillarum mearum. ℣. Ipse me dignatus est ab omni plaga curare, & mãmillã meã meo pectori restituere. Propter fidem castitatis. Lectio vj.

Aphrodisia verò nunciauit Quintiano se in Agatha operam perdere. Quare ille ad se virginem adduci iubet, eique optionem dat, velitne potius venerari Deos, an vim tormentorum subire. At illa constans in fide, primùm colaphis cęsa mittitur in carcerem. Postridiè verò educta, cũ in sentẽtia permaneret, admotis cãdẽtib⁹ laminis in equuleo torquetur. ℞. Vidisti Domine, & expectasti agonem meum, quomodo pugnaui in stadio: sed quia nolui obedire mandatis principum, Iussa sum in mãmilla torqueri. ℣. Propter ueritatem, & mansuetudinẽ, & iustitiã. Iussã. L. vij.

Tum ei mammilla abscidit: quo ĩ vulnere Quintianum appellans virgo: Crudelis, inquit, tyranne, nõ te pudet amputare in fęmina quod ipse in matre suxisti? Mox coniecta in vincula sequẽti nocte à sene quodam qui se Christi Apostolũ esse dicebat, sanata est. Rursum euocata à Prætore, & ĩ Christi cõfessione perseuerans, in acutis testulis, & cãdẽtibus carbonibus ei subiectis volutat. ℞. Beata Agatha ingressa carcerem, expandit manus suas ad Deum, & dixit:

Domine qui me fecisti uincere tormẽta carnificum, Iube me ad tuam misericordiã peruenire. ℣. Dñe q̃ me creasti, & tulisti à me amorem sęculi, q̃ corpus meũ a pollutione separasti. Iube me. L. viij.

Quo tempore ingenti terræmotu vrbs tota contremuit, ac duo parietes coruẽtes, Syluinum & Falconiũ, intimos Prætoris familiares oppresserunt. Quare vehemẽter commota ciuitate, veritus populi tumultum Quintianus Agatham semimortuã clã reduci imperat in carcerẽ. Quæ in oratione migrauit in cęlũ, Nonis Februarij. Cui⁹ corpus à Christianis sepultum est.

℞. Medicinam carnalẽ corpori meo nunquàm exhibui, sed habeo Dñm Iesum Christũ. Qui solo sermone restaurat vniuersa. ℣. Qui me dignat⁹ est ab omni plaga curare, & mãmillã meã meo pectori restituere, ipsum inuoco Deũ viuum. Qui solo ser.

In iij. Noct. Aña. Mentem sanctam, spõtaneã, honorẽ Deo, & patriæ liberationem. Cant. Audire me. cum rel. fol.

Lect. sctĩ Euãg. ſm Matt. L. ix.

Ca. 19. In illo tempore: Accesserũt ad Iesum Pharisæi tentantes eũ, & dicentes: Si licet hoĩ dimittere vxorem suam quacunque ex causa? Et reliqua.

Homilia S. Iohannis Chryso.

Ex homi. 63. in eũd. ĩ med. & ĩfra sparsim.

Dominus noster, quibus ad perpetuam hortari virginitatẽ arduũ, atq; durum uidebatur, necessitate legis, ĩ cupiditatem virginitatis impellit. Posse autem nos perpetuã seruare continentiam, ostendit, dicens: Sunt Eunuchi, qui ex ventre matris ita nati sunt, & qui ab hominib⁹ facti sũt, & qui seipsos castrauerũt propter regnũ cœlorum. His oĩbus ad optandam, eligẽdamq; virginitatẽ inducit. Respõsoria iij. noct. de cõi Virg. L. x.

Possibile namq; id esse hominibus, hoc ferè modo cõfirmat. Cogita tecum, si aut à natura Eunuchus esses, aut iniuria hominum sic effectus, quid faceres cùm & huiusmodi voluptate careres, & nullã carendo mercedem consequereris? Gratias igitur Deo agas, quia magna pręmia, rutilantesque coronas habebis, si ita viues, quemadmodũ sine aliquo illi pręmio. Lectio xj.

Immò verò multò faciliùs, tutiùs, atque iucũdiùs, tùm quia spe retributionis corroboraris, tùm quia conscientia virtu-

virtutis gaudes, & ad hæc non ita ingentibus cupiditatis fluctibus iactaris: non enim sic amputatio membri, quemadmodũ rationis frenũ, immò verò sola ratio huiusmodi fluctus comprimit, & in tranquillitatis portum animum reducit. Lectio duodecima.

CVm ergo de ijs Eunuchis dixerit, qui nisi etiam ipsi mente se cõtineant, frustra & in cassum tales sunt, ac de ijs qui ut cœlos nanciscantur, se continent, subiũxit rursus, dicens: Qui potest capere capiat. Ita magis animat, atq; incendit, vel quia magnitudinẽ virtutis ostendit, uel quia inęstimabili misericordia sua, noluit rem in necessitatem legis concludere: & ad hæc possibile id esse monstrat, ut eligẽdi cupiditas crescere possit.

Si hoc festũ venerit in Quadragesima, xij. Lectio legitur de homilia feriæ occurrentis. Quod ēt seruatur in oĩbus festis, quę veniunt in Quadrag. Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.

Ex ca. 19. sub init. IN illo tempore: Accesserunt ad Iesum Pharisæi tentantes eũ, & dicẽtes: Si licet homini dimittere vxorẽ suam quacunq; ex causa? Qui respondens ait eis: Nõ legistis quia qui fecit ab initio masculum & fœminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erũt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandauit dare libellũ repudii, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis uestri permisit uobis dimittere vxores uestras: ab initio autem nõ fuit sic. Dico autẽ uobis: Quicũq; dimiserit uxorẽ suã, nisi ob fornicationẽ, & aliã duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchãtur. Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim Eunuchi q de matris vtero sic nati sunt: & sunt Eunuchi qui facti sunt ab hominibus: Et sunt Eunuchi qui seipsos castrauerunt pp regnũ cęlorũ. Qui põt capere capiat.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

QVis es tu qui venisti ad me curare vulnera mea? Ego sum Apostolus Christi: nihil

nihil in me dubites filia. ps. Dominus regn. cũ rel. f. 18. Aña. Medicinam carnalem corpori meo nunquàm exhibui: sed habeo Dominũ Iesum Christum, qui solo sermone restaurat vniuersa. Aña. Gr̃as tibi ago Dñe Iesu Christe, qa memor es mei; & misisti ad me Apostolũ tuũ curare vulnera mea. Aña. Benedico te P̃r Dñi mei Iesu Chri: qa p Apl̃m tuũ mãmillã meã meo pectori restituisti. Aña. Qui me dignatus est ab oĩ plaga curare, & mãmillã meã meo pectori restituere, ipsum inuoco Deũ viuũ. Ad Bñs, Aña. Paganorũ multitudo fugiens ad sepulchrũ virginis, tulerũt velum eius contra ignẽ: vt cõprobaret Domin⁹, quòd à periculis incendij meritis beatę Agathę martyris suæ eos liberaret.

Ad Horas Cap. & ℣. de Cõi sanctæ Martyris tantùm.

Ad Vesperas Aña. Quis es tu. cum rel. vt supra. Psal. Dixit. Cõfitebor. Beatus vir. Lauda Ierusalẽ. Reliqua vt ĩ j Vesp.

Die 6. B. S. DOROTHEÆ VIRG. & Mart. Oro. Indulgentiã. de Cõi Virginum. L. iij.

DOrothea virgo, ex Cęsarea Cappadociæ propter Christi cõfessionem ab Apricio Præfecto comprehensa Christæ, & Callistæ sororibus, q̃ à fide defecerãt, tradita est, ut eã à proposito remouerent. Sed contrà factum est: nã eas Dorothea ad cultũ christianæ religionis reduxit, ꝓpter quã etiã martyrium susceperunt. Quare virgo equuleo diù torta, & palmis cęsis, ad extremũ capitis damnata duplicatam virginitatis, & martyrij palmam accepit.

Die 9. E. S. APOLLONIÆ VIRG. & Mar. Oro. Deus qui inter cætera. De Cõi Virg. L. iij.

APollonia Virgo Alexandrina, Decio Imperatore, cùm ingrauescente iã ætate, ad idola sisteretur, vt eis uenerationem adhiberet, illis cõtemptis, Iesum Christum verũ Deum colendum esse prędicabat. Quamobrẽ omnes ei cõtusi sunt, & euulsi dẽtes: ac nisi, Christum detestata, Deos coleret, accenso rogo combusturos viuam minati sunt impij carnifices. At illa ex illorum manibus elapsa, alacris se in ignem sibi paratum iniecit: Vnde breui consumpto corpore, purissimus spiritus in cœlum ad sempiternam martyrij coronam euolauit, quinto Idus Februarij.

Die 10 F. S. SCHOLASTICÆ VIRG.

Duplex 3.

In vtrisq; Vesp. Ad Mag. & ad Bñs, Aña. Sanctimonialis fœmina, dũ negãtis verba audisset, orationẽ fudit, & inundatio pluuiæ erupit. Oratio

DEus qui ad ostendendam beatæ virginis tuę Scholasticæ innocẽtiam, illius animam in Columbæ specie cœlum penetrare fecisti: concede nobis famulis tuis, eius meritis innocẽter viuere, & ad cęlestia gaudia puenire. Per. L. v.

SOror beatissimi Benedicti Scholastica nomine omnipotẽti Domino ab ipso infantię tempore dedicata, ad eũ semel per annum venire cõsueuerat: ad quã vir Dei non longè extra ianuam in possessione Monasterij descendebat. Quadã uerò die uenit ex more, atque ad eam cum discipulis venerabilis eius frater descendit. Qui totum diem in Dei laudibus, sacrisque colloquijs ducentes, incumbẽtibus iam noctis tenebris simul acceperunt cibos. Lectio vj.

CVmq; adhuc ad mensam sederẽt, & inter sacra colloquia tardior se hora protraheret, eadẽ sanctimonialis fęmina soror eius eum rogauit, dicens: Quæso te frater, vt ista nocte me non deseras, vt vsq; manè aliquid de cęlestis vitæ gaudijs loquamur. Cui ille respondit: Quid est, quod loqueris soror? Manere extra cellã nullatenus possum. Tãta verò erat cęli serenitas, vt nulla ĩ aere nubes appareret. L. vij.

SAnctimonialis autem fœmina cũ verba fratris negãtis audisset, insertas digitis manus super mẽsam posuit, & caput in manibus, omnipotentẽ Dominũ rogatura, declinauit. Cũq; leuaret de mensa caput, tanta coruscationis, & tonitrui virtus, tantaq; inũdatio pluuię erupit, vt neq; venerabilis Benedictus, neq; fratres qui cum eo aderant, extra loci limen, quo consederant, pedem mouere potuissent. Lectio viij.

CVmq; die altero eadẽ venerabilis fœmina ad cellã ppriam recessisset, vir Dei ad monasteriũ redijt: cũ ecce post triduũ in cella cõsistens, eleuatis in aera oculis, vidit eiusdẽ sororis suæ animam de corpore egressam in columbę specie cœli secreta penetrare. Qui tãtæ eius gloriæ congaudẽs, omnipotẽti Deo in hymnis, & laudibus gratias reddidit, eiusq; obitũ fratribus denuncia-

nunciauit: quos etiã protinus misit, vt eius corp⁹ ad monasteriũ deferrẽt, atq; in sepulchro quod sibi pparauerat ponerẽt. In iij. noct. Aña. In hymnis, & laudibus Deo gratias referẽs, sororis obitum fratribus denũciauit. Cãt. Audite me. cũ rel. f. Hom. in Euang. Simile est regnũ cęlorum decem virginibus. De Communi: & reliqua omnia, quæ hic desunt, de Communi Virginum.

Die 14 C. S. VALENTINI MAR. Orõ.

PRęsta quæsumus omnipotens Deus: vt qui beati Valentini Martyris tui natalitia colimus, à cunctis malis imminentibus eius intercessione liberemur. Per Dominum. Lectio. iij. Triumphalis. vt in ij. noctur. vnius martyris.

Die 15 D. SS. FAVSTINI, ET IOVITÆ Marty. Orõ. Deus q nos ann. de Cõi plur. Mar. L. iij.

FAustinus, & Iouita, Brixiani nobiles, in multis Italiæ vrbibus, quò vincti, sequiente Traiani persecutione, ducebãtur, acerbissima supplicia perpessi, fortes in christianæ fidei cõfessione perstiterũt. Nã Brixiæ vinculis, bestijs, igneq; superatis, Mediolani etiã, & Romæ immaniter afflicti, tãdem Neapoli in mare mersi sunt. Vnde p Angelos mirabiliter erepti, multos & constantia in tormentis, & miraculorũ virtute ad Christi fidem conuerterunt. Postremò reducti Brixiam, initio suscepti ab Adriano Imperij, securi pcussi, illustrẽ martyrij coronã acceperũt.

Die G. S. SIMEONIS EPISCOPI, & Mart. Orõ. Infirmitatem. de Cõi vni⁹ Mar. Põt. L. iiij.

SImeon filius Cleophę, post Iacobũ proximus Ierosolymis ordinat⁹ Episcopus, Traiano Imperatore apud Atticũ consularẽ est accusatus, quòd christianus esset, & Christi pinquus. Cõprehẽdebant̃ eñ oẽs eo tẽpore qcũq; ex genere Dauid orti essent. Quare multis cruciat⁹ tormẽtis, eodẽ passionis genere, quod Saluator noster subierat, afficitur, mirãtibus oĩbus quòd homo ætate cõfect⁹ (erat enĩ cẽtũ, & vigĩti annorũ) acerbissimos crucis dolores fortiter, cstãterq; pateret.

Die D. CATHEDRA S. PETRI Antiochię. Duplex 3.

Fiat officium, vt supra in Cathedra Romana. exceptis lectionibus ij. noct. quarũ loco leguntur, quę sequuntur. Sermo S. Augustini Epi. L. v.

Ser. de Cathed. S. Pe-tro.

INstitutio solẽnitatis hodiernę à senioribus nr̃is Cathe-

drę nomen accepit ideò quòd primus Apostolorũ Petrus hodie Episcopatus Cathedrã suscepisse referatur. Rectè igit Ecclesiæ natalem sedis illius colunt, quam Apostolus pro Ecclesiarum salute suscepit, dicente Domino: Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo Ecclesiam meam. L. vj.

PEtrum itaq; fundamentũ Ecclesiæ Dñs nominauit: & ideò dignè fundamẽtũ hoc Ecclesia colit, supra quod Ecclesiastici ædificij altitudo cõsurgit. Vnde cõuenienter Psalmus, qui lectus est, dicit: Exaltent eum in Ecclesia plebis, & in Cathedra seniorum laudẽt eum. Benedictus Deus qui exaltari in Ecclesia hoc præcepit: quia dignũ est, vt fundamẽtũ in Ecclesia honoretur, per quod in cœlum ascedit. L. vij.

QVòd natalis ergo Cathedrę hodie colitur, sacerdotale honorat officiũ. Sibi hoc Ecclesiæ inuicem pstant; quia tantò necesse plus habet Ecclesia dignitatis, quãtò sacerdotale officiũ plus honoris. Cũ solẽnitatem hãc Ecclesijs meritò religiosa obseruatio introduxerit, miror, cur apud quosdã infideles hodie tam pniciosus error increuerit, vt super tumulos defunctorum cibos, & vina conferant; quasi egressę de corporib⁹ aĩæ carnales cibos reqrãt. L. viij.

EPulas enim, & refectiones caro tantùm requirit, spũs autẽ & animæ his nõ indigẽt. Parare aliquis suis charis dicit, quod ipse deuorat: quod pręstat ventri imputat pietati. Cessate ergo fratres ab hoc gẽtili infidelitatis errore. Animę enim sanctę, quæ in hoc seculo aut per vitæ innocentiam puræ sunt, aut pęnitẽtiæ satisfactione purgantur, à Saluatore nostro recipiuntur, & cũ eo esse credendæ sunt, secundùm Apostoli dictũ: Cupio dissolui, & esse cum Christo.

Die 23 E.

IN VIG. S. MATTH. APOS. Si non venerit in Quadrages. tres Lectio. legunt de Homil, ĩ Euãg. Hoc est pceptũ meũ. vt in Cõmuni Apłorũ. Si autẽ venerit in Quadrages. nihil fit de ea, nisi in Missa. Oratio. Da quæsumus. de Cõi Vigilia Apostolorũ. Sciẽdũ est, quòd eo anno, quo est bissextus, festum S. Matthię nõ celebratur eo die quo est in Kalendario, sed in sequẽti, & in utroque pronunciatur vj kalendas Martij. Luna tamen procedit cursu suo.

S. MAT-

Die 24 F. vel 25 F. S. MATTHIÆ APOST. Duplex. 2. Oratio.

DEus qui beatũ Matthiã Apstolorum tuorũ collegio sociasti: tribue quęsum⁹; vt eius interuentione, tuæ circa nos pi[e]tatis semper viscera sentiamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

De Actibus Apostolorum L. j.

Cap. 1 ĩ init. IN diebus illis, Exurgẽs Petrus in medio fratrum, dixit: (erat autem turba hominũ simul ferè centum uiginti) Viri fratres oportet impleri scripturam quàm prædixit Spiritus sanctus per os Dauid de Iuda: qui fuit dux eorũ, qui cõprehenderunt Iesum, qui cõnumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerij huius. Lectio secunda.

ET hic quidem possedit Agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus Ierusalem, ita vt appellaretur ager ille lingua eorum Hacel dema, hoc est, ager sanguinis. Scriptũ est enim in libro Psalmorum: Fiat commoratio eorum deserta, & nõ sit qui inhabitet in ea: & Episcopatũ eius accipiat alter. Lectio iij.

OPortet ergo ex his uiris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Iesus, incipiens à baptismate Iohãnis, vsq; ad diẽ, qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Et statuerunt duos, Ioseph qui uocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Matthiam. Lectio iiij.

ET orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum accipere locum ministerij huius, & Apostolatus de quo pręuaricatus est Iudas, vt abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis.

In ij. noct. Lect. Fundamenta eius. vt in Cõi Apłorũ.

In iij. noct. Ãña. Cecidit sors super Matthiã, & annumerat⁹ est cũ vndecim Apłis. Cant. Vos sancti Dñi. cum rel.

Lect. S. Euãg. sm Matth. L. ix.

IN illo tpe: Respõdẽs Iesus, dixit: Confiteor tibi Pr̃ Dñe cęli, & terrę qa abscõdisti hęc à Sapiẽtib⁹, & prudẽtib⁹, & reuelasti ea paruulis. Et reliqua.

 Ho-

Homilia S. Augustini Epi.

VEnite, inquit, ad me omnes qui laboratis. Quare enim omnes laboramus, nisi quia sumus mortales, fragiles, infirmi, lutea vasa portantes, quæ faciunt inuicem angustias? Sed si angustantur vasa carnis, dilatentur spatia charitatis. Quid ergo dicit: Venite omnes qui laboratis, nisi vt non laboretis? Lectio x.

DEniq; promissio eius in prompta est, quoniã laborantes vocauit. Quærẽt fortè qua mercede vocati sunt. Ecce ego vos inquit, reficiã. Tollite iugũ meum super uos, & discite à me, non mundum fabricare, non cuncta visibilia, & inuisibilia creare, non in ipso mundo mirabilia facere, & mortuos suscitare, sed quĩ mitis sum, & humilis corde. L.xj.

MAgnus esse uis, à minimo incipe. Cogitas magnam fabricã construere celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis. Et quantã quisque uult, & disponit super imponere molẽ ædificij, quãtò erit maius ędificium, tantò altiùs foditur fundamentum. Et fabrica quidem cùm construitur, in suprema cõsurgit, qui autẽ fodit fundamentum, ad ima deprimitur. Ergo & fabrica ante celsitudinẽ humiliatur, & fastigium post humiliationem erigitur. Lect. xij.

QVod est fastigium construẽdæ fabricę, quã molimur? quò peruẽturum est cacumen edificij? Citò dico, vsq; ad cõspectũ Dei. Videtis quã excelsum est, quãta res est conspicere Deũ. Qui desiderat, & quod dico, & qđ audit intelligit. Promittitur nobis conspectus Dei, veri Dei, summi Dei. Hoc enim bonum est, uidentem uidere.

Sequentia S. Euãg. sẽm Matth.

IN illo tẽpore: Respõdens Iesus, dixit: Confiteor tibi Pr̃ Dñe cęli, & terrę, quia abscõdisti hæc à Sapiẽtibus, & prudẽtib⁹, & reuelasti ea paruulis. Ita Pr̃, qm̃ sic placitũ fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à Pr̃e meo: & nemo nouit Filiũ, nisi Pr̃: neque Pr̃em qs nouit, nisi Fili⁹, & cui uoluerit filius reuelare. Venite ad me oẽs qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã vos. Tollite iugũ meũ sup vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. ℟. Amen.

Ca. 11 in fi.

FE-

FESTA MARTII.

Die 7. C. S. THOMÆ DE AQVINO. Duplex 3.

Ad Mag. Aña. O doctor optime, de Communi. Oratio.

DEus qui Ecclesiam tuam beati Thomę Cõfessoris tui mira eruditione clarificas, & sancta operatione fęcũdas: da nobis quæsumus, & quę docuit intellectu conspicere, & q̃ egit imitatione cõplere. Per.

Pro comm. SS. Martyrum Perpetuæ, & Felicitatis. Aña, & ℣. in Vesperis, & Laudibus. Istarum est enim regnum cęlorũ, quę contempserunt vitam mũdi, & peruenerunt ad pręmia regni, & lauerunt stolas suas in sanguine agni. ℣. Gloria & honore coronasti eas Domine. ℟. Et cõstituisti eas super opera manuum tuarum. Oro.

DA nobis quæsumus Domine sanctarum Martyrum tuarum Perpetuæ, & Felicitatis palmas incessabili deuotione uenerari: vt quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltẽ frequẽtemus obsequijs. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

In j. noct. Lectiones. Sapientiam omnium. vt in Cõmuni Doctorum. Lectio v.

THomas, Landulpho Comite Aquinate, & Theodora Neapolitana, nobilibus parentibus natus, Aquino à Corrado Imperatore vastato, quintum annum agens, monachis sancti Benedicti Cassinatibus custodiendus tradit̃. Inde Neapolim studiorũ causa missus, iàm adolescens, fratrum prædicatorum ordinem suscepit, & licèt à fratribus variè exagitatus, nequaquã tamẽ sanctũ ꝓpositũ mutauit. L.vj.

MVlierem etiam, quæ ad labefactandam eius cõstantiam introducta fuerat, titione fugauit. Moxq; orans, & somno correptus, visus est sentire sibi ab Angelis constringi lumbos: quo ex tẽpore omni postea libidinis sensu caruit. Post hęc Romã ductus, inde Parisiũ à fratre Iohãne Theutonico, ordinis Prędicatorum Generali magro, Alberto magno Doctore, Philosophiæ, ac Theologiæ operã dedit. L.vij.

NVnquam se lectioni, aut scriptioni dedit, nisi post orationem. In difficultatibus locorũ sacrę Scripturę ad orõnem ieiuniũ adhibebat. Neapoli, cùm ad imaginem crucifixi vehementiùs oraret, hanc vocem audiuit: Benè scripsisti

de me Thoma: quã ergo mercedem accipies? Cui ille: Non aliam Domine, nisi te ipsum. Cùm per octauam Paschæ in Basilica sancti Petri prædicaret, mulierem quæ eius fimbriam tetigerat, à fluxu sanguinis liberauit. Lectio viij.

SCripta eius adeò excellũt, vt ob eam causam nomen Doctoris Angelici iure sit adeptus. Ab Vrbano quarto Romam vocatus, adduci non potuit, vt honores acciperet. Missus à Gregorio decimo ad Cõcilium Lugdunense, in monasterio Fossæ nouę in morbum incidit. Obijt quinquagenarius, Anno salutis millesimo ducẽtesimo septuagesimoquarto, Nonis Martij. Cuius corpus postea Tholosam trãslatũ est. In iij. noctur. Hom. in Euang. Vos estis sal terræ. de Cõi Doctorum: xij. Lectio de Homil. feriæ occurrentis, nisi uenerit extra Quadragesimam.

Die 9. E. SS. QVADRAGINTA Mart. Semiduplex. Oro.

PRæsta quæsumus omnipotẽs Deus: vt qui gloriosos Martyres fortes in sua cõfessione cognouimus: pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Dominũ nostrũ Iesum Christũ filiũ tuũ.

In j. noct. Lect. de cõi. videlic. Fres: Debitores sumus. L. v.

REge Licinio, & Agricolao Pręfecto, ad Sebasten Armenię vrbem, quadraginta militum fides in Iesum Christum, & fortitudo in cruciatibus perferendis enituit. Qui sæpiùs in horribilem carcerẽ detrusi, uinculisq; constricti, cùm ipsorum ora fuissent cõtusa lapidibus, in stagnum gelidissimum cõiecti sunt. L. vj.

VNa autem omnium erat oratio. Quadraginta in stagnum ingressi sumus, quadraginta item Domine corona donemur: ne vna quidem huic numero desit. Cæteris autem custodibus somno deditis, solus vigilabat ianitor, qui & illos orantes, & luce circũfusos, & solutam glaciem, & quosdam è cœlo descendẽtes Angelos, tãquàm à Rege missos qui coronas triginta nouem militibus distribuerent, intuẽs, ita secum loquebatur. Quadraginta hi sunt, quadragesimi corona vbi est? Lec. vij.

CVm hæc ille cogitaret, vnus ex illo numero, cui animus ad frigus ferendũ defecerat, in proximum tepefactum balneum desiliens, sanctos illos summo dolore affecit. Verùm Deus illorũ preces irritas esse non est passus: nam rei euẽtum admiratus ianitor, mox custodibus è somno excitatis, detractisque sibi uestibus ac se Christianum esse clara voce professus, iniecit in stagnum. Lectio octaua.

POstridie manè cũ Præfecti satellites ianitorẽ quoque Christianum esse cognouissent, tractis omnibus ad litus, bacillis comminuta eorũ crura fregerunt. In eo supplicio mortui sunt omnes, & in rogũ iniecti. Quib⁹ cõbustis, eorum reliquiæ proiectæ in profluẽtẽ, cùm mirabiliter in unum ꝓfluxissent locum, saluæ, & integræ repertæ honorifico sepulchro conditæ sunt. In iij. Noct. Hom. in Euange. Descendens Iesus de monte. De cõi plur. Martyrũ.

Die 12. A. S. GREGORII PAPÆ, Confessoris, & Ecclesiæ Doctoris. Duplex 3. Ad Mag. Aña. O Doctor optime. de cõmuni Doct. Oratio.

DEus qui animæ famuli tui Gregorij æternæ beatitudinis præmia contulisti: cõcede propitius, ut qui peccatorum nostrorũ pondere premimur, eius apud te precibus subleuemur. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lectiones: Sapientiam de communi Doctorum. Lectio quinta.

GRegorius magnus Romanus, Gordiani senatoris filius, adolescens Philosophiæ operam dedit: & prætorio officio functus, patre mortuo, sex monasteria in Sicilia ędificauit, Romæ septimũ sancti Andreæ nomine in suis ædibus, ubi Monachi uitam professus, postea Abbas fuit. A Benedicto Pontifice Diaconus Cardinalis creatus, nec multò pòst, Pelagio, qui Benedicto successerat, pestilentia sublato, summo omnium consensu Pontifex inuitus eligitur. Lectio sexta.

IN Pontificatu multa successoribus doctrinæ ac sanctitatis exẽpla reliqt. Peregrinos quotidie ad mẽsam adhibebat: in quibus & Angelũ, & Dominum Angelorũ peregrini facie accepit. Pauperes, & vrbanos, & externos, quorum numerum descriptũ habebat, benignè sustentabat. Catholicã fidẽ multis locis labefactatã restituit. Ecclesiã ornauit sctĩssimis ĩstitutis, & legib⁹. L. vij.

QVatuor Concilijs, Nicęno, Cõstãtinopolitano, Ephesino, Calcedonensi tamq̃ qua-

quatuor Euangelijs honorem haberi voluit. Episcopos quinto quoque anno semel Romã venire iussit. Multos libros cõfecit, quos cùm dictaret, testatur Petrus Diaconus se Spiritum sanctum Columbę specie in ei⁹ capite sæpè uidisse. Admirabilia sunt quæ dixit, fecit scripsit, decreuit, præsertim in firma semper & ægra valetudine. Lectio octaua.

Denique multis æditis miraculis Põtificatus anno decimo tertio ac mense sexto, quarto Idus Martij, qui dies festus à Græcis etiã propter insignem huius Pontificis sapiẽtiam, ac sanctitatem præcipuo honore celebratur, ad cęlestẽ beatitudinem euocatus est. Cuius corpus sepultum est in Basilica S. Petri propè secretariũ.

In iij. Noct. Hom. ĩ Euãg. Vos estis sal terrę. de cõi Doctorũ. Lectõ xij de ho. fer. occurrẽtis.

19 S. IOSEPH CONFES. Duplex 3. Oratio.

Sanctissimæ genitricis tuæ sponsi quæsumus Domine meritis adiuuemur: vt quod possibilitas nostra nõ obtinet, eius nobis intercessione donetur. Qui viuis, & regnas, &c.

Lect. j. Noct. Iustus si morte. de communi conf. non Pont.

Sermo S. Bernardi Abbat. L. v.

Ex homi. super Missus est. circa finẽ.

Quis & qualis homo fuerit beatus Ioseph coniice ex appellatione, qua licèt dispensatoria, meruit honorari à Deo, vt pater Dei dictus, & creditus sit: coniice & ex proprio vocabulo, quod augmentum non dubites interpretari: & memento magni illius quõdam Patriarchæ vẽditi in Aegypto; & scito ipsius istũ non solùm uocabulum fuisse sortitum, sed & castimoniã fuisse adeptum, innocentiam assecutum, & gratiam. Lectio sexta.

Siquidem ille Ioseph fraterna ex inuidia uenditus, & ductus in Aegyptum, Christi venditionem præfigurauit. iste Ioseph Herodianam inuidiam fugiẽs, Christum in Aegyptum portauit. Ille domino suo fidem seruans, dominę noluit commisceri: iste dominam suam, Dñi sui matrẽ, virginẽ agnoscẽs, & ipse cõtinẽs fideliter custodiuit. L. vij.

Illi data est intelligentia in mysterijs somniorum: isti datum est, conscium fieri, atq; participem cęlestium sacramẽtorum. Ille frumenta seruauit, nõ sibi, sed oĩ pplo: iste panẽ viuũ è cęlo seruãdũ accepit tã sibi, quàm toti mũdo. L. viij.

Non

Non est dubium, qn bonus, & fidelis homo fuerit iste Ioseph, cui mr̃ desponsata est Saluatoris. Fidelis, inquam, seruus, & prudens quẽ constituit Dominus mr̃is suæ solatium, suæ carnis nutritiũ, solum deniq; in terris, magni cõsilij coadiutorẽ fidelissimũ.

In iij. Noct. Hom. in Euang. Cũ esset desponsata. vt in Vigilia Natiuitatis Dñi. fol. 101.

Die 21 C. IN FESTO S. BENEDICTI Abbatis. Duplex 1.

Ad Vesperas, Aña. Beatus uir Benedictus. cum rel. de Laud. ps. Dixit Dñs. cum rel. Capit.

Eccle. 45. Dilectus Deo & hominibus: cuius memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloriã Sanctorũ, & magnificauit eum in timore inimicorũ, & in verbis suis monstra placauit. ℟. br. Amauit eum Dominus. Hymnus.

Templa solennes reparẽt honores:
Virgines sacræ modulẽtur hymnos:
Efferant almum Monachi parentem
Laude perenni.

Sanguinis quamquàm titulo decorus
Esset, & fulgens opibus paternis,
Vt tamen cœlo frueretur, ampla
Stemmata liquit.

Floridos annos Superis dicauit,
Et diù syluas coluit silẽtes,
Atque speluncis latitauit, herbis
Pastus & undis.

Membra per sentes rigidos volutans,
Impetus carnis retudit molestos,
Inde virtutum meruit probatus
Esse magister.

Supplici cãtu veneramur omnes
Te Deus trina paritate simplex:
Candidus per quem Benedictus arce
Regnat Olympi. Amẽ.

℣. Ora pro nobis beate Pater Benedicte. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Mag. Aña. Exultet omnium turba fidelium pro gloria almi patris Benedicti: lętẽtur præcipuè cateruæ Monachorum celebrantes eius festa in terris, de cuius societate sancti gaudent in cœlis. Oro.

Deus qui Ecclesiam tuam beati Benedicti Abbatis tui illustrare voluisti gloriosis meri-

meritis & exemplis : concede propitius, ut cuius ueneramur solennia, eius imitemur vestigia, & sic ad æterna gaudia ꝑuenire mereamur Per Domi.

Ad Matutinum, Inuitatoriũ. Confessorum Regem adoremus qui cęlestis regni meritũ & gloriam Cõtulit sãcto suo Bñdicto. ꝑs. Venite. Hym.

NOctis obscuræ medio vocati,
Adsumus : magni recolamus acta
Patris, in cuius micuère cuncti
Pectore Vates.

Legifer Mosen generosus æquat
Flumen è saxo sterili trahendo,
Atque Dauidem pereuntis hostis
Mortem gemendo.

Signat Eliã famulãte Coruo,
Ac Eliseum teretem sub hastam
Eius ad nutũ redeũte lapso
Gurgite ferro.

Ille Iohannem recubans sub antris
Exprimit: Petrum gradiens per undas,
Cùm lacu siccis pedibus ministri
Traxit alumnum.

Mortuos uitæ reuocat sub auram:
Dęmones pellit, simulacra frangit:
Soluit astrictos, recreatque mirè
Esurientes.

Detegit fraudes, abigitque lepram:
Increpat Regẽ, reserat futura:
Fractaque instaurat: penetratque fratrum
Intima corda.

Ambitũ mũdi radio sub vno
Lucis æternæ videt, & beatos
Spiritus, nec non animam sororis
Ire per astra.

Supplici cantu. vt supra.

In j. Noctur. Antiphona. Fuit uir uitæ venerabilis gratia Benedictus & nomine. ꝑs. Beatus vir. fo. 1. Aña. Ab ipso pueritiæ suæ tempore cor gerens senile, & ætatem moribus trãsiens, nulli animum voluptati dedit. ꝑs. Quare fremuerũt. folio 1. Antiph. Dùm in hac terra esset, quò tẽporaliter liberè vti potuisset, iam quasi aridum mundum cum flore despexit. ꝑs. Cùm inuocarẽ. folio 76. Antipho. Liberiori genere ex prouinçia Nursiæ ortus

ortus, Romæ liberalibus literarum studiis traditus à parentibus fuerat. ꝑs. Verba mea. fol. 27. Antipho. Relicta domo, rebusque patris, soli Deo placere cupiens, sanctæ conuersationis habitum quæsiuit. ꝑs. Domine Domin⁹ noster. fol. 4. Aña. Recessit igitur scienter nescius, & sapienter indoctus. ꝑs. In Domino cõfido. fol. 5. ℣. Amauit eum.

Lect. de cõi cõf. Põt. videlicet. Laudemus uiros. folio

℟. j. Fuit uir uitæ uenerabilis, gratia Benedictus & nomine, ab ipso pueritiæ suæ tpe cor gerens senile. Æ tatẽ quippè morib⁹ trãsiẽs, nulli aĩum voluptati dedit. ℣. Recessit igit᷑ scienter nescius, & sapienter indoctus. Æ tatem quippè.

℟. ij. Sanctus Benedictus plùs appetiit mala mundi perpeti, quã laudes: atq; pro Deo laboribus fatigari, Q uã uitę hui⁹ fauoribus extolli. ℣. Diuina namque præuẽtus gratia, magis ac magis ad superna animo aspirabat. Q uàm.

℟. iij. Inito consilio uenenũ uino miscuère, quo oblato signauit, sicq; cõfractũ est. A c si pro signo lapidem dedisset. ℣. Intellexit ergo protinus uir Dei, quia potum mortis habuerat, quod portare non potuit signum vitę. A c si.

℟. iiij. Dñe ne aspicias peccata mea, sed fidẽ huius hoĩs qui rogat resuscitari filiũ suum, & redde ĩ hoc corpusculo aĩam quã tulisti: & cõpleta oĩone re uixit, E t sanũ reddidit pr̃i suo. ℣. Et regrediente aĩa, corpusculũ oẽ contremuit, & sub oculis oĩum, qui aderant, uiuus apparuit. E t sa. Gloria. E t.

In ij. Noct. Aña. Compassus nutrici suæ Benedictus puer sese cũ lachrymis in oĩonem dedit, & capisteriũ reparauit. ꝑs. Dñe quis. f. 6. Aña. Huic, dùm Eremũ pergeret, Romanus Monachus obuiauit, cuius cùm desideriũ cognouisset, & secretum tenuit, & adiutorium impendit. ꝑs. Dñe in virtute. f. 9. Aña. Cũq; in specu posito submitti panẽ Diabolus cõspiceret, iactauit lapidẽ, & tintinnabulũ fregit. ꝑs. Dñi est. f. 11. Aña. Expetitus à fratribus iuitus assensum ꝑbuit, ut pr̃is eis officio fungeretur. ꝑs. Exaudi Deus. fo. 38. Aña. Cũq; cõspicerent sibi illicita nõ licere, assueta coacti reliquere, conati sũt de huius morte tractare. ꝑs. Te decet. 38. Aña. Tunc ad locũ dilectæ solitudinis rediit, & solus ĩ superni

perni inspectoris oculis habitauit secum. ps. Bonum est. fol. 50. ℣. Os iusti. Lectio v.

BEnedictus, Nursiæ nobili genere ortus, Romæ liberalibus disciplinis erudit⁹, ut totum se Iesu Christo daret, ad eum locum, qui Sublacus dicitur, in altissimam speluncam penetrauit. In qua sic per triennium delituit, vt unus id sciret Romanus Monachus, quo ad uitę necessitatē ministro utebatur. Dum igitur ei quodam die ardentes ad libidinem faces à Diabolo subijcerentur, se in uepribus tādiu volutauit, dum lacerato corpore uoluptatis sensus dolore opprimeretur. ℟. Cumque sanctus Benedictus in cella consisteret, eleuatis sursùm oculis, vidit sororis suæ animam de corpore eius egressam. In Columbę specie cœli secreta penetrare. ℣. Qui tantę eius gloriæ congaudens, omnipotenti Deo gratias retulit, eiusq; obitum fratribus denunciauit. In Columbæ. Lectio sexta.

SEd iam erumpente ex illis latebris fama eius sanctitatis quidā Monachi se illi instituendos tradiderunt: quorū uiuendi licentia cùm eius obiurgationes ferre non posset, venenum in potione dare cōstituūt. Verùm poculū ei præbentibus, crucis signo vas confregit, ac relicto monasterio in solitudinem se recepit. Sed cùm multi ad eum quotidie discipuli conuenirent, duodecim monasteria ædificauit, eaque sanctissimis legibus communiuit. ℟. Intempesta noctis hora vir Dei præueniens uigilias nocturnæ orationis, Velut sub uno solis radio omnem mundum collectum cōspexit. ℣. Videnti enim creatorem angusta est omnis creatura. Velut sub. Lectio vij.

AVgebatur autem in dies magis diuina gratia Benedictus, ut etiam prophetico spiritu uētura prædiceret. Qđ ubi accepit Totila Gothorum Rex, exploraturus an re ita esset, spatharium suum regio ornatu, & comitatu p̄mittit, qui se regem simularet. Quem ut ille uidit: Depone inquit, fili, depone quod geris, nam tuū non est. Totilæ verò prædixit aduentum eius in urbem, maris transmissionem, & post decem annos mortem. ℟. Pater sanctus dum intētam oculorum aciem in splendore coruscæ lucis habere uideretur, uidit Germani animam Capuani

puani

puani episcopi, In sphæra ignea ab Angelis in cælū deferri. ℣. Factumque est, vt reuerendissimum virum Germanū Episcopum, is qui missus fuerat iam defunctum reperit. In sphæra. Lectio viij.

QVi aliquot mēsibus, antequàm è vita migraret præmonuit discipulos quo die esset moriturus: ac sepulchrum in quo suum corpus cōdi uellet, sex diebus antequàm eò inferretur, aperiri iussit, sextoque die deferri voluit in Ecclesiam; vbi sumpta Eucharistia, sublatis in cęlum oculis orans, inter manus discipulorum efflauit animam: quam duo Monachi euntem in cęlum viderūt pallio ornatam pretiosissimo, & circū eā fulgentibus lampadibus. ℟. Sanctissime confessor Christi Benedicte, Monachorum pater & dux, intercede pro nostra omniūq; salute. Vt tuis adiuti præcibus regna cęlestia consequamur. ℣. Militantibus sub tua sancta Regula, intercessione pia subueni. Vt tuis. Gloria patri. Vt tuis.

In iij. Noct. Aña. Vir Dei Benedictus virga percussit Monachum & sanauit eum. Cāt. Beatus vir. cum reliq.

℣. Lex Dei eius. Ho. in euāg. Ecce nos. vt in festo Sancti Romualdi folio

℟. ix Eodē anno quo de hac vita erat exiturus quibusdam Discipulis secum conuersantibus, Quibusdam longè manentibus sanctissimi sui obitus denunciauit diem. ℣. Pręsentibus īdicēs, ut audita per silentium tegerēt; absentibus indicās quod vel quale signū fieret quando eius anima de corpore exiret. Quibusdam. ℟. x. Sexto die portari se in oratorio à discipulis fecit. Ibique exitum suum Dominicis sacramentis muniuit, ac inter discipulorum manus expirauit. ℣. Cumque per singulos dies languor ingrauesceret, portari se in oratorio à discipulis fecit. Ibique exitum.

℟. xj Erat vir Domini Benedictus vultu placido, canis decoratus Angelicis, Tātaque circa eum claritas excreuerat, ut in terris positus in cęlestibus habitaret. ℣. Vir Domini Benedictus oīum iustorum spū plenus fuit. Tantaque circa.

℟. xij. Via recta orientis tramite ab eius cella vsque in cœlum tendebatur: cui uenerando habitu uir desuper clarus assistens, cuius esset uia quam

cerne-

cernerent inquisiuit. Illi autē se nescire ꝓfessi sunt. ℣. Quibus ipse ait: Hęc est uia qua dilectus Domini Benedictus in cœlum ascendit. Illi autem. Gloria patri. Illi autem.

Ad Laudes,& per Horas, Aña.

BEatus vir Benedictus plùs appetijt, mala mundi perpeti, q̄ laudes: atq; pro Deo laboribus fatigari. ps. Dñs reg. cum rel. fol. 18. Aña. Erat uir Domini Benedictus vultu placido, canis decoratus angelicis: tantaque circa eum claritas excreuerat, ut in terris positus, in cælestibus habitaret. Antipho. Gloriosus confessor Domini Benedictus uitā Angelicam gerens in terris, speculum bonorum operū factus est mundo: & ideò cum Christo iam sine fine gaudet, in cęlis. Antipho. Puer quidā paruulus elephantino morbo ꝑcussus, ad Dei hominē est adductus; qui pristina sanitate recepta, incolumis remeauit ad propria. Antipho. Vir Domini Benedictus omnium iustorum spiritu plenus fuit: ipse intercedat pro cunctis monasticę professionis. Cap. Dilectus. ℟. br. Os iusti. Hymn.

SPlendor Aurorę croceos ab ortu
Explicat uultus, hilares canamus:
Liber è membris Benedictus alta
Sidera scandit.

Nouit instantes obitus,& horam:
Antè iam dudum patefecit illam
Fratribus longè positis futura
Signa reuelans.

Se iubet tēplo statui grauatū
Febribus: Fratrumq; leuatus ulnis
Sacra libauit: patulumq; iussit
Esse sepulchrum.

Orat intentus facie supina:
Soluitur claustris pia mēs ab arctis
Absque uitali gelidum relinquens
Sanguine corpus.

Tunc uiam plures facibus coruscam
Obstupescenti cilio tuentur:
Lucidus per quam penetrabat axem
Solis ad ortus.

Supplici cantu. vt supra.

℣. Ora pro nob. Ad Bñs, Aña. Pater Sanctus dum intentam oculorum aciem in splendore coruscę lucis habere uideretur, uidit Germani aīam Capuani episcopi ī sphęra ignea ab Angelis in cęlum deferri.

Ad iij. Cap. Dilectus. ℣. Amauit. Ad Sextam, Capitulum.

Eccl. 45. GLorificauit eum in conspectu Regum,& iussit illi corā populo suo,& ostendit illi gloriam suam. ℣. Os iusti.

Ad Nonam, Capitulum.

Eccl. 45. IN fide,& lenitate ipsius sanctum fecit illū, & elegit eū ex oī carne. ℣. Lex Dei eius.

Ad Vesp. omnia, vt in j. Vesp. Ad Mag. Aña Hodie sanctus Benedictus per viam orientis tramitis, videntibus discipulis cęlum ascendit: hodie erectis manibus inter verba orationis efflauit animam: hodie in gloria ab Angelis suscept⁹ est.

Si festum S. Benedicti, & Anūciationis venerit in maiori hebdomada, uel infra Octa. Paschæ, transferunt post Octa. & in fine Añarū, Versiculorū & Respōsoriorū addit Hallā. & Psalmi dñr sub j. Aña cuiuslibet noct. ut fit tpe Paschali. Per Octa. ob reuerētiā Quadrag. nihil fit de S. Benedicto, nisi tm̄ cōm. in Vesp. Laud. & Missa In Octaua autē ipsius, fit officiū duplex,& oīa dñr sicut in festo, præter Lect. ij. nocturn. quę leguntur de sermone Deridetur. vt in cōi.

Quę si occurrat in Dñica Palmarum, vel in sequēti triduo, fit tantùm de ea commemor. Quando autē transfertur post Octauam Paschæ, nihil omnino fit de Octaua.

ANNVNCIATIO beatæ Mariæ Virginis. Die 25. G.

Duplex 2.

Ad Vesperas, Aña Missus est. cum reliq. de Laudibus, Psal. de sancta Maria. Capitulum.

Isa. 7. ECce Virgo cōcipiet, & pariet filium,& vocabitur nomen eius Emmanuel: butyrū, & mel comedet, ut sciat reprobare malum,& eligere bonū. ℟. br. Specie tua. Hym. Aue maris Stella. ℣. Aue Maria gratia plena. ℟. Dñus tecū. Ad Mag. Aña. Spiritus sanctus in te descēdet Maria, & virtus Altissimi obūbrabit tibi. Orō.

DEus, qui de beatæ Mariæ Virginis vtero verbum tuum, Angelo nunciante, carnem suscipere uoluisti: pręsta supplicibus tuis: ut qui uerè eā genitricē Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem Dominū nostrum Iesum Christum.

Ad Matu. Inui. Aue Maria, gr̄a plena, Dñs tecū. ps. Venite. fol. 9. Hymnus. Quē terra. In j. noctur. Antiphonæ, Psal. & ℣. ut in Natiuitate eiusdē. Lectio j. Et adiecit Dñs.

quæ est prima in Sabbatho ij. Aduentus. folio 85. legatur vsque. Quia antequam.
℟.j. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Iosepeh, nuncians ei verbum, & expauescit virgo de lumine. Ne timeas Maria, inuenisti gratiã apud Dominum. Ecce cõcipies, & paries, & vocabitur Altissimi filius. ℣. Dabit ei Dñs Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. Ecce concipies, &c.
L.ij. Et egredietur. cum duabus sequentibus. de Dominica ij. Aduentus. folio 86.
℟.ij. Aue Maria gratia plena, Dominus tecũ. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: quod enim ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei. ℣. Quo modo fiet istud, quoniã virum nõ cognosco? Et respõdens Angelus dixit ei: Spũs.
℟.iij. Suscipe verbum virgo Maria quod tibi à Domino p Angelum trãsmissum est: cõcipies & paries Deum pariter, & hominem: Vt benedicta dicaris inter omnes mulieres. ℣. Paries quidem filium, & virginitatis nõ patieris detrimentum, efficieris grauida, & eris mater semper intacta. Vt benedicta dicaris inter.
℟.iiij. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, dicit Dominus: Et vocabitur nomen eius admirabilis, Deus fortis. ℣. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit in æternũ. Et uocabit. Gloria. Et voc.
In ij.noct.Añę, Psal.& ℣. vt in ij.noct.Natiuitatis, excepta penult. Aña, scilicet. Post partũ. cuius loco dicitur Angelus Domini nunciauit Mariæ, & concepit de Spiritu sancto.
Sermo S. Leonis Papę.Lect.v.
Ex ser. 2. I Nati. Dñi sub init.
DEus omnipotens, & clemens, cuius natura bonitas, cuius voluntas potẽtia, cuius opꝰ misericordia est; statim vt nos Diabolica malignitas veneno suæ mortificauit inuidiæ, prædestinata renouãdis mortalibus suę pietatis remedia, inter ipsa mundi primordia præsignauit: denũciãs serpenti futurum semen mulieris, quod noxij capitis elationem sua virtute contereret: Christum scilicet in carne venturum, Deum hominemq; signans, qui natus ex virgine, violatorem humanæ propaginis, incorrupta natiuitate damnaret. ℟. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius. ℣. Et requiescet super eũ spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis. Et. L.vj.
NAm quia gloriabať Diabolus sua fraude deceptũ hominẽ diuinis caruisse muneribus: & immortalitatis donudatũ, durã mortis subiisse sententiam: seq; in malis suis quoddam de præuaricatoris consortio inuenisse solatium; Deum quoque, iustæ seueritatis exigente ratione, erga hominem quem in tanto honore condiderat, antiquam mutasse sententiam: opus fuit dilectissimi secreti dispensatione consilij, vt incommutabilis Deus, cuius voluntas non potest sua benignitate priuari, primam pietatis suæ dispositionem Sacramento occultiore compleret: Et homo diabolicæ iniquitatis versutia actus in culpã, contra Dei propositum non periret. ℟. Sancta, & immaculata virginitas quibus te laudibus efferam, nescio. Quia quem cœli capere nõ poterant, tuo gremio contulisti. ℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Quia quem cœli capere non. Lectio vij.
ADuenientibus ergo temporibus, Dilectissimi, q̃ redemptioni hominum fuerant præstituta, ingreditur hęc infima Iesus Christus Dominus noster, de cęlesti sede descendens, & à paterna gloria non recedens, nouo ordine, noua natiuitate generatus: nouo ordine, quia inuisibilis in suis, visibilis factus est in nostris, incomprehensibilis voluit comprehendi: ante tẽpora manens esse cępit ex tẽpore: vniuersitatis Dominus, seruilẽ formam obumbrata maiestatis suæ dignitate suscepit: impassibilis Deus non dedignatus est homo esse passibilis: & immortalis, mortis legibus subiacere. ℟. Congratulamini mihi omnes, qui diligitis Dominum, quia cùm essem paruula, placui Altissimo, Et de meis visceribus genui Deũ & hominem. ℣. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus. Et de meis visceribus genui. Lectio viij.
NOua autem natiuitate genitus est, conceptus à Virgine, natus ex Virgine sine paternæ carnis concupiscentia,

sine materne integritatis iniuria; quia futurum hominum Saluatorem talis ortus decebat, qui & in se haberet humanæ substantiæ naturam, & humanæ carnis inquinamenta nesciret. Auctor enim in carne nascentis Deus est, testante Angelo ad Beatam Virginem Mariam: Quia Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque quod nascetur ex te Sanctum vocabitur filius Dei. ℟. Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti, quæ Gabrielis Archangeli dictis credidisti: Dum virgo Deum, & hominem genuisti, & post partum virgo inuiolata permansisti. ℣. Beata es, quę credidisti, quia perfecta sunt ea, quæ dicta sunt tibi à Domino. Dum virgo. Gloria Patri, & Filio. Dum virgo.

In iij. noct. Antiphona, Cant. & ℣. ut in Natiuitate.

Lect. S. Euang. sm Lucã. L. ii.

Cap. 1 IN illo tempore: Missus est Gabriel Angelus à Deo in Ciuitatem Galilęæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem despõsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen Virginis MARIA. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosij Epi.

LAtent quidem diuina mysteria: nec facilè iuxtà ꝑpheticum dictum, quisquam hominum scire potest consilium Dei: sed tamen ex cęteris factis, & ꝑceptis Domini Saluatoris possumus intelligere, & hoc propensioris fuisse cõsilij, quòd ea potissimum electa est, vt Dominum pareret, quæ erat desponsata viro. ℟. Radix Iesse, qui exurget iudicare gentes, in eum gẽtes sperabunt. Et erit nomen eius benedictum in secula. ℣. Super ipsum cõtinebunt Reges os suum, ipsum gentes deprecabuntur. Et erit. Lectio x.

Ex li. 2. cõ. ĩ eũd. ĩ init. & inf. sparsi.

CVr autẽ nõ anteq̃ despõsaretur impleta est? Fortasse ne diceretur, quòd cõceperit ex adulterio. Et benè vtrũq; posuit Scriptura, vt & desponsata esset, & virgo. Virgo, vt expers virilis consortij esse videretur. Desponsata ne temeratę virginitatis adureretur infamia, cui grauis aluus corruptelæ videretur insigne pręferre. ℟. Nascetur nobis paruulus, & uocabitur Deus fortis. Ipse sedebit super thronum Dauid Patris sui, & imperabit: cuius potestas super humerum eius. ℣. In ipso benedi-

nedicentur omnes tribus terræ: omnes gentes seruient ei. Ipse sedebit super. Lectio xj.

ET ingressus ad eam Angelus. Disce Virginem moribus, disce Virginem uerecundia, disce Virginem oraculo, disce mysterio. Trepidare, Virginum est, & ad omnes viri ingressus pauere, omnes uiri affatus uereri. Discãt mulieres propositũ pudoris imitari. Solam in penetralibus, quam nemo virorum videret, solus Angelus reperit: solam sine comite: solam sine teste: Ne quo de genere deprauaretur affatu ab Angelo salutatur. ℟. Virgo Israel reuertere ad Ciuitates tuas. ℣. Isquequò dolens auerteris? generabis Dominum Saluatorem oblationem nouam in terris, ambulabunt homines in saluationẽ. ℣. In charitate perpetua dilexi te: ideò attraxi te miserans tui. ℣. Isquequò. Lectio xij.

TAntum enim mandati mysterium non hominis fuit, sed Angeli ore promendum. Hodie primùm auditur, Spiritus Sanctus superueniet in te. Et auditur, & creditur. Denique, ecce, inquit, Ancilla Domini: contingat mihi secundum uerbum tuum. Vide humlitatem, vide deuotionẽ: ancillam se dicit Domini, quę mater eligitur, nec repentino exaltata promisso est. ℟. Intuemini quãtus sit iste, qui ingreditur ad saluandas gentes: ipse est Rex iustitiæ, Cuius generatio non habet finem. ℣. Præcursor pro nobis ingreditur secundùm ordinem Melchisedech Pontifex factus in æternum. Cuius generatio. Gloria. Cuius generatio.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.



IN illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in Ciuitatem Galilęæ cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Quæ cùm audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, Cap. ĩ me

& filius Altissimi vocabitur. Et dabit ei Dominus Deus sedem Dauid Patris eius, & regnabit in domo Iacob in ęternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoq; & quod nascetur ex te sanctũ, vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus illi quæ vocatur sterilis; quia nõ erit impossibile apud Deũ omne verbum. Dixit autẽ Maria: Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbũ tuum.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

MIssus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginẽ desponsatam Ioseph. ps. Dñs regna. cum reliq. f. 18. Aña. Aue Maria gratia plena Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Aña. Ne timeas Maria: inuenisti gratiam apud Dominum: ecce cõcipies, & paries filium. Aña. Dabit ei Dominus Deus sedem Dauid Patris eius, & regnabit in ęternum. Aña. Ecce Ancilla Dñi, fiat mihi secundum verbum tuum. Cap. Ecce virgo. ℟. br. Adiuuabit. Hym. O gloriosa. ℣. Aue Maria, gratia plena.

Ad Benedictus, Antiphona.

Quo modo fiet istud Angele Dei quoniam virum non cognosco? Audi Maria Virgo: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obũbrabit tibi. Ad iij. Capitulum. Ecce virgo. ℣. de Natiuitate eiusdem. Ad vj. Capitulum.

DAbit illi Dominus Deus sedem Dauid Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Luc. 1. Ad ix. Capitulum.

EGredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini. Isa. 11

In ij. Vesp. omnia vt in j. Vesp. Ad Mag. Aña. Gabriel Angel⁹ locutus est Mariæ, dicẽs: Aue gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus.

FESTA APRILIS.

S. LEONIS PAPÆ. Dupl. 3. Die 11 C. Oro. Exaudi. de cõmuni. In j. noct. Epła j. B. Petri Apłi. videlicet. Petrus Apostolus. quę habetur Dominica v. post Pascha. folio 222. Lectio v.

LEo primus, Etruscus, eo tẽpore præfuit Ecclesiæ, cùm

cum rex Hunnorum Attila, cognomento, Flagellum Dei, Italiam inuadens, Aquileiam triennij obsidione captam diripuit, & incendit: Vnde cùm Romam ardenti furore raperetur, occurrit ei Leo: cuius diuina eloquẽtia persuasum est Attilæ, vt regrederetur: Quare in Pãnoniã reuersus est. L. vj.

LEo autem Romæ singulari omnium lętitia exceptus, paulò pòst inuadenti Vrbem Genserico, eadẽ eloquẽtiæ vi, & sanctitatis opinione persuasit, vt ab incendio, ignominijs, ac cędibus abstineret. Hic Concilium Caceldonense indixit, vbi sexcentis triginta coactis Episcopis, Nestori⁹, Euthychiusq; condẽnati sunt, & Dioscori fracta superbia: Eiusq; Cõcilij decreta sua auctoritate cõfirmauit. Lect. vij.

HVius suasu Demetria, pia fęmina sctĩ Stephani Ecclesiam construxit in suo fundo, via Latina, tertio ab vrbe milliario: ipse via Appia sub nomine sancti Cornelij alteram condidit. Multas prætereà, & sacras ædes, & sacra earum vasa restituit. In tribus Basilicis, Petri, Pauli, & Constantiniana cameras extruxit. Monasterium ædificauit vicinum Basilicæ sancti Petri: sepulchris Apostolorum custodes adhibuit, quos cubicularios appellauit. Lectio viij.

STatuit vt in actione mysterij diceretur, Sanctum sacrificium, immaculatã hostiam. Sanxit, ne Monacha benedictum capitis velamen reciperet, nisi quadraginta annorum virginitatem probasset. His & alijs præclarè gestis, cùm multa sanctè, & luculenter scripsisset, tertio Idus Aprilis obdormiuit in Domino: sedit in Pontificatu annos viginti vnum, mensem vnum, dies tredecim.

In iij. noct. Homil. in Euang. Venit Iesus in partes, &c. quæ habetur in Natali Apostolorum Petri, & Pauli.

SS. MART. TIBVRTII, Valeriani, & Maximi. Oratio. Die F.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus, vt qui sanctorum Martyrum tuorũ Tiburtij, Valeriani, & Maximi solennia colimus: eorum etiã virtutes imitemur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Lectio ij.

VAlerianus Romanus nobili genere ortus, Marco Aurelio Antonino Impatore, hortatu beatæ Cæciliæ Virginis,

nis, & Martyris, quā sibi pari nobilitate vxorem despōderat vnà cum Tiburtio fratre à sancto Vrbano Papa baptizatur. Quos Præfectus Vrbis Almachius virgis cęsos ad quartum ab Vrbe lapidem securi feriri iussit. Quorum virtutem admiratus Maximus Præfecti cubicularius, qui eos ad supplicium perduxerat, Christianū se esse professus est cum multis pręterea Pręfecti ministris: qui paulò pòst plumbatis contusi, omnes ex Diaboli ministris, Christi Domini martyres euaserunt. ℟. Hæc est vera fraternitas. Quod dicitur etiam tempore Paschali. Commune Sanctorum tempore Paschali habetur cum Communi alterius Tēporis in fine breuiarij.

Die 17 B. S. ANICETI PAPÆ, & Mart. Orō. Deus qui nos. vt in communi. Lect. iij.

ANicetus Syrus Imperatoribus Vero, & Marco, pręfuit Ecclesiæ: Decreuit ne Clerici comam nutrirent. Quinquies mense Decembri ordinauit Episcopos nouem, Presbyteros decem & septē, Diaconos quatuor. Vixit in Pōtificatu annos vndecī, mēses quatuor. Propter Christi fidē martyrio coronatus, sepultus est via Appia in cœmeterio, quod postea Callisti appellatum est, decimo quīto Kalēdas Maias.

Die 22 G. SS. SOTHERIS, ET CAII, Pontific. & Mart. Semidupl. Oratio. Beatorum Martyrum. vt in communi. Lect. v.

SOther, Fundis in Campania natus, sanciuit ne sacrę Virgines vasa sacra, & pallas attingerent, neve thuris ministerio in Ecclesia vterētur. Idē statuit, vt Christi corpus in cęna Domini sumeretur ab omnibus, ijs exceptis, qui propter graue peccatum id facere prohiberentur. Lectio sexta.

SEdit ī Pōtificatu annos nouem, & menses tres. Martyrio coronatur, & in cœmeterio, quod postea Callisti dictum est, sepelitur more maiorum, mēse Decembri, creatis Episcopis vndecim, Presbyteris decem & octo, Diaconis nouem. Lectio vij.

CAius Dalmata, ex genere Dioclitiani Imperatoris, instituit vt his ordinum, & honorum gradibus in Ecclesia ad Episcopatum ascenderetur, Ostiarij, Lectoris, Exorcistæ, Acolyti, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri. Hic Dioclitiani crudelitatē in Christianos fugiēs, aliquādiu in

in spelunca delituit. Lec. viij.

VErùm octo pòst annis unà cùm Gabino fratre, martyrij coronam consecutus est, cùm uixisset annos undecim, mēses quatuor, dies duodecim, creatis Episcopis quinque, Presbyteris uiginti quinque, Diaconis octo, sepultus est in cęmeterio Callisti decimo Kalendas Maij.

In iij. Noct. Hom. in Euang. Ego sum uitis uera. de cōmuni Apłorū tpe Paschali.

Die 23 A. S. GEORGII MARTY. Semiduplex. Oratio.

DEus qui nos beati Georgij martyris tui meritis, & intercessione lætificas: concede propitius: ut qui tua per eum beneficia poscim⁹, dono tuæ gratiæ consequamur. Per Dominum nostrum Iesum. In ij. Nocturno Lec. Dignum & congruum. de cōi. fo. In iij. noctur. Hom. in Euang. Ego sum vitis, & vos palmites. de cōi tempore pasch.

S. MARCI EVANGELISTÆ

Duplex 2.

Omnia de cōmuni Apostolorum tēpore paschali, pręter ea quæ hic assignantur. Oratio.

DEus qui beatum Marcū Euangelistam tuum euāgelicæ prædicationis gratia sublimasti: tribue quæsumus, eius nos semper & eruditione proficere, & oratione defendi. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium, &c. In j. Noct. Lect. Ezechielis. Et factum est in tricesimo anno. quæ habētur Dñica j. Nouēb. in Officio de Tēpore. f. 272.

In secundo Nocturno. Ex libro S. Hieronymi Presb. dē scriptorib. ecclesiasticis. L. v.

MArcus discipulus, & interpres Petri, iuxta qđ Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus, breue scripsit Euangelium. Quod cùm Petrus audisset, probauit, & Ecclesiæ legendum sua auctoritate edidit. Assumpto itaque euangelio quod ipse conscripserat, perrexit Ægyptū, & primus Alexandriæ Christum annuncias, constituit Ecclesiā tanta doctrina, & uitæ continentia, ut omnes sectatores Christi ad exemplū sui cogeret. Lectio sexta.

DEnique Philo disertissimus Iudæorum, videns Alexandriæ primā Ecclesiam adhuc Iudaizantem, quasi in laudem gentis suæ librum super eorū conuersatione scripsit. Et quomō Lucas narrat, Ierosolimæ credentes omnia habuis-

habuisse communia, sic & ille quod Alexandriæ, sub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit. Mortuus est autem octauo Neronis anno, & sepultus Alexandriæ, succedente sibi Aniano.

Reliquæ Lectiones dicuntur de sermone, Sancta quatuor animalia. vt in cõi Euãg.

In iij. Noctur. Hom. in Euãg. Designauit Dominus. de eodem communi.

Hodie post Primam dicuntur Litaniæ cum suis precibus, & orationibus.

Die 26 D. SS. CLETI, ET MARCELLINI Pont. & Martyrum.

Semiduplex. Oratio.

Beatorum Martyrum, pariterque Pontificum Cleti, & Marcellini nos Domine foueat pretiosa confessio, & pia iugiter intercessio tueatur. Per Dominum nostrum. Lect. vi.

Cletus Romanus, pr̃e Æmiliano d̃ regione Vico patricii, Imperatoribus. Vespasiano, & Tito, Ecclesiã gubernauit. Is ex præcepto Principis Apostolorum, in urbe uiginti quinque presbyteros ordinauit. Qui Ecclesia optimè constituta, cùm ei præfuisset annos duodecim, mensem unũ, dies vndecim, Martyrio coronatus est, & ĩ Vaticano iuxtà corpus beati Petri sepultus. Lectio vj.

Marcellinus Romanus in immani illa Dioclitiani Imperatoris persecutione terrore perterritus, tus adhibuit Deorum simulacris: cuius peccati mòx eum tantoperè pęnituit, ut Sinuessam ad Conciliũ centum octoginta Episcoporum venerit, cilicio indutus, vbi lachrymis profusis, scelus suũ palã confessus est. L. vij.

Cvm autem dãnare ausus est nemo. Vnde Marcellinus Romam reuersus, Dioclitianum adit, grauiter eum accusans, quòd se ad tantam impietatẽ impulisset. Quamobrem ille Marcellinum unam cũ tribus aliis Chr̃ianis, Claudio, Cyrino, & Antonino capite plecti iubet. Lectio octaua.

Eorum autẽ proiecta corpora, cũ triginta sex dies, iussu Imperatoris sepultura caruissent, beat⁹ Marcellus à Sãcto Petro in somnis admonitus honorificè sepelienda curauit in cęmeterio Priscillæ via salaria. Rexit Ecclesiam annos nouem, mẽses duos, dies viginti sex. Quo tempore fecit ordinationes duas mense Decembri: quibus creauit presbyteros quatuor, episcopos per diuersa loca quinque.

In iij. Noct. Hom. in Euange. Ego sum vitis, & vos palmites. de cõmuni tpe Paschali.

Die 28 F S. VITALIS MARTY. Orõ. Pręsta q̃s. vt in cõi.

Vitalis miles, Sanctorum Geruasij, & Protasij pater, vnà cum Paulino Iudice Rauennam ingressus, cùm vidisset Vrsicinũ medicum ob Christianæ fidei cõfessionem ductum ad supplicium paululùm titubare, ita eum confirmauit, quòd martyrium fortiter subiuit. Quare Paulinus incensus, Vitalem comprehẽdi iubet, & equuleo tortum, atque in profundam foueam demersum, lapidibus obrui. Quo facto quidam Apollinis Sacerdos, qui Paulinũ in Vitalẽ incitarat, oppressus à Dęmone, clamare cępit: Tu me nimiũ Vitalis Chr̃i martyr incendis: & illo ęstu iactatus, se pręcipitauit in flumen.

FESTA MAII.

Die 1. B. SS. APOSTOLORVM Philippi, & Iacobi. Dup. 2.

Omnia de communi Apostolorum tempore Paschali, exceptis his quæ hic sunt propria. Ad Vesp. Aña. Dñe ostende. cum rel. de Laud. ps. Dixit Dominus. cum rel. Cap. Stabunt iusti. ℟. br. Sãcti, & iusti. Hy⁹. Tristes erant. ℣. Pretiosa. Ad Mag. Aña. Non turbetur cor vestrum, neque formidet: creditis in Deum & in me credite. In domo patris mei mansiones multæ sunt, halleluia, halleluia. Oratio.

Deus qui nos annua Apostolorum tuorũ Philippi & Iacobi solennitate lætificas: præsta quæsumus: ut quorũ gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per Dominũ.

In j. Noct. legatur initium Epistolæ Beati Iacobi, quæ habetur, sup. in iiij. Dominica post Pascha. fol. 219. Lectio v.

Philippus, Bethsaidę natus vnus ex duodecim Apostolis fuit qui primùm à Christo Domino uocati sunt. Is, accepto Spiritu sancto cũ ei Scythia ad prædicandum euangelium obtigisset, omnem ferè illam gẽtem ad Christianam fidem conuertit. Postremò cũ Hierapolim Phrygię uenisset: pro Christi nomine cruci affixus, lapidibusq; obrutus est, Kalẽdis Maii. Eius corpus ibidem a Christianis sepultum, postea Romã delatum, in Ecclesia duodecim Apostolorũ vnà cum corpore beati Iacobi apostoli conditum est. Le. vj.

Iaco-

IAcobus frater Domini cognomento Iustus, ab ineunte ętate uinum, & siceram non bibit, carne abstinuit, nũquã tonsus est, nec unguento nec balneo usus. Huic uni licebat ingredi in Sancta Sanctorum: idem lineis uestibus utebatur: cui etiam assiduitas orandi ita callum genibus obduxerat, ut duritie Cameli pellē imitaretur. Eum post Christi ascensionem Apostoli Ierosolymorũ Episcopum creauerunt. Lectio septima.

CVm autem in concilio Ierosolymis controuersia esset orta de lege & circuncisione, Iacobus Petri sententiam secutus, ad fratres habuit concionem in qua uocationē gentium probauit: fratribusque absentibus scribendum esse dixit, ne Gentibus iugum Mosaycæ legis imponerent. Tanta autem erat Iacobi uitæ sanctitas, ut fimbriam uestimenti eius certatim homines cuperent attingere. Lectio octaua.

IS nonaginta sex annos natus, cùm triginta annos illi Ecclesię sanctissimè præfuisset, Christum Dei filium constantissimè prędicans, lapidibus primùm appetitur, mòx in altissimum templi locum adductus, inde pręcipitatus est. Qui confractis cruribus, iacens semiuiuus Deum pro illorum salute deprecabatur. Qua in oratione grauiter eius capite fullonis fuste percusso, animam Deo reddidit septimo Neronis anno, & iuxtà templum, ubi pręcipitatus fuerat, sepultus est.

Lectio sancti Euangelij secundùm Iohannem. Lectio ix.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Non turbetur cor uestrum, neque formidet: creditis in Deum, & in me credite. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Et reliqua. C. 14.

Homilia S. Augustini Epi.

ERigenda est nobis, fratres, ad Deum maior intentio: ut uerba sancti Euangelij, quę modò in auribus uestris sonuerunt, etiam mente capere utcumque possimus: Ait enim Dominus Iesus: Nõ turbetur cor uestrum: creditis in Deum; & in me credite. Ne mortē tamquàm homines timerent, & ideò turbarētur, cõsolatur eos, etiam se Deum esse contestans. Lectio decima. Ex tract. 67. in eũdē in initio.

CReditis, inquit, in Deum, & in me credite. Consequens

quens

quens est enim, ut si in Deum creditis, & in me credere debeatis: quod non esset consequens, si Christus non esset Deus. Creditis in Deum, & in eũ credite, cui natura est, non rapina, esse æqualem Deo: semetipsum enim exinaniuit, non tamen formam Dei amittens, sed formam serui accipiens. Mortem metuitis huic formæ serui? Non turbetur cor uestrum: suscitabit illam forma Dei. Lectio vndecima.

SEd quid est quod sequitur: In domo Patris mei mansiones multæ sunt? nisi quia & sibi metuebant: unde audire debuerunt: Non turbetur cor uestrum. Quis enim eorum non metueret, cùm Petro dictum esset fidentiori, atque promptiori: Non cantabit gallus, donec ter me abneges? Tamquàm ergo essent ab illo perituri, meritò turbabantur. Lectio duodecima.

SEd cùm audiunt: In domo Patris mei mãsiones multæ sunt: si quo minus dixissem uobis, quia vado uobis parare locum: à perturbatione recreantur, certi ac fidentes, etiã post pericula tentationum se apud Deum cum Christo esse mansuros: quia etsi alius est alio fortior, alius alio sapientior, alius alio iustior, alius alio sanctior; in domo Patris mei mansiones multæ sunt: nullus eorum alienabitur ab illa domo, ubi mansionē pro suo qsq; accepturꝰ est merito.

Sequentia sancti Euãgelij secundùm Iohannem.



IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Non turbetur cor uestrum, neque formidet: Creditis in Deum, & in me credite; In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus dixissem uobis: Quia vado parare uobis locum. Et si abiero & pręparauero uobis locum, iterũ veniam, & accipiam uos ad meipsum: ut ubi ego sum, & uos sitis. Et quò ego uado scitis, & uiam scitis. Dicit ei Thomas: Domine nescimus quò uadis, & quo modo possumus uiam scire? Dicit ei Iesus: Ego sum via, veritas, & uita, Nemo venit ad Patrem, nisi per me. Si cognouissetis me, & Patrem meum utique cognouissetis, & amodò cognoscetis eum, & uidistis eum. Dicit ei Philippus: Dñe ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Dicit ei C. 14. i init.

Iesus:

Iesus: Tanto tempore vobiscũ sum, & non cognouistis me? Philippe, Qui uidet me, uidet & Patrem meum. Et quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem? Non credis quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba quæ ego loquor uobis a me ipso non loquor: Pater autem in me manens, ipse facit opera. Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? Alioqn ꝓpter opera ipsa credite. Amẽ amen dico uobis, Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad Patrem uado. Et quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam. ℟. Amen.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

DOmine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis halleluia. ps. Dominus regn. cũ rel. fol. 18. Aña. Philippe qui videt me, uidet & Patrẽ meũ. halleluia. Aña. Si cognouissetis me, & patrem meum vtiq; cognouissetis, & amodò cognoscetis eum, & uidistis eũ. hallelꝫa, hallelꝫa, hal. Aña. Si diligitis mę mãdata mea seruate halleluia, halleluia, hallelu. Ad Bñs, Aña. Ego sũ uia veritas, & vita, nemo uenit ad Patrem, nisi per me, halleluia.

Ad Vesp. Aña. Domine ostende. cum rel. Psal. vt in ij. Vesp. de communi Apostolorum. Ad Mag. Aña. Si manseritis in me, & uerba mea in vobis mãserint: quodcũq; petieritis fiet vobis, hallꝫa, halleluia, hallelu.

Die 2. C. S. ATHANASII EPISCOPI, & conf. Duplex 3.

Ad Mag. Antipho. O Doctor optime. Oratio. Exaudi quęsumus Domine. de communi Confess. Pontifi. Lectio v.

ATHanasius Alexãdrinus Catholicę religionis ꝓpugnator acerrimus, ab Alexãdro Episcopo presbiter factus est: in cuius locum successit, quem etiam anteà Diaconus secutus fuerat ad Nicænũ Cõcilium: ubi cùm Arii impietatem repressisset, tãtum odium Arianorum suscepit, ut ex eo tpe ei insidias moliri nunquã destiterint. Lectio sexta.

QVamobrem illorum, & Imperatoris Constãtii, Arianorũ fautoris, iræ cedens cùm magnam partem orbis terræ peragrasset, in sicca cisterna sex annos se abdidit, eius rei tantum conscio quodam Athanasij amico qui eum clàm sustentabat. Sed aliquando Ierosolymitani Concilij, & Iulij primi Pontificis maximi

maximi decreto, Constantisq; ad Constantium fratrem litteris Ecclię suæ restituet. L. vij.

COnstante mortuo, sibi ꝑtinaciter infestos Arianos fugiẽs in Gallia apud Treuiros exulauit. Inde reuersus Alexandriam, cùm à Iuliani apostatæ satellitibus ad necem conquireretur, qua fugiebat nauicula conuersa in contrariam fluminis partem, ijs qui se inquirerent ex industria occurrit: Et quærẽtibus, numqd de Athanasio sciret, respondit, se non longè illum naui euntẽ uidisse: itaq; illos cõtrariũ tenẽtes cursum effugit. L. viij.

QVi paulò pòst Alexandriæ alia exorta tempestate, quatuor mẽses in paterno sepulchro delituit. Ac denique ex tot tantisque periculis diuinitus ereptus, Alexandriæ mortuus est in suo lectulo sub valente. Cuius vita & mors est magnis nobilitata miraculis. Multa etiã piè, & ad illustrandã catholicã fidem præclarè scripsit.

Lectio sancti Euangelij secũdùm Matthæum. Lectio ix.

C. 10. IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Cùm persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Et reliqua.

Homilia S. Athanasii Epi.

Ex Apologia de fuga sua, ante med.

IN lege ciuitates refugiorũ erant pro iis, qui ad cędem quærebantur, ut aliquo modo persecutorem euaderent. In cõsummatione porrò seculorum, cùm aduenisset illud uerbum patris, quod Moysi antea locutum fuerat, rursus præceptum fugiendi condidit: Cùm uos, inquiẽs, persecuti fuerint in ciuitate ista, fugite in aliam. Hoc cùm scirent Sancti, ad eam normam uitam suam tẽperauerunt. Lectio decima.

QVæ autem in præsentia præcepit Dominus, ea quoq; ante suam in carne conuersationem, locutus est in Sanctis: & hoc genus formę institutiq; hominibus perfectionem conciliat. Nam, quod Deus iniunxerit, faciendum est: ideoque & ipsum verbum ꝓpter nos homo factũ, uoluit, quemadmodũ & nos, cùm quęreretur, & cùm persecutionem pateretur, fugere, & insidias declinare. Cùm autẽ tempus à se definitum ipse sibi adduxisset, in quo corporaliter, pro hominibus pati uolebat vltrò seipsũ pro oĩbus sicuti scriptũ est, obtulit. Le. xi.

SAncti verò pro formula accepta, utpote à Domino erudi-

eruditi,&priscis olim & seque tibus temporibus in certamine, quod illis erat cum persecutoribus, & fuga se instantibus eripiebant,& querentibus sese per latebras subducebāt, qppe q ut hoies ignari erant temporis sibi à diuina prouidentia constituti : ac pro inde minimè sese insidiatoribus ingerebant, cùm non ignorarent,id quod scriptum est, In manibus Dei esse sortes hominum,& Dominum occidere,& viuificare. Lectio xij.

ET ideò vsq; ad decursum sui tēporis expectare maluerunt, errantes interim per solitudines,ut Apostol⁹ dixit, in melotis, & pellibus caprinis,egentes angustiati,afflicti, in speluncis, & in foraminibus terrę latitantes, donæc aut mortis definitum tempus superueniret,aut quoadusq; definitor tēporis Deus ipsis hoc ipsum indicaret, vel persecutores inhibens, uel persecutoribus eos tradens, prout illi opportunius uidebatur.

Ca. 10 in me. Sequentia S. Euāg. sm Matth.

IN illo tempore : Dixit Iesus discipulis suis: Cum persequẽtur uos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amen dico uobis,non consumabitis ciuitates Israel, donec ueniat filius hominis. Non est discipulus supra magistrum, nec seruus super Dnm suum, Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius, & seruo sicut Dominus eius. Si patremfamilias Beelzebub uocauerunt, quantò magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nihil eñ est opertum quod non reueletur:& occultum quod nō sciatur.Quod dico uobis in tenebris,dicite in lumine:& quod in aure auditis prędicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidũt corpus:sed potius timete eũ,qui pōt & aīam & corpus perdere in gehennā.

INVENTIO S.CRVCIS.

Duplex 3.

Ad Vesp.Aña.Helena Cōstātini. cũ rel. Psal. Dixit Dñs. cũ reli.de Dñica. Capitulum.

Phil. 2. FRatres: Hoc enim sentite in uobis quod & in Christo Iesu : qui cũ in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se ęqualem Deo,sed semetipsum exinaniuit, formā serui accipiens, in similitudinẽ hominum factus, & habitu inuentus ut homo. ℟. bre. Hoc signum crucis erit in cęlo. Halleluia, halleluia. ℣. Cùm

Cùm Dominus ad iudicandũ uenerit. H alle.halle. G loria Patri. ℟. Hoc signum. Hym. Vexilla. vt in Dñica pass. 187. & vbi dr. Hoc passionis tpe. dicat. In hoc Paschali tẽpore. In fine dr. G loria tibi Domine, Qui surrexisti à mortuis. ℣. Per signum crucis de inimicis nostris,halleluia. ℟. Libera nos Deus noster, hallel. Ad Mag. Aña. O crux splendidior cunctis astris, mundo celebris, hominibus multũ amabilis, sanctior vniuersis : quæ sola fuisti digna portare talẽtum mundi : dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pōdera : salua p̃sentẽ cateruā in tuis hodie laudibus cōgregatam,halleluia, hall. Oratio.

DEus qui in præclara salutiferæ crucis inuẽtione passionis tuæ miracula suscitasti:cōcede : vt vitalis ligni pretio, æternæ vitæ suffragia consequamur. Qui tecum.

Pro cōmemoratione S. Athanasij. Aña. O Doctor optime. Postea pro sanctis Martyribus Alexandro,Euentio, Theodulo, ac Iuuenali Episcopo, & Confessore. Oratio.

PRęsta quęsumus omnipotens Deus:vt qui sanctorũ tuorum Alexandri, Euentij, Theoduli, atque Iuuenalis natalitia colimus ; à cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Ad Matutinum, Inuitatoriũ. Christum Regem crucifixum, V enite adoremus, halleluia. ps. Venite. fol. 9. Hym. Pange lingua. vt in Dominica passionis. folio 187.

In j.noct.Aña. Inuentæ crucis festa recolimus,cuius præconium uniuersum per orbem micanti lumine fulget, hallel. Psalmi. Beatus vir. folio 1. Q uare fremuerunt. folio 1. C um inuocarem. folio 76. V erba mea. folio 27. D ñe Dominus noster. fol. 4. D omine quis. fol. 6. ℣. Hoc signum crucis erit in cęlo, halleluia. ℟. Cùm Dominus ad iudicādum uenerit, halleluia. De Epistola beati Pauli Apostoli ad Galatas. Lectio j.

Ex c. sub init. QVicũque ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt : Scriptum est enim. Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis,vt faciat ea. Quoniā autẽ lege nemo iustificat apud Deũ, manifestum est, quia iustus ex fide

fide viuit. ℟. Gloriosum diẽ sacra veneratur Ecclesia, dum triumphale reseratur lignum, In quo Redẽptor noster mortis vincula rumpẽs, callidum aspidem superauit. Halleluia, halleluia, halleluia. ℣. In ligno pendens nostræ salutis semitam verbum Patris inuenit. In quo Redemptor. L. ij.

LEx autem non est ex fide, sed, Qui fecerit ea homo, viuet in illis. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictũ (quia scriptum est: maledictus omnis qui pendet in ligno) vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu, vt pollicitationem Spiritus accipiam[9] per fidem. ℟. Crux fidelis inter omnes, arbor una nobilis: nulla sylua talem profert, frõde, flore, germine: Dulce lignum dulces clauos, dulce põdus sustinuit, halleluia. ℣. Super omnia ligna Cedrorum tu sola excelsior. Dulce lignũ.

De Epistola B. Pauli Apostoli ad Philippenses. Lectio iij.

Cap. 2 sub initio. HOc enim sentite in nobis, quod & in Christo Iesu: qui cũ in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se ęqualẽ Deo, sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens, in similitudinẽ hominum factus, & habitu inuẽtus vt homo. ℟. Hæc est arbor dignissima in Paradisi medio situata. In qua salutis auctor propria morte mortem omnium superauit, halleluia, hall. ℣. Crux præcelleti decore fulgida, quam Helena Cõstantini mater concupiscenti animo requisiuit. In. Lec. iiij.

HVmiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autẽ crucis: Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorũ, & omnis lingua confiteatur, quia Dñs noster Iesus Christus in gloria est Dei Patris. ℟. Nos autem gloriari oportet in cruce Dñi nostri Iesu Christi, in quo est sal[9] vita, & resurrectio nostra: Per quem saluati, & liberati sumus, halleluia. ℣. Tuam crucem adoramus Domine, & recolimus tuam gloriosam passionem. Per quem.

In ij. noctur. Aña. Fęlix ille triumphus, sit salus ægris, vitæ lignum, mortis remedium, halleluia. Psal. Dominus regit me. fol. 10. Dominus

nus illuminatio. f. 12. Notus in Iudæa. f. 50. Cãtate. j. f. 49. Dominus regn. exul. f. 49. Cãtate. ij. f. 49. ℣. Adoramus te Chr̃e, & benedicimus tibi, hal. ℟. Quia per crucem tuam redemisti mundum, hall. Lec. v.

POst insignem victoriam, quam Constantinus Imperator diuinitùs accepto signo Dominicæ crucis, ex Maxentio reportauit, Helena Cõstantini mater in somnis admonita, conquirendæ crucis studio Ierosolymã venit: Vbi marmoream Veneris statuam in Crucis loco à Gentibus collocatam, euertendam curauit: Quod item fecit ad præsepe Saluatoris, & in loco resurrectionis, inde Adonidis, hinc Iouis sublato simulacro. ℟. Dum sacrũ pignus cęlitùs reuelatur, Christi fides roborat᷑. Adsunt prodigia diuina in virga Moysi præfigurata, halleluia, halleluia. ℣. Ad crucis cõtactum resurgunt mortui, & Dei magnalia reserantur. Adsunt prodigia. Lectio vj.

ITaque loco crucis purgato altè defossę tres cruces erutæ sunt, repertusque seorsum ab alijs crucis Dominicæ titulus, qui cùm ex tribus cui affixus fuisset non appareret, eam dubitationem sustulit miraculum. Nam Macharius Ierosolymorum Episcopus, factis Deo precibus, singulas cruces cuidam fęminæ graui morbo laboranti admouit, cui cùm reliquæ nihil ꝓfuissent, adhibita tertia crux statim eam sanauit. ℟. Hoc signum crucis erit in cęlo, cùm Dominus ad iudicandum venerit: Tunc manifesta erunt abscondita cordis nostri, halleluia, halleluia. ℣. Cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, & cęperit iudicare seculũ per ignem. Tunc. Lectio vij.

HElena salutari cruce inuenta, magnificentissimam ibi extruxit Ecclesiam, in qua partem crucis reliquit thecis argẽteis inclusam, partem Constantino filio detulit, quæ Romę reposita fuit in Ecclesia sanctæ Crucis in Ierusalem ædificata in ædibus Sessorianis. ℟. Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus sustinuit. Quæ sola digna fuit portare pretium huius seculi, halleluia. ℣. Hoc signũ crucis erit in cœlo, cùm Dominus ad iudicandum venerit. Quæ sola dig. Lectio viij.

CLauos etiam attulit filio, quibus sanctissimũ Iesu

Christi corpus fixum fuerat. Quo ex tempore Cōstantinus legem sanciuit, ne crux ad supplicium cuiquàm adhiberet: ita res, quæ antea hominibus ꝓbro, ac ludibrio fuerat, uenerationi, & glorię esse cœpit. ℟. O crux gloriosa, ò crux adoranda: ò lignum pretiosum, & admirabile signū; Per quod Diabolus est uictus, & mūdus Christi sanguine est redēptus, halleluia. ℣. Hoc signum crucis erit in cęlo, cùm Dn̄s ad iudicandum uenerit. Per quod. In iij noct. Añа. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi: quia per crucem tuam redemisti mundū, halleluia. Cant. Dn̄e audiui. Quod diuiditur ī tres partes ij. Pro iniquitate. iij. Egressus es Et ad vnāquāq; partem dicitur. Gloria Patri. fol. 51. ℣. Omnis terra adoret te, & psallat tibi halleluia. ℟. Psalmū dicat nomini tuo Domine, halleluia.

Lectio sancti Euangelij secundùm Iohannem. Lectio ix.

cap. 3 IN illo tempore: Erat homo ex Pharisęis, Nicodemus nomine, Princeps Iudęorum. Hic uenit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus, quia à Deo uenisti magister. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Epi.

NIcodemus ex ijs erat, q crediderant in nomine Iesu uidentes signa, & prodigia, quæ faciebat. Superiùs eñ hoc dixit: Cùm autem esset Ierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius. Quare crediderūt? sequitur, & dicit. Videntes signa eius, quę faciebat. ℟. O crux benedicta, Quæ sola fuisti digna portare Regē cœlorum, & Dominum, hallel. ℣. O crux gloriosa, & admirabilis, ò crux adorāda. Quæ. L. x. (Ex tracta. 11 longiꝰ ab initio, & infra sparsī.)

ET de Nicodemo quid dicitur? Erat Princeps Iudęorum, Nicodemus nomine, Hic uenit ad eum nocte, & ait illi: Rabbi: scimus quia à Deo uenisti magister. Et iste ergo crediderat in nomine eius. Et ipse vnde crediderat? sequitur. Nemo enim potest hęc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. ℟. Per signum crucis de inimicis nostris Libera nos Deus nr̄, hall. ℣. Salua nos Chr̄e Saluator per uirtutem crucis. Libera. Lect. xj.

CVm ergo ex eo numero Nicodemus esset, venit ad Dominum, sed nocte venit, & hoc fortè ad rem pertinet. Ad Dominum uenit, & nocte venit,

nit. Ad lucem venit, & in tenebris uenit. Renati autem ex aqua, & Spiritu sancto, quid audiūt ab Apostolo? Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate. Et iterum: Nos autem qui diei sumus, sobrij simus. ℟. Ecce crucem Domini, fugite partes aduersæ, vicit leo de Tribu Iuda, Radix Dauid, halleluia. ℣ Crux benedicta, in qua triumphauit Rex Angelorum. Radix Dauid, halleluia.

Pro sanctis Martyribus. L. xij.

ALexāder Romanus, Traiano Imꝑatore regēs Ecclesiā, magnā partē Romanæ nobilitatis ad Christū cōuertit. Sedit annos decem, mēses septē, & dies duos, vitę sanctitate, & salutaribus institutis illustris. Martyrio coronatus est vna cùm Euentio presbytero, & Theodulo Diacono. Eorū corpora in Ecclesia sanctę Sabinæ condita sunt. In eūdem diem incidit beata mors sancti Iuuenalis, Narniensis Episcopi: Qui cùm plurimos in ea Vrbe, sanctitate, & doctrina Christo peperisset, clarus miraculis in pace quieuit, ibiq; honorificè sepultus est. ℟. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filiū hominis; Vt omnis qui credit in ipsum nō pereat, sed habeat uitam æternā, halleluia. ℣. Non misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Vt omnis qui credit in. Gloria Patri. Vt omnis qui credit in.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.



IN illo tempore: Erat homo ex Pharisęis, Nicodemus nomine, Princeps Iudęorū. Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimꝰ quia à Deo venisti magister: nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Respondit autem Iesus, & dixit ei. Amen amen dico tibi: Nisi quis renatus fuerit denuò, non potest videre regnum Dei: Dixit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci, cū sit senex? Numquid potest in ventrem matris suæ iteratò introire, & renasci? Respondit Iesus: Amen amē dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spū sancto, nō potest introire in regnū Dei. Quod natum est ex carne, caro est; & quod (Ex c. 3. ini.)

natum est ex spiritu, spiritus est. Non mireris, quia dixi tibi: oportet vos nasci denuò, spiritus vbi vult spirat, & vocẽ eius audis, & nescis vnde veniat, aut quò vadat: sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respõdit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus, & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hęc ignoras? Amen amen dico vobis, quia quod scimus loquimur, & quod vidim⁹ testamur, & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo, si dixero uobis cęlestia, credetis? Et nemo ascendit in cœlũ, nisi qui de cœlo descendit filius hominis, qui est in cœlo. Et sicut exaltauit Moyses serpentẽ in deserto, ita exaltari oportet filiũ hominis, vt omnis, qui credit in illum nõ pereat, sed habeat vitam ęternã. ℟. Amẽ.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

HElena Constantini mater Ierosolymam petijt, halleluia. ps. Dominus regn. cum reliq. fol. 18. Aña. Tunc pręcepit eos omnes igne cremari: at illi timentes tradiderunt Iudam, hall. Aña. Mors, & uita apposita sunt tibi, si nõ ostenderis mihi Crucẽ Christi, hallel. Aña. Cumq; ascendisset Iudas de lacu, perrexit ad locum vbi iacebat sancta crux halleluia. Aña. Orabat Iudas, Deus Deus meus, ostẽde mihi lignum sanctæ crucis, hall. Cap. Fratres: Hoc eñ. ℟. br. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi, Hall. hall. ℣. Quia per crucem tuã redemisti mundũ. Hall. Gloria. ℟. Adoramus. Hym. Lustris sex. vt i Dñica passionis. 190. ℣. Per signum crucis. Ad Bñs. Aña. Helena sancta dixit ad Iudã: Cõple desideriũ meũ, & viues super terrã: vt ostendas mihi, qui dicitur Caluarię locus: ubi absconditum est pretiosum lignũ Dñicum, hallel. Postea fit cõm. de Martyribus. Ad iij. Cap. Fres: Hoc eñ. ℣. Hoc signũ crucis. Ad vj. Cap.

Gal. 6. MIhi autem absit gloriari, nisi in cruce Dñi nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo. ℣. Adoramus te Christe. Ad Nonam, Capitulum.

Phil. 2 HVmiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis. Propter quod & Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomẽ qđ est super oẽ nomẽ. ℣. Oĩs terra. Ad Vesp. oĩa vt in j. Vesperis. Ad

Ad Mag. Aña. Crucem sanctã subijt, qui infernum cõfregit, accinctus est potentia, surrexit die tertia, halleluia.

Die 4. E. S. MONICÆ VIDVÆ. Oratio. Exaudi nos. De Cõi nec Virg. nec Mart. L. ij.

MOnica sancti Augustini dupliciter mr̃, quia eum & mundo, & cœlo peperit, marito mortuo, quem etiã senectute confectũ Iesu Christo conciliauerat, castã, & operibus misericordiæ exercitam viduitatem agebat: In assiduis verò ad Deũ orationibus pro filio, qui in Manichęorũ sectã inciderat, lachrymas effundebat. Qui posteà ab Ambrosio fidei veritatem edoctus, ab eodem baptizatus est. Lectio iij.

CVmq; ad Ostia Tiberina cõstitissent, incidit in febrem: quo in morbo laborans nono die beata mulier animam Deo reddidit. Eius corpus ibi in Ecclesia sanctæ Aureæ sepultum est, quod postea Martino quinto summo Pontifice Romam translatum, in Ecclesia sancti Augustini honorificè conditum est.

Die 6. G. S. IOHANNIS ANTE Portam Latinam. Duplex 3. Omnia de Cõi Apłorũ tẽpore Paschali, præter hic posita.

In vtrisq; Vesp. Ad Mag. Aña. In feruentis olei doliũ missus beatus Iohannes Apostolus, diuina se protegente gr̃a illęsus exiuit, halleluia. Oratio.

DEus qui conspicis, quia nos vndiq; mala nostra perturbãt: pręsta quæsumus: vt beati Iohannis Apostoli tui, & Euangelistæ intercessio gloriosa nos protegat. Per Dñm.

In j. noct. legitur initiũ Ep̃læ j. beati Iohannis, quę posita est in Dñica infra Octa. Ascensionis, nisi tũc temporis, legeretur de libro Apocal. tũc eñi ponat Lectio de eo occurens. Ex libro S. Hieronymi presb. contra Iouinianum. Lectio v.

IOhannes Apostolus, vnus ex discipulis Dñi, qui minimus traditur fuisse inter Apostolos, & quem fides Christi virginem repererat, virgo p̃mãsit: & ideò pl⁹ amat à Dño, & recumbit super pectus Iesu: Et quod Petrus interrogare nõ audet, illum rogat, vt interroget: Et post resurrectionem denunciante Maria Magdalene, quòd Dñs resurrexisset, uterq; cucurrit ad sepulchrũ, sed ille præuenit. Lectio vj.

Ex li[…] paul[…] ante[…] med[…]

FVit autẽ Iohannes, & Apostolus, & Euangelista, & ꝓpheta: Apostolus, qa scripsit ad Eccle-

Ecclesias ut magister: Euangelista, quia librũ Euangelij cõdidit, quod (excepto Matthęo) alij ex duodecim Apostolis nõ fecerũt: Propheta; Vidit enim in Pathmos Insula in qua fuerat à Domitiano Principe ob Dñi martyriũ relegatus, Apocalypsim, infinita futurorũ mysteria continentem. Lect. vij.

REfert autẽ Tertullianus, quòd Romæ missus in feruentis olei doliũ, purior, & vegetior exiuerit, quã intrauerit. Sed & ipsum eius Euangelium multum distat à cęteris: Matthęus quasi de homine incipit scribere, Liber generationis Iesu Chr̃i filij Dauid. Lucas à sacerdotio Zacharię: Marcus à prophetia Malachię Prophetæ, & Isaiæ. Lectio viij.

PRimus habet faciẽ hominis propter genealogiã: secundus faciẽ vituli propter sacerdotium: tertius faciem leonis propter vocẽ clamãtis in deserto. Iohannes verò quasi Aquila ad superna volat, & ad ipsum Patrem peruenit, dicẽs: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.

Lect. S. Euãg. sm Matth. L. ix.

c. 20 IN illo tempore: Accessit ad Iesum mater filiorũ Zebedęi cum filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo. Et reliq.

Homilia S. Hieronymi pbri.

VNde opinionem habet regni mater filiorũ Zebedęi? vt, cùm Dñs dixerit, Filius hominis tradet Principibus Sacerdotũ, & Scribis: & cõdemnabunt eum morte, & tradent gentibus ad illudendũ, & flagellãdum, & crucifigendũ: & ignominiam passionis timentibus discipulis nũciaret, illa gloriam postulet triumphantis? Lectio decima. Ex li. 3 cõm. i eund. Ex c. 3 sub initiũ.

HAc, vt reor, ex causa, quia post omnia dixerat Dominus: Et tertia die resurget. Putauit eũ mulier post resurrectionem, illicò regnaturũ, & hoc, quod in secũdo aduentu promittitur, in primo esse cõplendũ: & auiditate fœminea pręsentia cupit, immemor futurorum. Mater postulat, sed Dñs discipulis loquitur, intelligens preces eius ex filiorum descendere uoluntate: potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Lectio xj.

CAlicem in scripturis Diuinis intelligimus passionẽ, iuxtà illud: Pr̃, si possibile est, trãseat à me calix iste. Et ĩ Psalmo. Quid retribuã Dño pro oĩbus, quę retribuit mihi?

Calicem

Calicem salutaris accipiam, & nomẽ Domini inuocabo. Statimque infert, quis sit iste calix: Pretiosa in conspectu Dñi mors Sanctorum eius. Quęritur, quomodo calicẽ martyrij Zebedæi filij, Iacobus uidelicet, & Iohannes biberint; cùm scriptura narret, Iacobum tñ Apostolum ab Herode capite truncatũ; Iohãnes aũt propria morte uitam finierit? L. xij.

SEd si legamꝰ ecclesiasticas hystorias, ĩ quibꝰ fertur, qđ & ipse propter martyrium sit missus in feruẽtis olei doliũ, & inde ad suscipiendam coronam Christi athleta processerit, statimque relegatus in Pathmos insulam sit, uidebimus martyrio animum non defuisse, & bibisse Iohannem calicem confessionis, quem & tres pueri in camino ignis biberunt, licèt persecutor non fuderit sanguinem.

Sequentia sancti Euãgelij secundùm Matthæum.

Ex ca. 20. in med. IN illo tempore: Accessit ad Iesum mater filiorũ Zebedæi cum filijs suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt sedeãt hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Respõdens autem Iesus, dixit eis. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam, & sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. ℟. Amen.

IN APPARITIONE S. Michaelis Archãgeli. Die B

Duplex 3.

Officium fit vt in alio festo mensis Septẽbris. præter Lectiones ij. noctur. & in fine Inuitatorii, Añarum, ℟. ℣. & ℟. br. additur Halleluia. & sub prima Antiphona cuiuslibet nocturni dicuntur psalmi illius nocturni. Lectio v.

BEatum Michaelem Archãgelum sępiùs hominibus apparuisse & sacrorum librorum auctoritate, & ueteri Sanctorum traditione comprobatur. Quamobrem multis in locis facti memoria celebratur. Gelasio autem primo Pontifice Maximo in cacumine Gargani Apuliæ montis, ad cuius radicem incolæ sunt Sipontini, Archangeli Michaelis fuit illustris apparitio. Lectio sexta.

Fa-

FActum est enim vt ex gregibus Armentorum Gargani cuiusdam taurus lógè discederet quem diù conquisitū in aditu speluncę herentē inuenerunt. Cùm verò quidā ex illis, vt taurum configeret, sagittam emisisset, retorta sagitta in ipsum recidit sagittarium. Quæ res præsentes, ac deinceps cæteros tanto timore affecit, ut ad eam speluncam propiùs accedere nemo auderet. Lectio septima.

POst triduum Michael Archāgelus Episcopum monet, in sua tutela esse eum locum, eoq; indicio demōstrasse, uelle ibi cultum Deo in sui & Angelorum memoriā adhiberi. Quare Episcopus unà cum ciuibus ad eam speluncā ire pergit: Quam cùm templi cuiusdam similitudinem con formatam uidissent, locum illum diuinis officiis celebrare cęperūt, qui multis postea miraculis illustratus est. L. viij.

NEc ita multò pòst Bonifacius Papa Romæ in summo Circo Sancti Michaelis Ecclesiam dedicauit tertio Kalendas Octobris, quo die etiam omnium Angelorum memoriam Ecclesia celebrat. Hodiernus autem dies Archāgeli Michaelis apparitione consecratus est.

Ad Vesp. oīa de S. Michaele cū commemorat. sequentis festi.

S. GREGORII NAZIANZENI, episcopi, & confessoris. Die 9. C.

Ad Magnificat, Antiphona. O Doctor optime. Oratio.

DEus qui populo tuo ęternæ salutis beatum Gregorium ministrum tribuisti: præsta quæsumus: vt quē doctorem uitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cęlis. Per. Lectio v.

GRegorius nobilis Cappadox Athenis in omni disciplinarum genere unà cum Basilio eruditus, ad studia sacrarum literarum se conuertit: in quibus se in Cœnobio tredecim annos exercuerūt. Qui cùm doctrina, & uitæ sanctitate florerent, vocati ad munus prædicandæ Euangelicæ veritatis, plurimos Iesu Chrō filios pepererūt. Lectio sexta.

GRegorius igitur aliquando domum reuersus, primùm Sasimorum deinde Nazianzi Episcopus creatus est. Tunc Constatinopolim ad eā regendam Ecclesiam accersitus, eam ciuitatem cùm hæresum purgatam eroribus ad catholicam fidem reduxisset, qđ ei

ei summum omnium amorē conciliare debebat, multorum parauit inuidiam. Lectio vij.

ITaque cùm inter Episcopos magna propterea esset facta seditio, sponte cedēs Episcopatu Nazianzum rediit: quā eclesiam cū aliquot annos sanctissimè gubernasset, ad extremum delecto successore totum se ad contéplationem, & scriptionē diuinarum rerum contulit. Lect. viij.

SCripsit autem multa, & soluta oratione, & uersibus, mirabili pietate, & eloquētia. Consubstantialitatis Filii fuit acerrimus propugnator. Vt autem uitæ laude nemo ei præpositus est, sic & orationis grauitate omnes facilè superauit. In ijs scribendi, ac legendi studiis ruri uitam Monachi exercens, Imperatore Theodosio ad cœlestem uitam senio confectus migrauit.

In iij. Noct. Hom. in Euange. Vos estis sal ter. de cōi Doct.

SS. GORDIANI, & Epimachi marty. Oratio. Die 10 D.

DA quæsumus omnipotēs De⁹, ut qui beatorū Martyrum tuorū Gordiani & Epimachi solennia colimus: eorum apud te intercessionibus adiuuemur. Per. Lectio iij.

GOrdianus Iudex a Ianuario presbytero (quem, qđ Christianus esset, iudicaturus erat) in fide instructus, cū uxore, & quinquaginta tribus aliis ex eadē familia Romæ baptizatur. Quem & Clemētianus Vicarius iussu Iuliani in carcerem includit, ac pòst plumbatis cæsum, capite plecti imperat. Cuius corpus ante Apollinis templum canibus obiectum noctu à Christianis sepelitur in eadem crypta, in quā reliquiæ beati Epimachi Martyris translatæ fuerant ab Alexandria: ubi is diù pp Christi confessionem constrictus in carcerem postremò combustus, martyrio coronatus est.

SS. NEREI, ARCHILEI atque Pancratij marty. Oratio. Die 12 F.

SEmper nos Domine martyrum tuorum Nerei, Archillei, atque Pancratii foueat q̄sumus beata solēnitas: & tuo dignos reddat obsequio. Per Dominum nostrum. Lect. ij.

NEreus, & Archilleus fratres Eunuchi in Pontiana insula cum Flauia Domitilla quā ad Christum conuerterant propter Christi Domini fidem diù exulauerūt: quos Aurelianus Domitillæ sponsus tamquàm suasores primū verbe-

verberibus acerbissimè cædi iussit, deinde Moninio Rufo consulari tradidit. Cuius iussu equuleo torti & candentibus laminis cruciati, securi percussi sunt. Lectio iij.

HOrum corpora ab Auspicio eorum discipulo, Domitillæque educatore sepulta sunt in prædio Domitillæ uia Ardeatina, secundo ab urbe lapide. Eodem die Dioclitiano Imperatore Pancratius quatuor annos natus, uirili uirtute, & prestanti in Christum fide, de Tyranni, & Dæmonum immanitate, datis fortiter ceruicibus, triumphauit. Cuius corpus Octauilla matrona noctu sustulit, & unguentis delibutũ via Aurelia sepeliuit.

Die 14. A. SANCTI BONIFACII Martyris. Oratio.

DA quæsumus omnipotens Deus: ut q beati Bonifacii martyris tui solennia colimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per Dominum nostrum. Lect. ij.

BOnifacius ciuis Romanus ad conquirenda & sepelienda Martyrum corpora se contulit. Itaque relictis peregrinationis sociis, cũ Tharsi uenisset martyrum uincula osculatus, eos vehementer ad constantiam hortabatur. Comprehensus igitur, ferreis vnguilis excarnificatus est, cui etiam inter manuum ungues, & carnem acuti calami sunt infixi, plumbumque liquefactum in os eius infusum. Lectio iij.

MOx in ollam feruentis picis, demisso capite cõiectus est: Vnde cùm intuiolatus exisset, ira incensus Iudex eum securi percuti iubet. Sequenti die socii eius corpus quingentis solidis redemerũt ac Romam portandum curauerunt. Quo facto Aglae matrona ecclesiam eius nomine ędificauit in qua corpus sepultum est nonis Iunii, cùm eius anima pridie Idus Maii migrasset in cęlũ, Dioclitiano & Maximiano Imperatorib⁹.

S. POTENTIANÆ Virginis. Oratio. Exaudi nos. De communi. Lectio ij. Die 19. F.

POtentiana uirgo Pudentis Romani filia parentibus orbata, cùm admirabili pietate Christianam religionem coleret, unà cum sorore Praxede pecuniam ex uendito patrimonio redactam pauperibus distribuit, seq; ieiunijs, & orationibus dedit. Cuius etiam opera tota eius fami-

famlia in qua erant nonaginta sex homines à Pio pontifice baptizata est. Lectio iij.

QVòd autem Antonino Pio Impatore sancitũ erat; ne Christiani publicè sacrificia facerẽt, Pius pontifex in ædibus Potentianæ cum Christianis sacra celebrabat. Quibus illa benignè acceptis quæ ad uitam necessaria essent suppeditabat. Itaq; ĩ his Chrianæ pietatis officiis migrauit è uita, & ĩ sepulchro patris ad Cęmeteriũ Priscillæ via salaria sepulta est quartodecimo Kalendas Maij.

Die 25 E. S. VRBANI PAPÆ, & Martyris. Oratio.

DA quęsumus omnipotẽs Deus, ut qui beati Vrbani Martyris tui atque Pontificis solennia colimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per Dominum. L. ij.

VRbanus Romanus Aurelio Antonino Imperatore, doctrina & uitæ sanctitate multos ad Christi fidem conuertit, in illis Valerianum beatæ Ceciliæ sponsum, & Tiburtium Valeriani fratrem, qui postea martyrium forti animo subierunt. Lectio iij.

HIc de bonis Ecclesiæ attributis scripsit his uerbis. Ipsæ res fidelium q̃ Dño offeruntur, nõ debent in alijs usib⁹, quã Ecclesiasticis, & Christianorũ fratrũ, uel indigentiũ cõuerti. Sedit annos octo, mẽses undecim, dies duodecim, ac martyrio coronatus sepultus est in cęmeterio Prætextati octauo Kalendas Iunii.

S. ELEVTHERII Papæ, & mart. Oratio. Infirmitatem. De cõi. Lec. ij. Die 2 F.

ELeutherius, Nicopoli in Grecia natus Anicetis põtificis Diaconus, Commodo Imperatore præfuit Ecclesiæ. Hic misit in Britanniam Fugatium & Damianum doctos & pios viros per quos Rex, & reliqui fidem susciperẽt. Hoc Pontifice Irenęus Polycarpi discipulus Romam ueniens, ab eo benignè acceptus est. Vixit in pontificatu annos quindecim, menses tres, dies duos. Hic fecit ordinatiões tres mẽse Decẽbri: quibus creauit per diuersa loca Ẽpos quindecim, p̃sbyteros duodecim, Diaconos octo; sepult⁹ ẽ ĩ Vaticano.

S. IOHANNIS PAPÆ, & martyris. Oratio. Deus qui nos. De cõi. Lectio ij. Die 27 C.

IOhannes Etruscus, Iustino seniore Imperatore, rexit Ecclesiam, ad quem profectus est

est Constantinopolim auxilij causa, quòd Theodoricus Rex hæreticus diuexabat Italiam. Vbi in aditu portæ Aureę ispectante populo cum Imperatore, cęco lumen restituit. Rebus cum Imperatore compositis, Romam redijt, statimque per totam Italiam iussit Ecclesias Arianorum ad catholicum ritum consecrari, quod & ille etiam fecit in partibus Constātinopolitanis. Lectio tertia.

Qvod iniquissimo animo ferens Theodoricus dolo accersitum pontificem in carcerem cōiecit: ubi squalore, inediaque afflictus, paucis diebus cessit è uita, cùm sedisset annos duos, menses nouē, dies decem & septem, ordinatis eo tēpore Episcopis quindecim. Eius corpus, Rauenna Romam portatum est, & in basilica Sancti Petri sepultum. ℟. Domine præuenisti eum.

Die 30 C. S. FELICIS PAPÆ, & marty. Oratio. Infirmitatē. De communi. Lectio ij.

Felix Romanus post Sixtū secundum, & Dionysium primum Aureliano Imperatore pręfuit Ecclesiæ. Hic instituit, ut Missa supra memorias & sepulchra martyrum celebraret. Dedicationes quoque templorum solenniter celebrari mandauit. Quòd si de consecratione Ecclesiæ alicuius ignoratur, consecrari denuò mandauit. Lectio tertia.

Qvi cùm mense Decembri habuisset ordinationes duas, & creasset Presbyteros nouem, Diaconos quinque, Episcopos per diuersa loca quinque, martyrio coronatus, via Aurelia sepelitur in basilica, quam à se ædificatam dedicarat; Vixit in pontificatu annos quatuor, menses tres, dies quindecim.

Die 31 D. S. PETRONILLÆ VIRG. Oratio. Exaudi nos. De communi Virginum. Lectio ij.

Petronilla uirgo Sancti Petri filia, cùm esset ægrota, Petrus eam surgere iussit è lecto, & conuiuis ministrare. Quæ paulò pòst in eundem morbum recidens, ex eo cùm aliquando cōualuisset, eius fama commotus, ne uisam quidem Flaccus Comes adamauit enixèq; contēdit, ut sibi daretur in matrimonium. Lect. iij.

Petronilla autem sumpto sibi tridui spatio ad deliberandum, totum illud tempus in ieiuniis, & oratione cōsumpsit. Die autem tertio ubi Eucharistiam sumpsisset, ad cęlestes

stes nuptias euocata est. Cuius corpus uia Ardeatina sepultum, postea à Paulo primo pōtifice in basilicam Principis Apostolorum translatum est.

FESTA IVNII.

Die 2. F. SS. MARCELLINI, Petri, atque Erasmi martyrū. Oratio. Deus qui nos annua. de communi. Lectio secunda.

Petrus exorcista, Dioclitiano Imperatore, Romæ à Sereno Iudice missus ī carcerem, Paulinā Artemii, qui carceri præerat, filiam à dęmone agitatā liberauit. Quo facto, & parentes puellæ cum tota familia, & uicinos qui ad rei nouitatem concurrerant, Iesu Christo cōciliatos, ad Marcellinum presbyterum adduxit, à quo omnes baptizati sunt. Quare Petrus & Marcellinus abscisso capite illustre testimoniū Iesu Chr̄o dederūt. L. iij.

Erasmus Episcopus ijsdē Imperatoribus Dioclitiano, & Maximiano, in Campania plumbatis & fustibus cæsus, resina quoq;, sulphure, plūbo liquefacto, & feruēti pice, cera, oleoque perfusus, inde tamen integer, & inuiolatus euasit. Quo miraculo multi se ad Christi fidem conuerterunt. Deinde in Campaniam profectus plurimis & in fide confirmatis, & ad fidem conuersis, insignem martyrii palmam adeptus est.

Die 9. F. SS. PRIMI, ET FELICIANI Martyrum. Oratio.

Fac nos quæsumus Domine, sanctorum martyrum tuorū Primi, & Feliciani semper festa sectari: quorum suffragijs protectionis tuæ dona sentiamus. Per Dominū. L. ij.

Primus & Felicianus fratres accusati Christianę religionis apud Dioclitianum, & Maximianum, in uincula conijciuntur; quibus soluti inde eripiūtur ab Angelo. Mòx ad Prętorem adducti, cū Christianam fidem acerrimè tuerentur, alter ab altero distracti sunt, ac uariè tentati. Lec. iij.

Postridiè eius diei Prætor, utrumque perduci imperat in Theatrum: in eosq; immitti duos Leones, q prostrati ad eorum genua capite & cauda ipsis blandiebantur. Ad id spectaculum cùm ampliùs duodecim millia hominum conuenissent, quingenti cum suis familiis Christianam religionem susceperunt. Quibus rebus permotus Prætor, eos securi percuti iussit. ℟. Hæc est vera fraternitas.

S. BAR-

Die 11 A. **S. BARNABÆ APOSTOLI.** Duplex 3. Oratio.

DEus qui nos beati Barnabæ Apostoli tui meritis & intercessione lætificas: concede propitius: ut qui eius beneficia poscimꝰ, dono tuę gratiæ consequamur, Per. Lec.v.

BArnabas Leuites Cyprius genere, qui & Ioseph, cũ Paulo in numerum Apostolorum adscriptus est ad prædicãdum Iesu Christi euangeliũ. Is agro uendito, quẽ habebat, redactam ex eo pecuniam attulit Apostolis. Missus autem Antiochiã prædicationis causa, multũ proficiebat, quòd ab omnibꝰ uir bonus & Spũ sancto plenus habebatur. Lec.vj.

PRofectus inde Tharsum, ut quæreret Paulum, cum eo Antiochiam uenit. In eius urbis ecclesia annum commorati, Christianæ fidei & uitæ illis hominibus præcepta dederũt. Qui perfuncti illo charitatis officio, adhibito Iohanne, cui cognomen erat Marcus, redierunt Antiochiam. L.vij.

CVm autem Antiochiæ in ecclesia cum cęteris Prophetis & Doctoribus Paulus, & Barnabas in ieiunio & oratione Domino deseruirent, dixit Spiritus sanctus: segregate mihi Saulum, & Barnabam in opꝰ, ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes & orantes, imponentesq; eis manus, dimiserunt illos. Lectio viij.

POstremò Barnabas digressus à Paulo nauigauit in Cyprum ibique circiter septimum Neronis annum, tertio Idus Iunii ad Apostolici muneris laudem martyrii coronam adiunxit. Eius corpus Zenone Imperatore repertum est in Insula Cypro, ad cuius pectus erat Euangelium Matthæi Barnabæ manu conscriptum.

In iij. noctur. Hom. in Euang. Hoc est præceptum meum. de communi Apostol.

Die 12 B. **SS. BASILIDIS, CYrini, Naboris, & Nazarij. Martyrum.** Oratio.

SAnctorum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij, quæsumus Domine natalitia nobis uotiua resplendeant: & quod illis contulit excellentia sempiterna, fructibus nostræ deuotionis accrescat. Per Dñm. Lectio ij.

BAsilides, Cyrinus, Nabor, & Nazarius Romani milites, Christiana religione suscepta ab Aurelio præfecto vrbis comprehẽsi missi, sunt

in

in carcerem. Quibus orantibus cùm subitò clarissima lux oborta omniũ oculis qui ibidem essent, carcerem collustrasset, illo cęlesti splendore cõmotus Marcellus custodiæ prępositus, multiq; alij Christo Dño crediderunt. Lect. iij.

VErũ postea è carcere emissi ab Imperatore Maximiano scorpionibus cruciati iterum conijciuntur in vincula, vnde septimo die educti Iesum Christum Deum constantissimè confitentes securi feriuntur. Quorum corpora feris obiecta, nec ab illis tacta, à Christianis honorificè sepulta sunt.

Die 14 D. **S. BASILII MAGNI EPISC. & Confess.** Duplex 3.

Ad Mag. Aña. O Doctor optime De cõmuni. Oratio. Exaudi. Lectio quinta.

BAsilius nobilis Cappadox, Athenis secularibus literis, deinde in monasterio sacris mirabiliter eruditus est. Cùmq; ad prædicandum Iesu Christi Euangelium in Pontũ accersitus esset: eam prouinciam à Christianis institutis aberrantem, ad viam salutis reuocauit: mox ab Eusebio Cæsareę Episcopo ad erudiendam eam ciuitatem adiutor adhibetur, in cuius locum postea successit. Lectio sexta.

IS Filium Patri consubstantialẽ esse, in primis defendit: ac Valentem Imperatorem sibi iratum, miraculis adeò flexit, vt incumbentem ad voluntatem eijciendi ipsum in exilium à sententia discedere coegerit. Nam & Valentis sella, in qua facturus decretum de eijciendo è ciuitate Basilio, sedere volebat, confracta est: & tribus ab eo calamis adhibitis ad scribendam exilij legem, nullus eorum reddidit atramentum. Lectio septima.

EA autẽ nocte, quę ad deliberandum Basilio data est, Valentis vxor, intimis est cruciata doloribus, & unicus filius in grauem morbum incidit. Quibus ille perterritus, iniquitatem suam recognoscens, Basilium accersit: quo præsente puer cœpit conualescere. Verùm uocatis à Valente ad visendum puerum hæreticis, paulò pòst moritur. Lectio octaua.

ABstinentia, & continentia fuit admirabili: vnica tunica contentus erat, in ieiunio seruando diligentissimus, in oratione assiduus,

in qua sępè noctem cõsumebat. Virginitatẽ perpetuò coluit. Primus duriorem illum antiquorum Monachorũ ritum ad meliorem formã redegit, magisq; religioni congruentẽ. Multa præclarè scripsit. Obijtq; Kalẽdis Ianuarij.

Lect. S. Euãg. ſm Lucam. L. ix.

a. 14 IN illo tempore: Dixit Iesus turbis: Siquis venit ad me, & non odit Patrem suum, & matrem, & vxorẽ, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animã suam, non potest meus esse discipulus. Et reliqua.

Homilia sancti Basilij magni.

x li. gula i fu- us ex ica- rũ.

PErfecta renunciatio in eo consistit, si quis id assecutus fuerit, vt de vita sua, ne minimum quidem affectus sit, quáuis habeat mortis responsum. Porrò huiusmodi renũciatio initiũ sumit ab alienatione rerum externarum, veluti possessionum, inanis gloriæ, consuetudinis vitæ superioris, ad res inutiles affectionis. Lectio decima.

QVemadmodũ suo exẽplo ostẽderunt nobis sancti Domini discipuli Iacobus, & Iohannes, relicto patre Zebedęo, ipsoq; nauigio, de quo tota illorum victus ratio pendebat: Matthæus verò quando è thelonio surrexit, & Dominum secutus est. Qua in re Matthęus, non lucra modò reliquit, sed pericula etiam cõtempsit, quę ipsi totique ipsius familiæ à ciuitatis magistratibus imminebant, quòd redẽptorũ à se vectigaliũ rationes discedens non confectas reliquisset. Lectio vndecima.

PAulo verò etiam totus mũdus crucifixus erat: ipseq; vicissim mũdo tori. Adeò qui vehementer Christũ sequi desiderat, is de nulla omnino vitæ huius re curare amplius potest: Idq; eousq;, vt ne parentum quidem ingenito amore moueatur, aut domesticorũ, si quidem is aduersetur Dominicis mandatis. Lectio xij.

QVamquàm, quod dico; quid aut rationibus à nobis inuentis, aut sanctorum virorum exemplis attinet cõfirmare? cũ ipsa Domini verba in medium liceat afferre, ijsq; ipsis religiosam, ac Deũ timentem animam magnoperè commouere, quibus ille palàm, ac citrà controuersiam testificans dicit: sic igitur quicunque ex vobis non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.

Sequẽtia S. Euãg. ſm Lucam.

Ex ca. 14. in fine.



IN illo tempore: Dixit Iesus turbis: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ędificare, non priùs sedens computat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum: ne postquàm posuerit fundamẽtum, & non potuerit perficere, omnes qui viderint incipiant illudere ei dicẽtes: Quia hîc homo cœpit ædificare, & non potuit consummare? Aut quis Rex iturus cõmittere bellum aduersus alium Regem, non sedens priùs cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittens rogat ea, quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus. Bonum est sal. Si autem sal quoq; euanuerit, in quo condietur? Neque in terram, neque in sterquilinium vtile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi audiat. ℟. Amen.

SS. VITI, ET MODESTI atque Crescentiæ Marty. Oro.

Die E

DA Ecclesię tuę quæsumus Domine sanctis tuis Vito, Modesto, atque Crescentia intercedentibus, superbè non sapere, sed tibi placita humilitate proficere: ut proterua despiciens, quæcumque matura sunt, libera exerceat charitate. Per Dominum. Lect. ij.

VItus admodum puer inscio patre baptizatus est, & nec minis, nec verberibus à sentẽtia remoueri potuit. Sed dum cum pater grauiùs punire cogitat, Vitus Angeli monitu comitibus Modesto, & Crescentia eius educatoribus migrauit in alienas terras. Vbi Dioclitiani filiam à Dæmone vexatam liberauit, & ab eodẽ vnà cum Modesto, & Crescentia vinculis constrictus mittitur in carcerem. Lectio iij.

QVos vbi Dioclitianus cõstãtiores esse comperit: demitti iubet in ingens vas liquato plumbo, feruenti resina, ac pice plenum, in quo cũ trium puerorum Hebræorum more, diuinos hymnos canerent, inde erepti, leoni obijciuntur: qui prosternens, se

eorum pedes lambebat. Quare inflãmatus ira Imperator, eos in catasta sterni iubet, & ita cędi eorum membra, atque ossa diuelli. Eorum reliquias Florentia nobilis fœmina vnguentis conditas honorificè sepeliuit.

SS. MARCI, ET MARcelliani Martyrum. Oratio.

PRæsta, quęsumus omnipotens Deus: vt qui sanctorũ tuorum Marci, & Marcelliani natalitia colimus: à cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. Per Dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum. Le. ij.

MArcus, & Marcellianus, fratres Romani, propter christianam fidem à Fabiano Duce comprehensi, ad stipitem alligati sunt, pedibus clauis confixis. Ad quos cùm ita loqueretur Iudex: Resipiscite miseri, & vos ipsos ab his cruciatibus eripite: Responderũt: Nunquàm tam iucundè epulati sumus, quàm hæc libenter Iesu Christi causa perferimus, in cuius amore nunc fixi esse cœpimus. Lectio tertia.

DIcebant quoque: Vtinam tãdiù nos hæc pati sinat, quàmdiù hoc corruptibili corpore vestiti erimus. Qui diem noctemq; in tormẽtis diuinas laudes canentes, denique telis transfixi, ad martyrij gloriam peruenerunt. Quorum corpora via Ardeatina sepulta sunt. ℟. Hæc est vera fraternitas.



IN FESTO S. ROMVALDI ABBATIS.

DVPLEX I.

Si hoc festũ uenerit infra Oct. Pentec. vel in Dñica Trinitatis, transferatur in ij. feriam, & in j. Vesp. fiat totum officium de Sancto cũ cõm. Trinitatis, & sine comm. Dñicę. Si autẽ uenerit in festo Corporis Christi, uel eius die Octaua, fiat sicut fit de Natiu. S. Iohãnis Baptistę qñ in eisdem diebus venerit, vt dr in Rub. de Trãslat. Festorum num. 1. Quod idem intelligendum est de eius die Octaua.

Ad Vesperas, Antiphona.

In matutinis laudibus. cum reliquis de Laudibus. Psal. Dixit Dominus. cum reliq. folio 66. Capitulum.

Eccl. 45. DIlectus Deo, & hominibus, cuius memoria in benedictione est: Similem illum fecit in gloria sanctorũ, & magnificauit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placauit. ℟. br. Amauit eum. ℣. Stolã glorię.

Hymnus.

TE Romualde canimus,
Festumq; diem colimus,
Et uota pia soluimus,
Melosq; lęti pangimus.
Tu spernens pompas seculi,
Vitam sumens Monasticã,
Ædificasti Eremum
Egregiam Camalduli.
Mores habens Angelicos,
Semper eras cum fratribus
Pius, benignus, humilis,
Sancto repletus spiritu.
In mandatis Dominicis
Cunctis stabas sollicitus,
Nũquàm cessans exoluere
Laudes Deo altissimas.
Tu uires hostis impij
Fretus virtute Domini,
Tyrannum carnis superãs,
Polum petis tripudians.
Nunc laureatus agmine
Cęli fulges in culmine:
Cõiunctus choro Principũ
Viuis vita viuentium.
Ergo Confessor inclyte,
Lumen vitę Monasticę,

Sedens in choro superum,
Ora pro nobis Dominum.
Gloria Patri Domino,
Gloria Vnigenito,
Vnà cum sancto Spiritu,
In seculorum secula. Amē.
℣. Ora pro nobis beate pater Romualde. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus Chri.
Ad Magn. Aña. O aureū Romualdi seculū, quòd & si tormenta persecutorum non nouerat, spontaneo tamen martyrio non carebat. Oratio.

DEus qui famulum tuum Romualdum Abbatem, spretis caducis gaudijs huius vitæ, ad confessionis gloriam sublimasti: fac nos quæsumus, ipsius meritis, ab huius mūdi onere leuigatos, ad cœlestia omni tempore anhelare. Per Dñm nostrū Iesum Christū.

Ad Matutinum, Inuitatoriū. Collaudemus Regem Regum Dominum, Cui Romualdus gloriosus anhelanter adhæsit. ps. Venite. fol. 9. Hymnus.

SAcratum diem annuum
Magno colamus gaudio,
Cùm Romualdus splēdidus
Fęlix migrauit seculo.
Nam oriundus extitit
Vrbis Rauennæ nobilis:
Ex claro Ducum genere
Carnis duxit originem.
Hic largam opum copias,
Omnemq; mundi gloriā
Spreuit: vt inops inopem
Christū sequatur Principē.
Vir iste clementissimus
Sic erat Deo placitus,
Vt virtute mirificus
Semper esset mortalibus.
Multi curantur languidi,
Et effugantur dęmones,
Ad laudē Christi nominis,
Et Confessoris gloriam.
Per annum quoq; integrum
Nihil gustauit aliud,
Quàm ciceris quotidie
Pugillum plenum vesperē.
Dehinc per annos quīdecim
Viuendi mutat ordinem:
Sabbatho cum Dominica
Refectionem geminat.
Gloria Pri Domino. &c. vrs.

In j. noctur. Aña. Huic erat pater nomine Sergius, mundo vehementer intentus, & omninò secularibus negocijs implicatus. ps. Beatus vir. fol. 1. Aña. Romualdus autem post patris correctionem, in palude classis cellam figens, in loco vbi Pons Petri dicitur, habitauit. ps. Quare fremuerunt. fol. 1. Aña. Cum omni desiderio gestabat ī corde, virtutibus & mandatis Dominicis obedire. ps. Cū inuocarē. fol. 76. Aña. Mens itaque eius cœlitùs

cœlitùs inspirata, iàm diuinabatur in amore, quod impleturus erat postmodùm in opere. ps. Verba mea. f. 27. Aña. Ab ipso pueritiæ suæ flore totus cępit esse Dominicus, totus Dei. ps. Dñe Dñs noster. fol. 4. Aña. Vigilias verò tēperatè, & cum magna discretione faciendas maximè suadebat. Psalmus. In Domino confido. fol. 46. ℣. Amauit.

Lectio. de Cōi plur. Pont. videl. Laudem⁹ viros gl.

℟. j. Vir vitæ venerabilis magis elegit vitam Monasticam ducere beatissimus Romualdus, Quàm in tumultibus seculi manere. ℣. Desiderabat quippè animā suam saluā facere, atq; Deo famulari. Quā.

℟. ij. Romualdus Christi Confessor, si quando ad studiū venationis se accingeret, vbicūq; per syluas amęnum locum inuenire poterat, Mox se ad Eremi desiderium accendebat. ℣. Mente tamen Deo deuotus frequenter contra se magnum aliqd ꝑponebat. Mox.

℟. iij. Confessor beatissimus dicebat intra se, ò quàm benè poterant Eremitæ, In his nemorum recessibus habitare? ℣. Quàm congruè possent hic ab omni secularis strepitus perturbatione quiescere? In his nemorum reces.

℟. iiij. Sācte Romualde Christi Confessor, audi rogantes seruulos, Et impetratam cœlitùs, tu defer indulgentiam. ℣. O sancte Romualde, sidus aureum, Domini gratia, seruorum preces solita suscipe clemētia. Et impetr. Gloria. Et.

In ij. noctur. Aña. Paruipendebat autē, si quis ad tempus magnum quid inciperet, si nō in eo lōganimiter perseueraret. ps. Domine quis habita. fol. 6. Aña. Regebat ergo Monachos sub districta regulę disciplina, neque alicui declinare impunè licebat. ps. Domine in virtute. fol. 9. Aña. Ex aqua verò, vnde manus eius abluebantur, plures languidi sępè restituti sunt sanitati. ps. Domini est terra. fol. 11. Aña. Quadragesimali quidem tempore, nisi necessitate ineuitabili cogeretur, in cella iugiter morabatur. ps. Exaudi Deus orationem meam, cum dep. fol. 38. Aña. Egregius iste Cōfessor iugiter exempla bonorum operum suis de se fratribus impēdebat. ps. Te decet. f. 38. Aña. Verè Angelus Dei, verè Propheta sanctus, & lux magna occulta in finibus no-

 stris

stris apparuit. ps. Bonum est. fol. 50. ℣. Os iusti. Lectio v.

ROmualdus Rauennæ ciuitatis oriundus, ex Illustrissima Ducum stirpe progenitus, uiginti annorum Monachi habitum sumpsit in Monasterio Classensi, ubi triennio ferè transacto (habito priùs Abbatis ac fratrum consensu) ad solitariam uitam se transtulit, in qua mirabili se abstinentia macerabat. ℟. Honestus autem tunc Rauennæ Archiepiscopalem cathedram obtinebat. Hunc Romualdus sanctissimus impiger adijt, eique omne sui cordis desiderium patefecit. ℣. Eructauit cor meum uerbum bonum: dico ego opera mea regi. Hunc. Lectio vj.

MOnasteria plura diuersis locis ædificauit: in quibus est egregia illa Eremus Camaldulensis in partibus Tusciæ. Multos item tàm nobiles, quàm plebeos ad Christum conuertit, ac in Dei famulatu discipulos habuit, de quibus fuère Bonifacius, Iohannes, & Benedictus, qui postea celebre martyrium passi sunt. ℟. Cenobitæ itaq; Classenses, huius suffulti patrocinio, beatum Romualdũ intrepida securitate suscipiũt, Eique sanctæ conuersationis habitum tradunt. ℣. In eo igitur monasterio triennium ferè transegit. Eique sanctę conuersationis. Lectio vij.

FVit autem uir sanctus mira simplicitate, atque humilitate prêditus, sed & patientia inuincibilis fuit; licèt enim innumera mala à dęmoniis, ab hominibus, ab ipsis etiam suis discipulis sit perpessus: patientia tamen omninò immobilis fuit. Vigilias temperatè, & discretè faciendas suadebat: psalmodię admodũ erat intẽtus, & dicebat, meli⁹ esse unũ psalmũ ex corde, & cum compunctione cantare, quàm centum cum mentis fabulatione percurrere. ℟. Vigilis & orationibus insistẽs iugiter hic gloriosissim⁹ Christi minister, Semper pro posse prę cepta Domini adimplebat. ℣. Carnis suę mortificationem procurabat attentè, secularibus pompis omissis. Semper pro posse pręcepta. Lectio octaua.

DEnique multis aliis uirtutibus clarus, cùm esset centum uiginti annorum finemq; suũ imminere cõspiceret, ad monasterium quod in ualle

ualle de Castro construxerat, rediit, ubi se obiturum uiginti annis antè discipulis suis prędixerat. Ibi ergo obiit uir beatissimus Decimo tertio Calendarum Iuliarum. Miraculorum insignibus & uiuus, & mortuus fulsit. ℟. Erat hic Christi Confessor profectò fide pręclarus, in uirtutibus gratiosus, hospitalitate ꝑcipuus. Fratribus quoque suis proficiebat uerbo pariter & exẽplo. ℣. Bonis semper operibus insistebat, nocte, ac die Domino, famulando. Fratribus. Gloria patri. Fratribus.

In iij. noct Aña. Canonum librum mihi afferte, & utrum uera sint quæ dico, uestris attestantibus paginis comprobate. Cant. Beatus uir. cum rel. fol. ℣. Lex Dei eius.

Lectio sancti Euangelij secundùm Matthæum. Lectio ix.

C. 19. IN illo tẽpore: Dixit Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliqm⁹ oĩa, & secuti sum⁹ te: quid ergo erit nobis? Et reliq.

Homilia S. Iohãnis Chrysost.

Exho. 65. in eundẽ in ini. QVænã sunt hęc omnia quæ te dicis beatissime Petre reliquisse? Arũdinem uilissimam, retia, uniuersumq; piscatorũ artificiũ: hæc tu oĩa uocas? Ita, inquit, sed non ambitione quadã, aut inani gloria, uerùm ut pauperum plebem hac interrogatione introducam. ℟. Iàm miles Christi assueto bello robustior, studebat quotidie de uirtute proficere ĩ uirtutẽ, & semper semetipso fortior, Nullas iam poterat eneruati hostis insidias formidare. ℣. Sæpè se in figuris Æthiopum, sæpè se per diuersorum animalium species ostendebat. Nullas iam poterat. Lectio x.

NAm quoniam à Domino dictum est: Si uis perfectus esse, uende quę habes, & distribue pauperibus, & habebis in cęlo thesaurum: ne quis pauperum opinetur non posse ad perfectionem se peruenire, cùm non habeat quę pauperibus offerat: quęrit Petrus, ut tu discas, nihil te min⁹ propter inopiam habiturum. ℟. Tribus uerò annis, ipse & Iohannes Grandenicus sarculis terram frangentes, & triticũ seminãtes. Ex manuũ suarũ labore uixerunt. ℣. Qui nimirum, dum agriculturam exercebant, pondus ieiunij duplicabant. Ex manuum suarum labore. Lectio xj.

QVęrit, inquam Petrus, ne si id à se perciperes, præser-

præsertim cùm adhuc Spiritus gratia non abundaret, ambiguitate perplexus iaceres, sed ut ab ipso ei⁹ magistro ꝓlata sententia, firma spe roboreris. Nam quemadmodum etiam nos pro aliis disputamus, sic Apostolus quoque ad vniuersi orbis commodum non dubitauit interrogare. ℞. Pulchra facie, & alacri uultu beate Romualde, ecce oues tuæ ad te deuota mēte concurrunt, quas Domino acquisisti, Deprecare pastor bone pro eis Iesum Christum. ℣. Vt digni efficiamur ꝓmissionibus eius. Deprecare pastor. Lectio xij.

A Superioribus enim patet nihil de seipso ambiguisse: qui enim ipsorum cęlorum claues suscepit, quantò magis de cæteris quæ in cęlo sunt consideret? Tu autem illud diligēter expende, quàm exquisitè duo illa quæ Christus à diuite petiit, ut scilicet pauperibus substantiam distribueret suam, & Christum sequeretur, breuiter complexus est, dicens. Reliquimus omnia & secuti sum⁹ te: Ambo enim hæc facta iam erant, & eo qđ omnia reliquerunt sequi faciliùs potuerūt. ℞. Iacebat beatissimus Romuald⁹ uelut neglecta margarita, in summi post modùm ærarium Regis honorificè reponenda. Nimirum qui sic obiit, ut prædixit, sic transijt ut sperauit. ℣. Nunc igitur inter uiuos cælestis Ierusalem lapides rutilat: cū ignitis beatorū Spirituum turmis exultat. Nimirum qui sic. Gloria patri. Nimirum.

Euangelium habetur in Communi Apostolorum.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

IN matutinis laudibus semper astabat Altissimo: alijs Diuinis officijs non remissus. ps. Dñs regna. cum rel. f. 19. Aña. Ad euitandam verò propriam laudem, & ludum finxit, & socios q̄suit. Aña. Marinus quidem gaudebat beato Romualdo esse deuotus, cui ipse nuper fuerat pręlatus. Aña. Regem cęlorum Dominū collaudemus q. nos iugiter gubernat, & saluat. Aña Gratias agimus tibi oṗs Deus qui religionē nr̄am splendore tanti sideris illustrare dignatus es. Cap. Dilect⁹. ℞. br. Os iusti. Hym.

IN cella cùm consisteret,
Ceu coruos ac vultures,
Iniquos cernit Spiritus
Sibi sæpè assistere.
Cùm quadam die psalleret,
Maligni eum spiritus
Cum repentino impetu
Immaniter afficiunt.
Post nimis dura verbera,
Dum hęc fudit alloquia,
Care Iesu, dilecte mi,
Quousque me reliqueris?
Omnes iniqui spiritus,
Diuino iussu fugiunt:
Mox Romualdus alacer
Ad cęptum opus remeat.
Nos miles inuictissime
Da in agone uincere,
Calcatis cunctis hostibus
Iungamur ut cęlestibus.
Te pater alme petimus
Totis cordis uisceribus,
Vt cęlum dones scandere
Quos terrā doces spernere.
Lætetur vniformiter
Ordo Camaldulensium,
Dum tanto patri pariter
Festiuum dat solatium.
Totis Christe uisceribus,
Tibiq; Patri canimus,
Vnà cum sancto Spiritu
Laudes per oē sęculum. Amē.

℣. Ora ꝓ nobis. Ad Bñs, Aña. Ora pro nobis inclyte pr̄ Dominum Iesum Christū: ut ipse sua gratia nos locet aula cęlica. Oro ut sup. Ad iij. Cap. Dilectus. ℣. Amauit. Ad vj. Cap.

Eccl. 45.

GLorificauit eū in conspectu Regum, & iussit illi coram populo suo, & ostendit illi gloriam suam. ℣. Os iusti.

Ad Nonam, Capitulum.

IN fide & lenitate ipsius sanctū fecit illū, & elegit eum ex oī carne. ℣. Lex Dei eius. Eccle 45.

Ad Vesp omnia ut in j. Vesp.

Ad Mag. Aña. Hodie cęlestia regna petijt beatus Romuald⁹: hodie cum Angelis exultat in cęlis, qui vitam Angelicam duxit in terris: gaudeamus itaque & collaudemus Dominū. Oratio vt supra. Deinde si sequenti die non occurat Dominica, vel festum duplex, etiam translatum, fit com. de SS. Geruasio, & Protasio Martyribus, alioquin hoc festum transfertur post octauam Apostolorū.

SS. GERVASII, & Protasij Martyrum Die 19. C.

Semiduplex. Oratio.

DEus qui nos annua sanctorum martyrum tuorū Geruasij, & Protasij solennitate lætificas: concede propitius: ut quorum gaudemus meritis, accēdamur exemplis. Per. Deinde fit cōmem. de sancto Syluerio Papa, & mar. Oratio. Infirmitatem. de cōi. L. v.

GEruasius, & Protasius, Vitalis & Valeriæ filii, quorum pater Rauennæ, mater Mediolani in Neronis ꝑsecutione pro Christi Domini fide martyrium subierunt, distributo

ſtributo pauperibus patrimonio domeſticos ſeruos libertate donarunt. Lectio vj.

QVo facto Gentiliũ ſacerdotes immane in illos cõceptũ odiũ habebãt. Quare cũ Auſtaſius comes in bellũ proficiſci vellet, hanc occaſionẽ perdẽdi pios fratres ſe nactos eſſe putauerunt. L. vij.

ITaque Auſtaſio perſuadent ſe à Dijs admonitos eſſe, nullo mõ eũ in bello uictorẽ futurũ, niſi Geruaſio & Protaſio coactis Chriſtum negare, eoſdẽ ad ſacra Dijs faciẽda compellerẽt. Quod cũ illi deteſtarentur, Auſtaſius imperauit Geruaſium cædi, dum inter vebera expiraret. Protaſiũ fuſtibus contuſum, ſecuri percuti iubet. Lectio viij.

QVorum corpora Philippus clàm ſuſtulit, & in ſuis ædibus ſepeliuit, q̃ poſtea Sãctus Ambroſius Dei monitu inuenta, in loco ſacro & inſigni collocanda curauit. Paſſi ſunt Mediolani tertio Kalendas Iulii.

In iij. Noct. Hom. in Euang. Deſcendẽs Ieſus de mõte. De cõi plur marty. Lec. xij.

SYluerius Cãpanus, poſt Agapitũ proximè pontifex creatus: cuius doctrina, & ſanctitas eluxit in inſectãdis hæreticis iuſſu Auguſtæ exulauit ĩ iſula Põtia: ubi breui incõmodis ęrũnisq; cõfect⁹ obdormiuit ĩ Domino duodecimo Kalẽdas Iulij. Cuius ſepulchrũ multis miraculis illuſtratum fuit, cùm menſes decem & ſeptem Eccleſiæ præfuiſſet.

In Lau. fit cõm. đ Oct. & S. Syluerio. Infr. Oct. S. Romual. Ad Matu. vſq; ad Lctões oĩa ut ĩ die feſti: Lctõnes tres ut ĩfra cũ ℟ ijs de feſto p ordinẽ ĩcipiẽdo à primo. In ij. noc. Añę & Pſ. vt ĩ feſto. Ca. & ℣. ut ad vj. Ad lau. & per horas oĩa ut in die feſti.

DIE SECVNDA infra Octa. S. Romualdi. Die 21 D.

De Hom. S. Iohan. Chryſ. L. j.

DIſcipulis quidẽ magna Dñs pollicet̃, dicens: Sup duodecĩ ſedes ſedebitis: ſublimiores enim iã facti nihil è caducis rebus petebãt. Ceteris aũt hæc ẽt præſentia pollicet̃, dicens: Quicũq; dimiſerit fratres aut ſorores, aut p̃rem, aut m̃rem, aut uxorem, aut filios aut agros, aut domũ g̃ra noĩs mei, centuplum accipiet, & uitam æternam poſſidebit. L. ij. Ex eadẽ ho. 65. ſub init.

CErtè ne q̃s illud audiẽs, diſcipulis, ut maxima in futuro præmia cõſequãtur, datũ ſolùmmodo credat: ea p̃p latiùs

latiùs orõnẽ p̃duxit & ad vniuerſum orbem pollicitationẽ extendit, ita vt à p̃ſentibus futura cõfirmet. Sic & diſcipulis, cũ ĩpfectiores à primis cunabulis adhuc eſsẽt, q̃ ad hãc vitam pertinent offerebat. L. iij.

NAm quando à mari, & à piſcandi artificio remouit, nullam cęleſtium fecit ſedium mentionẽ, ſed huius vitæ præſtãtiã commemorabat, dicens: Hoĩum vos faciã piſcatores: poſtq̃ verò ſublimiores fecit, de cęleſtib⁹ diſſerit. Quid eſt aũt qđ dicit, Iudicãtes duodecim trib⁹ Iſrael? Nihil aliud p̃fectò, quàm condemnãtes

Ad Veſp. Cõmemoratio S. Paulini Epi & confeſ. Orõ. Da q̃s. de cõi confeſſ. Pont. fol. 455.

DIE TERTIA infra Octa. S. Romualdi. Die 22 E.

De Hom. S. Iohan. Chryſ. Le. j.

QVemadmodum Reginã Auſtri, & Niniuitas cõdemnaturos generationem illã aſſeruit, ſimili quodam modo diſcipuli non gentes, non vniuerſum orbem, ſed tribus Iſrael condẽnabunt. Nam q̃m eiſdem, & legibus, & inſtitutis viuendi, tã Iudæi, quàm Apoſtoli educati fuerunt, cùm Iudæi dicturi ſint, idcirco ſe credere Chriſto nõ potuiſſe, quia mãdata legis ſeruare iubebantur, diſcipulis in medium productis, à quibus & lex ſuſcipiebatur, & fides Chriſto adhibita eſt, omnes Iudæos condemnabit: p̃pterea enim dicebat, Iudices veſtri futuri ſunt. L. ij. Exhò. 65. longiꝰ ab initio.

SEd quid præcipuè pollicetur ipſis, inquies? Si quid Niniuitę, & Regina non habebunt, id etiam Diſcipuli poſſidebunt. Multa quoque alia in ſuperioribus iſtis obtulit, & in ſequẽtibus pollicetur, quàmuis aliquid occultiùs in hoc etiam ſignificat̃, maiora iſtos illis habituros: de illis enim ſimpliciter dicitur, quia viri Niniuitæ reſurgent, & condẽnabunt hanc generationem, Regina quoque Auſtri ſimiliter: De iſtis verò non ita ſimpliciter: ſed, Quando filius hominis in ſede maieſtatis ſedebit, tunc & vos ſedebitis ſuper duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Iſrael.

Pro S. Paulino Epiſcopo. L. iij.

PAulinus Nolæ Epiſcopus vaſtata à Vãdalis Campania, omnem facultatem in alẽdos pauperes, & captiuos rediмendos contulit: & conſumptis rebus in officio pietatis, ſe ipſum pro filio cuiuſdã viduæ in ſeruitutẽ tradidit: inde diuinitùs

uinitùs ereptus cum suis conciuibus, Nolā reuersus est ad Episcopale officium, in quo cùm verbo & exemplo oēs ad pietatem Christianam inflam maret, laterum dolore correptus, animam Deo reddidit.

Die 23 F. IN VIGILIA SANCTI Iohannis Baptistæ.

Totū offic. de Oct. S. Romual.

De Homilia Sancti Iohannis Chrysostomi. Lectio prima.

Ex eadē Homi. 65 circa med.

CVm Domin⁹ dicit, Quicumq; reliquerit vxorē, non simpliciter præcipit dirimenda esse matrimonia, sed sicut in superioribus dicebat: Qui perdit animam suam inueniet ipsam: non vt nosmetipsos interimamus, neque vt animam nostram violenter à corpore disiungamus: sed ut religionis pietatem cęteris oībus anteferamus: ita de vxore quoque ac fratribus intelligēdum est. Lectio secunda.

Mihi autem persecutiones hic occultiùs significare videtur: multi enim à parentibus filij, multi mariti ab vxoribus ad impietatem trahebantur: quæ cùm facere conarētur, ait, nec vxoris loco, nec parentis habeantur: quod & Paulus consulebat, dicens: Si verò infidelis separetur, licet.

Lectio sancti Euangelij secundùm Lucam. Lectio tertia. Cap. 1

FVit in diebus Herodis Regis Iudææ, sacerdos quidam, nomine Zacharias, de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomē eius Elisabeth. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosij Epi.

Ex lib. 1. com. in eundem.

DOcet nos scriptura diuina, non solùm mores in ijs, qui prædicabiles sunt, sed etiam parentes oportere laudari: vt veluti transmissa īmaculatę puritatis hęreditas ī ijs, quos volumus laudari pręcellat: Quę enim alia intētio hoc loco Sancti Euangelistæ nisi vt Sanctus Iohannes Baptista nobilitetur parentibus, miraculis, morib⁹, munere passionis? Sic etiam Sancti Samuel mater Anna laudatur: sic Isaac à parentibus nobilitatem pietatis accepit, quam posteris dereliquit. Sacerdos itaque Zacharias, non solùm sacerdos, sed etiam de vice Abia, id est, nobilis inter superiores semine. Et vxor inquit, eius de filiabus Aaron.

Pro cōmemoratione Vigiliæ in Laudibus. Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus: vt familia tua per uiam salutis incedat: & beati

beati Iohānis præcursoris hortamenta sectando, ad eū quē prædixit secura perueniat Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecū.

Die 24 G. IN NATIVITATE sancti Iohannis Baptistæ.

Duplex 1.

Ad Vesp. Aña. Ipse præibit ante illum in spiritu & uirtute Eliæ, parare Domino plebē perfectā. ps. Dixit Dñs. cum rel. de Dñica. 66. Aña. Iohānes est nomen eius: uinum & sicerā nō bibet, & multi ī natiuitate eius gaudebunt. Aña. Ex utero senectutis & sterili Iohānes natus est pcursor Dñi. Aña. Nazaręus uocabit puer iste, uinum & siceram non bibet, & oē immūdū nō mānducabit ex utero mris suæ. Cap.

Isa. 49

AVdite Insulæ, & attendite populi de longe: Dominus ab utero uocauit me, de uentre matris meæ recordatus est nominis mei. ℟. br. Fuit homo M issus à Deo. ℣. Cui nomen erat Iohannes M issus. G loria patri. Fuit homo. Hymnus.

Paul⁹ Diaconus.

VT queant laxis resonare fibris
Mira gestorum famuli tuorū,
Solue polluti labij reatum
Sancte Iohannes.

Nūcius celso veniēs olympo,
Te patri magnum fore nasciturum,
Nomen, & uitæ seriem gerēdę
Ordine promit.

Ille promissi dubius superni,
Perdidit promptæ modulos loquelæ:
Sed reformasti genitus peremptæ
Organa vocis.

Ventris obstruso recubans cubili
Senseras Regem thalamo manentem:
Hinc parens nati meritis uterque
Abdita pandit.

Gloria Patri, genitęq; Proli,
Et tibi cōpar utriusq; semper
Spiritus alme, Deus un⁹ omni
Tempore secli. Amen.

℣. Iste puer magnus coram Domino. ℟. Nam & manus eius cū ipso est; Ad Mag. Aña. Ingresso Zacharia templum Domini, apparuit ei Gabriel Angelus, stans à dextris altaris incensi. Oratio.

DEus qui præsentē diem honorabilem nobis in beati Iohannis natiuitate fecisti: da populis tuis spiritalium gratiam gaudiorum & oīum fidelium mentes dirige in uiā salutis æternæ. Per Dominū.

De Octa. S. Romualdi non fit comme. in utrisque Vesp. nec in Laudibus. Ad Matutinum, Inuitatorium. Regem Præcursoris Dominũ. Venite adoremus. ps. Venite. f. 9. Hym.

Paulo Diaconus.

Antra deserti teneris sub annis
Ciuium turmas fugiẽs petisti,
Ne leui saltem maculare uitã
Famine posses.

Præbuit hirtum tegumen camelus
Artubus sacris, strophium bidentes
Cui latex haustum, sociata pastum
Mella locustis.

Cęteri tantùm cecinere Vatũ
Corde præsago iubar affuturum:
Tu quidem mundi scelus auferentem
Indice prodis.

Non fuit uasti spatium per orbis
Sanctior quisquam genitus Iohanne,
Qui nefas secli meruit lauantem
Tingere lymphis.

Gloria Patri, genitęq;. vt sup.

In j. Noct. Aña. Priusquàm te formarem in utero, noui te: Et anteq̃ progredereris sanctificaui te. ps. Beatus uir. f. 1. Aña. Ad omnia quę mittam te, dicit Dominus, ibis: ne timeas: & quę mandauero tibi loqueris ad eos. ps. Quare fremue. f. 1. Aña. Ne timeas à facie eorum, quia ego tecũ sum, dicit dñs. ps. Cum inuocarẽ. fol. 76 Aña Misit Dominus manũ suam, & tetigit os meũ, & prophetam in gentibus dedit me Dominus. ps. Verba mea. fol. 27. Aña. Ecce dedi uerba mea in ore tuo: ecce cõstitui te super gẽtes & regna. ps. Domine Dominus noster. fol. 4. Aña. Dominus ab utero uocauit me, de uentre matris meę recordatus est nominis mei. ps. In Domino confido. folio 5. ℣. Fuit homo missus a Deo. ℟. Cui nomẽ erat Iohannes.

Incipit Ieremias ꝓpheta. L. j. Verba Ieremiæ. Quę habetur ĩ Dominica de passione. 188.

℟. j. Fuit homo missus à Deo cui nomen erat Iohãnes. Hic uenit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, & pararet Domino plebem perfectam. ℣. Erat Iohannes in deserto pręd icans baptismum pœnitentię. Hic uenit. ℟. ij. Elisabet Zacharię magnum uirum genuit Iohannẽ Baptistam præcursorem Dñi.

Qui viam Domino præparauit in Eremo. ℣. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Iohannes. Qui viã Domino. ℟. iij. Priusquàm te formarẽ in vtero, noui te, & antequàm exires de vẽtre sanctificaui te. Et prophetam in gentibus dedi te. ℣. Vir dilectus à Deo, & hominibus honoratus est. Et prophetam in gentibus. ℟. iiij. Descẽdit Angelus Dñi ad Zachariam, dicens: Accipe puerum in senectute tua. Et habebit nomen Iohannes Baptista. ℣. Iste puer magnus coram Domino: nam & manus eius cum ipso est. Et habebit. Gloria Patri, Et habebit.

In ij. noct. Aña. Posuit os meũ Dominus quasi gladium acutum, sub vmbra manus suæ ꝓtexit me. ps. Domine quis habita. fol. 6. Aña. Formans me ex vtero seruum sibi Dominus, dicit: Dedi te in lucẽ gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. ps. Domine in virtute. fol. 9. Aña. Reges videbunt, & consurgẽt Principes, & adorabũt Dominum Deum tuum, qui elegit te. ps. Benedicam Dominũ. fol. 21. Aña. Ipse præibit ante illum in spiritu, & virtute Eliæ, parare Domino plebem perfectã. ps. Exaudi Deus orationem meam cùm depr. fol. 38. Aña. Ex vtero senectutis, & sterilis Iohannes natus est præcursor Domini. ps. Te decet. fol. 38. Aña. Erit enim magnus corã Domino, nam & manus eius cum ipso est. ps. Bonum est. fol. 50. ℣. Inter natos mulierum non surrexit maior. ℟. Iohanne Baptista.

Sermo S. Augustini Epi. L. v.

Ser. Nat eiu ĩ in

Post illum sacrosanctũ Domini natalis diem, nullius hominis natiuitatẽ legimꝰ celebrari, nisi solius Iohannis Baptistæ. In alijs sanctis, & electis Dei nouimus illum diem coli, quo illos post consummationem laborum, & deuictum triumphatũq; mundum in perpetuas æternitates præsens hæc vita parturijt. ℟. Hic est præcursor dilectus, & lucerna lucens ante Dominũ. Ipse est enim Iohannes, qui viam Domino præparauit in Eremo, sed & Agnum Dei demõstrauit, & illuminauit mẽtes hominum. ℣. Ipse præibit ante illum in spiritu, & virtute Eliæ. Ipse. Lectio sexta.

In alijs consummata vltimi diei merita celebrantur: In hoc etiam prima dies & ipsa Iohannis initia con-

consecrantur: pro hac absque dubio causa, quia per hũc Dñs aduẽtum suũ, ne subitò insperatum homines nõ agnoscerent voluit esse testatũ. Iohannes autem figura fuit veteris testamenti, & in se prætulit formam legis, & ideò prænũciauit Saluatorem, sicut lex gratiam præcucurrit. ℟. Innuebant patri eius quem vellet vocari eum, & postulans pugillarem, scripsit dicens: Iohãnes est nomen eius. ℣. Apertum est os Zachariæ, & prophetauit, dicens. Iohannes. L. vij.

QVód autem nõ dum natus de secreto materni vteri prophetauit, & expers lucis iàm testis est veritatis, hoc est intelligendum; quòd latens sub velamine, & carne literæ, & Redemptorem mundo spiritu prædicauit, & nobis Dñm Deum nostrũ de quodã legis vtero proclamauit. Ergo quia Iudæi errauerunt à ventre, idest, à lege, quę Christo grauida erat, errauerunt à vẽtre, locuti sunt falsa. Ideò hic venit in testimoniũ: vt testimonium perhiberet de lumine. ℟. Præcursor Domini venit, de quo ipse testatur: Nullus maior inter natos mulierum Iohanne Baptista. ℣. Hic est enĩ Propheta, & plusquàm Propheta, de quo Saluator ait. Nullus. Lectio viij.

QVód autem Iohannes in carcere cõstitutus ad Christum discipulos suos destinauit, lex ad Euangelia transmisit: quæ lex iuxtà typũ Iohannis, quasi ignorãtiæ clausa carcere, in obscuro & in occulto iacebat: & Iudaicæ cęcitatis sensus intra literam tenebatur inclusus. De hoc beatus Euãgelista proloquitur: Ille erat lucerna ardens, & lucẽs, idest, Spiritus sancti igne succensus, vt mundo ignorantiæ nocte possesso lumen salutis ostẽderet. ℟. Gabriel Angelus apparuit Zachariæ dicens: Nascet tibi filius, nomen eius Iohannes vocabitur: Et multi in natiuitate eius gaudebũt. ℣. Erit enim magnus coram Dño, vinũ & sicerã nõ bibet. Et mul. In iij. noct. Añã. Pro eo quòd nõ credidisti verbis meis, eris tacens, nec poteris loqui vsq; in diem natiuitatis eius. Cãt. Beatus vir. cum reliq. ℣. Elisabeth Zachariæ magnũ virum genuit. ℟. Iohannem Baptistam præcursorem Dñi. Lect. S. Euãg. ſm Lucam. L. ix.

Cap. 1 ELisabeth impletum est tẽpus pariendi, & peperit filium

lium: Et audierunt vicini, & cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosij Epi.

Ex li. 2 cõm. ĩ Lucã. PEperit filium Elisabeth, & congratulabantur vicini. Habet sanctorum editio lætitiam plurimorum; quia commune est bonũ. Iustitia enim communis est virtus, & ideò in ortu iusti futuræ vitæ insigne præmittitur, & gratia secuturæ virtutis exultatione vicinorum præfigurante signatur. Pulchrè autem tempus, quo fuit in vtero Propheta, describitur, ne Mariæ præsentia taceatur: sed tẽpus siletur infantiæ, eò quòd præsentia Domini matris in vtero roboratur, qui infantiæ impedimẽta nesciuit. ℟. Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna, dicit Dñs: Vt euellas, & destruas, & ædifices, & plantes in nomine Domini. ℣. Tu puer Propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciẽ Domini parare vias eius. Vt euellas, & destr. Lectio x.

ET ideò in Euangelio nihil super eo legimus, nisi ortum eius, & oraculum, exultationem in vtero, & vocem in deserto. Neque vllã infantiæ sensit ætatem, qui supra naturam, supra ætatem, in vtero situs matris à mensura perfectæ cępit ætatis plenitudinis Christi. ℟. Ipse præibit ante illũ in spiritu, & virtute Eliæ. Vt cõuertat corda patrum in filios, parare Domino plebem perfectam. ℣. Erit enim magnus coram Domino, & Spiritu sancto replebitur. Vt cõuertat corda. Lectio xj.

MIrè sanctus Euangelista præmittendum putauit, quòd plurimi infantem patris nomine Zachariam appellandum putarunt, vt aduertas matri non nomen alicuius displicuisse degeneris, sed id ei sancto infusum Spiritu, quod ab Angelo antè Zachariæ fuerat prænunciatum. Et quidem ille mutus intimare uocabulũ filij nequiuit vxori: sed p Prophetiã didicit Elisabeth, quod nõ didicerat à marito. ℟. Tu puer Propheta Altissimi uocaberis: præibis enim ante faciem Domini, Parare vias eius. ℣. Ad dandam scientiã salutis plebi eius ĩ remissionẽ peccatorum eorum. Parare vias eius. Lectio duodecima.

IOhannes, inquit, est nomen eius. Hoc est, non ei nos no-

men imponimus, qui iam à Deo nomen accepit. Habet vocabulum suum, quod agnouimus, non quod elegimus. Habent hoc merita Sanctorũ, vt à Deo nomen accipiant. Sic Iacob Israel dicitur, quia Deũ vidit: sic Dominus noster Iesus nominatus est, antequàm natus, cui non Angelus, sed Pater nomẽ imposuit. ℟. Inter natos mulierum non surrexit maior Iohanne Baptista, Qui viam Domino præparauit in Eremo. ℣. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Iohãnes. Qui. Gloria. Qui.

Sequentia S. Euãge. sm̃ Lucã.

Cap. 1. b ed. Elisabeth impletum est tempus pariendi, & peperit filiũ. Et audierunt vicini, & cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa, & cõgratulabantur ei. Et factũ est, in die octauo venerunt circũcidere puerum, & vocabant eũ nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius dixit: Nequaquàm, sed uocabit Iohannes. Et dixerunt ad illã: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius quem uellet uocari eũ. Et postulans pugillarem, scripsit, dicens: Iohannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi: Apertum est autem illicò os eius, & lingua eius, & loquebatur, benedicens Deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Iudeę diuulgabantur omnia uerba hęc. Et posuerunt omnes, qui audierant, in corde suo dicentes: Quis putas, puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo. Et Zacharias Pater eius impletus est Spiritu sancto, & prophetauit, dicẽs: Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. ℟. Amen.

Ad Laudes, & per Horas. Añа.

Elisabeth Zachariæ magnum uirum genuit Iohannem Baptistam præcursorem Domini. ps. Dñs regn. cum rel. fol. 18. Aña. Innuebant patri eius quẽ uellet uocari eum: & scripsit dicens: Iohannes est nomen eius. Aña. Iohannes uocabitur nomen eius, & ĩ natiuitate eius multi gaudebunt. Aña. Inter natos mulierum non surrexit maior Iohanne Baptista. Aña. Tu puer Propheta Altissimi uocaberis: prębis ante Dominum parare

parare vias eius. Capit. Audite insulæ. ℟. br. Inter natos mulierum, Non surrexit maior. ℣. Iohanne Baptista. Nõ. Gloria Patri. ℟. Inter. Hym.

Paul⁹ Diaconus.

O Nimis fęlix, meritique celsi,
Nesciens labẽ niuei pudoris,
Præpotens martyr, Eremique cultor, Maxime vatum.
Serta ter denis alios coronãt,
Aucta crementis, duplicata quosdam,
Trina centeno cumulata fructu Te sacer ornant.
Nũc potẽs nr̃i meritis opimis
Pectoris duros lapides repelle,
Asperum planans iter, & reflexos Dirige calles.
Vt pi⁹ mũdi sator, & redẽptor,
Mẽtibus pulsa luuione puris,
Ritè dignetur veniens sacratos Ponere gressus.
Laudibus Ciues celebrant superni
Te Deus simplex, pariterque trinè:
Supplices & nos veniã precamur, Parce redẽptis. Amẽ.

℣. Iste puer. Ad Bñs, Antiph. Apertum est os Zachariæ, & prophetauit, dicẽs: Benedict⁹ Deus Israel. Ad iij. Cap. Audite. ℣. Fuit homo. Ad vj. Ca.

Et nunc hæc dicit Dominus, formans me ex utero seruum sibi: Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. ℣. Inter natos. Ad ix. Capitulũ.

Isa. Reges videbunt, & cõsurgent Principes, & adorabunt Dominum Deum tuum & sanctũ Israel, qui elegit te. ℣. Elisabeth Zachariæ.

Ad Vesp. omnia vt in j. Vesp. Ad Mag. Aña. Puer, qui natus est nobis, plus quàm propheta est: hic est enim, de quo Saluator ait: Inter natos mulierũ nõ surrexit maior Iohã. Bapt.

Infra Oct. S. Iohãnis Baptistę. Ad Mat. vsq; ad Lectiones, vt ĩ festo. Lect. tres de Hom. vt ĩ f. In ij. Noct. Añæ, & Psal. vt in festo, Cap. & Vers. vt ad Sextã. Ad Laudes, & per Horas, vt in festo. Et fit commemoratio de Octaua sancti Romualdi.

PRIMA DIE

Infra Octauã Natiuitatis sancti Iohannis Baptistæ.

De Hom. S. Ambrosij Epi. L. j.

Apertum est autem illicò os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deũ: Credamus & nos igitur, vt loquamur: vt lingua nostra, quæ incredulitatis vinculis est ligata, rationis voce soluatur. Scribamus Spiritu mysteria, si volumus loqui. Scribamus

prænuncium Christi, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Etenim qui Iohannem loquitur, Christū prophetat. Lectio ſecunda.

LOquamur Iohannem, loquamur & Christum: vt noſtrum quoque os poſſit aperiri, quod in Sacerdote tanto, irrationalis modo pecudis, fręna nutantis fidei coercebant. Et Zacharias pater eius impletus eſt Spiritu ſancto, & prophetabat. Vide quàm bonus Deus, & facilis indulgere peccatis: non ſolùm ablata reſtituit, ſed etiā inſperata concedit. Ille dudum mutus prophetat. Hæc enim gratia Dei maxima: quòd eum, qui negauerat confitetur. Lectio iij.

NEmo ergo diffidat, nemo veterum conſcius delictorum prȩmia diuina deſperet. Nouit Dominus mutare ſententiā, ſi tu noueris mutare delictū. Et tu puer Propheta Altiſſimi vocaberis. Pulchrè cū de Dño ꝓphetaret, ad Prophetam ſuum verba conuertit, vt hoc quoque eſſe beneficium Domini deſignaret.

Die 26 B. OCTAVA S. ROMVALDI. Duplex 3.

Ad Veſp. Omnia vt in j. Veſp. feſti cum commemo. Octauæ ſancti Iohannis Baptiſtæ.

Ad Matut. omnia vt in feſto præter Lectiones ij. Noct. quę legunt̃ de ſermone. Deridet. Vt in communi. fol. 464.

Ad Laudes, & per Horas, vt in feſto cū cōm. Octa. S. Iohānis.

Ad Veſp. oīa vt ī ij. Veſp. feſti. Deīde fit cōm. de SS. Martyribus, niſi ſequenti die occurrat Dominica, quia tunc fit de ea & feſtum transfertur poſt Octauam apoſtolorum.

Pro SS. Martyribus Iohanne, & Paulo. Aña. Aſtiterunt iuſti ante Dominum, & ab inuicē non ſunt ſeparati: calicem Domini biberunt, & amici Dei appellati ſunt. Oratio.

QVæſumus omnipotens Deus: vt nos geminata lętitia hodiernę feſtiuitatis excipiat, quę de beatorum Iohānis, & Pauli glorificatione procedit: quos eadem fides, & paſſio verè fecit eſſe germanos. Per Dominum noſtrum.

Poſtea fit cōm. de Oct. S. Ioh.

Die 27 C. SS. IOHANNIS, ET PAVLI Martyrum. Semiduplex.

Omnia de Cōmuni, exceptis his quæ hic ſunt propria.

In j. Noct. Lectiones de Cōi. vide! Fratres: Debitores. 451.

℞. j. Iſti ſunt duo viri miſericordiæ, qui aſſiſtūt ante Dñm Dominatorē vniuerſæ terræ. ℣. Iſti ſunt duæ oliuæ, & duo candelabra lucentia ante Dominum. Dominatorem.

℞. ij. Vidi coniunctos viros habentes ſplendidas veſtes, & Angelus Dñi locut⁹ eſt ad me, dicens: Iſti ſunt viri ſancti facti amici Dei. ℣. Vidi Angelum Dei fortem, volantē per medium cęlum, voce magna clamantem, & dicentem: Iſti.

℞. iij. Tradiderūt. cū rel. per ordinem de Cōi. Lec. v.

IOhannes, & Paulus fratres Romani, cū ſuis facultatibus pauperes Chriſti alerent: à Iuliano Apoſtata in numerū familiariū ſuorum inuitati, liberè negauerunt, ſe apud eū eſſe velle qui à Ieſu Chriſto defeciſſet. Quibus ille ad deliberādum deces dies prȩfinit, vt niſi ad eam diem ei adhȩrere, & Ioui ſacrificare cōſtituerīt, ſibi moriēdū eſſe certò ſciāt. L. vj.

ILli intra id tēp⁹ reliqua ſua diſtribuerunt pauperibus, quò expeditiores ad Dominū migrare poſſent. Die decima Terentianus prȩtoriæ cohortis prȩfectus ad eos miſſus cū allata Iouis effigie, vt eam venerarentur: Imperatoris mandatum eis exponit: vt niſi Ioui cultū adhibeat, moriant̃. L. vij.

QVi, vt erant orantes reſponderunt ſe pro Chriſti fide non dubitanter mortem ſubituros. At Terētianus veritus, ne, ſi publicè interficerentur, populus commoueretur: domi vbi tunc erant, abſciſſis eorum capitibus ſexto Kalendas Iulij ſecretò eos ſepeliendos curauit, rumoremque ſparſit, Iohannem, & Paulum in exilium eiectos eſſe. Lectio octaua.

VErùm eorum mors à ſpiritibus immūdis, qui multorum corpora vexabant, peruulgata eſt: in quibus Terentiani filius & ipſe oppreſſus à Dȩmone ad ſepulchrum martyrum perductus liberatus eſt. Quo miraculo, & is in Chriſtum credidit, & eius pater Terentianus: à quo etiā horum beatorum martyrum vita ſcripta eſſe dicitur.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Lucam. Lectio ix.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Attendite à fermento Phariſȩorum: quod eſt hypocriſis. Et reliq. Ca. 1

Homil. Venerab. Bedæ p̄sbyt.

DE hoc fermēto Apoſtolus præcepit. Itaq; epulemur, non in fermento ueteri, neque in fermento malitię, Ex li cōm eunc Ca. ĩ init

 &

& nequitiæ, sed in azymis sinceritatis, & ueritatis. Nam sicut modicum fermentum totam farinæ, cui inijcitur, massam corrumpit, uniuersamq; mox conspersionem sui sapore cõmaculat: sic nimirum simulatio, cuius semel animum imbuerit, tota virtutum sinceritate, & veritate fraudabit. Lect. x.

Nihil autem opertum est, quod non reueletur, neque absconditum, quod non sciatur. Et quomodo in præsenti seculo multorum diu latet hypocrisis? Ergo de futuro tẽpore intelligendum est, quando iudicabit Deus occulta hominum. Est ergo sensus: Attẽdite, ne æmulemini simulatores, quia veniet profectò tempus in quo, & vestra virtus omnibus, & eorum reueletur hypocrisis. Lectio vndecima.

Verũ quod sequitur, Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: non solùm in futuro, quando cuncta cordium abscondita proferentur ad lucem, sed & in præsenti tempore potest congruenter accipi: quoniã q̃ inter tenebras quondam pressurarũ, carcerumque vmbras, vel locuti, vel passi sunt Apostoli, nunc clarificata per orbẽ Ecclesia; lectis eorum actibus publicè prædicantur. Lectio xij.

Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Si persecutores Sanctorũ, occisis corporibus, non habent amplius quid contra illos agãt, ergo superuacua furunt insania, qui mortua martyrum membra feris auibusq; discerpenda proijciũt, cùm nequaquàm omnipotentiæ Dei, quin ea resuscitando viuificet, obsistere possint. ℟. Hæc est vera fraternitas.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.


In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Attendite à fermento Phariseorum, quod est hypocrisis. Nihil opertum quod non reueletur, neque absconditum, quod non sciatur: quĩa quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur, & quod in aure locuti estis in cubilibus, p̄dicabitur in tectis. Dico autẽ vobis amicis meis: Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habẽt amplius quid faciant. Ostendam autem vobis, quem timeatis. Ca. 12 i init.

Timete

Timete eum, qui postquàm occiderit, habet potestatẽ mittere in gehennam. ita dico uobis, hunc timete. Nõne quinque passeres ueneunt dipondio, & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis uestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos. Dico autem vobis: Omnis quicunque confessus fuerit me corã hominibus, & Filius hominis cõfitebitur illũ coram Angelis Dei. ℟. Amẽ.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

Paulus, & Iohannes dixerunt Iuliano: nos unum Deum colimus, qui fecit cęlũ, & terram ꝑs. Dominus regn. cum rel. fol. 18. Aña. Paulus, & Iohannes dixerunt Terentiano: si tuus Dominus est Iulianus, habeto pacem cum illo: nobis alius non est, nisi Dominus Iesus Christus. Aña. Iohannes, & Paulus agnoscentes tyrannidem Iuliani, facultates suas pauperibus erogare cęperunt. Aña. Sancti Spiritus, & animæ iustorum hymnum dicite Deo, hallel. Aña. Iohannes & Paulus dixerunt ad Gallicanum: Fac votum Deo cęli, & eris uictor meliꝰ quã fuisti. Ad Bñs, Aña. Isti sunt sancti qui pro Christi amore minas hominum contempserũt: sancti Martyres in regno cœlorũ exultant cum Angelis. O quã pretiosa est mors sanctorum, qui assiduè assistunt ante Dominum, & ab inuicem non sunt separati.

Deinde fit comm. de Octaua. In ij. Vesp. Aña. Paulus & Iohannes. cum reliq. de Laudibus Psal. de Cõmuni. A Cap. fit de sancto Leone. Et si uenerit in Dñica, trãsferatur post Octauam Apostolorũ.

S. LEONIS PAPÆ. Semiduplex.

Oratio.

Deus qui beatum Leonem Pontificem Sanctorũ tuorum meritis coęquasti: concede propitius: vt qui cõmemorationis eius festa percolimus, vitę quoque imitemur exempla. Per Dominum nostrum Iesum Christum filiũ tuum.

Pro Martyribus. Antiphona.

Isti sunt duæ oliuæ, & duo cãdelabra lucentia ante Dominum: habent potestatem claudere cœlum nubibus, & aperire portas eius: quia linguę eorum claues cœli factæ sunt.

Deinde fit commemoratio de Octaua. Lectio quinta.

Leo secundus Põtifex Maximus, Siculus, humanis

&

& diuinis literis Grecè, & Latinè doctus, musicis etiam eruditus fuit. Ipse enim sacros hymnos, & psalmos in ecclesia ad concentum meliorem reduxit. Idem instituit ut in Missæ sacrificio pacis osculũ populo daretur. Lectio vj.

PRobauit acta sextę Synodi quæ Constantinopoli celebrata est, pręsentibus legatis Apostolicæ sedis, Constantino Imperatore, & duobus Patriarchis, Constantinopolitano, & Antiocheno, ac ducẽtis octoginta nouem Episcopis. Quam & in latinum transtulit: In quo Concilio Cyrus, Sergius, & Pyrrhus condemnati sunt: unam tantummodò volũtatem & operationem in Christo pędicantes. Lect. vij.

HIc fregit superbiam Antistitum Rauennatũ, qui Exarchorum freti potẽtia, sedi Apostolicæ non obtemperabant. Quamobrem decreuit ut electio Cleri Rauennatis irrita esset, nisi Romani pontificis auctoritate comprobaretur. Verè pater pauperum fuit: non enim pecunia solùm, sed opere, labore, & consiliis egentiũ uiduarum, & pupillorum inopiam ac solitudinem subleuabat. Lectio octaua.

QVi dum singulos nõ magis prædicatione, quàm uita ad piè, sanctèq; uiuendũ adhortaretur, mense sui pontificatus decimo, & diebus decem & septem obdormiuit in Domino. Sepultus est ĩ Basilica S. Petri Quarto Kalendas Iulii, ordinatione una mense Iunio creauit Presbyteros nouẽ, Diaconos tres, Episcopos in diuersis locis uiginti tres.

In iij. Noct. Hom. in Euange. Homo quidam. de eodem cõmuni vltima lectio de uigilia Apſorum Petri, & Pauli. Lectio sancti Euangelij secundùm Iohannem. Lectio xij.

Ca. 1. IN illo tpe: Dixit Iesus Simoni Petro: Simõ Iohannis diligis me plus his? Et reliqua. Homilia S. Augustini Epi.

Ex tract. 123. ĩ eũd. ĩ med. REdditur negationi trinæ trina confessio: ne minùs amori lingua seruiat, quàm timori: & plus uocis elicuisse ui deatur mors imminens, quã uita ꝑsens: & sit amoris officiũ pascere dominicum gregem, si fuit timoris indicium negare pastorẽ. Qui hoc animo pascunt oues Christi, ut suas uelint esse non Christi; se cõuincunt amare nõ Christum: uel gloriandi, uel dominandi, vel acquirendi cupiditate, non obe-

diendi, & subueniendi, & Deo placendi charitate.

In Laud. pro cõmemora. Vigiliæ Aña ad Bñs, & ℣. de Psalterio, vt in fer. occurrẽte Oro.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus: vt nullis nos ꝑmittas perturbationibus concuti, quos in Apostolicæ confessionis petra solidasti. Per.

Die 29 B. IN FESTO SS. APOST. Petri, & Pauli. Duplex 1.

Ad Vesperas, Aña. Petrus, & Iohannes. cum rel. de Lau. ps. Dixit Dominus. cum reliquis de Dominica. 66. Capitulum.

Act. 12 MIsit Herodes Rex manus, vt affligeret quosdam de Ecclesia: occidit autem Iacobum fratrem Iohãnis gladio. Videns autem quia placeret Iudæis, apposuit, vt apprehenderet & Petrum. ℟. breue. In omnem terram. Hymnus.

Elpis vxor Bohetij. AVrea luce, & decore roseo
Lux lucis omne perfudisti seculum,
Decorans cœlos inclyto martyrio,
Hac sacra die, quæ dat reis veniam.
Ianitor cœli, Doctor orbis pariter,
Iudices secli, vera mundi lumina,
Per crucem alter, alter ense triumphans,
Vitę senatũ laureati possident.
O fęlix Roma quæ tantorum Principum
Es purpurata ꝑtioso sanguine:
Non laude tua, sed ipsorum meritis
Excellis omnem mundi pulchritudinem.
Sit Trinitati sempiterna gloria,
Honor, potestas, atq; iubilatio
In vnitate, cui manet imperium,
Ex tũc & modò per æterna secula. Amen.

℣. Annunciauerunt.

Ad Magnificat, Antiphona. Tu es pastor ouium princeps Apostolorum, tibi traditæ sunt claues regni cęlorum. Oratio.

DEus, qui hodiernã diẽ Apostolorum tuorum Petri & Pauli martyrio consecrasti: da ecclesiæ tuæ eorum in omnibus sequi pręceptum: per quos religionis sumpsit exordiũ. Per Dominum nostrum.

Hac & sequenti die non fit cõmemo. S. Pauli, cùm oratio sit communis, nec Octauæ Sancti Iohannis Baptistæ.

Ad Matutinum, Inuitatoriũ: Hym. Antiphonæ, Psalmi, & Versiculi nocturnorum dicũtur

tur de communi Apostolorū.

De Actibus Apostolorum. L. j.

Ca. 3. in ini. PEtrus aūt & Iohannes ascē debant in templum ad horam orationis nonam. Et quidā vir qui erat claudus ex vtero matris suæ, baiulabatur, quem ponebant quotidie ad portam tēpli, quæ dicitur Speciosa, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. ℟. Simon Petre, antequàm de naui vocarem te, noui te, & super plebem meam principem te constitui: Et claues regni cęlorum tradidi tibi. ℣. Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Et claues regni cœlorum. Lectio secunda.

IS cùm vidisset Petrum & Iohannem incipientes introire in templum, rogabat, vt eleemosinam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Iohanne dixit: Respice in nos. At ille intēdebat in eos sperās se aliquid accepturum ab eis. ℟. Si diligis me Simon Petre, pasce oues meas: Dn̄e tu nosti, quia amo te, Et animam meā pono pro te. ℣. Si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Et animam meam. L. iij.

PEtrus autem dixit: Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Et apprehensa manu eius dextera, alleuauit eum. Et protinùs consolidatæ sunt bases eius, & plantæ: & exiliens stetit, & ambulabat. Et intrauit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum. ℟. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi nō præualebunt aduersus eam, Et tibi dabo claues regni cęlorum. ℣. Quodcūque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum, & in cęlis. Et tibi. Lectio quarta.

ET vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem Deum (Cognoscebāt autem illum, quoniam ipse erat qui ad eleemosynā sedebat ad Speciosam portam templi) Et repleti sunt stupore, & extasi in eo, quod contigerat illi. Cùm teneret autē Petrum, & Iohannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticum, quæ appellatur Solomonis stupentes. ℟. Dn̄e si tu es, iube me venire ad te super aquas. Et ex-

Et extendens manum apprehendit eum, & dixit Iesus: Modicæ fidei quare dubitasti? ℣. Cumque uidisset uentum ualidum uenientem, timuit: & cùm cępisset mergi, clamauit dicens: Domine saluū me fac. Et extendens manum.

Sermo S. Leonis Papæ. Lect. v.

Ex ser. I. in natiuit. Apost. Petri, & Pauli. i ini. & inf. OMnium quidem sanctarum solennitatum dilectissimi totus mundus est particeps, & unius fidei pietas exigit, vt quidquid pro salute uniuersorum gestum recolitur, communibus ubique gaudiis celebretur. Verùmtamen hodierna festiuitas præter illam reuerentiam, quam toto terrarum orbe promeruit, speciali & propria nostræ urbis exultatione uenerāda est: ut ubi pręcipuorum Apostolorum glorificatus est exitus, ibi in die martyrii eorum sit letitię principatus. ℟. Surge Petre, & indue te vestimentis tuis: accipe fortitudinē ad saluādas gētes: Quia ceciderunt catenæ de manibus tuis. ℣. Angelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo carceris, percussoque latere Petri, excitauit eum, dicens: surge uelociter. Quia ceciderunt catenę de manibus tuis. Lectio vj.

ISti enim sunt uiri per quos tibi euangeliū Chr̄i (Roma) resplēduit: & q̄ eras magistra erroris, facta es discipula veritatis. Isti sunt patres tui, uerique pastores, qui te regnis cęlestibus inserendam, multò meliùs, multoque fœlicius condiderunt, quam illi quorum studio, prima mœnium tuorum fundamenta locata sunt: ex quibus is, qui tibi nomen dedit, fraterna te cęde fędauit. ℟. Tu es pastor ouium Princeps Apostolorum: tibi tradidit Deus omnia regna mūdi. Et ideò tibi traditæ sunt claues regni cęlorum. ℣. Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cęlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Et ideò tibi trad. Lect. vij.

ISti sunt qui te ad hanc gloriam prouexerunt, ut gens sancta, populus electus, ciuitas sacerdotalis, & regia, per sacram beati Petri sedem caput orbis effecta, latiùs præsideres religione Diuina, quàm dominatione terena. Quāuis enim multis aucta uictoriis, ius imperii tui terra marique protuleris: minus tn̄ est, quod tibi bellicus labor subdidit: quā quod pax Christiana subiecit. ℟.

℟. Ego pro te rogaui Petre, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. ℣. Caro & sanguis non reuelauit tibi sed Pater meus qui est in cœlis. Et tu aliquando. Lectio viij.

DIsposito namque diuinitùs operi maximè congruebat, ut multa regna uno confœderarentur imperio, & citò peruios haberet populos prædicatio generalis, quos unius teneret regimen ciuitatis Hæc autem ciuitas ignorans suæ prouectionis auctorem, cùm penè omnibus dominaretur gentibus, omnium gentiũ seruiebat erroribus: & magnam sibi uideatur assumpsisse religionem quia nullam respuebat falsitatem. Vnde quãtò erat per diabolum tenaciùs illigata, tantò per Christũ est mirabiliùs absoluta. ℟. Quẽ dicunt homines esse filiũ hominis? dixit Iesus discipulis suis: respondens Petrus, dixit: tu es Christus filius Dei uiui. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. ℣. Beatus es Simõ Bar-iona; qa caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui est in cęlis. Et ego. Gloria. Et ego.

In iij. Noc. Aña. Gloriosi Principes terræ quomodo in uita sua dilexerũt se, ita & in morte non sunt separati.

Vos Sancti Domini. fol.

Lectio sancti Euangelij secundùm Matthæum. Lectio ix.

IN illo tempore: Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & ĩterrogabat discipulos suos dicens: Quem dicũt homines esse filium hominis? Et reliq. C. 16.

Homilia S. Hieronymi presb. Ex lib. 3. cõ. in eundẽ sub init.

PVlchrè interrogat: Quẽ dicunt homines esse filium hominis? quia qui de filio hominis loquuntur, homines sunt: qui verò Diuinitatẽ eius intelligunt, nõ homines sed Dii appellantur. At illi dixerunt. Alii Iohannẽ Baptistã alii autem Eliam. ℟. Petre, amas me? Tu scis Domine quia amo te. Pasce oues meas. ℣. Simõ Iohannis diligis me plus his? Tu scis Dñe. Lect. x.

MIror quosdam interpretes causas errorũ ĩqrere sĩgulorũ, & disputationẽ lõgissimam texere, Quare Dominũ nostrũ Iesum Christum, alii Iohannem putauerint, alii Eliam, alij Ieremiam, aut unum ex prophetis, cùm sic potuęrint errare in Elia, & Ieremia, quomõ Herodes errauit in

in Iohanne, dicens: Quem ego decollaui Iohannem, ipse surrexit à mortuis, & virtutes operantur in eo. ℟. Solue iubente Deo terrarum Petre catenas. Qui facis, vt pateant cęlestia regna beatis. ℣. Tu es pastor ouium Princeps Apostolorum. Qui facis. Lect. xj.

VOs autem quem me esse dicitis? Prudẽs lector attende, quòd ex consequentibus, textuq; sermonis, Apostoli nequaquàm homines, sed Dij appellãtur. Cùm enim dixisset: Quem dicunt homines esse filium hominis? subiecit. Vos autem quem me esse dicitis? Illis, quia homines sunt, humana opinantibus, uos qui èstis Dij, quem me esse existimatis? ℟. Qui regni claues, & curã tradidit ouilis. Qui cœli, terręq; Petro commisit habenas: vt referet clausis, & soluat uincla ligatis. ℣. Ipse per hunc nostros dignetur soluere nexus. Qui cœli. L. xij.

PEtrus ex persona omniũ Apostolorum profitetur: Tu es Christus filius Dei uiui. Deum uiuum appellat, ad distinctionem eorum Deorum, qui putantur Dij, sed mortui sunt. Respõdens autem Iesus, dixit ei: Beatus es Simon Bar-iona. Testimonio de se Apostoli reddidit uicem. Petrus dixerat: Tu es Christꝰ filius Dei uiui: mercedem recepit vera confessio: Beatus es Simon Bar-iona. ℟. Beatus es Simon Bar-iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui est in cęlis: Dicit Dominus. ℣. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, & sup hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Dicit. Gloria. Dicit.

Sequentia sancti Euãgelij secundùm Matthæum.

IN illo tempore: Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & interrogauit discipulos suos dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerũt, Alij Iohannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut unum ex Prophetis. Dixit autem illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus filius Dei uiui: Respondens autem Iesus, dixit ei: Beatus es Simon Bar-iona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui est in cœlis. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo Eccle- Ex ca. 16. in med.

Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cęlorum : & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cęlis : & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cęlis. ℟. Amen.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

PEtrus & Iohannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam, ps. Dominus regna. cum rel. f. 18. Aña. Argentum & aurum nõ est mihi, quod autem habeo hoc tibi do, Aña. Dixit Angelus ad Petrum: circũda tibi vestimentum tuum, & sequere me. Aña. Misit Dominus Angelum suum : & liberauit me de manu Herodis, halleluia. Aña. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Cap. Misit Herodes. ℟. br. Cõstitues eos; Hy.

Elpis vxor Boheтij. IAm bone pastor Petre clemens accipe
Vota precantum, & peccati vincula
Resolue, tibi potestate tradita,
Qua cunctis cęlũ verbo claudis, aperis.

DOctor egregie Paule mores instrue,
Et mente polum nos transferre satage,
Donec perfectum largiatur plenius,
Euacuato quod ex parte gerimus.

Sit Trinitati. &c. vt supra.

℣. Annunciauerunt. Ad Bñs, Aña. Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutũ & in cœlis: dicit Dominus Simoni Petro, Ad iij. Cap. Misit Herodes, Versiculi dicũtur de Apostolis. Ad Sextam. Capit.

PEtrus quidem seruabatur in carcere : oratio autẽ fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deũ ꝓ eo, Ad ix. Cap. Act. 12

ET Petrus ad se reuersus dixit : Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelũ suũ, & liberauit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudeorum. Act. 12

Ad Vesp. Vbi non fuerit Ecclesia S. Pauli. Aña. Iurauit Dñs. cum rel. Añis, & Psal. de Apostolis. Reliqua, vt in j. Vesper. Ad Magn. Aña. Hodie Simon Petrus ascendit crucis patibulum, halleluia: hodie clauicularius regni gaudens migrauit ad Christum. Hodie Paulus Apostolus, lumẽ orbis terræ inclinato capite pro Christi nomine martyrio coronatus

tus est, halleluia. Oratio Deus qui hodiernam diem. Vbi fuerit Ecclesia sancti Pauli, Ad Vesperas, Aña. Ego plantaui. cũ rel. de Lau. Psal Dixit Dñs. cum reliq. de Dominica. Cap.

2. Timo. 4. BOnum certamen certaui, cursum cõsummaui, fidẽ seruaui in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi Dñs in illa die iustus iudex. ℟. br. In omnẽ terrã. Hym. Doctor egregie. vt sup. in Laud. ℣. Tu es vas electionis sancte Paule Apostole. ℟. Prædicator veritatis in vniuerso mundo. Ad Magn. Antiph. Sancte Paule Apostole Prædicator veritatis, & Doctor Gẽtium, intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit. Oratio.

DEus, qui multitudinem Gentium beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti: da quæsumus, vt cuius natalitia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominũ nostrum Iesum Christum.

Deinde fit comm. S. Petri, vt in Conuersione S. Pauli.

nec fit commemoratio sancti Iohannis.

Die 30 F. IN COMMEMORAT. S. Pauli. Duplex 3.

Ad Matutinum, Inuitatoriũ. Regem Apostolorum. Psal. Venite. folio. 9. Hym. Doctor egregie. vt supra in Laudibus. In j. nocturno. Antiphona. Qui operatus est Petro in Apostolatu, operatus est & mihi inter gentes : & cognouerunt gratiam, quæ data est mihi à Christo Domino. Psal. Cœli enarrant folio 8. Aña. Scio cui credidi, & certus sum, quia potẽs est depositum meũ seruare in illum diem iustus iudex. Psalmus. Benedicam. folio 21. Antiphona. Mihi viuere Christus est, & mori lucrum : gloriari me oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi. Psalmus Eructauit. fol. 26. Antiphona. Tu es vas electionis sancte Paule Apostole, prædicator ueritatis in vniuerso mundo. Psalmus. Omnes gentes. folio 28. Aña. Magnus sanctus Paulus vas electionis, verè dignè est glorificandus; qui & meruit thronum duodecimum possidere. Psalmus. Exaudi Deus deprecationem meam. folio 33. Antiphona Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. Psalmus. Exaudi Deus orationem meam cùm deprecor. folio 38. ℣. In omnem terram exiuit.

De Actibus Apostolorum. L. j.

Ca. 13 init. ERant autem in Ecclesia, quæ erat Antiochię, Prophetæ, & Doctores, in quibus erat Barnabas, & Simon qui vocabat Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen, qui erat Herodis Tetrachæ collactaneus, & Saulus. Ministrãtibus autem illis Domino, & ieiunãtibus, dixit Spiritus sanctus: Segregate mihi Saulum, & Barnabã in opus ad quod assumpsi eos. ℟. Qui operatus est Petro in Apostolatu, operatus est & mihi inter gentes. Et cognouerunt gratiam Dei, quæ data est mihi. ℣. Gratia Dei in me vacua non fuit, sed gratia eius semper in me manet. Et cognouerunt. Lectio ij.

TVnc ieiunantes, & orantes, imponentesq; eis manus, dimiserunt illos. Et ipsi quidem missi à Spiritu sancto abierũt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cyprum. Et cùm uenissent Salaminam, prædicabant verbum Dei in Synagogis Iudæorum. Habebant autem & Iohannem in ministerio. ℟. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. Ideoq; reposita est mihi corona iustitiæ. ℣. Scio cui credidi, & cert⁹ sum, quia potens est deposítũ meũ seruare in illũ diem. Ideoq; reposita est mihi. Lectio iij.

ET cũ perambulassent uniuersam Insulã vsq; ad Paphum, inuenerunt quendam uirum Magum pseudo Prophetam Iudæum, cui nomen erat Barieu, qui erat cum Proconsule Sergio Paulo, viro prudente. Hic accersitis Barnaba, & Saulo desiderabat audire verbum Dei. Resistebat autẽ illis Elymas magus (sic enim interpretatur nomẽ eius) quęrens auertere Proconsulem à fide. ℟. Reposita est mihi corona iustitiæ. Quam reddet mihi Dominus in illum diem, iustus iudex. ℣. Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diẽ. Quã. Lect. iiij.

SAulus autem, qui & Paulus repletus Spiritu sancto intuens in eum, dixit: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili Diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere uias Domini rectas: & nunc ecce manus Dñi super te, & eris cęcus non uidens Solem vsque ad tempus: Et confestim cecidit in eũm caligo, & tenebræ: & circũiens quærebat, qui ei manum daret. Tunc Proconsul cùm vidisset factũ, credidit admirans super doctrina Domini. ℟. Tu es vas electionis sancte Paule Apostole Prædicator ueritatis in uniuerso mundo. Per quem omnes gẽtes cognouerũt gratiã Dei. ℣. Intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit. Per quem, Gloria. Per quẽ.

In ij. noct. Aña. Saulus qui & Paulus, magnus Prædicator, A Deo confortatus, conualescebat, & confundebat Iudęos. ps. Cõfitebimur. fol. 40. Aña. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Satanæ, qui me colaphizet: propter quod ter Dominum rogaui, vt auferretur à me: & dixit mihi Dominus: sufficit tibi Paule gratia mea. ps. Fundamenta. fol. 46. Aña Reposita est mihi corona iustitię, quã reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. ps. Cantate. j. fol. 49. Aña Gloriari me oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi per quem mihi mũdus crucifixus est, & ego mundo. ps. Dominus regn. exult. f. 49. Aña. Christo confixus sum cruci: viuo autem iam nõ ego, viuit verò in me Christ⁹. ps. Cantate. ij. fol. 49. Antiph. Omnibus omnia factus sum, vt omnes saluos facerem. ps. Dominus regnauit irasc. f. 49. ℣. Constitues eos.

Sermo S. Augustini Epi. L. v.

Ex li. de gratia, & libero arbitr. cap. 6 ĩ med. APostolus Paulus quẽ certè inuenimus sine ullis meritis bonis, immò cũ multis meritis malis, Dei gratiam consecutum, reddentis bona pro malis. Videamus quid dicat, sua iam propinquãte passione, scribẽs ad Timotheum: Ego enim iam immolor, inquit, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. ℟. Gratia Dei sum id quod sum. Et gratia eius in me vacua non fuit, sed semper in me manet. ℣. Qui operatus est Petro in Apostolatu, operatus est & mihi inter gentes. Et gratia eius. Lec. vj.

ISta vtique iam merita sua bona commemorat, ut post bona merita consequatur coronam, qui post multa mala merita cõsecutus est gratiam. Denique attendite quid sequatur: superest, inquit, mihi corona iustitię, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus index. ℟. Saulus qui & Paulus magn⁹ Prædicator, A Deo confortatus conualescebat, &

confundebat Iudęos. ℣. Ostēdens quia hic est Christus filius Dei. A Deo confortatus conuale scebat, &c. Lectio vij.

Qui redderet coronā iustus iudex, si nō donasset gratiam misericors Pater? Et quomodo esset ista corona iustitiæ, nisi pręcessisset gratia, quę iustificat impium? Quo modo ista debita redderentur, nisi prius illa gratuita donarētur? Proinde cōsideremus ipsa merita Apostoli Pauli, quibus dixit coronam redditurum iustum iudicem: vt videamus, vtrum merita ipsius tamquàm ipsius, idest, ex ipso ei comparata, an dona sint Dei. ℟. Sancte Paule Apostole, Prędicator veritatis, & Doctor Gentium intercede pro nobis ad Deū, qui te elegit: vt digni efficiamur gratia Dei. ℣. Tu es vas electionis sancte Paule Apostole Prædicator ueritatis. Intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit. Lectio octaua.

Bonum inquit certamē certaui, cursum cōsummaui, fidē seruaui. Primò ista bona opera si non ea præcessissent cogitationes bonę, nulla essēt. Attendite itaque quid de ipsis cogitationibus dicat: ait enim scribens ad Corinthios. Non quia idonei simus cogitare aliquid à nobis, tāquàm ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. ℟. Damasci Præpositus gentis Arethę Regis voluit me comprehendere. Et à fratribus per murū demissus sum in sporta, & sic euasi manus eius in nomine Domini. ℣. Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi scit, quia non mētior. Et à fratribus. Gloria Patri, & Filio. Et à fratribus. In iij. noct. Aña Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & uitam ęternā possidebitis. Cant. Vos sancti Dñi. cum rel. ℣. Nimis honorati sunt.

Lectio sancti Euangelij secundùm Matthæum. Lectio ix.

Ca. 10

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Et reliqua.

Homilia sancti Iohannis Chrysostomi

Ex homi. 34 ī eūdē lōgiùs ab initio.

Sic dicere uidetur: Nolite turbari, si quasi oues in medio luporum uos uersari, & columbas esse iubeo: Nam & si possum contrarium quoque prętare, vt nihil laboris, atq; doloris ad uos perueniat, neque ut tamquàm oues lupos timeatis, sed quasi leones terrorem

rorem inferatis omnibus: tamen confert ita fieri, quemadmodum iubeo: id enim illustriores uos facit, id meam facilè declarabit uirtutem. ℟. Magnus sanctus Paulus, uas electionis, uerè dignè est glorificādus, Qui & meruit thronum duodecimum possidere. ℣. A Christo de cęlo uocatus, & in terra prostratus ex persecutore factus est uas electionis. Qui & meruit thronum duodec. Lectio decima.

Sed inspiciamus quam prudentiam quærit: serpentis certè prudentiam imitari cohortatur. Nam quemadmodū serpens totum seipsum tradit, nec minimum curat si corpus inciditur, donec caput suum integrum seruet: eodem tu quoque modo, pręter fidem, cætera perdere non cures: profundas vniuersam tuam pecuniam, tradas corpus: vitæ ipsi, si opus est, minime parcas, dūmodò fidem serues, quæ caput & radix est: qua seruata, & si omnia perdas, omnia tamen rursus maiore cum magnificētia recuperabis. ℟. Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meū seruare in illum diem Iustus iudex. ℣. Reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illum diē. Iustus. Lectio vndecima.

Idcircò nec simplices solū iussit esse, nec prudētes solùm, sed ambo hæc in vnum miscuit, vt in præcipuam uirtutem simul vertantur. Et prudentiam quidem serpentis adhibere te iubet, ne velis vulneribus atque periculis principalissima membra obijcere: simplicitatem verò Columbę, ne iniuriatus ulciscaris, aut ad punitionem insidiantes abducas. Nihil enim tibi prudentia proderit, nisi hæc simplicitas sibi adiciatur. ℟. Mihi uiuere Christus est, & mori lucrum. Gloriari me oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi. ℣. Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Gloriari me oportet in cruce. Lectio xij.

Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Quoniam plerique consueuerunt magnam diligentiam incipiētes adhibere, ac posteà resolui, & deijci. Idcircò, finem, ait, ego summoperè cōsidero. Nam quam utilitatem pullulatio seminum potest habere, si cùm vsque ad flores cre-

creuerint, postea exaruerint? Continuam ergo patientiam quærit. ℟. Ingressus Synagogam Paulus prędicabat Iesum Iudæis, A ffirmans quoniam hic est Christus. ℣. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant: ipse verò multò magis conualescebat, & confundebat Iudęos. A ffirmãs quoniã. Gloria Patri. A ffirmans qm.

Sequentia sancti Euãgelij secundùm Matthæum.

a. 10 med. IN illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis: Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum: Estote ergo prudentes sicut serpẽtes, & simplices sicut Columbæ. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim uos in cõcilijs, & in Synagogis suis flagellabunt uos, & ad Reges, & Præsides ducemini ꝓpter me in testimonium illis, & Gentibus. Cùm autẽ tradent uos, nolite cogitare quo modo, aut quid loquamini: dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini: Non enim uos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris uestri qui loquitur in uobis. Tradet autem frater fratrẽ in mortem, & pater filium, & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient: & eritis odio omnibus hominibus ꝓpter nomen meum. Qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. ℟. Am̃.

Ad Laudes, & per Horas. Aña.

EGo plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit, halleluia ps. Dominus regn. cum rel. f. 18. Aña. Libẽter gloriabor in infirmitatibus meis: ut inhabitet in me uirtus Christi. Antiph. Gratia Dei in me uacua non fuit, sed gratia eius semper in me manet. Aña. Damasci præpositus gentis Arethæ Regis uoluit me comprehendere: à fratribus per murũ demissus sum in sporta, & sic euasi manus eius in nomine Domini. Aña. Ter uirgis cęsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium pertuli pro Christi nomine. Cap. Bonum certamen. ℟. br. Cõstitues eos. Hymnus. Exultet cęlum. ℣. Tu es vas. Ad Bñs, Aña. Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim Tribus Israel, dicit Dñs. Oro vt sup. Et fit commemor. S. Petri, vt in Couersione sancti Pauli. Deinde fit cõm. de Octa. S. Iohãnis. Ad iij. Cap. Bonũ certamen. ℣. de cõi Apl̃orũ.

Ad

Ad Sextam. Capitulum.

2. Cor. 12. NE magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Satanę qui me colaphizet: propter quod ter Dominũ rogaui, ut auferretur à me: & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Ad ix. Capitulum.

1. Cor. 15. EGo enim sum minimus Apostolorum, qui nõ sum dignus uocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiã Dei: gratia autem Dei sum id quod sum, & gratia eius in me uacua non fuit.

Ad Vesper. Aña. Iurauit Dñs. cũ rel. de Cõi Apl̃orum. A Cap. fit de S. Iohanne, ut in j. Vesp. festi. In fine pro cõm. Apl̃orum. Aña. Petrus Apl̃s. & ℣. Constitues. Oratio uerò diei. Deus qui hodiernam. vt supra. Quæ cõm. similiter fit sequentibus diebus ad Vesper. per totam Octauam. Ad Laudes uerò Antiphona. Gloriosi Principes. ℣. In omnem terram. cum eadem oratione. Quæ Añæ habentur in Psalt. in Vesp. Sabbathi. f. 75.

Die 1. G. FESTA IVLII.

IN OCT. S. IOHANNIS Baptistæ. Duplex 3.

Omnia dicũtur sicut in die cũ cõmem. Octauę Apostolorũ.

VISITATIO B. MARIÆ. Die 2 A.

Duplex 3.

Omnia dicũtur, ut in eius Natiuitate mutato nomine Natiuitatis in Visitationem pręter Lectiones, quę legunt̃, vt infra. In j. Vesp. omnia de Visitatione cum cõmem. S. Iohannis, & Apostolorum, vt supra, ac Sanctorũ Martyrũ, ut sequit̃. Commem. SS. Mar. Processi, & Martiniani. Oratio.

DEus qui nos Sanctorum Martyrum tuorum Processi, & Martiniani gloriosis confessionibus circundas, & protegis: da nobis, & eorum imitatione proficere, & intercessione gaudere. Per Dñm.

De Canticis Canticorum. L. j.

Cap. 1 init. EGo flos campi, & lilium conuallium. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias: sicut malus inter ligna syluarũ, sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius quem desiderauerã sedi; & fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me Rex in cellam uinariã, ordinauit in me charitatem. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Lęua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. ℟. Hodie uisitauit Elisabeth beata Virgo Ma-

 ria

ria ex progenie Dauid. cum reliq. de Natiuitate. Lectio ij.

A Diuro vos filiæ Ierusalē per capreas, ceruosq; cāporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectā quoadusque illa uelit. Vox dilecti mei: Ecce iste venit saliens in montibus, trāsiliens colles. Similis est dilectus meus capreę hinnuloq; ceruorum. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Lect. iij.

EN dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, formosa mea, & veni: iam enim hiems transijt, imber abijt, & recessit, flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos: uineæ florētes dederunt odorē suū. L. iiij.

SVrge, propera amica mea, speciosa mea, & ueni. Colūba mea in foraminibus petrę, in cauerna macerię. Ostende mihi faciem tuam, sonet uox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliunrur uineas: nā vinea nostra floruit. Dilectus meus mihi, & ego illi qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinētur umbræ. Reuertere: similis esto, dilecte mi, capreæ hinnuloq; ceruorum super montes Bethel.

Sermo Vener. Bedę presb. L. v.

Exlib. j. com. ĩ Luc. 1. in med. expositionis.

A Ccepto Virginis consensu, mox Angelus cęlestia repetit: illa petit montana, festinat inuisere Elisabeth, non quasi incredula de oraculo, vel dubia de exemplo, sed ut lęta pro uoto, religiosa pro officio, typicū pariter exemplum tribuens, quòd omnis anima, quæ verbum Dei mente concepit, virtutum statim celsa cacumina gressu conscendat amoris. Lectio sexta.

DIsce Virgo humilitatem Mariæ, ut & corpore casta, & pectore possis esse deuota. Visitat iunior seniorem, salutat uirgo uxorem. Decet enim ut quò castior virgo, eò sit humilior, & senioribus deferens, habitum castitatis præconio commēdet humilitatis. Maria ad Elisabeth, Dominus uenit ad Iohannē, hæc ut Spiritu sancto repleatur, illius ut baptisma cōsecretur: maiorq; humiliatio, minorum est vtique exaltatio. Lectio vij.

VOcem prior Elisabeth audiuit, sed Iohannes prior

prior grām sensit. Illa naturæ ordine audiuit, iste exultauit ratione mysterij. Illa Mariæ, iste Dñi sensit aduentum. Istę gratiam loquuntur, illi intus operātur, pietatisq; mysteriū maternis adoriuntur profectib⁹, dupliciq; miraculo prophetāt matres spiritu paruulorū. Exultauit īfans, & repleta mater est: non prius mater repleta, quàm filius, sed cùm filius esset repletus Spiritu sancto, repleuit & matrem. L. viij.

NOtandum quòd pręmissa de Christo prophetia, non rerum tantùm miraculis, sed & verborum proprietate completur. Iste enim est fructus, qui Dauid Patriarchæ sub iureiurando promittitur: De fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Simulque intuendum, quòd eadem uoce Maria ab Elisabeth qua à Gabriele benedicitur, quatenus & Angelis, & hominibus ueneranda, & cunctis meritò fęminis pręferenda monstret.

Lect. S. Euāg. sēm Lucam. L. ix.

Cap. 1 IN illo tempore: Exurgens Maria, abijt in montana cū festinatione in ciuitatem Iuda; & intrauit in domum Zachariæ; & salutauit Elisabeth. Et reliqua.

Homilia sancti Iohannis Chrysostomi.

Ex h mi. i nat. Ioha nis. h bēt t 6. vi rū I pom ni.

CVm ad nos aduenisset, sicut modò audistis, Redemptor nostri generis, venit protinus ad suum amicum Iohannem, dum adhuc esset in utero: quem cùm ex matrice in matrice aspexisset Iohānes, terminos naturę concutiens, exclamat: Video Dominum qui naturæ imposuit terminos, & non expecto tempus nascendi: nouem mensium enim tempus in utero non est mihi necessarium: in me est enim qui est ęternus: egrediar ex hoc tenebroso tabernaculo, rerum admirabilium compendiosam prædicabo cognitionem. Lectio decima.

SVm signaculum, significabo Christi aduentum. Sum tuba, proferam filij Dei in carne ęconomiam. Tuba canam, eo ipso paternæ linguæ benedicam, & eam traham, ut loquatur. Tuba canam, & vterum maternum viuificabo. Vides, ò dilecte, quàm sit nouum, & admirabile mysterium? Nondum nascitur, & saltibus loquitur: non dum apparet, & minas intentat: non dum ei permittitur clamare, & per facta audi-

tur:

tur: nondum ducit uitam, & Deum prædicat: non dũ aspicit lucem, & Solem indicat: non dum paritur, & properat præcurrere. Lectio xj.

NOn fert enim præsente Domino, contineri, non sustinet naturæ expectare terminos, sed contendit rumpere carcerẽ uentris, & studet præsignificare venientem Saluatorem. Accessit, inquit, qui soluit uincula: & quid ego sedeo uinctus, & retineor, ut maneã? Venit Verbum, ut omnia con stituat, & ego adhuc maneo detentus. Exibo, præcurram, & ꝓdicabo omnibus: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

Pro SS. Martyribus. Lectio xij.

PRocessus & Martinianus cũ alijs quadraginta Apostolorum Petri & Pauli prædicatione commoti, ab eisdẽ baptizati sunt. Sed Paulinus militum Præfectus, re cognita ipsorum ora saxo contundi, dẽtesq; comminui iubet. Deniq; equuleo torti, candentibus laminis ad eorum corpora admotis, fustibus cęsi, coniecti in carcerem, paulò post extra urbem uia Aurelia securi feriuntur. Quorum corpora in Basilica Principis Apostolorum condita sunt.

Sequentia sancti Euãgelij secundùm Lucam.


N illo tempore: Exurgens Maria, abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda: & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Et factum est, ut audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in utero eius. Et repleta est Spiritu sancto Elisabeth, & exclamauit uoce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uẽtris tui. Et unde hoc mihi, ut ueniat mater Domini mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutationis tuæ in auribꝰ meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata, quæ credidisti, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à Domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo, ℟. Amen. Ex c. 1 med.

In Laudibus fit commemoratio Apostolorum, & Sanctorum Martyrum.

INFRA OCTAVAM Apostolorum. Die 3. B.

Ad Matutinum vsque ad Lectiones omnia de Communi Apostolorum.

Lectio

Lectio sancti Euangelij secundùm Matthæum. Lectio j.

C. 19. IN illo tempore: Dixit Simõ Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus oĩa, & secuti sumꝰ te, quid ergo erit nobis? Et rel.

Homil. Venerab. Bedæ ꝑsbyt.

Ex homi. de S. Ben. sub init. PErfectus ille est, qui abiẽs vendit omnia quæ habet, & dat pauperibus, ac veniens sequitur Christum: habebit enim thesaurum non deficiẽtem in cœlis. Vnde benè inter rogante Petro, dixit talibus Iesus: Amẽ dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione, cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & vos sup sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Responsoria de Cõi Apostolorum per ordinẽ. Ecce ego mitto. Lect. ij.

IN hac quippe vita pro eius nomine laborantes, in alia præmiũ sperare docuit, idest, in regeneratione, cũ videlicet in vitam immortalem fuerimus resurgendo regenerati, qui in vitam caducam mortaliter eramus geniti. Et iusta prorsus retributio: vt qui hic pro Christo humanæ gloriam celsitudinis neglexerunt, illic à Christo Iudices glorificati singulariter cum eo assideant, qui à sequẽdis eiꝰ vestigijs nulla ratione poterãt auelli. L. iij.

NEmo autem putet, duodecim tantùm Apostolos, quia pro Iuda præuaricãte Matthias electus est, tũc esse iudicaturos, sicut nec duodecĩ solæ sunt tribus Israel iudicãdæ: Alioquin tribus Leui, quæ tertiadecima est, iniudicata recedit: & Paulus qui tertiusdecimus est Apostolus, quia pro Iuda præuaricante Matthias electus est, iudicãdi sorte priuabitur, cùm ipse dicat: Nescitis quoniam Angelos iudicabimus, quãtò magis secularia?

In ij. noct. Añæ, & Psal. de Cõmuni. Capit. & ℣. vt ad vj. in Communi. Oratio.

Deus qui hodiernam diem.

quæ dicitur etiam per horas.

Ad Laudes, & per horas oĩa de Communi præter Añas ad Bñs, & Magn. quæ dicũtur vt supra cum oratione de festo.

QVINTA DIE Infra Octauam Apostolorũ. Die 4. C.

De Hom. Ven. Bedę ꝑsb. L. j.

SCiẽdũ est, omnes qui ad exemplum Apostolorũ sua reliquerunt omnia, & secuti sunt Christum, iudices cũ eo venturos, sicut etiam oẽ mortalium genus esse iudicandũ. Quia enim duodenario sæpè nume-

numero solet in scripturis vniuersitas designari, per duodecim sedes Apostolorum oīum vniuersitas iudicātium, & per duodecim tribus Israel vniuersitas eorum, qui iudicandi sunt ostenditur. Lectio ij.

Vnde notandum, quòd duo sunt ordines electorum in iudicio futuri, vnus iudicantium cum Domino, de quibus hoc loco memorat, qui reliquerunt oīa, & secuti sunt illum: alius iudicandorum à Domino, qui non quidē omnia sua pariter reliquerūt, sed de his tamen, quę habebant, quotidianas dare eleemosynas Christi pauperibus curabant: Vnde & audituri sunt in iudicio: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: Esuriui enim & cætera quæ sequuntur. Lectio tertia.

Sed & reproborū duos ibi futuros ordines Dño narrante comperimus, vnum eorum qui fidei Christianæ mysterijs initiati, opera fidei exercere contendunt, quibus in iudicio testat: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus est Diabolo, & Angelis eius: Esuriui enim & nō dedistis mihi manducare. Alterum eorum qui fidem, & mysteria Christi, vel nūquàm suscepère, vel suscepta per apostasiam deseruère: de quibus dicit: Qui autem non credit, Iā iudicatus est: quia nō credit in nomine vnigeniti filij Dei.

Die 5. D. SEXTA DIE

Infra Octauam Apostolorum.

De Hom. Ven. Bedę presb. L. j.

Ex eadē homilia.

Videamus quæ tantę gratia pietatis, non æternæ tantummodò vitę prēmia suis sequacibus, sed & pśentis munera pollicetur eximia. Et omnis, inquit, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Lectio ij.

Qui enim terrenis affectibus, siue possessionibus pro Christi discipulatu renunciauerit, quò plus in eius amore profecerit, cò plures inueniet, qui se interno suscipere affectu, & suis gaudeant sustētare substantijs, eius nimirum professionis, vitæque consortes qui se pro Christo pauperē factū in suis domibus agrisq; recipere, & maiorem prorsus, quàm vxor, parens, frater, aut filius carnalis deuotio-

ne charitatis refouere delectentur. Lectio tertia.

Centuplum namq; quod ait, non numerum amātium in Christo, & seruientiū pro Christo fidelibus, sed vniuersitatem perfectionemque, qua per charitatem inuicē seruiunt, ostenditur. Cuius rei, & in nobis ipsis fratres charissimi sępè exemplum sumpsimus, cùm alicubi pro rerum necessitate digredientes cuncta nobis monasteriorum habitacula quasi propria patere cognouimus, cunctos in nostrum obsequium sincerissima deuotione pronos aspeximus.

Die 6. E. IN OCT. APOSTOLOR. Petri & Pauli. Duplex 3.

Omnia dñr de Cōi Apostolorum præter Añam ad Mag. & Bñs, quę dñr vt sup. infra Oct. & Oro. Deus cuius dextera. vt in Psalterio in Vesp. Sabbathi. f. Et lectiones ij. & iij. noct. quæ leguntur vt infra.

Sermo S. Iohānis Chrys. L. v.

Ex Eucomio quodā eiusdē circa finē. To. 4. Lipomani.

Quasnam vobis, ò beati Apostoli, referemus gratias, qui tantum pro nobis laborastis? Memini tui, Petre, & obstupesco. Recordor tui Paule, & excedens mente, opprimor lachrymis. Quid enim dicam, aut quid loquar, vestras contemplans afflictiones, nescio. Quot carceres sanctificastis? quot catenas decorastis? quot tormēta sustinuistis? quot maledicta tolerastis? quo modo Christum portastis? quomodo prædicatione Ecclesias lætificastis? sunt benedicta vestrę linguæ instrumenta: sanguine conspersa sunt membra vestra propter Ecclesiam. Lc. vj.

Vos Christum imitati estis in omnibus. In omnem terram exiuit vester sonus, & verba vestra in fines orbis terræ. Nemo ante vos, neq; post vos talis apparuit. Quis enim sermonem, qui in docendo uersatur, suscipiens, ausus est aliquid dicere absque vestra traditione? Vos omnes effecistis magistros: nostram vicit cęcitatem vestra tolerantia, vt qui optaretis esse anathema, ut mundū lucraremini. Quid de cætero uobis retribuemus pro omnibus bonis, quę nobis tribuistis? fit hodie commemoratio uestræ decertationis. Lectio septima.

Gaudeas Petre cui datum est, ut ligno crucis Christi frueremis. Et ad magistri quidem similitudinem uoluisti crucifigi, non recta quidē figura, ut Christus Dominus, sed

ſed capite in terram verſo, tamquam qui à terra in cœlũ iter faceres. Beati claui, qui ſancta illa membra penetrarunt. Tu cum omni fiducia in manus Domini animam tradidiſti, qui aſsiduè ei, & eius ſpõſæ Eccleſiæ ſeruiſti, qui feruẽti Spiritu Dominum dilexiſti omnium Apoſtolorum fideliſsimus. Lectio octaua.

Gaudeas, & tu beate Paule cui caput fuit enſe amputatũ, cuius uirtutes nullis uerbis explicari poſſunt. Quis nã enſis ſanctum tuum guttur perſuaſit, Dominicum, inquàm, inſtrumentum, quod à cœlo habetur in admiratione, & quod terra reueretur? Quiſnã locus tuum ſanguinem excepit, lactis ſpecie in eius qui te percuſſit, tunica apparentem? qui animam illius Barbari, ſupra modum dulciorem reddens, fidelem effecit cum ſocijs. Sit mihi enſis ille pro corona, & claui Petri pro gemmis infixis in diademate.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Matthæum. Lectio ix.

Ca. 14 In illo tempore: Iuſſit Ieſus diſcipulos ſuos aſcẽdere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi presb.

Ex li. 2 cõm. in eund. Diſcipulos Dominus præcipit transfretare, & compellit, vt aſcendant in nauiculam. Quo ſermone oſtenditur eos inuitos à Domino receſſiſſe, dum amore præceptoris, nec pũcto quidem temporis ab eo uolunt ſeparari. Et dimiſſa turba aſcendit in mõtem ſolus orare. Si fuiſſent diſcipuli cum eo Petrus, & Iacobus, & Iohannes qui uiderunt gloriam transformati, forſitan aſcendiſſent in mõtem cũ eo. Sed turba ad ſublimiora ſequi non poteſt, niſi docuerit eam iuxta mare in littore, & aluerit in deſerto. Lectio x.

Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Rectè quaſi inuiti à Domino diſcipuli receſſerãt, ne, illo abſente, naufragia ſuſtinerent. Denique Domino in montis cacumine commorante, ſtatim uentus contrarius oritur, & turbatur mare, & periclitãtur Apoſtoli, & tamdiù imminens naufragium perſeuerat, quàmdiù Ieſus ueniat. Lec. xj.

Quarta autem uigilia noctis uenit ad eos ambulans ſuprà mare. Stationes & uigiliæ militares in quaterna horarum ſpatia diuiduntur. Quando ergo dicit, quarta vigilia noctis ueniſſe ad eos Dominum, oſtendit eos tota nocte periclitatos, & extrema noctis hora, ideſt, in conſummatione ſeculi, eis auxilium præbiturum. Lectio duodecima.

Reſpondens autem Petrus dixit ei: Domine ſi tu es, iube me uenire ad te ſuper aquas. Tu præcipe, & illicò ſolidabuntur vndę, leue fiet corpus, quod per ſe graue eſt. Et deſcendens Petrus de nauicula ambulabat ſuper aquã, vt veniret ad Ieſum. Qui putãt Domini corpus ideò non eſſe verum, quia ſuper molles aquas molle, & aereum inceſſerit: reſpondeant quo modo ambulauerit Petrus quẽ utiq; verũ hominem nõ negabunt.

Sequẽtia S. Euang. ſcḋm Matth.

Ex ca. 14. in med. In illo tempore: Iuſſit Ieſus diſcipulos ſuos aſcendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretũ, donec dimitteret turbas. Et dimiſſa turba aſcendit in montem ſolus orare. Veſpere autem facto ſolus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans ſupra mare. Et videntes eum ſupra mare ambulantem turbati ſunt, dicentes: Quia phãtaſma eſt. Et præ timore clamauerunt. Statimq; locutus eſt eis Ieſus, dicens: Habete fiduciam, ego ſum, nolite timere. Reſpondens autẽ Petrus, dixit: Domine ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas. At ipſe ait: Veni. Et deſcendens Petrus de nauicula ambulabat ſuper aquam, vt veniret ad Ieſum. Videns verò ventum validum timuit. Et cũ cœpiſſet mergi, clamauit, dicens: Dñe ſaluum me fac. Et continuò extendens Ieſus manum, apprehendit eum, & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitaſti? Et cùm aſcendiſſet in nauiculã, ceſſauit ventus. Qui autem in nauicula erãt, venerũt & adorauerunt eũ, dicentes: Verè filius Dei es. ℟. Amen.

SS. MAR. SEPTEM FRAtrum, ac Ruffinæ. & Secundæ Virg. & Marty. Semiduplex. Die 10 B.

Omnia dicuntur de Communi plurimorũ Mart. Oro.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: vt qui glorioſos martyres fortes in ſua confeſſione cognouimus: pios apud te in noſtra interceſſione ſentiamus. Per Dominum. L. v.

Septem

SEptem fratres filij sanctæ Fęlicitatis Romæ in persecutione Antonini Pij à Publio Præfecto ꝑ Christi fide variè necati sunt. Ianuarius plumbatis cæsus: Felix, & Philippus fustibus contusi: Syluanus ex altissimo loco præceps deiectꝰ est: Alexãder, Vitalis, & Martialis capite plectuntur: mater earum quarto pòst mense eãdem martyrij palmam consecuta est: illi sexto Idus Iulij spiritũ Domino reddiderunt.

Pro SS. Ruffina, & Secũda. L. vj.

RVffina, & Secunda sorores, virgines Romanę, Valeriano, & Galieno Imperatoribus comprehenduntur. Tũc Iunius Præfectus Ruffinã primùm uirgis cędi iubet: in cuius verberibus Secunda Iudicem sic interpellat: Quid est, quòd sororem meam honore, me afficis ignominia? iube ambas simul cædi, quæ simul Christũ Deũ cõfitemur. L. vij.

QVę in carcerem trusę, in ardenti solo volutatæ, in Tyberim proiectæ, cùm ex his omnibus mirabiliter euasissent, extra vrbem uia Aurelia milliario decimo capite plectuntur. Quarum corpora à Plautilla matrona in eius prædio sepulta, ac postea in urbem translata, in Basilica Constantiniana propè baptisterium condita sunt.

Sermo sancti Augustini Episcopi. Lectio viij. Reperitur ĩ manu scriptis.

MAgnum spectaculũ positum est ante oculos fidei nostrę. Auditu audiuimus, corde uidimus optantẽ matrẽ ante se istam uitam finire filios suos, longè contrarijs votis consuetudinis humanę. Omnes enim homines filios suos ex hac vita migrando ꝓcedere uolunt, & non sequi: illa autẽ optauit posterior mori. Non enim amittebat filios, sed præmittebat: nec intuebatur tamquàm vitam finirent, sed tamquàm inchoarent. Desinebant enim viuere vbi quãdoque fuerãt morituri, & incipiebãt viuere sine fine victuri.

Lectio sancti Euangelij secundùm Matthęum. Lectio ix. Ca. 12

IN illo tempore: Loquente Iesu ad turbas, ecce mater eius, & fratres stabant foris quęrentes loqui ei. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ. Ex homi. 3. ĩ init. & inf.

SAncti Euãgelij: fratres charissimi breuis est lectio recitata, sed magnis mysteriorũ ponderibus grauida. Iesus eñ cõditor & Redemptor noster: matrem se nosse dissimulat: &

quæ

quæ ei mater sit, & qui propinqui non per cognationem carnis, sed per cognationem Spiritus designat, dicens: Quæ est mater mea, & qui fratres mei? Quicunque enim fecerit uoluntatem Patris mei, qui in cęlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Lectio x.

SEd cùm is qui uoluntatem Patris fecerit, soror & frater Domini dicitur, propter utrũque sexum qui ad fidem colligitur, mirum non est: mirandũ verò valdè est qũo ẽt mater dicatur. Fideles enim discipulos fratres uocare dignatus est, dicẽs: Ite nũciate fratribus meis. Qui ergo frater Domini fieri ad fidem ueniendo potuerit, quęrẽdum est quo modo etiã & mater esse poterit. Lectio xj.

SEd sciendũ nobis est, quia qui Christi soror, & frater est credendo, efficitur mater prædicando: quasi enim parit Dominum qui eum cordi audientis infundit: & mr̃ eius ꝑdicando efficitur, si per eius uocem amor Dñi in proximi mẽte generatur. Ad quam rem nobis idoneè confirmandã adest beata Felicitas, cuius hodie natalitia celebramus: quæ credẽdo extitit ancilla Chr̃i, & ꝑdicãdo facta est mater Chr̃i. L. xij.

SEptem quippe filios (sicut in gestis eius emendatioribus legitur) sic post se timuit uiuos in carne relinquere, sicut carnales parentes solent metuere, ne mortuos præmittant. In persecutionis enim labore deprehensa, filiorum corda in amorę supernæ patriæ ꝑdicando roborauit: & parturiuit spiritu, quos carne pepererat: ut ꝑdicatione pareret Deo, quos carne pepererat mundo.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum. Ca. 12. i fine

IN illo tempore: Loquente Iesu ad turbas, ecce mater eius, & fratres stabant foris quęrentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mr̃ tua & fratres tui foris stant quærẽtes te. At ipse rñdens dicẽti sibi ait: Quæ est mater mea, & q̃ sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quicunq; enim fecerit uoluntatẽ Pr̃is mei qui in cęlis est, ipse meꝰ frater, & soror, & mr̃ est.

S. PII PAPÆ & martyris. Die C.

Oratio. Infirmitatem. de communi vnius martyris. Lectio ij.

PIus Aquileiensis, Imperatore Marco Antonino

Vero, Pontifex creatus, pœnam statuit in sacerdotē, cuius negligentia de sanguine Domini aliquid stillauerit, quadraginta diebus, si in terram aliquid deciderit: Si super altare, tribus diebus: si super linteum superius, quatuor: si in inferius nouem, si usque ad quartum uiginti. Lectio ij.

Vbicunq; ceciderit, si recipi potest, lambatur: sin aliter, aut lauetur, aut radatur: quidquid lotum, aut rasum est comburatur, & cinis in sacrarium reponatur. Multis præterea utiliter decretis, martyrio coronatur, & sepelitur in Vaticano quinto Idus Iulii, cū sedisset annos vndecim, mēses duos, dies uiginti unum.

Die 12 D. SS. NABORIS, & Felicis. Martyrum.

Oratio.

PRæsta quæsum⁹ Domine: ut sicut nos sanctorū martyrum tuorum Naboris & Felicis natalitia celebranda non deserunt, ita iugiter suffragia comitentur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

De Sermone sancti Augustini Episcopi. Lectio secunda & tertia. Quotiescunque. de communi plurimorum martyrum. fol.

SANACLETI PAPÆ, & martyris. Semiduplex. Die 13 E.

Oratio. Deus qui nos. de communi. Lectio quinta.

ANacletus Atheniēsis, Domitiano Imperatore rexit Ecclesiam. Decreuit ut Episcopus à tribus Episcopis, neque à paucioribus consecraretur. Et clerici sacris ordinibus publicè à proprio Episcopo initiarentur: & ut in Missa, peracta consecratione, omnes cōmunicarent. Beati Petri sepulchrum ornauit. Pontificumq; sepulturæ locū attribuit. Sedit annos nouem, menses nouem dies decem. Martyrio coronatus, sepultus est in Vaticano.

Reliquæ Lectiones dicūtur de sermone. Principes. vt in cōi. In iij. Nocturn. Hom. in Euang. Si quis uult uenire post me. de communi vnius martyris.

S.BONAVENTVRÆ Episcopi, & Confessoris. Die 14 F.

Semiduplex. Oratio. Exaudi quæsumus Domine. de communi. Lectio quinta.

BOnauentura Balneoregij in Etruria natus, cùm infans incidisset in uitæ periculum, mater eius uouit, si inde euasisset, se eum religioni beati Francisci dicaturum. Itaque adolescēs in ordinem fratrum

trum minorū adscribi uoluit: ubi Alexandro de Ales magistro ad summam doctrinę perfectionē breui peruenit. L.vj.

POst sex annos sui ordinis Generalis magister Romæ factus est. Multa scripsit, in quibus summam eruditionem cum pari pietatis ardore coniungens, lectorem docendo mouet. Quem Gregorius decimus eius sanctimoniæ & sapiētiæ fama commotus, Cardinalem & Episcopum Albanensem creauit. Lectio septima.

EVndem adhuc viuentem beatus Thomas Aquinas sanctum appellauit. Cū enim uitam sancti Francisci scribentem comperisset: sinamus inquit, sanctum pro sancto laborare. Migrauit è uita pridie Id⁹ Iulii in Concilio Lugdunensi, quinquaginta tres annos natus, multis editis miraculis. Quem Sixtus quartus Pontifex Maximus retulit in sanctorum numerum. Lect. viij. Quid post orionas. De communi Doctorum.

In iij. Noct. Hom. in Euange. Hō quidam. de cōi conf. pont.

Die 17 B. S. ALEXII CONFESS.

Oro. Deus q nos. de cōi. L. ij.

ALexius Romanorum nobilissimus propter eximium Iesu Christi amorē prima nocte nuptiarū relinquēs intactam sponsam, illustrium orbis terræ ecclesiarum peregrinationem suscepit. Quibus in itineribus cùm ignotus septēdecim annos fuisset, Romam reuersus, à patre suo tanquàm alienus pauper hospitio accipitur. Lectio tertia.

APud quem omnibus incognitus cùm decem & septem annos uixisset, relicto scripto sui nominis, sanguinis, ac totius uitæ cursu, migrauit in cęlum, Innocentio primo summo Pontifice. Cuius corpus multis editis miraculis Pōtifex & Imperatores Honorius & Archadius propriis humeris ad Ecclesiam Sancti Bonifacii deportarunt, & honorificè sepelierunt.

S.SYMPHOROSÆ cum Septem filiis Martyribus. Die C.

Oratio. Deus qui nos cōcedis. de communi plur. marty. L. ij.

SYmphorosa Tiburtina, Getulij martyris uxor, ex eo septem filios peperit, Crescentium, Iulianū, Nemesium, Primitiuum, Iustinum, Stacteum, Eugenium: qui omnes propter Christianæ fidei professionem vnà cum matre, Adriano Imperatore comprehensi sunt: quorum

rum mater saxo ad collum alligato in profluentem deiicit: cuius corpus conquisitum à fratre eius Eugenio sepelitur. Lectio tertia.

POstridie eius diei, qui fuit decimoquinto Kalendas Augusti septem fratres singuli ad palum alligati, uariè sunt interfecti. Crescentio guttur ferro transfigitur, Iuliano pectus confoditur, Nemesio cor transuerberatur, Primitiuo traijcitur umbilicus, Iustinus mẽbratim secatur, Stacteus telis configitur, Eugenius à pectore in duas partes diuiditur. Horum corpora Romæ condita sunt in ecclesia sancti Michaelis in foro Piscario. ℟. Hæc est uera fraternitas. fol.

ie20 E. S. MARGARITÆ Virginis, & martyris.

Oratio. Indulgentiam. Lectio secunda, & tertia, Quoniam hodie. de communi virg.

ie21 F. S. PRAXEDIS VIRG.

Oratio. Exaudi nos. De communi virg. Lectio ij.

PRaxedes, uirgo Romana, Potentianæ uirginis soror, Marco Antonino Imperatore Christianos persequente, eos facultatibus, opera, consolatione, & omni charitatis officio prosequebatur. Nam alios domi occultabat, alios ad fidei constantiam hortabatur, aliorum corpora sepeliebat, ijs qui in carcerem inclusi erant, qui in ergastulis exercebantur, nulla re deerat. Lectio tertia.

QVæ cùm tantam Christianorum stragem iam ferre non posset, Deum precata est, vt si mori expediret, se è tantis malis eriperet. Itaque duodecimo Kalendas Augusti ad pietatis præmia uocatur in cœlum. Cuius corpus à Pastore presbytero in patris, & sororis Potentianę sepulchrum illatum est, quod erat in cęmeterio Priscillæ, uia salaria.

Die22 G. S. MARIÆ MAGDALENÆ.

Duplex 3.

Ad Vesperas, Antiphona.

Dum esset rex. cum reliquis de Laudibus, in communi sanctarum, nec virginium, nec martyrum. Psalmus. Dixit Dominus. cum reliq. de virg. Capitulum. Mulierem fortem. De communi nec uirginum, nec martyrum. ℟. breue. Specie tua. Hymnus:

LAuda mater ecclesia,
Lauda Christi clemẽtiam,
Qui septem purgat uitia
Per septiformem gratiam.
Maria soror Lazari,
Quæ tot commisit crimina,
Ab

Ab ipsa fauce tartari
Redit ad uitæ limina.
Post fluxæ carnis scandala,
Fit ex lebete phiala,
In vas translata gloriæ,
De vase contumeliæ.
Ægra currit ad medicum,
Vas ferens aromaticum
Et à morbo multiplici
Verbo curatur medici.
Surgentem cum victoria
Iesum uidet ab inferis:
Prima meretur gaudia
Quę plus ardebat cęteris.
Vni Deo sit gloria,
Pro multiformi gratia,
Qui culpas & supplicia
Remittit & dat p̃mia. Amẽ.

℣. Diffusa est gratia.

Ad Magnificat, Antiphona.

In diebus illis mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit quòd Iesus accubuit in domo Simonis leprosi, attulit alabastrum unguenti, & stans retrò secus pedes Domini Iesu, lachrymis cępit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguẽto ungebat. Oro.

BEatæ Mariæ Magdalenæ, quæsumus Domine suffragijs adiuuemur: cuius precibus exoratus quatriduanum fratrem uiuum ab inferis resuscitasti. Qui uiuis, & regnas cũ Deo Patre in vnitate Spiritus sancti Deus, Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Ad Matutinum, Inuitatorium.

Laudemus Deum nostrum. In conuersione Marię Magdalenæ. p̃s. Venite. fol. 9. Hym.

NArdi Maria pistici
Sũpsit librã, mox optimi
Vnxit beatos Domini
Pedes rigando lachrymis.
Honor, decus, imperium
Sit Trinitati vnicæ,
Patri Nato, Paraclito,
Per infinita secula. Amen.

In j. & ij. Noctur. Antiphonæ p̃s. & Versiculi de cõi sanctarum nec virg. nec martyrum, De Canticis Canticorum, L. j.

IN lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui illum & non inueni. Surgam & circuibo ciuitatem: per uicos & plateas quęram, quem diligit anima mea: quæsiui illum & non inueni. Inuenerunt me uigiles qui custodiunt Ciuitatẽ. Num quem diligit anima mea uidistis? Paululùm cùm pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea. Tenui eum, nec dimittã, donec introducã illũ in domum matris meæ, & ĩ cubiculum genitricis meæ. ℟. Maria Magdalenæ, & altera Ca. I

Maria ibant diluculò ad monumentum: I esus quem quęritis, non est hic: Surrexit sicut locutus est: præcedet vos in Galileam, ibi eũ videbitis. ℣. Et valdè manè vna Sabbathorum, veniunt ad monumentũ orto iàm Sole: & introeuntes inuenerunt iuuenem sedentẽ in dextris, q dixit illis. I esus. L.ij. Quis mihi det. cum rel. vt in Oct. Assumptionis.

℟.ij. Dum transisset Sabbathũ Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerũt aromata, V t venientes vngerent Iesum. ℣. Et valdè manè vna Sabbathorum veniunt ad monumentũ orto iàm Sole. V t.

℟.iij. Congratulamini mihi omnes, qui diligitis Dominũ, quia quem quærebam apparuit mihi. E t dum flerem ad monumentum, vidi Dominũ meum, halleluia. ℣. Recedẽtibus discipulis non recedebã, & amoris eius igne succensa ardebam desiderio. E t dum.

℟.iiij. Tulerunt Dñm meũ, & nescio vbi posuerunt eum. Dicunt ei Angeli: mulier quid ploras? surrexit sicut dixit. P ręcedet vos in Galilæam, ibi eũ videbitis. ℣. Dum ergo fleret inclinauit se, & ꝓspexit in monumentum, & vidit duos Angelos in albis sedentes, qui dicũt ei. P ręcedet. G loria. P rę.

Sermo S. Greg. Papæ. Lect. v.

Ex homi. 25 in ini.

Maria Magdalene, quæ fuerat in ciuitate peccatrix, amando veritatem, lauit lachrymis maculas criminis; & vox veritatis impleta est, quę dicit: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Quæ enim prius frigida peccando remãserat, postmodùm amãdo, fortiter ardebat. ℟. Dilexisti iustitiam. de Cõmuni Sactarum, nec Virginũ. nec Martyrum. Lectio vj.

Quæ à monumento Dñi, etiam discipulis recedẽtibus, non recedebat: exquirebat, quem non inuenerat: flebat inquirendo, & amoris sui igne succensa, eius, quem sublatum credidit, ardebat desiderio: Vnde contigit, vt eum sola tunc videret, quæ remanserat, vt quæreret: quia nimirum virtus boni operis perseuerantia est. ℟. Fallax gratia. L. vij.

Quæsiuit ergo priùs, & minimè inuenit: perseuerauit, vt quęreret: unde cõtigit, ut inueniret: actũq; est, ut desideria dilata crescerent, & crescentia raperent, quod inuenissent. Hinc est enim quòd de eodem sponso Ec-

Ecclesia in Canticis Canticorũ dicit: In lectulo meo per noctem quęsiui quem diligit aĩa mea. ℟. Pulchra facie. L.viij.

Dilectum in lecto quærimus, quando in præsentis vitæ aliquãtula requie Redemptoris nostri desiderio suspiramus. Per noctem quærimus, quia etsi iàm in illo mẽs vigilat, tamẽ adhuc oculus caligat. Qui ergo dilectum suũ non inuenit, restat ut surgat, & ciuitatem circumeat, idest sanctam electorum Ecclesiam mente, & inquisitione percurrat. ℟. Regnum mundi.

In iij. noct. Aña. Surgens Iesus manè prima Sabbathi apparuit primò Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat septem dęmonia, halleluia. Cant. Audite me. cum reliquis.

℣. Elegit eam Deus.

Lect. S. Euãg. ſm Lucam. L.ix.

Cap. 7 In illo tempore: Rogabat Iesum quidam Pharisæus, ut manducaret cum illo: & ingressus domum Pharisæi discubuit. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Epi.

Exl. 50 hom. Hom. 23. in init.

Euangelium, cùm legeretur, attentissimè audistis: & res gesta, narrata, atque uersata est ante oculos cordis uestri. Vidistis enim non carne, sed mente Dominum nostrũ Iesum Christum in domo Pharisęi recumbentem, & ab illo inuitatum, non fastidientem.

Responsoria de Cõi. L.x.

Vidistis etiã mulierem in ciuitate famosam, malæ utique famę, eò quòd erat peccatrix, non inuitatam irruisse cõuiuio, vbi suus medicus recumbebat, & quæsisse pia impudentia sanitatem: Irruens quasi importuna cõuiuio, opportuna beneficio: nouerat enim quanto morbo laboraret: & illum ad sanandum idoneum esse, ad quem uenerat, sciebat. Lectio undecima.

Accessit igitur non ad caput Domini, sed ad pedes: & quę diù malè ambulauerat, uestigia recta quærebat: priùs fudit lachrymas cordis, lauit Domini pedes obsequio confessionis, capillis suis tersit, osculabatur, unxit, tacita loquebatur: non sermonem promebat, sed deuotionem ostendebat. Lectio xij.

Quia ergo tetigit Dominum rigando, ósculando, tergendo, ungendo pedes eius, Pharisęus qui inuitauerat Dominũ Iesum Christum, quia ex illo genere erat hominum superborum, de quibus

quibus Isaias propheta dicit: Qui dicunt, Recede longè à me, noli me tangere, quoniam mundus sum: putauit Dominum nesciſſe mulieré. O Pharisæe inuitator, & irrisor Domini: Dominũ pascis, & à quo sis pascendus non intelligis.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

x ca. infe us à ied.

IN illo tempore: Rogabat Iesum quidam Pharisæus ut manducaret cum illo: & ingressus domum Pharisæi discubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit quia Iesus accubuit in domo Pharisæi, attulit alabastrum unguenti, & stãs retro secus pedes ei⁹, lacrymis cępit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento vngebat. Videns autem Pharisæus qui uocauerat eum, ait intra se. Hic si esset propheta sciret utique quæ & qualis esset mulier, quæ tangit eum, quoniam peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille dixit: Magister dic. Et respondens Iesus, dixit: Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos; & alius quinquaginta: Non habentibus illis unde redderet, donauit utrisque: quis ergo eum plùs diligit? Respondens Simon dixit: Æstimo quia is, cui plus donauit. At ille dixit: Rectè iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti, hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti, hæc autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minùs diligit. Dixit autem ad illam Iesus: Remittuntur tibi peccata tua. Et cęperunt qui simul accũbebant dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fęcit: Vade in pace. ℟. Amen.

Ad Laudes, & per Horas, Añæ. Dum esset Rex. cũ rel. de cõi. Cap. Mulierem fortem. ℟. br. Adiuuabit eam. Hymnus.

Æterni Patris Vnice,
Nos pio uultu respice,
Qui Magdalenam hodie
Vocas ad thronum gloriæ.

In thesauro reposita
Regis est drachma perdita,
Gemmaq; luce inclyta
De luto luci reddita.

Iesu dulce refugium,
Spes una pœnitentium,
Per peccatricis meritum,
Peccati solue debitum.

Pia mater, & humilis,
Naturæ memor fragilis,
In huius uitæ fluctibus
Nos rege tuis precibus.

Vni Deo sit gloria,
Pro septiformi gratia,
Qui culpas & supplicia
Remittit, & dat præmia.
Amen. ℣. Diffusa est gratia.

Ad Benedictus, Antiphona. Maria unxit pedes Iesu, & extersit capillis suis, & domus impleta est ex odore unguẽti.

Ad iij. vj. & ix. Capitula, & Versiculi de Cõmuni Sanctarum nec Virginum, nec Mart. Ad Vesp. omnia ut in j. Vesp. Ad Magnificat, Antiphona. Mulier q̃ erat in ciuitate peccatrix attulit alabastrum unguenti, & stans retro secus pedes Domini, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat.

S. APOLLINARIS Episcopi, & Martyris. Semiduplex.

Die A.

Oratio.

DEus fidelium remunerator animarũ, quique hũc diem beati Apollinaris Sacerdotis tui martyrio consecrasti: tribue nobis quæsumus famulis tuis, ut cuius uenerandam celebramus festiuitatem, precibus eius indulgentiam consequamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Lectio quinta.

APollinaris à Principe Apostolorum ordinatus Episcopus, Rauennã ad Christi Domini prędicandum Euãgelium mittitur: ubi cùm ad Christi fidem plurimos conuerteret, captus ab idolorũ Sacerdotibus præcipitatur in mare, unde ereptus est: Cumq; ipso orante Bonifacius nobilis vir, qui diu mutus fuerat, loqueretur, eiusque filia immundo spiritu liberata esset, iterum est in illum commora seditio.

Lectio sexta.

ITaque uirgis cęsus, ardentes carbones nudis pedibus præmere cogitur. Posthæc mittitur in exilium. Qui profectus in Æmiliam, ibi Ruffini Patritij filiam mortuam ad uitam reuocauit: ut

ut propterea tota Ruffini familia in Iesum Christum crederet. Lectio septima.

POst hæc equuleo cruciat: in cuius plagas aqua feruens infunditur, saxoq; os tunditur: mox ferreis uinculis cõstrictus includitur in carcere. Quarto die impositus in nauẽ eijcitur in exilium, ac tempestate delatus ad ripam Danubij uenit in Thraciam, qui inuentus iterum iubetur nauigare. Lectio octaua.

ITaque reuersus Rauennam ab eisdem illis idolorum sacerdotibus accusatus, Centurioni custodiendus traditur: qui cùm occulte Christũ coleret, noctu Apollinarem dimisit. Re cognita satellites eum persequuntur, & plagis in itinere confectum, quòd mortuum crederẽt relinquunt. Septimoque die martyrij gloria clarus migrauit è uita. Cuius corpus propè murum urbis sepultum est.

Lect. S. Euãg. sẽm Lucam. L. ix.

.22 IN illo tempore: Facta est cõtẽtio inter discipulos Iesu, quis eorũ uideretur esse maior. Et reliqua.

li. cõ- .in d. Homilia S. Ambrosij Epi.

REgnum Dei non est de hoc mundo. Non ergo æqualitatis homini ad Deum, sed similitudinis æmulatio est. Solus enim Christus est plena imago Dei propter expressam in se paternæ claritudinis vnitatem. Iustus autem homo ad imaginem Dei est, si propter imitandã diuinæ conuersationis similitudinẽ mundum hunc Dei cognitione cõtemnat, uoluptatesq; terrenas uerbi pceptione despiciat, quo alimur in vitam: unde & corpus Chri edimus, vt uitę ęternę possimus esse participes. L. x.

NOn enim uictus, & potus nobis præmij loco spondetur, & honoris, sed cõmunicatio gratiæ cœlestis, & uitæ. Neque duodecim throni tamquàm aliqua corporalis sunt receptacula sessionis, sed quia secundùm diuinam simitudinẽ iudicat Christus cognitione cordium, non interrogatione factorum, uirtutem remunerans, impietatemque condemnans. Lectio xj.

ITa & Apostoli in iudicium spiritale formantur remuneratione fidei, & execratione perfidię, uirtute errorẽ redarguentes, sacrilegos odio persequentes. Conuertamur igitur, & caueamus ne in perditionẽ aliqua inter nos de prælatione

latione possit esse contentio. Si enim contendebant Apostoli, non excusationi obtenditur, sed cautioni ꝑponitur. L. xij.

SI Petrus aliquando conuertitur, quia primam Dei secutus est vocem: quis potest dicere citò se esse conuersum? Caue ergo iactantiam, caue seculum. Ille enim confirmare iubetur fratres suos, qui dixit: Omnia reliquimus, & secuti sumus te.

Sequentia sancti Euãgelij secundùm Lucam.

C. 22. à init. IN illo tempore: Facta est cõtẽtio inter discipulos Iesu, quis eorũ videretur esse maior. Dixit autem eis Iesus: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici uocantur. Vos autẽ non sic: sed qui maior est in uobis, fiat sicut minor: & qui prçcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nõne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Vos autẽ estis, qui permansistis mecũ in tentationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo: & sedeatis super thronos iudicãtes duodecim Tribus Israel.

S. CHRISTINÆ VIRGINIS & Martyris. Oratio.

Indulgentiam. de Cõi.

IN VIGILIA S. Iacobi Apostoli. Die 2 B.

Tres Lect. de Hom. in Euang.

Hoc est præceptum meum. de Cõi Apostolorũ. Orõ.

DA quæsumus omnipotẽs Deus, ut beati Iacobi Apostoli tui quam præuenimus ueneranda solennitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per Dñm nostrum.

Deinde fit cõmemoratio sanctæ Christinæ, ut supra.

S. IACOBI APOSTOLI. Die 2 C.

Duplex 2.

Omnia de Communi Apostolorum præter Lect. Orõ.

ESto Domine plebi tuæ sanctificator, & custos: ut Apostoli tui Iacobi munita ꝑsidijs, & cõuersatione tibi placeat, & secura mẽte deseruiat. Per Dominum nostrum.

Lectiones in j. noctur. Sic nos existimet. de Communi Apostolorum. Lectio v.

IAcobus Zebedæi filius, Iohannis Apostoli germanus frater, Galilæus, inter primos Apo-

Apostolos vocatus cum fratre relictis patre ac retibus, secut⁹ est Dominum. Is vnus fuit ex tribus Apostolis quos Saluator maximè dilexit,& in multis sibi testes esse uoluit. L. vj.

VErùm Iacobus post Iesu Christi ascensum in cęlum,in Iudæa,& Samaria pdicans eius diuinitatem,plurimos,in quibus Hermogenem hæreticum, ad Christianam fidem conuertit. Mox peragrata Hispania,ibiq; prędicato Euangelio, redijt Ierosolymam. Lectio septima.

SEd Claudio Imperatore Herodes ad regnum elatus,vt à Iudęis gratiam iniret, Iacobum liberè Iesum Christum Deum confitentem capitis condemnauit. Quem cùm is, qui eum duxerat ad Tribunal,fortiter martyrium subeũtem vidisset,statim se & ipsum christianum esse professus est, & uterq; est securi percussus, cùm paulò antè Iacobus paralyticum sanasset. Lectio viij.

COrpus eius posteà Compostellam translatũ est, vbi summa celebritate colit. Memoria ipsi⁹ natalis hodierno die,qui Translationis dies est,ab Ecclesia celebratur,cùm ipse Kalendis Aprilis primus Apostolorũ Ierosolymis profuso sanguine testimonium Iesu Christo dederit.

In iij.noctur.Hom.in Euang. Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi. habetur supra in festo sancti Iohannis ante portam Latinam 344. In fine Laudum tantùm fit commẽ. S. Christophori Mart. Oratio. Præsta quęsumus ops Deus,vt qui. de Cõi unius Mar.

Die 27 E. S. PANTALEONIS MAR. Oro. Præsta quæsumus omnipotens Deus, vt intercedente. de Cõi unius mar. L.ij.

PAntaleon Nicomediẽsis, nobilis medicus,ab Hermolao psbytero ad Iesu Christi fidem eruditus , baptizatus est: qui mox patri Eustorgio persuasit, ut Christianus fieret. Quo mortuo, Pantaleon famulos omnes à seruitute liberauit,& eos,qui erant in carceribus, & qui tormentis uexabantur,uel morbis,circumiens,inuocato Christo Domino curabat. Lectio tertia.

QVare cùm Nicomediæ postea Christi Domini fidem liberè prædicaret, & ad eius doctrinam omnes cohortaretur, Diocliano Impatore equuleo tortus, & admotis ad eius corpus laminis candentibus,cruciatus est:quam tormentorum uim æquo & forti animo ferens,ad extremum securi percussus martyrij coronam adeptus est.

Die 28 F. SS. MAR. NAZARII, CELSI, Victoris : ac Innocentij Papæ, & Confessoris.

Semiduplex. Oratio.

SAnctorum tuorũ nos Domine Nazarij,Celsi, Victoris,& Innocẽtij confessio beata cõmuniat, & fragilitati nostræ subsidium dignanter exoret. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuũ. Qui tecum uiuit. Lectio v.

NAzarius, & Celsus puer Treuirim Neronis persecutione in mare deijciũtur. Vnde mirabiliter euaserunt. Posteà Mediolanum uenientes ibi ab Anolino Præfecto, cõstantissimè Christum Deũ confitentes, capite plectuntur: quorum corpora extra portã Romanam sepulta, posteà à beato Ambrosio in urbe honorifico sepulchro contecta sunt. Lectio sexta.

VIctor in Africa natus, Seuero Imperatore rexit Ecclęsiam. Instituit quędam ad ędificationem Ecclesiæ, & Theodulum coriarium Vicentinum docentẽ Christum tantummodò hominem fuisse, eiecit ex Ecclesia. Scripsit de quæstione Paschæ,& alia quędam opuscula. Martyrio coronatus sepelitur in Vaticano quinto Kalendas Augusti. Sedit annos decem, mẽses duos, dies decem. Lectio septima.

INnocentius Albanẽsis sancti Hieronymi, & Augustini ætate floruit : de quo ille ad Demetriadem Virginem: Sancti Innocentij,qui Apostolicæ Cathedræ, & beatæ memoriæ Anastasij successor, & filius est, teneas fidem, nec peregrinã, quàmuis tibi prudens callidaque uidearis, doctrinam recipias. Lectio viij.

IS, Pelagio & Celestino dãnatis,contra eorum hęresim decretũ fecit, ut qui ex Christiana muliere natus esset, per baptismum renasci deberet: & vt sabbatho ob memoriam Christi Domini sepulturæ ieiunium seruaretur. Sedit annos quindecim, menses duos, dies viginti. Sepultus est in cœmeterio ad Vrsum pileatum.

In iij. noctur. Hom. in Euãg. Cùm audieritis prælia, &c. de Communi plurimorum Martyrum.

S.MAR-

Die 29 G. S. MARTHÆ VIRGINIS. Semiduplex. Oratio.
Exaudi nos. de Cõi Virg.
Cõm. SS. Mar. Felicis Simplicij, Faustini, & Beatricis. Orõ.

PResta quęsumus Domine: vt sicut populus Christianus martyrum tuorum Felicis Simplicij, Faustini, & Beatricis temporali solennitate congaudet: ita perfruatur æterna: & quod votis celebrat, cõprehendat effectu. Per Dominum nostrum. Lectio v.

MArtha nobilibus, & copiosis parentibus nata, sed Christi Domini hospitio clarior, post eius ascensum in cœlum, cum fratre, sorore, & Marcella pedissequa, ac Maximino vno ex septuagĩta duobus discipulis Christi Domini, qui totam illam domũ baptizauerat, multisq; aliis Christianis comprehensa est à Iudæis. Lectio sexta.

HI omnes in nauem sine velo ac remigio imponuntur: sed nauis Deo gubernante saluis omnibus Massiliam appulsa est. Quo miraculo, & horum prædicatione primùm Massilieses, mox Aquenses ac finitimæ gentes in Christum crediderunt. Lazarusq; Massiliensium, & Maximinus Aquensium Episcopus creatur. Lectio septima.

MAgdalena uerò in vastã altissimi montis spelũcam se contulit: vbi triginta annos vixit, ab omni hominũ consuetudine disiuncta: quotidieq; per id tempus ad audiẽdas cęlestium laudes in altum ab Angelis elata. Lectio viij.

MArtha autem in locum à viris remotissimum cũ aliquot honestissimis fęminis se recepit, ubi summa cum laude pietatis, & prudentiæ diu vixit, ac demum miraculis clara migrauit ad Dominum quarto Kalendas Augusti. Cuius corpus apud Tarascũ magnam habet venerationem.

In iij. noct. Homil. in Euang.
Intrauit Iesus in quoddã castellum. vt infra in Assumpt. beatę Mariæ.

Die 30 A. SS. ABDON, ET SENNEN Martyrum. Oratio.

DEus qui sanctis tuis Abdon, & Sennen ad hanc gloriam ueniendi copiosum munus gratiæ contulisti: da famulis tuis suorum ueniam peccatorum: vt Sanctorũ tuorum intercedentibus meritis, ab omnibus mereamur aduersitatibus liberari. Per Dominum nostrum. Lectio ij.

ABdon, & Sennen Persæ, iussu Decij Imperatoris comprehenduntur, & Dijs iubentur sacrificare. Quod cùm facere negligerent, & Iesum Christum Deum constantissimè prædicarẽt, traditos in arctam custodiam Romam postea rediẽs Decius vinctos duxit in triumpho. Lectio iij.

QVi cùm in Vrbe ad simulacra actrati essent, ea detestati conspuerunt. Quamobrem ursis ac leonib⁹ obiecti sunt, quos ferę nõ audebant attingere. Quare gladijs trucidati, colligatis pedibus tracti sunt ante Solis simulacrum: quorum corpora clã inde asportata Quirinus Diaconus sepeliuit in suis ędibus.

FESTA AVGVSTI.

Die 1. C. S. PETRI AD VINCVLA.
Duplex 3.
Ad Vesp. Aña. Herodes Rex, cũ rel. de Laud. ps. Dixit Dñs, cum reliquis de Dominica, folio 66. Capitulum.

Act. 12 MIsit Herodes Rex man⁹, ut affligeret quosdam de Ecclesia: Occidit autem Iacobum fratrem Iohannis gladio: Videns autem quia placeret Iudęis, apposuit vt apprehenderet, & Petrum. ℟. br. In omnem terram. Hymnus.

Elpis vxor Boheтij.

PEtrus beatus catenarum laqueos,
Christo iubente rupit mirabiliter,
Custos ouilis, & Doctor Ecclesiæ,
Pastorque gregis, conseruator ouium,
Arcet luporum truculentam rabiem.
Gloria Deo per immensa secula,
Sit tibi Nate decus, & imperiũ,
Honor potestas, sãctoq; Spũi:
Sit Trinitati salus indiuidua
Per infinita sclorũ scla. Amẽ.

℣. Tu es Petr⁹. ℟. Et sup hãc petrã ædificabo Eccliam meã.
Ad Magn. Aña. Tu es Pastor ouium Princeps Apostolorũ: tibi traditæ sunt claues regni cœlorum. Oratio.

DEus qui beatum Petrum Apostolum à uinculis absolutum illæsum abire fecisti: nostrorum quęsumus absolue uincula peccatorum, & omnia mala à nobis propitiatus exclude. Per Dominũ nostrum.
Deinde fit cõm. S. Pauli vt sup. in Cathedra Romana.
Postea Sãctorum Machabæorum Martyrum. Oratio.

FRaterna nos Dñe martyrum tuorum corona lętificet: quæ & fidei nostræ præbeat

beat incrementa uirtutum, & multiplici nos suffragio consoletur. Per Dominũ nostrũ.

Ad Matut. Inuit. Regem Apostolorum. ps. Venite. fol. 9. Hym. Quodcunque uinclis. ut sup. i Cathe. Romana. 312. Añæ, Psal. & Versiculi noctur. dñi de Cõi Apostolorũ.

De Actibus Apostolorum. L. j.

a 12. init. MIsit Herodes Rex man⁹, vt affligeret quosdam de Ecclesia: occidit autẽ Iacobũ fratrem Iohannis gladio. Videns autem quia placeret Iudæis, apposuit ut apprehenderet & Petrum. Erant autẽ dies azimorum. Quem cũ apprehendisset, misit in carcerẽ tradens quatuor quaternioribus militum custodiendum, uolens post Pascha producere eum populo. Responsoria dicuntur vt in festo Apostolorũ Petri & Pauli. Lectio ij.

ET Petrus quidem seruabatur in carcere: oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. Cùm autem producturus eũ esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites uinctus catenis duabus, & custodes ante ostiũ custodiebant carcerem. Et ecce Angelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo carceris, percussoq; latere Petri, excitauit eum dicens: Surge uelociter. Et ceciderunt catenę de manibus eius. Lect. iij.

DIxit autem Angelus ad eum: Pręcingere, & calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi: circunda tibi uestimentum tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eũ, & nesciebat, quia uerum est, qđ fiebat p Angelũ: existimabat autẽ se uisum uidere. L. iiij.

TRanseuntes autem primam & secundam custodiam, uenerunt ad portam ferream, quę ducit ad Ciuitatem, quę ultrò aperta est eis: & exeũtes processerunt uicum unũ, & continuò discessit Angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus dixit: Nũc scio uere, quia misit Dominus Angelum suũ, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. Lectio v.

THeodosio Imperatore cũ Eudoxia eius vxor Ierosolymã soluendi uoti causa uenisset, ibi multis est affecta muneribus, præ cęteris insigne donum accepit ferreę catenæ, auro gẽmisq; ornatę: quã illã esse affirmabãt, qua Petrus Apl's ab Herode uĩctus fuerat. L. vj.

Eudo-

EVdoxia catenam piè uenerata, eam postea Romam Põtifici maximo detulit. Qui uicissim illi monstrauit alteram catenam, qua Nerone Imperatore idem Apostolus constrictus fuerat. Vnde factũ est vt illæ inter se sic cõnectentur, vt non duę, sed vna catena ab eodem artifice confecta esse videretur. Lectio vij.

EO miraculo tãtus honor sacris illis vinculis haberi cępit, ut propterea hoc nomine sancti Petri ad vincula Ecclesia dedicata sit in Exquilijs, eiusq; memorię dies festus institutus Kalendis Augusti. Quo ex tempore honos qui eo die Augusto Cęsari tribui solitus erat, Petri vĩculis haberi cępit. Quę tacta, ęgros sanabãt, & dęmones eijciebant. Lectio viij.

ANno salutis humanę nõgentesimo, accidit ut quidam Comes Othonis Imperatoris familiaris occupatus ab immundo spiritu, seipsum dentibus dilaniaret. Quare is iussu Imperatoris ad Iohannẽ Pontificẽ ducitur. Qui vt sacra catena Comitis collum attigit, erumpens nefarius spiritus hominem liberum reliquit, ac deinceps in vrbe sanctorũ uinculorum religio propagata est.

In iij. Nocturno, Antiphona. Erat Petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus, & custodes ante ostiũ custodiebant carcerem. Canticum. Vos sancti Domini. cum reliquis. fol. Homilia in Euangeliũ. Venit Iesus in partes. Vt in Natiuitate Apostolorum Petri & Pauli. Pro sanctis Machabęis nisi veniat in Dominica.

Sermo sancti Gregorij Nazianzeni. Lectio xij.

QVid nam Machabęi? Horum enim dies festus præsenti frequentia celebrat'. Qui & si apud multos nõ sunt in honore, quòd illud certamẽ post Christum non susceperunt, tamen digni sunt qui ab hominibus honorentur, quia pro patrijs legibus, & institutis fortes constantesq; se prębuerunt. Nam qui ante Christi passionem subiere martyriũ, quid post Christũ in persecutione, eiusq; pro nobis obitę mortis imitatione facturi fuissent? Ex or. de Machabæis.

Ad Laudes. & per Horas. Aña.

HErodes Rex apposuit vt apprehenderet & Petrum: quem cùm apprehendisset, misit in carcerem, volens post Pascha producere eum populo. Psalmus.

Dominus regnauit. cum rel. fo. 18. Aña Petrus quidẽ seruabatur in carcere, oratio aũt fiebat sine ĩtermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. Aña. Dixit Angelus ad Petrum: circunda tibi uestimentum tuum & sequere me. Aña. Misit Dominus Angelum suum, & liberauit me de manu Herodis, halleluia. Aña Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Cap. Misit Herodes. ℟.br. Cõstitues eos. Hymn⁹. Iam bone pastor. ut in cathedra Romana. 313. ℣. Tu es Petrus. Ad Bñs, Aña. Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutũ & in cęlis: dicit Dñs Simoni Petro.

Et fit commemoratio S. Pauli & Machabæorum. Ad iij. vj. & ix. Cap. dicuntur ut in natali eorundem. ℣. de communi. Ad Vesperas, Antiphona. Herodes rex. cum rel. Psal. de Apostolis. Cap. & rel. ut in j. vesp. Ad Magnificat, Antiphona. Solue iubente Deo terrarũ Petre cathenas, Qui facis ut pateant celestia regna beatis. Deinde fit com. S. Pauli. Postea S. Stephani Papæ, & martyris. Oratio. Deus qui nos. De communi. Lectio ij.

STephanus Romanus Pontificatũ gessit Valeriano & Gallieno Imperatoribus. Instituit ut Sacerdotes & Diaconi nusq̃ sacris vestibus, nisi in ecclesia uterentur. Fuit vir doctrina & pietate singulari, multosque ad Christũ conuertit, quorum plures postea Iesu Christi martyres fuerunt. Lectio iij.

QVi cùm aliquando raptus esset ab infidelibus ad templum Martis, ut ei sacrificaret, negante illo hoc agere, Martis statua terręmotu concidit, templumq; contremuit: cui postea dum Missarum solennia perficit, ab Imperatorũ satellitibus in sua sede caput abscíditur. Corpus cum eadem sede conspersa Martyris sanguine à clericis sepultum est in cæmeterio Callisti, quarto nonas Augusti. Vixit in Põtificatu annos septẽ, mẽses q̃que, dies duos.

Die 3. E.

IN INVENTIONE S. Stephani Protomartyris.

Semiduplex.

Ad Vesp. Aña. Lapidauerunt. ut in Laud. eius festi. f. 108. Psl. Dixit Dominus. cum reliq. de Dominica. fol. 66. Cap. Stephanus autem. ℟. brc. Gloria & honore. Hymn⁹. Deus tuorum militum. de cõi. ℣.

℣. & Antiphona Ad Magnificat, vt in j. vesp. festi. Oratio.

DA nobis quęsumus Domine imitari quod colimus: ut discamus & inimicos diligere: quia eius inuentionẽ celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare, Dominum nostrum Iesum Christũ filium tuum. Qui tecum, &c.

Ad Matutinum omnia de cõmuni præter hic posita.

De Actibus Apostolorum. L. j.

DVra ceruice, & incircuncisis cordibus, & auribus, uos semper Spiritui sancto restitistis, sicut patres uestri & uos. Quem prophetarum non sunt persecuti patres uestri? Et occiderunt eos qui prænunciabant de aduentu Iusti, cuius uos nunc proditores & homicidæ fuistis: qui accepistis legem in dispositione Angelorum, & non custodistis.

℟. ia ut in die festi. Lectio ij.

AVdientes autem hæc, dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. Cùm autem esset plenus Spiritu sancto intendens in cęlum, uidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei: Et ait: Ecce uideo cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris uirtutis Dei. Lectio tertia.

EXclamantes autem voce magna continuerunt aures suas, & impetum fecerunt unanimiter in eum: & eijcientes eum extra ciuitatem lapidabant: & testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis qui vocabatur Saulus: & lapidabant Stephanum inuocantem & dicentem: Domine Iesu suscipe Spiritum meum. Lectio quarta.

POsitis autem genibus clamauit uoce magna, dicẽs: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Et cùm hoc dixisset, obdormiuit in Domino. Saulus autem erat consentiens neci eius. Facta est aũt in illa die persecutio magna in ecclesia quæ erat Ierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudeæ & Samarię, præter Apostolos. Curauerunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum. Lectio quinta.

SAnctorum corpora Stephani Protomartyris, Gamalielis, Nicodemi, & Abibonis quæ diu in obscuro ac sordido loco iacuerant, Honorio Imperatore, Luciano presbytero diuinitùs admonito, inuenta sunt prope Ierosolymã. L. vj.

Cvi Gemaliel cũ in somnis apparuisset, graui quadam, & pręclara senis specie, locum iacentium corporum commonstrauit, imperans ut Iohannem Ierosolymitanum Antistitem adiret, ageretq; cum eo, ut honestiùs illa corpora sepelirētur. L.vij.

Qvibus auditis Ierosolymorum Antistes, finitimarum urbium Episcopis, presbyterisque conuocatis, ad locum pergit, fodi iubet, defossos quatuor loculos inuenit: unde suauissim⁹ odor efflabatur. Cuius rei fama commota magna hominum multitudo eò conuenit, multique ex uariis morbis ęgroti, ac debiles, sani & integri domum redierunt. Lectio octaua.

Sacra autem corpora summa celebritate in sanctam Ecclesiam Sion illata sunt, & sub Theodosio iuniore corpus sancti Stephani Constantinopolim, inde Romam Pelagio primo Pōtifice trāslatū, in agro Verano in sepulchro S. Laurētij martyris collocatum est. In tertio Nocturno, Antiphona, vt in eius festo. Homi. in Euang. Ecce ego mitto ad uos. Ad Laudes, & per Horas omnia, vt in festo. folio 108.

Die 4. F. S. DOMINICI CONF. Duplex 3. Oratio.

Deus qui Ecclesiam tuam beati Dominici confessoris tui illuminare dignatus es meritis & doctrinis: concede vt eius intercessione temporalibus non destituatur auxilijs, & spiritualibus semper ꝓficiat incrementis. Per Domi. Et fit cōm. S. Stephani. Lectio v.

Dominicus Calarogę ī Hispania ex nobili Gusmanorum familia natus, Palentię liberalibus disciplinis, & theologiæ operam dedit: quo in studio cùm plurimùm profecisset, priùs Oxomensis Ecclesiæ Canonicus regularis, deinde ordinis Fratrum prædicatorum auctor fuit. Lectio vj.

Hvius autem ingenium ac uirtus maximè enituit in euertendis hæreticis. Quo in negocio septem consumpsit annos. Postea Romam venit, & ab Honorio tertio confirmationem ordinis Prædicatorum impetrat. Romæ autem duo instituit monasteria, alterum uirorum, mulierum alterum. Lectio septima.

Tres etiam mortuos ad uitam reuocauit, multaque alia edidit miracula, quibus ordo Prædicatorū mirifice propagari cępit. Cuius etiam opera factum est, ut ubiq; terrarū monasteria ędificarent, innumerabilesq; hoīes religiosam ac piā vitā instituerent. L.viij.

Cvm autem Bononiæ esset anno Christi ducentesimo vigesimo tertio supra millesimum in febrem incidit: qui cōuocatis fratribus, charitatem, humilitatem, paupertatem, tamquàm certum patrimonium eis testamento reliquit, ipsisq; orantibus obdormiuit in Domino Nonis Augusti: quem postea Gregorius nonus Pontifex retulit in sanctorum numerum.

In iij. noct. Homil. in Euang. Sint lumbi vestri præcincti. de cōi confess. non pont.

Die 5. G. S. MARIÆ AD NIVES. Duplex 3.

Ad Vesp. Aña Dum esset Rex. cum rel. ut in officio eius paruo ad Vesp. ps. Dixit Dominus. cum reliquis de sancta Maria. Capitulum Ab initio. ℟. br. Specie tua. Hym. Aue Maris. ℣. Dignare me. Ad Magnificat, Antiphona. Sācta Maria succurre miseris, iuuā pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, ītercede pro deuoto fœmineo sexu: sentiant oēs tuū iuuamen quicunque celebrāt tuam sanctā festiuitatē. Orō.

Concede nos famulos tuos quæsumus Domine Deus perpetua mentis & corporis sanitate gaudere, & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione à præsenti liberari tristitia, & ęterna perfrui lętitia. Per Dominum. Deinde fit comme. S. Dñici. Ad Matutinum, Inuitatorium. Sancta Maria Dei genitrix virgo Intercede pro nobis. Psal. Venite. fol. 9. Hym. Quem terra. Antiphonę ps. & ỽsiculi noct. dñr ut in eius Natiuitate. De Parabolis Salamonis. L. j.

Ego sapiéntia hábito in cōsílio, & erudítis intérsum cogitatiónib⁹. Timor dñi odit malum: arrogātiā, & supérbiā & uiam prauam, & os bilíngue detéstor. Meum est consílium & æquitas, mea est prudéntia, mea est fortitūdo. Per me Reges regnant, & legum conditóres iusta decernunt. Per me Príncipes ímperant, & poténtes decérnunt iustítiam. ℟. Sancta & immaculata virginitas. vt in Officio eius paruo. Lectio secunda. Ca. 8.

Ego diligéntes me díligo: & qui manè uigilauerint ad me, inuénient me. Mecum sunt

sunt diuitiæ & glória, opes su-
perbæ, & iustitia. Mélior est
fructus meus auro, & lápide
precióso, & genímina mea ar-
génto elécto. In uijs iustitię ám
bulo, in médio semitárum iu-
dícij, vt ditem diligéntes me, &
thesáuros eórum répleam. ℞.
Sicut cedrus. cum rel. ut in As-
sumptione. In xij. dicendo
festiuitatem, & non Assum-
ptionem. fol. Lectio iij.

DOminus possédit me in
inítio uiárum suárum:
antequàm quidquã fáceret à
princípio, ab ætérno ordinâta
sum, & ex antíquis ántequàm
terra fíeret. Non dum erant a-
byssi, & ego iam concépta erã.
Nec dum fontes aquârum erũ
perant, nec dum montes graui
mole cõstíterant. Ante omnes
colles ego parturiêbar. L. iiij.

BEâtus homo qui aúdit me,
& qui uígilat ad fores
meas quotídie, & obséruat ad
postes óstij mei. Qui me inué-
nerit, inuéniet uitã, & hauriet
salútem à Domino: qui àutem
in me peccàuerit, lædet ánimã
suam. Omnes qui me odérũt,
díligunt mortem. Lectio v.

LIberio summo Pontifice,
Iohannes Patricius Ro-
manus, & vxor pari nobilitate,
cùm liberos non suscepissent,
quos bonorum hæredes relin-
querent, suam hæreditatem Sã
ctissimæ virgini Dei matri uo-
uerunt, ab ea summis precibus
assiduè petẽtes, vt in quod piũ
opus eam pecuniam potissi-
mùm erogari uellet, aliquo
modo significaret. Lectio vj.

NOnis igitur Augusti, quo
tempore in urbe maxi-
mi calores esse solent, noctu
nix partem collis Exquilini cõ
texit. Qua nocte Dei mater
separatim Iohannem & coniu
gem in somnis admonuit, vt
quem locum niue cõspersum
uiderent, in eo Ecclesiam ædifi
carent, quæ Mariæ virginis no
mine dedicaretur: se enim
ita velle ab ipsis hæredem in-
stitui. Lectio septima.

IOhannes itaque hóc ad Li
berium Pontificem detulit:
qui idem per somnium sibi cõ
tigisse affirmauit. Quare solen
ni sacerdotum & populi sup-
plicatione ad collem uenit ni
ue coopertum, & in eo locum
Ecclesiæ designauit; quæ Io-
hannis & uxoris pecunia ex-
tructa est, postea à Sixto tertio
restituta. Lectio octaua.

SEd cùm multę iam essent
in vrbæ Ecclesiæ sub no-
mine sanctæ Mariæ virginis:
ut quę basilica nouitate mira-
culi,

culi, ac dignitate cæteris eius-
dem nominis basilicis pręsta-
ret, vocabuli ẽt excellẽtia signi
ficaret, Ecclesia sanctæ Mariæ
Maioris dicta est. Cuius dedica
tionis memoria ex niue q̃ ho-
dierno die mirabiliter cecidit,
anniuersaria celebritate colit.
Lectio sancti Euangelij secun
dùm Lucam. Lectio ix.

Ca. 11. IN illo tempore: Loquẽte Ie
ad turbas, extollens vocem
quędam mulier de turba, dixit
illi: Beatus venter qui te porta
uit. Et reliqua.
Homil. Venerab. Bedæ p̃sbyt.

Ex li. 4. com in euan de in, initio ca. 49. MAgnę deuotionis, & fi-
dei hęc mulier ostendi-
tur, quę scribis & Pharisęis Do
minum tentantibus, simulq́ue
blasphemantibus, tanta eius in
carnationem prę omnibus sin
ceritate cognoscit, tãta fiducia
confitetur, vt & pręsentium,
procerum calumniam, & futu-
rorum confundat hęreticorũ
perfidiam. Lectio decima.

NAm sicut tunc Iudęi san
cti Spiritus opera blasphe
mando, verũ consubstantialẽ-
q́ue Dei filium negabant, sic
hęretici postea negando Ma-
riam semper virginem, sancti
Spiritus operante virtute nasci
turo ex humanis membris vni
genito Deo, carnis suę materiã
ministrasse, verum consubstan
tialemq́; matri filiũ hoĩs fate-
ri non debere dixerunt. L. xj.

NOs igitur extollamus vo
cem cum Ecclesia catho-
lica, cuius hęc mulier typũ ges-
sit, extollamus & mentem de
medio turbarum, dicamusq́ue
Saluatori. Beatus uenter qui
te portauit, & ubera quæ suxi-
sti. Verè enim beata parẽs, quæ
sicut quidã ait, enixa est puer-
pera Regem, Qui cęlum terrã-
q́ue regit, per secula. Lect. xij.

PVlchrè autem Saluator at-
testatione mulieris annuit
non eam tantummodò bea-
tam, quæ uerbum Dei còrpo-
raliter generare meruerat, sed
& oẽs qui idem uerbũ spirita-
liter auditu fidei concipere, &
boni operis custodia, vel ĩ suo
uel in proximorum corde pa-
rere, & quasi alere studuerint,
asseuerans esse beatos.
Sequentia S. Euãg. s̃m Lucam.



IN illo tempore: Lo- C. 1[illegible]
quente Iesu ad tur- ĩ me[illegible]
bas, extollens uo-
cem quædam mu-
mulier de turba, dixit illi: Bea-
tus uenter, qui te portauit, &
ubera quæ suxisti. At ille di-
xit: Quinimmò beati qui au-
diunt uerbum Dei, & custo-
diunt illud. ℞. Amen.

Ad Laudes,& per Horas.Aña.
Dum esset Rex. cum rel.vt in
Officio eius paruo ad Vesp.ps.
Dominus regna. cum reliq.
fol.18.Cap.Ab initio. ℟.bre.
Adiuuabit eam. Hym. O glo-
riosa Domina. ℣. Diffusa.
Ad Benedictus, Antiphona.
Beata es Maria,quæ credidisti:
perficientur in te quæ dicta
sunt tibi à Domino. halleluia.
Ad Horas Cap & ℣. de Natiu.

IN TRANSFIGVRA-
tione Domini. Duplex 3.

Ad Vesp Aña. Asumpsit Iesus.
cum rel.de Lau.ps. Dixit Dñs.
cum rel.de Dominica. Capit.
Saluatorem expectamus do
minum nostrum Iesum
Christum,qui reformabit cor-
pus humilitatis nostræ, confi-
guratū corpori claritatis suę.
℟.br Gloriosus apparuisti In
conspectu Dñi. ℣. Propterea
decorē induit te Dñs. In con-
spe. Gloria. Gloriosus. Hym.

QVicunque Christum quę
ritis,
Oculos in altum tollite,
Illic licebit visere
Signum perennis glorię.
Illustre quiddam cernimus,
Quod nesciat finem pati,
Sublime, celsum, intermi-
num,
Antiquius cęlo,& chao.
Hic ille Rex est gentium,
Populiq; Rex Iudaici,
Promissus Abrahę patri,
Eiusq; in ęuum semini.
Hunc & prophetis testibus,
Iisdemq; signatoribus,
Testatur & pater iubet
Ipsum audire,& credere.
Gloria tibi Domine,
Qui apparuisti hodie,
Cum patre & sancto Spiritu
In sempiterna secula.Amē.

Sic terminātur hymni per om
nes horas. ℣.Corona aurea su
per caput eius. ℟. Expressa si-
gno sanctitatis, gloriæ, & ho-
noris. Ad Mag.Aña. Christus
Iesus,splendor Patris,& figura
substantię eius,portans omnia
verbo virtutis suę, purgatio-
nem peccatorum faciens, in
monte excelso gloriosus appa
rere hodie dignatꝰ est. Oratio.

Deus qui fidei sacramen-
ta in vnigeniti tui glo-
riosa transfiguratione patrum
testimonio roborasti: & ado-
ptionem filiorum perfectam
uoce delapsa in nube lucida
mirabiliter præsignasti: con-
cede propitius, vt ipsius Regis
gloriæ nos cohęredes efficias,
& eiusdem gloriæ tribuas esse
consortes. Per eundem Domi-
num nostrum Iesum Chri-
stum filium tuum,&c.

Pro commem. S.Mariæ.Aña.
Beatam me dicent omnes ge-
nerationes,quia ancillam hu-
milem respexit Deus. ℣. Di-
gnare me. Oro. Concede nos.
Deinde fit cōm.SS. Mart.Six-
ti Felicissimi,& Agapiti. Oro.
Deus qui nos concedis.
de Communi.
Ad Matutinum,Inuitatorium.
Summum Regē gloriæ Chri-
stum adoremus. ps. Venite. f.
9. Hym. Quicunque. vt sup.
In j noct. Aña. Paulò minꝰ ab
Angelis minoratus,gloria, &
honore coronatus est, & con-
stitutus super opera manuum
Dei. ps. Domine Dñs noster.
fol. 4. Aña. Reuelauit Dñs
condensa, & in templo eius
omnes dicent gloriā. ps Af-
ferte Domino. folio 13. Aña.
Speciosus forma præ filijs ho-
minum: diffusa est gratia in
labijs tuis. ps. Eructauit. f.26.
Aña. Illuminans tu mirabili-
ter à montibus ęternis:turbati
sunt oēs insipientes corde. ps.
Notus in Iudæa. fol. 50. Aña.
Melior est dies vna in atrijs
tuis super millia. ps. Quā di-
lecta.f.43. Aña.Gloriosa dicta
sunt de te ciuitas Dei. ps. Fun
damenta. f. 46. ℣ Gloriosus
apparuisti ī cōspectu Dñi. ℟.
Propterea decorē īduit te Dñs.

De Epistola ij.beati Petri Apo-
stoli Lectio j.

FRatres magis satagite, vt Cap. 3 sub init.
per bona opera certā ue-
stram uocationem, & electio-
nem faciatis: hæc enim faciē-
tes non peccabitis aliquando.
Sic enim abundāter ministra-
bitur vobis introitus in æter-
num regnum Domini,& Sal-
uatoris nostri Iesu Christi.Pro
pter quod incipiā vos semper
commonere de his, & quidē
scientes,& confirmatos vos in
pręsenti veritate. ℟. Surge il-
luminare Ierusalē:quia uenit
lumē tuū: Et glia Dñi sup te
orta est. ℣. Et ambulabunt gē
tes in lumine tuo, & Reges in
splendore ortus tui. Et. L.ij.

IVstū autē arbitror quādiu
sum in hoc tabernaculo,su
scitare uos ī cōmonitione, cer
tus, quòd velox est depositio
tabernaculi mei, secūdū quod
& Dñs nr Iesus Chrs signifi-
cauit mihi. Dabo autē operā,
& frequenter habere uos post
obitū meū, vt horū memoriā
faciatis. ℟. In splendēti nube
Spūs sanctus visus est,paterna
vox audita est. Hic est filius
meus dilectꝰ,in quo mihi be-
nè cōplacui: ipsum audite. ℣.
Apparuit nubes obumbrās, &
vox Pris intonuit. Hic. L.iij
Non

NOn eñ indoctas fabulas ſecuti notam fecimus vobis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem & præſentiã, ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo Patre honorem, & gloriam, voce delapſa ad eum huiuſcemodi à magnifica gloria: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipſum audite. ℟. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus Pater, Vt filij Dei nominemur, & ſimus. ℣. Scimus quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniã uidebimus eũ ſicuti eſt. Vt. L. iiij.

ET hanc uocem nos audiuimus de cœlo allatam, cùm eſſemus cum ipſo in mõte ſancto. Et habemus firmiorem propheticum ſermonẽ, cui benefacitis attẽdẽtes quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordibus ueſtris: hoc primùm intelligentes, quòd oĩs Prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit. ℟. Inebriati ſunt ab ubertate domus tuæ. Et torrẽte voluptatis tuæ potaſti eos. ℣. Quoniam apud te eſt fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Et torrente.

In ij. noct. Aña. Tabor, & Hermon in nomine tuo exultabunt, tuum brachium cum potentia. ps. Miſericordias Domini. fol. 47. Aña. Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius, terribilis eſt ſup omnes Deos. ps. Cantate. j. folio 49. Aña. Lux orta eſt iuſto: & rectis corde lætitia. ps. Dñs regna. exul. fol. 49. Aña. Notum fecit Dominus ſalutare ſuum, quia mirabilia fecit. ps. Cantate. ij. fol. 49. Aña. Dominus in Sion magnus, & excelſus ſuper omnes populos. ps. Dominus regna. iraſc. f. 49. Aña. Confeſſionem & decorem induit, amictus lumine ſicut veſtimento. ps. Benedic. ij. f. 53. ℣. Gloria & honore coronaſti eum Dñe. ℟. Et cõſtituiſti eũ ſuper opera manuũ tuarũ.

Sermo S. Iohãnis Chryſ. L. v.

NIhil Apoſtolis, & maximè his tribus, qui ſub nube vnà cum Domino fuerunt, beatius inuenitur. Verũ ſi voluerimus, nos quoque Chriſtum, non vt illi tunc in monte, videbimus, ſed multò certè fulgentiorem: nam tunc diſcipulis parcens tantũ ſplendorem adaperuit, quantum illi percipere poterant. ℟. Præceptor, bonũ eſt nos hic eſſe: Faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum. ℣. Nõ enim ſciebat qd diceret. Faciam⁹. L. vj.

Ex homi. 57 ĩ Math. poſt med.

IN extremo autem die, in ipſa gloria, atque maieſtate Patris, non cum Moyſe, & Elia ſolis, ſed cùm innumero Angelorum, Archangelorũ, aliarumq; Poteſtatum exercitu veniet, nulla nube caput eius cõtegente, verùm etiam mirum in modum cœlo compreſſo: & quemadmodum cùm publicè ſententiam iudices prolaturi ſunt, velamina ſtatores cõtrahunt, vt ab omnibus uideãtur: ſic in ſolio ſuo ſedentem vniuerſi cõſpicient. ℟. Si miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita vt non poſſent intẽdere filij Iſrael in faciem Moyſi propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: Multò magis miniſtratio Spiritus, quæ manet, erit in gloria. ℣. Amplioris enim gloriæ Chriſtus præ Moyſe dignus eſt habitus, quãtò ampliorem honorem habet domo, qui fabricauit eam. Multò magis. Lectio vij.

TVnc quaſi Sol iuſti, immò verò multò magis, quàm Sol reſplendebunt. Non enim id dictum eſt, quoniam tantus ſplendor eorum futurus eſt; verùm quia nihil Sole fulgentius videmus, ab eo quod nobis notiſſimum eſt, futurum deſignare Sanctorum ſplẽdorem voluit. ℟. Vocauit nos Deus uocatione ſua ſancta ſecundùm gratiam ſuam, quæ manifeſtata eſt nunc, Per illuminationem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. ℣. Qui deſtruxit mortem, illuminauit autem vitam in incorruptionem. Per illumin. Lect. viij.

HAc ergo de cauſa, & in monte ſicut Sol effulſiſſe ſcribitur. Nam maiorem lucem illam fuiſſe, quam ſit hęc ſolaris, inde patet: quia diſcipuli cùm ferrè nõ poſſent, ceciderunt. Sic igitur iuſti Solẽ fulgore ſuperabunt, peccatores autem extrema ſupplicia patientur. ℟. Deus qui fecit de tenebris lumen ſplẽdeſcere, illuxit in cordibus noſtris, Ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei ĩ facie Ieſu Chriſti. ℣. Exortum eſt in tenebris lumẽ rectis corde, miſericors, miſerator, & iuſtus. Ad illum. In iij. noct. Aña. In ſplendenti nube Spiritus ſanctus viſus eſt: paterna vox audita eſt: Hic eſt filius meus dilectus. Cant. Dñe miſerere. cum rel. f. 14. ℣. Ma-

℣. Magna est gloria eius.
Hom. in Euag. Assumpsit Iesus Petrum. vt in Dominica ij. Quadragesimæ. folio 173.
℟. ix. Dum oraret Dominus, facta est species uultus eius altera, & uestitus eius albus ac refulgens. Et duo uiri loquebãtur cum illo, Moyses, & Elias uisi in maiestate. ℣. Dicebant autem excessum eius, quẽ cõpleturus erat in Ierusalẽ. Et.
℟. x. Coram tribus discipulis transfiguratus est Dominus, Et Moyse, & Elia hinc inde secum loquentibus ostendit se in maiestate. ℣. Vt in ore duorum, uel trium testium stet omne uerbum. Et Moyse.
℟. xj. Descendentibus de mõte præcepit Iesus, dicens: nemini dixeritis uisionem, Donec à mortuis resurgat filius hominis. ℣. Ne mors eius aliquo modo impediretur, si hęc uisio statim in populo diuulgaretur. Donec à mort.
Pro Sanctis Martyribus, nisi fuerit Dominica. Lectio xij.
Sixtus secundus Atheniensis in persecutione Decij comprehensus trahitur in tẽplum Martis, proposita ei capitali pœna, nisi illi simulacro sacrificaret; Qua impietate constantissimè recusata, unà cũ sex Diaconis Felicissimo, Agapito, Ianuario, Magno, Innocentio, & Stephano, interfectus est, & in cęmeterio Callisti sepultus octauo Idus Augusti: Diaconi uerò in cęmeterio Pretextati. Sedit annos duos, menses decem, dies uiginti. ℟. Vidẽs Petrus Moysen, & Eliam in gloria, & Iesum in medio eorum, ut Solem in uirtute fulgentem, ait: Domine bonum est nos hic esse: Si uis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Eliæ unum. ℣. Petrus uerò, & qui cũ illo erant, ualdè lętificati, uiderunt maiestatem Domini, & eos gloriosos hinc inde cum illo, & ait ad Iesum Petrus. Domine. Gloria Patri. Si vis faciamus.
Ad Laudes, & per Horas, Aña.
ASsumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Iohãnem fratrem eius, & duxit eos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. ps. Dominus regna. cum rel. f. 18. Aña. Resplenduit facies eius sicut Sol, uestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix, halleluia. Aña. Et ecce apparuerunt eis Moyses, & Elias loquẽtes cum Iesu. Aña. Respondens autem Petrus, dixit

xit ad Iesum: Domine bonũ est nos hic esse. Aña. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Capitulũ. Saluatorem. ℟. br. Gloria, & honore. Hymnus.
D. Ber. Abb.
AMor Iesu dulcissime,
Quando cor nr̃m uisitas,
Pellis mentis caliginem,
Et nos reples dulcedine.
Quàm fœlix est quem satias
Consors paternæ dexteræ:
Tu uerè lumen patriæ,
Quod oẽm sensũ superat.
Splendor paternæ gloriæ,
Incomprehensa bonitas,
Amoris tui copiam
Da nobis per præsentiam.
Gloria tibi Domine. ut sup.
℣. Corona aurea. Ad Bñs, Aña. Et ecce uox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui: ipsum audite, halleluia.
Deinde fit comm. Sanctorum Martyrum. Ad j. & aliàs horas in fine ℣. addditur. Hallell. & ad Vesp. etiam vt fit tempore Paschali. Ad iij. Capit. Saluatorem. ℣. Gloriosus.
Ad Sextam, Capitulum.
2. Cor. 3. NOs omnes reuelata facie gloriã Domini speculantes, in eandem imaginẽ transformamur à claritate in claritatem, tãquàm à Domini spiritu. ℣. Gloria & honore.
Ad Nonam, Capitulum.
SVstulit me in spiritu in mõtem magnum & altum, & ostendit mihi Ciuitatem sanctã Ierusalem descendentem de cœlo, habentem claritatem Dei: & lucerna eius est Agnus. Apoc. 21.
℣. Magna est gloria eius.
Ad Vesp. omnia ut in j. Vesp.
Ad Magnificat, Antiphona.
Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt ualdè, & accessit Iesus, & tetigit eos, dixitq; eis: Surgite, & nolite timere: halleluia.
S. DONATI EPISCOPI, & Martyris. Oratio. Die 7 B.
DEus tuorum gloria Sacerdotum, præsta quæsumus: ut sancti martyris tui, & Episcopi Donati, cuius festa gerimus, sentiamus auxiliũ. Per Dominum nostrum. L. ij.
DOnatus, parentibus propter Iesu Christi fidẽ iussu Iuliani Imperatoris interfectis, Aretium in Etruriam cũ Hilariano Monacho ex fuga se contulit, cuius etiam Vrbis Episcopus creatus est. Vbi cũ à Quadratiano Augustali Prefecto uterque idola uenerari iuberetur, negauerunt illi se tam nefarium scelus commissuros. Lectio tertia.
Tunc

TVnc Hilarianus in oculis Quadratiani tàmdiù fuſtibus cęſus eſt, dum efflaret animam. Donatus autem vehementer & ipſe cruciatus ſecuri percuſſus eſt. Quorũ corpora à Chriſtianis propè eam Vrbẽ honorificè ſepulta ſunt.

Die 8. C. SS. MAR. CYRIACI, LARgi, & Smaragdi. Semid. Orõ.

DEus qui nos annua Sanctorum tuorum Cyriaci, Largi, & Smaragdi ſolennitate lætificas: concede propitius; vt quorum natalitia colimus, virtutem quoque paſſionis imitemur. Per Dominum. Lect. v.

CYriacus Diaconus, cùm Siſinio, Largo, & Smaragdo diutiùs incluſus in carcere, multa edidit miracula, in quibus Artemiam Dioclitiani filiam precibus à Dæmone liberauit: miſſusq; ad Saporem Perſarum Regem, Iobiã etiã eius filiam à nefario ſpiritu eripuit. Lectio ſexta.

REge verò eius patre cum quadringentis ac triginta alijs baptizatis, Romam redijt: ubi Maximiani Imperatoris iuſſu comprehenſus, catenis vinctus ante rhedã ſuam trahitur. Lectio ſeptima.

POſt dies autem quatuor ẽ carcere eductus, pice liquata perfuſus, & ĩ cataſta extenſus: demùm cum Largo, & Smaragdo, alijsq; triginta ſecuri percuſſus eſt, uia Salaria, ad hortos Salluſtianos. Quorum corpora in eadem uia ſeptimo Kalendas Aprilis ſepulta ſunt. Lectio viij.

POſteà uerò ſextò Idus Auguſti, à Marcello Pontifice, & Lucina nobili fœmina lineis velis inuoluta, & pretioſis unguentis cõdita, in ipſius Lucinæ prædium via Oſtienſi ſeptimo ab urbe lapide tranſlata ſunt.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Marcum. Lectio ix.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Eũtes in mũdum uniuerſum prædicate Euãgelium oĩ creaturæ. Et rel.

De Homilia S. Gregorij Papę.

Poteſt omnis creaturæ noĩe. vt in feria vj. Poſt Aſcenſionem Domini. folio 228.

Sequẽtia S. Euãg. ſẽm Marcũ. Ca. 16 ĩ init.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Euntes in mundũ uniuerſum, prędicate Euãgelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: q uerò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint hæc ſequẽtur. In nomine meo Dęmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent; & ſi mortiferũ quid biberint, nõ eis nocebit. Super ęgros manus imponẽt, & bene habebunt. ℟. Amen.

Pro commẽ. S. Romani Mart. Orõ. Præſta qs. De Cõi.

Die 9. D. IN VIGILIA S. Laurentij Martyris.

Officium fit de feria. Tres Lectiones de Homil. in Euang. Si qs uult. de Cõi vnius Mar. f. Reſponſoria dicuntur de Dominica. Oratio.

ADeſto Domine ſupplicationibus noſtris: & interceſſione beati Laurẽtij Martyris tui, cuius præuenimus feſtiuitatem, perpetuam nobis miſericordiam benignus impende. Per Dominum noſtrũ.

Deinde fit comm. S. Romani.

Die 10 E. S. LAVRENTII MART. Duplex 2.

Ad Veſper. Aña. Laurentius. cum rel. de Lau. ps. Dixit Dñs. cũ rel. de Dñica. fol. 66. Cap.

2. Corin. 9. FRatres: Qui parcè ſeminat, parcè & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. ℟. br. Gloria & honore. Hy. Deus tuorum militum. ℣. Diſperſit, dedit pauperibus. ℟. Iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Ad Magn. Aña. Leuita Laurentius bonũ opus operatus eſt, qui per ſignũ crucis cęcos illuminauit, & theſauros Eccleſiæ dedit pauperibus. Oratio.

DA nobis quæſumus omnipotens Deus uitiorum noſtrorum flãmas extinguere: qui beato Laurentio tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare. Per Dñm.

Ad Matutinum, Inuitatoriũ. Beatus Laurẽtius Chriſti martyr triũphat coronatus in cœlis. Venite adoremus Dñm. ps. Venite. fol. 9. Hymnus. Deus tuorum militum.

In j. noct. Aña. Quò progrederis ſine filio pater? quò Sacerdos ſancte ſine miniſtro properas? ps. Beatus uir. fol. 1. Aña. Noli me derelinquere pater ſancte: quia theſauros tuos iàm expendi, quos tradidiſti mihi. ps. Quare frem. f. 1. Aña. Non ego te deſero fili, neque derelinquo: ſed maiora tibi debent̃ pro fide Chriſti certamina. ps. Cum inuocarem. f. 76. Aña. Beatus Laurentius orabat, dicens: Domine Ieſu Chriſte Deus de Deo, miſerere mihi ſeruo tuo. ps. Verba mea. fol. 27. Aña. Dixit

Roma-

Romanus ad beatum Laurentium: uideo ante te iuuenem pulcherrimum, festina me baptizare. ps. Domine Dominus noster. fol. 4. Aña. Beatus Laurentius dixit: mea nox obscurũ non habet, sed omnia in luce clarescunt. ps. In Domino cõfido. f. 5. ℣. Gloria & hon.

Lectiones de libro Ecclesiastici. Cõfitebor tibi Domine rex. de communi virg. Vbi dicit. æstuata, memorata, deprecata. dicendo æstuatus, memoratus deprecatus. folio.

℟. j. Leuita Laurẽtius bonum opus operatus est: qui per signum crucis cęcos illuminauit, Et thesauros ecclesiæ dedit pauperibus. ℣. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Et.

℟. ij. Puer meus noli timere, quia ego tecum sum, dicit Dñs. Si transieris per ignem, flãma non nocebit tibi, & odor ignis non erit in te. ℣. Liberabo te de manu pessimorum, & eruã te de manu fortium. Si trãsie.

℟. iij. Strinxerunt corporis mẽbra posita super craticulam: ministrantibus prunas insultat leuita Christi. Beate Laurenti martyr Christi intercede pro nobis. ℣. Mea nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescunt. Beate Laurenti.

℟. iiij. Quò progrederis sine filio pater? quò sacerdos sancte sine Diacono properas? Tu nunquam sine ministro sacrificium offerre cõsueueras. ℣. Quid ergo in me displicuit paternitati tuæ? numquid degenerem me probasti? experire vtrum idoneum ministrum elegeris, cui commisisti Dominici sanguinis dispensationẽ. Tu nunquam sine ministro.

In ij. Noctur. Aña. Strinxerunt corporis membra posita super craticulam: subijcientibus prunas insultat leuita Christi. ps. Domine quis habita. f. 6. Aña. Igne me examinasti, & nõ est inuẽta in me iniquitas. ps. Exaudi Domine iustitiam meam. fol. 6. Aña. Interrogatus te Dominum confessus sum, assatus gratias ago. ps. Domine in uirtute. fol. 9. Antipho. O Hyppolite si credideris in Dominum Iesum Christum, & thesauros tibi ostendo, & vitam æternam promitto. ps. Exaudi Deus orationem meam cùm deprecor. fol. 38. Antiphona. Beatus Laurentius dixit: ego me obtuli sacrificium laudis, in odorem suauitatis, halleluia. ps. Te decet. fo. 38. Antiph. Leuita Laurentius dum assaretur,

tur, non negauit Dominum. ps. Bonũ est. f. 50. ℣. Posuisti Domine super caput eius.

Sermo S. Leonis Papæ. Lect. v.

Ex ser. I Nat. eiusdẽ sub initio.

CVm furor Gentilium potestatum in electissima quęque Christi membra sæuiret, ac præcipuè eos qui ordinis erant sacerdotalis, impeteret: in leuitam Laurẽtium, qui non solùm ministerio sacramẽtorũ, sed etiam dispensatione ecclesiasticæ substantię eminebat, impius persecutor efferbuit, duplicem sibi prædam de vnius viri comprehẽsione promittens, quem si fecisset sacræ pecuniæ traditorem, faceret etiam verè religionis exortem. ℟. Noli me derelinquere pater sancte, quia thesauros tuos iam expendi. Non ego te desero fili, neque derelinquo, sed maiora tibi debentur pro fide Christi certamina, ℣. Nos quasi senes leuioris pugnę cursum recipimus, te autem quasi iuuenem manet gloriosior de tyranno triumphus: post triduũ me sequeris sacerdotem leuita. Non ego te desero. Lectio vj.

ARmatur itaque gemina face homo pecuniæ cupidus, & ueritatis inimicus: auaritia, ut rapiat aurum: impietate vt auferat Christum: postulat sibi ab immaculato sacrarii præsule opes ecclesiasticas, quibus auidissimus inhiabat, inferri. Cui leuita castissimus, ubi eas repositas haberet, ostendens, numerosissimos sanctorum pauperum obtulit greges: in quorum uictu atque vestitu inamissibiles condiderat facultates. ℟. Beatus Laurentius clamauit & dixit: Deum meum colo, & illi soli seruio. Et ideò non timeo tormenta tua. ℣. Mea nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescunt. Et ideo nõ timeo.

Lectio septima.

FRemit ergo prædo frustratus, & in odium religionis, quæ talem diuitiarum usum instituisset, ardescens, direptionem thesauri potioris aggreditur, apud quem nullam denariorum substantiam reperisset, ut illud depositum, quo sacratiùs erat diues, auferret. ℟. In craticula te Deum non negaui: Et ad ignem applicatus te Dominũ Iesum Christum confessus sum. ℣. Probasti Domine cor meum, & visitasti nocte. Et ad ignem applicatus te Dominum. Lectio octaua.

REnunciare Christo Laurentium iubet, & solidissi

mam illam leuitici animi fortitudinem diris parat urgere supplicijs. Quorum ubi prima nil obtinent, vehemētiora succedūt. Laceros artus, & multa verberum sectione conscissos subiecto præcipit igne torreri: vt per cratem ferream, quæ iā de feruore continuo uim in se haberet vrendi, conuersorum alterna mutatione membrorum, fieret cruciatus vehementior, & pęna productior. ℟. O Hyppolite, si credideris in Dominum Iesum Christum. Et thesauros tibi ostendo, & vitam æternam promitto. ℣. Beatus Laurentius Hyppolito dixit: si credideris in Dominū Iesum Christum. Et thesauros.

In iij. Noct. Aña Nisi granum frumenti cadens in terrā mortuum fuerit, ipsum solum manet. Cant Beatus vir. cum reli. ℣ Magna est gloria eius.

Lectio sancti Euangeli secundūm Iohannem. Lectio ix.

Ca.12 IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Amen amen dico vobis: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Et reliqua.

Ex tra ta. 51 in eun dē sub med.

Homilia S. Augustini Epi.

IPse Dominus Iesus erat granum mortificandum, & multiplicandum, mortificandum in infidelitate Iudæorū, multiplicandum in fide populorum. Iam verò exhortans nos ad passionis suæ sectanda vestigia. Qui amat, inquit, animam suam perdet eam. Quod duobus modis potest intelligi. Qui amat perdet, idest si amas perdes: si cupis vitam tenere cū Christo, noli mortem timere pro Christo. ℟. Gaudeo planè quia hostia Christi effici merui: accusatus non negaui. Interrogatus Christum confessus sum: assatus gratias ago. ℣. Probasti cor meum Domine & visitasti nocte: igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Interrogat⁹. L.x.

ITem alio modo: Qui amat aīam suam perdet eam: noli amare, ne perdas: noli amare in hac vita, ne perdas in æterna vita. Hoc autem quod posteriùs dixi, magis videtur habere Euangelicus sensus: sequitur enim: Et qui odit animam suā in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. ℟. Meruit esse hostia Christi leuita Laurentius qui dum assaretur nō negauit Dominum. Et ideò inuētus est sacrificium laudis. ℣. In craticula positus non negauit Dominum, & ad ignem appli-

applicatus Chr̄m cōfessus est. Et ideo inuentus. Lectio xj.

ERgo, quod supra dictum est, qui amat, subintelligitur, in hoc mundo, ipse vtique perdet: qui autem odit (vtiq; in hoc mundo) in vitam ęternam ipse custodiet eam. Magna & mira sententia, quemadmodū sit hominis in animam suam amor, ut pereat; odium, ne pereat: si male amaueris, tunc odisti: Si bene oderis, tunc amasti. Felices, qui oderunt custodiendo, ne perdant amando. ℟. Beatus Laurentius dixit: disce miser quanta est uirtus Domini: Nam carbones hi non dolorem, sed refrigerium mihi præstant. ℣ Ecce miser assasti unam partem, regira aliam, & manduca. Nam. L.xij.

SEd uide ne tibi subrepat, ut te ipsum uelis interimere, sic intelligendo quòd debes in hoc mundo odisse animam tuam. Hinc enim quidam maligni atque peruersi homines in semetipsos crudeliores, & sceleratiores homicidæ, flammis se donant, aquis se præfocant, pręcipitio se collidunt, & pereunt. Hoc Christus non docuit, immò & sibi præcipitium Diabolo suggerenti respōdit: Vade Satana: Scriptū est enim: Nō tētabis Dominum Deum tuum. ℟. Beatus Laurentius orauit, & dixit: Domine Iesu Christe pastor bone suscipe Spiritum meum. ℣ Gratias tibi ago Domine, quia ianuas tuas ingredi merui. Domine.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Amen amen dico uobis. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuū fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur, & ubi ego sum, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus, qui est in cęlis. ℟. Amen. ca.12. ī med.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

LAurentius ingressus est martyr, & confessus est nomen Domini nostri Iesu Christi. Psal. Dominus regnauit. cum reliq fol. 18. Antiphona. Laurentius bonum opus operatus est, qui per signum crucis cæcos illuminauit. Antiphọ.

Adhæsit anima mea post te, quia caro mea igne cremata est pro te Deus meus. Antiph. Misit Dominus Angelum suũ, & liberauit me ď medio ignis, & non sum æstuatus. Antiph. Beatus Laurentius orabat dicens: Gratias tibi ago Domine, quia ianuas tuas ingredi merui. Capitulũ. Fratres, Qui parcè. ℟. bre. Posuisti Domine. Hym. Martyr Dei. fol. ℣. Dispersit dedit pauperibus. Ad Benedictus, Antiphona. In craticula te Deum non negaui: & ad ignem applicatus te Christum confessus sum: probasti cor meum & uisitasti nocte: igne me examinasti, & nõ est inuenta in me iniquitas. Ad iij. Capitulum. Fratres, Qui parcè. Versiculi de communi.

Ad Sextam, Capitulum.

2. Co. 9. VNusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus.

Ad Nonam, Capitulum.

2. Cor. 9. POtens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi.

Ad Vesperas, Antiphona. Laurentius. cum reliq. de Lau. Psalmus. Dixit Dominus. cũ reliquis de uno Martyre. Cap. ℟. breue. Hymnus, ℣. vt in primis Vesperis.

Ad Magnificat, Antiphona. Beatus Laurentius dum in craticula suppositus ureretur, ad impijssimum tyrannum dixit: Assatum est, iam versa & manduca: nam facultates Ecclesiæ, quas requiris, in cœlestes thesauros manus pauperum deportauerunt, Et fit comme. SS. MARTYRVM Tiburtij, & Susannæ. Oro.

SAnctorum Martyrum tuorum, Tiburtij & Susannæ nos Domine foueat continuata præsidia: quia non desinis propitius intueri quos talibus auxiliis concesseris adiuuari. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, & regnat Qui tecum uiuit, & regnat in vnitate, &c.

PRIMA DIE Die 11 F.

Infra octauam S. Laurentij. Ad Matutinum. vsque ad Lectiones vt in festo.

De Homilia sancti Augustini Episcopi. Lectio prima. Ex eodem tracta.

SI quis mihi ministrat, me sequatur. Quid est me sequatur, nisi me imitetur? Christus enim pro nobis passus est, ait Apostolus Petrus, relinquens nobis exemplum, ut sequamur uestigia eius. Ecce quod dictum est: Si quis mihi ministrat, me sequatur.

Responsoria de festo per ordinem. Lectio secunda.

QVo fructu? qua mercede? quo præmio? Et vbi sum, inquit, ego, illic & minister meus erit. Gratis ametur, vt operis, quo ministratur illi pretium sit esse cũ illo. Vbi enim bene erit sine illo? aut quando male esse poterit cum illo?

Pro Sanctis Martyribus Tiburtio, & Susanna. Lectio iij.

TIburtius Cromatij Præfecti vrbis filius sancti Sebastiani opera Christianus, cùm ob eam causam ad Fabianum iudicem adductus esset, multaque apud illum de Christi fide prædicaret, iussus est super candentes carbones nudis pedibus incedere, ac demum extra vrbem ductus, uia Lauicana tertio ab vrbe lapide securi percussus, ibi à Christianis sepelitur. Quo die Susanna virgo nobilissima, quòd Maximi Dioclitiani Imperatoris filii coniugium recusaret, pòst multa tormentorum genera, domi suæ, iussu Imperatoris gladio percussa, migrauit in cęlum. In secundo Nocturno, Antiphonæ, & Psalmi, de festo. Cap. & Versiculi, vt ad Sextam. Ad Laudes, & per horas omnia vt in die festi. Ad Vesperas omnia de secundis Vesperis festi cum commemoratione Sanctæ Claræ Virginis. Oratio. Exaudi nos Deus. de communi.

SECVNDA DIE Die 12 G.

Infra octauam S. Laurentii.

De Homilia sancti Augustini Episcopi. Lectio prima.

SI quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus. Quo honore, nisi ut sit cum Filio eius? Quod enim superiùs ait, Vbi ego sum, illic & minister meus erit: hoc intelligitur exposuisse cùm dicit: Honorificabit eũ Pater meus. Nã quem maiorem honorem accipere poterit adoptatus, quàm ut sit ubi est unicus, non ęqualis factus diuinitati, sed consociatus æternitati? Lectio ij. Ex eodem tract.

VT quid alibi quærimus qd sit ministrare Chr̃o, & nõ potiùs ĩ istis ipsis uerbis agnoscimus? Cũ enim dixit: Si qs mihi ministrat, me sequat,

hoc intelligi uoluit, ac si diceret: Si quis me non sequitur, non mihi ministrat. Ministrāt ergo Iesu Christo qui non sua quærunt, sed quæ Iesu Christi: hoc est enim me sequatur, vias ambulet meas, non suas, sicut alibi scriptum est: Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare.

Pro Sancta Clara Virgine. Lectio tertia.

Clara nobilis virgo, Assisij nata in Vmbria, facultatibus suis in pauperes erogatis, sacratum sororum collegium instituit: cum quibus in ecclesia sancti Damiani vixit admirabili sanctitate. Quæ Saracenis Assisium obsidentibus, & Monasterium, cui illa præerat inuadere conantibus, orauit ad Dominum. Sicque saraceni partim se fugæ mandarunt, partim, qui murum ascēderant capti oculis præcipites ceciderunt. Ipsa virgo paulò pòst ieiunijs, orationibus, uigilijsque confecta, cùm duos & quadraginta annos summa cū laude monasterium gubernasset, multaque edidisset miracula, pridie Idus Augusti animam Deo reddidit, Innocētio quarto summo pontifice.

Commemoratio SS. Martyrū Hippolyti & Cassiani. Oratio.

Da quæsumus omnipotens Deus: vt beatorum martyrum tuorum Hyppoliti & Cassiani ueneranda solennitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per Dominū nostrum Iesum Christum filium tuum, Qui tecum, &c.

TERTIA DIE Die 13 A.

Infra Octauam S. Laurentij.

De Homilia sancti Augustini Episcopi. Lectio prima. Ex eodem tracta.

Non ea tantum, quæ ad misericordiam pertinet temporalem, sed omnia bona opera propter Christum faciens (tunc enim bona erunt, quoniam finis legis Christus ad iustitiam omni credenti) minister est Christi usque ad illud opus magnæ charitatis, quod est, animam suam pro fratribꝰ ponere. Hoc est enim & pro Christo ponere: quia & hoc propter sua membra dicturus est: Cū pro istis fecistis, pro me fecistis. Lectio ij.

De tali quippe opere, etiam se ministrum facere & appellare dignatꝰ est, ubi ait: Sicut filius hominis nō uenit ministrari, sed ministrare, & animam suam ponere pro multis. Hinc est ergo unusquis-

quis-

quisque minister Christi, unde est & minister Christus. Sic ministrantē Christo honorificabit Pater eius honore illo magno, ut sit cū Filio eius, nec unquàm deficiat fęlicitas eius.

Pro Sanctis Martyribus Hyppolito, & socijs. Lectio iij.

Hyppolitus martyr à sancto Laurentio baptizatus, domi suæ, dum Eucharistiam sumeret, comprehensus, & ad Imperatorē adductus, ab eo de suæ religionis professione interrogatus, liberè se Christianum professus est. Quamobrem fustibus cęditur, & Valeriano iudici occidendus traditur: qui domum Hyppoliti ueniens, vt eius facultates publicaret, totam familiam Christianam compertam occidi iubet. Hyppolitus indomitis equis raptatus per loca carduis & tribulis consita, lacerato corpore Spiritum Deo reddidit. Vnaq; cum reliquis à Iustino presbytero ad agrū Veranum sepultus est. Eodem die ad forū Sillæ Cassianꝰ martyr, victis post terga manibꝰ, puerorū quos erudiebat, ferreis stilis cōfigēdꝰ, excarnificādusq; traditur. Cōm. S. Eusebij cōf. Oro.

Deus qui nos beati Eusebij confessoris tui annua solennitate lætificas: concede propitius: ut cuius natalitia colimus, per eius ad te exēpla gradiamur. Per Dominū nostrum Iesum Christum.

QVARTA DIE Die 14 B.

Infra Octauam S. Laurentij.

De Homilia sancti Augustini Episcopi. Lectio prima. Ex eodem tract.

Cum auditis fratres Dominum dicentem: Vbi ego sum, illic & minister meꝰ erit, nolite tantummodò bonos Episcopos, & clericos cogitare: etiam uos pro modulo vestro ministrate Christo benè uiuendo, eleemosynas faciendo, nomen doctrinamque eius, quibus potueritis prædicando, ut vnusquisque etiam pater familias hoc nomine agnoscat paternum affectum suæ familiæ se debere pro Christo: & pro vita æterna suos omnes admoneat, doceat, hortetur, corripiat, impendat beneuolētiā, exerceat disciplinam. Lect. ij.

Itaque in domo sua Ecclesiasticum, & quodammodo episcopale implebit officium ministrans Chro, ut in æternū sit cum ipso. Nam & illam maximam passionis ministrationem multi ex vestro numero ministrarunt, multi nō episcopi, non clerici, iuuenes, & uir-

 gines,

gines, ſenes cū iunioribꝰ,mul
ti coniugati,& coniugatę,mul
ti patres,matresq́; familias mi
niſtrantes Chriſto, & animas
ſuas in eius martyrio poſue-
rūt,& honorificāte Pr̄e, coro-
nas glorioſiſſimas receperūt.
L.iij.de Hom.in Euāgelium.
Loquente Ieſu ad turbas extol
lēs uocē.vt ſ.i feſto niuis. 384.
In Laudibus fit comm. de Vi-
gil. Antiphona, & ℣. de feria,
vt in Pſalterio. Oratio.

DEus,qui uirginalem au-
lam beatę Marię in qua
habitares, eligere dignatus es:
da quæſumus, ut ſua nos de-
fenſione munitos,iucundos fa
ciat ſuæ intereſſe feſtiuitati.
Qui uiuis, & regnas.
Deinde fit comm. S.Euſebij.
Die 15 C. IN FESTO ASSVMPT.
beatæ Mariæ. Duplex 1.
Ad Veſp. Aña. Aſſumpta eſt
Maria. cum rel.de Laud.Pſal.
de ſancta Maria. Capitulum.

Eccl. 4. IN omnibus requiem quę-
ſiui,& in hereditate Domi-
ni morabor: tunc pręcepit, &
dixit mihi Creator omnium,
& qui creauit me requieuit in
tabernaculo meo. ℟.br. Exal-
tata eſt Sācta Dei genitrix. ℣.
Super choros Angelorum ad
cœleſtia regna. Sancta. Glo-
ria Patri, &c. ℟. Exaltata eſt.

Hymnus. Aue maris Stella.
℣. Maria Virgo aſſumpta eſt
ad ęthereū thalamum. ℟. In
quo Rex Regum ſtellato ſedet
ſolio. Ad Magnificat, Antiph.
Virgo prudētiſſima quò pro-
grederis quaſi aurora valdè ru
tilans? filia Sion tota formoſa,
& ſuauis es, pulchra ut Luna,
electa ut Sol. Oratio.

FAmulorum tuorum,quę-
ſumus Domine, delictis
ignoſce: vt qui tibi placere de
actibus noſtris non ualemus,
genitricis filij tui Domini no-
ſtri interceſſione ſaluemur.
Per eundem Dominū noſtrū.
Non fit commem. S.Laurentij
in vtriſq; Veſp. nec in Laudib.
Ad Matutinum, Inuitatorium.
Venite adoremus Regem Re-
gum. Cuius hodie ad ęthereū
Virgo mater aſſumpta eſt cœ-
lum. ps. Venite. fol. 9. Hym.
Quem terra, pontus.
In j.noct.Aña. Exaltata eſt ſan
cta Dei genitrix ſuper Cho-
ros Angelorum ad cęleſtia re-
gna. ps. Domine Dominus
noſter. fol 4. Aña. Paradiſi
portę per te nobis apertę ſunt,
quæ hodie glorioſa cum An-
gelis triumphas. ps. Cęli enar-
rant. fol. 8. Aña. Benedicta
tu in mulieribus, & benedi-
ctus fructus ventris tui. Pſal.
Domi-

Domini eſt terra. fol. 11. Aña.
Specie tua, & pulchritudine
tua: intende, proſperè proce-
de,& regna. ps. Eructauit. fol.
26. Aña Adiuuabit eam Deus
vultu ſuo: Deus in medio eius
non commouebitur. ps. Deus
noſter refugium. fol. 28. Aña.
Suſcepimus Deus miſericor-
diam tuam in medio templi
tui. Pſalmus. Magnus Domi-
nus. folio 28. ℣. Exaltata eſt
ſancta Dei genitrix. ℟. Su-
per Choros Angelorum ad
cœleſtia regna.
Incipiunt Cantica Canticorū
Salomonis. Lectio j.

Cap. 1 in init. OSculetur me oſculo oris
ſui: quia meliora ſunt
ubera tua uino, fragrantia un-
guentis optimis. Oleum effu-
ſum nomen tuum: ideò ado-
leſcentulæ dilexerunt te. Tra-
he me poſt te, curremus ī odo
rem unguentorum tuorum.
Introduxit me Rex in cellaria
ſua: exultabimus & lætabimur
in te, memores uberum tuo-
rum ſuper uinum. Recti dili-
gunt te. ℟. Vidi ſpecioſam ſi-
cut columbam aſcendentem
deſuper riuos aquarum, cuius
inæſtimabilis odor erat nimis
in ueſtimentis eius. Et ſicut
dies uerni circundabant eam
flores roſarum, & lilia cōual-
lium. ℣. Quæ eſt iſta, quę a-
ſcendit per deſertum ſicut uir
gula fumi ex aromatibus myr
rhæ, & turis? Et ſicut dies
verni circundabant. Lectio ij.

NIgra ſum, ſed formoſa
filiæ Ieruſalem, ſicut ta-
bernacula Cedar, ſicut pelles
Salomonis. Nolite me conſi-
derare, quòd fuſca ſim, quia
decolorauit me Sol. Filij ma-
tris meæ pugnauerunt contra
me, poſuerunt me cuſtodem
in uineis. Vineam meam non
cuſtodiui. Indica mihi quem
diligit anima mea, vbi paſcas,
vbi cubes in meridie: ne vaga-
ri incipiam poſt greges ſoda-
lium tuorum. ℟. Sicut cedrus
exaltata ſum in libano, & ſicut
Cypreſſus in monte Sion: qua-
ſi myrrha electa Dedi ſuaui-
tatem odoris. ℣. Et ſicut cin-
namomum, & balſamum aro
matizans. Dedi ſuauitatem
odoris. Lectio tertia.

SI ignoras te ò pulcherrima
inter mulieres, egredere, &
abi poſt veſtigia gregum tuo-
rum, & paſce hędos tuos
iuxtà tabernacula paſtorum.
Equitatui meo in curribus
Pharaonis aſſimilaui te ami-
ca mea. Pulchræ ſunt ge-
næ tuæ ſicut turturis, col-
lum tuum ſicut monilia.
Mu-

Murenulas aureas faciemus tibi, uermiculatas argento. ℟. Quæ eſt iſta, quæ proceſſit ſicut Sol, & formoſa tamquàm Ieruſalem? Viderunt eam filiæ Sion, & beatam dixerunt, & Reginæ laudauerunt eam. ℣. Et ſicut dies verni circũdabant eam flores roſarum, & lilia conualliũ. Vider. L. iiij.

Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum. Faſciculus mirrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Botrus Cypri, dilectus meus mihi in uineis Engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui colum barum. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus: lectulus noſter floridus, tigna domorum noſtrarũ cedrina, laquearia noſtra cypreſſina. ℟. Ornatam monilibus filiam Ieruſalem Dominus concupiuit. Et videntes eam filię Siõ beatiſſimam prædicauerunt, dicentes: Vnguẽtum effuſum nomen tuum. ℣. Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate. Et videntes. Gloria. Et vid.

In ij. noct. Antiphonæ, & pſ, vt in Natiuitate. ℣. Aſſumpta eſt Maria in cœlum, gaudent Angeli. ℟. Laudantes benedicunt Dominum.

Sermo S. Athanaſij Epi. Lec. v.

Hodie Regina aſſiſtens à dextris Filij ubiq; regnãtis, quaſi ĩ ueſtitu deaurato incorruptionis, & immortalitatis circumamicta uarietate, ſacris & ſolennibus uerbis celebratur, non quòd ſecũdũ Spiritum tantùm quaſi ſine corpore, & carne aſſiſtat; ſed quod induta ſit, quantum ſpectat ad ſanctiſſimã eius carnem, incorruptibilitate, & immortalitate. ℟. Beatam me dicent omnes generationes: Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens, & ſanctum nomẽ eius. ℣. Et miſericordia eius à progenie in progenies timẽtibus eum. Quia fecit. Lec. vj. (Ex homi. in Euãg. de ſanctiſſ. deipara in fine.)

Beatam te prædicant omnes Angelorum, & terreſtrium hierarchiæ: quæ & in cœlis benediceris, & in terra beata prædicaris. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uentris tui. Huiuſmodi enim benedictionibus celebrat, prima acies quæ ex Thronis, Cherubinis, & Seraphinis conſtat. Beata tu in mulieribus, & beatus uterus tuus qui portauit Deum, & ubera, quæ ille adhuc infantulus ſuxit. ℟. Beata es Maria, quæ Dominum portaſti creatorẽ mundi: Genuiſti qui te fecit, & in æternum permanes uirgo. ℣. Aue Maria gratia plena: Dominus tecum. Genuiſti qui. Lect. vij.

Secunda uerò hierarchia, quæ in ſe Dominationes, Virtutes, Poteſtatesq; cõplectitur, à ſublimiori hierarchia ediſcens, ad te reſpiciens clamat: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus uẽter tuus, qui Deum concepit, & mammillæ quæ Deum educauerũt puerum factum. ℟. Diffuſa eſt gratia ĩ labijs tuis: Propterea benedixit te Deus in æternum. ℣. Myrrha & gutta, & caſſia à ueſtimentis tuis à gradibus eburneis, ex quibus te delectauerunt filiæ Regum in honore tuo. Propterea. L. viij.

Iam tertia ex Principibus, Angelis, & Archãgelis acies quibus mandatum fuit à Deo mittente, vt per vnum Gabrielem Archangelum ederet ſplẽdidiſſimum, & capaciſſimum hymnum, in hæc verba. Aue gratia plena: Dominus tecũ. Ab iſtis deinde nos hierarchię terreſtres, exaltationes Dei in gutture ferentes, ſiue quod didicimus, ſiue quod mutuò hęc verba ſumpſerimus, exaltam' te magna, & canora voce dicẽtes: Aue gratia plena: Dominus tecum. ℟. Beata es Virgo Maria Dei genitrix, quæ credidiſti Domino: perfecta ſunt in te, quæ dicta ſunt tibi. Ecce exaltata es ſuper choros Angelorum. Intercede pro nobis ad Dominum Deum noſtrum. ℣. Aue Maria gratiæ plena: Dñs tecum. Intercede.

In iij. noct. Aña. Hortus conclusus es ſancta Dei genitrix; hortus concluſus, fons ſignatus: Surge propera amica mea, & ueni. Cant. Audite me cũ reliq. fol. ℣. Maria Virgo aſſumpta eſt ad æthereũ thalamum. ℟. In quo Rex Regum ſtellato ſedet ſolio.

Lectio ſancti Euangelij ſecun dum Lucam. Lectio ix.

In illo tempore: Intrauit Ieſus in quoddam Caſtellum: & mulier quædã Martha nomine excepit illum in domũ ſuam. Et reliqua. (Ca.)

Homilia S. Auguſtini Epi.

Sanctum Euangelium cũ legeretur, audiuimus, à fœmina religioſa ſuſceptum Dominum hoſpitio: eaque Martha uocabatur: & cùm eſſet ipſa occupata in cura miniſtrandi, ſoror eius Maria ſedebat (Ex 27. ver Dñ ini)

debat ad pedes Domini,& audiebat uerbum eius. Laborabat illa,uacabat iſta:illa erogabat,hæc implebat. ℟. O Glorioſa fœmina excelſa ſuper ſidera, quæ nec primam ſimilẽ viſa es, nec habere ſequẽtem. Sola ſine exemplo placuiſti fœmina Chriſto. ℣. Sola fuit mulier, patuit qua ianua lętho,& qua vita redit. Sola. L.x.

VEruntamen Martha laborans multùm in illa occupatione, & negocio miniſtrãdi,interpellauit Dominũ, & de ſorore ſua cõqueſta eſt, quòd eam laborãtẽ non adiuuaret. Dominus autem pro Maria reſpondit Marthæ, & ipſe eius factus eſt aduocatus, qui iudex fuerat interpellatꝰ. Martha,inquit, circa multa es occupata, quando unum eſt neceſſarium:Maria meliorem partem elegit, quæ non auferetur ab ea. ℟. Congratulamini mihi omnes, qui diligitis Dominum. Quia cùm eſſem paruula,placui Altiſſimo, & de meis viſceribus genui Deum & hominem. ℣. Beatam me dicẽt omnes generationes, quia ancillam humilẽ reſpexit Deus. Quia. Lect. xj.

AVdiuimus interpellationem interpellãtis,& ſententiam Iudicis,qua ſententia interpellãti reſpõdit, ſuſceptã defendit. Erat enim Maria intẽta dulcedini uerbi Dei: Intẽta erat Martha quo modo paſceret Dñm: intẽta Maria quo modo paſceretur à Dño. A Martha cõuiuiũ Dño parabatur,in cuius cõuiuio Maria iã iucũdabatur. ℟. Iſta eſt ſpecioſa inter filias Ieruſalẽ,ſicut uidiſtis eã plenã charitate,& dilectione. In cubilibus, & in hortis aromatũ. ℣. Lęua eius ſub capite meo,& dextera illius amplexabitur me. In cub. L. xij.

CVm ergo Maria ſuauiter audiret uerbum dulciſſimum,& corde intẽtiſſimo paſceretur:interpellato Dño à ſorore ſua, quo modo putamus eã timuiſſe,ne diceret ei Dñs: Surge,& adiuua ſororem tuã? mira enim ſuauitate tenebatur:quia profectò maior eſt refectio mentis, quàm uentris. Excuſata eſt: ſedet ſecurior. ℟. Fęlix es ſacra Virgo Maria,& omni laude digniſſima: Quia ex te ortus eſt Sol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter. ℣. Ora pro populo,interueni pro clero,intercede pro deuoto fęmineo ſexu: ſentiant oẽs tuũ iuuamẽ, quicũq; celebrãt tuã ſanctã aſſumptionem. Quia.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundùm Lucam.

Ca.10. ĩ fine.



IN illo tempore:Intrauit Ieſus ĩ quoddam caſtellum; & mulier quędã Martha nomine excepit illum in domum ſuam. Et huic erat ſoror nomine Maria,quæ etiam ſedẽs ſecùs pedes Domini audiebat verbum illius: Martha autem ſatagebat circa frequẽs miniſterium: Quę ſtetit,& ait: Dñe non eſt tibi curæ, quòd ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Dic ergo illi, ut me adiuuet. Et reſpondẽs dixit illi Dominus:Martha Martha, ſollicita es, & turbaris erga plurima. Porrò vnum eſt neceſſarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. ℟. Amen.

Ad Laudes,& per Horas,Aña.

ASſumpta eſt Maria in cęlum: gaudent Angeli, laudantes benedicunt Dominum. ps. Dominus regna. cũ rel. fol.18. Aña. Maria Virgo aſſumpta eſt ad ęthereum thalamum,in quo Rex Regũ ſtellato ſedet ſolio. Aña. In odorem unguentorum tuorũ currimus: adoleſcentulæ dilexerunt te nimis. Aña. Benedicta filia tu à Domino, quia per te fructũ vitæ cõmunicauimus. Aña. Pulchra es,& decora filia Ieruſalem,terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Capit. In omnibus requiem. ℟. br. Aſſumpta eſt Maria in cœlum. Gaudent Angeli. ℣. Laudantes benedicunt Dominum. Gaudẽt. Gloria. ℟. Aſſũpta. Hym. O glorioſa Domina. ℣. Maria Virgo aſſumpta eſt.

Ad Benedictus, Antiphona.

Quæ eſt iſta, quæ aſcẽdit ſicut aurora conſurgens,pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata? Ad iij. Capit. In omnibus. ℣. Exaltata eſt. Ad vj. Capitulũ.

ET ſic in Siõ firmata ſum, Eccl
& in Ciuitate ſanctificata 24.
ſimiliter requieui, & in Ieruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine Sanctorum detentio mea. ℣. Aſſumpta eſt. Ad Nonam. Cap.

IN plateis ſicut cĩnamomũ, Eccl
& balſamũ aromatizãs,odo 24.
rẽ dedi,quaſi myrrha electa dedi ſuauitatẽ odoris. ℣. Maria virgo. Ad Veſp. oĩa vt in j. Veſ.

Ad Magnificat, Antiphona.

Hodie Maria Virgo cœlos aſcendit:gaudete quia cũ Chriſto regnat in æternum.

Die 16 D.

PRIMA DIE

Infra Oct. Assumpt. B.Mariæ.

Ad Matutinum vsque ad Lectiones omnia de festo.

De Hom. S. August. Epi. Lec. j.

Ex eo. ser. 7. de uerb. Dñi.

QVid autē putamus nos reprehensum esse ministerium Marthę, quā cura hospitalitatis occupauerat, quæ ipsum Dominum hospitio receperat? Quo modo rectè reprehendebatur, quæ tanto hospite lętabatur? hoc si verum est, dimittant homines, quòd ministrant egentibus: eligant sibi partem meliorē, quæ non auferetur ab eis: vacent verbo, inhient doctrinæ dulcedini, occupētur circa sciētiam salutarē. Responsoria de festo per ordinem. Lectio ij.

HOc si verum est, nihil curæ sit quis peregrinus in vico iaceat, quis egeat pane, quis indumento, quis visitandus, quis redimendus, quis sepeliendus: vacent opera misericordiæ, vni instetur sciētiæ. Si melior pars est, cur non omnes hoc faciunt, quādo ipsum Dominum in hac causa patronū habemus? Non enim timemus in hac re ne offendamus eius iustitiam, cū patronam teneamus eius sententiam. Lectio tertia.

ET tamen ita non est, sed sicut dixit Dominus, ita est: quo modo intelligis nō est ita? Est autem quomodo intelligere debeas, ecce aduerte. Circa multa es occcupata, quādo unum est necessariū. Maria meliorem partem elegit. Nō tu malam, sed ista meliorem. Sed unde meliorem? Quia tu circa multa, illa circa vnum: præponitur vnum multis: non enim à multis unum, sed multa ab uno.

In ij. noctur. Antiphonæ, & Psal. de festo. Capit. & ℣. vj.

Ad Laudes, & per Horas omnia de festo. Et fit cōm. in Laudib. de octa. sancti Laurentij.

Die 17 E.

OCTAVA S. LAVRENTII.

Duplex

Ad Vesp. omnia dicuntur sicut in primis Vesperis festi, præter orationem. Oratio.

EXcita Domine in Ecclesia tua spiritū, cui beatus Laurentius Leuita seruiuit: vt eodē nos repleti studeamus amare quod amauit, & opere exercere quod docuit. Per Dominum. In Vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus.

Et fit comm. de Octa. Assumptionis in utrisque Vesper. & Laud. & omnia fiant tàm in nocte, quàm in die vt in festo.

In Vesp. commem. S. Agapiti Martyris. Oratio.

LÆtetur Ecclesia tua Deus beati Agapiti Martyris tui confisa suffragijs: atque eius precibus gloriosis, & deuota permaneat, & secura cōsistat. Per Dominum nostrum.

Die 18 F.

TERTIA DIE

Infra Oct. Assumpt. B. Mariæ.

De Homil. S. August. Epi. L. j.

Ex eo. ser. 27. de ver. Dñi.

BEnè ergo Martha circa corporalem Domini, quid dicam, necessitatem, an uoluntatem? ministrabat carni mortali. Sed quis erat in carne mortali? In principio erat Verbū, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Ecce quod Maria audiebat. Verbū caro factum est, & habitauit in nobis: Ecce Martha cui ministrabat. Ergo Maria meliorem partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Hoc enim elegit, quod semper manebit, ideò non auferetur ab ea. Lectio ij.

CIrca vnum autem Maria se uoluit occupari. Iàm tenebat, Mihi autem adhęrere Deo bonū est. Sedebat ad pedes capitis nostri Quantò humiliùs sedebat, tantò ampliùs capiebat: confluit enim aqua ad humilitatem conuallis, denatat de tumoribus collis. Nō ergo Dominus opus reprehēdit, sed munus distinxit. Circa multa es occupata: porrò vnū est necessarium. Iàm hoc sibi Maria elegit.

Pro S. Agapito Mar. Lectio iij.

AGapitus Pręnestinus, quindecim annos natus, Aureliano Imperatore, martyrij cupidissimus, cū propter constantiam Religionis, Imperatoris iussu, primùm uirgis cęsus, deinde in tetrum carcerē coniectus esset, ut nihil omnino per quatuos dies gustaret, è custodia est eductus, & ardentibus carbonibus capiti eius impositis, Deo agens gratias, iterum affectus uerberibus, nudus ita pedibus suspensus est, ut ingens fumus è subiecto igne os eius obrueret. Tum feruens aqua in eius uentrem effusa est, maxillęque confractæ, ac demum Pręneste securi percussus est.

Die 19 G.

QVARTA DIE

Infra Oct. Assumpt. B. Mariæ.

De Homil. S. August. Epi. L. j.

Ex eo ser. 27 de ver. Dñi.

VIdetis ergo charissimi, & quantum arbitror, iā intelligitis in his duabus mulieribus, quæ ambæ fuerunt Domino gratæ, ambæ amabiles, ambæ discipulæ: Videtis ergo, & magnum aliquid intelligi-

ligitis quicunque intelligitis, quod audire & scire debetis, etiã q nõ intelligitis, ĩ his duabus mulieribus duas uitas esse figuratas; præsentem, & futuram: laboriosam & quietam: ęrumnosam, & beatam: temporalem & ęternam. Lect. ij.

DVæ sunt uitæ, de illis uos copiosiùs cogitate. Quid habeat hæc uita, non dico mala, non iniqua, non nefaria, nõ luxuriosa, non impia; sed laboriosa, ęrumnis plena, timoribus sollicita: hanc ipsam innocẽtem uitam dico: qualem decebat habere Martham. Hanc ergo quantum potestis inspicite, & de hac, ut dixi, copiosiùs, quàm loquimur, cogitate. Lectio tertia.

VIta uerò iniqua aberat ab illa domo, nec cum Martha erat, nec cum Maria: & si aliquando fuit, Domino intrante fugit. Remanserunt ergo in illa domo, quæ susceperat Dominum, in duabus fęminis duæ uitæ; ambæ innocentes, ambæ laudabiles, una laboriosa, altera ociosa, nulla facinorosa, nulla desidiosa; ambæ innocentes, ambæ, inquã, laudabiles; sed una laboriosa, altera ociosa: nulla facinorosa, quam cauerę debet laboriosa; nulla desidiosa, quam cauere debet ociosa.

S. BERNARDI ABBATIS. Die 20 A.

Duplex 3.

Oratio Intercessio. de Communi Confes. non Pont. Deinde fit commemoratio de Octaua. Lectio quinta.

BErnardus Fõtanis in Burgundia honesto loco natus, duos & uiginti annos natus familiam Cisterciẽsis Ordinis, qui tum sanctitate florebat, ingredi constituit: a quo proposito nunquàm deterreri potuit, sed & cum eo triginta iuuenes eandem Religionem susceperunt. Lectio vj.

MOnach⁹ ergo, ieiunijs, uigilijs, & orationibus mirificè se exercebat, & christianam paupertatem colens, quasi cœlestem uitam agebat in terris. Elucebat in eo humilitas, misericordia, benignitas: contemplationi autem totus addictus erat: quo in studio occupatus Genuensium, ac Mediolanensiũ Episcopatus oblatos humiliter recusauit. L. vij.

ABbas itaque Clareuallẽsis factus, multis in locis ędificauit monasteria. Romã verò Profectus, Sanctorũ Vincentij, & Anastasij monasteriũ extruxit, ei pręficiẽs Abbatem illum

illum qui posteà Eugenius tertius summus Pontifex fuit, ad quem etiam librum misit de consideratione. Lectio viij.

INnocentium secundũ Põtificem maximum in confutando schismate Petri Leonis, cùm apud Imperatorem, & Henricum Angliæ Regem, tùm in Concilio Pisis coacto, egregiè adiuuit. Denique tres & sexaginta annos natus obdormiuit in Dño ac miraculis illustris ab Alexandro tertio Papa inter sanctos relatus est. In iij. noctur. Hom. in Euag. Ecce nos. de Communi Apostolorum.

Die 21 B. SEXTA DIE Infra Oct. Assumpt. B. Mariæ. De Homilia sancti Augustini Episcopi. Lectio j.

Ex eo. ser 27. de ver. Dñi.

ERant ergo in illa domo istę duę uitæ, & ipse fons uitæ. In Martha erat imago præsentium, in Maria futurorum. Quod agebat Martha, ibi sumus: quod agebat Maria, hoc speramus. Hoc agamus benè, vt illud habeamus plenè. Lectio secunda.

NAm quid inde habemus inquantum habemus? quamdiù hic sumus, quãtum est, quod inde habemus? Nam & modò inde aliquid agimus: remoti à negocijs, sepositis familiaribus curis, cõuenistis, statis, auditis. In quantum autem hoc agitis, Mariæ similes estis: & faciliùs uos intenditis, quod agit Maria, quàm ego qui prerogo. Si quid tamen dico, Christi est. Lectio iij.

IDeò vos pascit, quia Christi, quia panis communis est, vnde & ego uobiscum uiuo. Nunc autem uiuimus, si uos fratres statis in Domino. Nolo, in nobis, sed in Domino: quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.

IN OCTAVA Assumptionis beatæ Mariæ. Die 22 C.

Duplex 3.

Omnia dicuntur, vt in j. Vesp. festi: & fit commem. Sanctorũ Mart. Timothei, Hyppoliti, & Symphoriani. Oratio.

AVxilium tuum nobis Domine quęsumus placatus impende: & intercedentibus beatis martyribus tuis Timotheo, Hyppolito, & Symphoriano, dexterã super nos tuæ propitiationis extende. Per Dominum nostrũ Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit, & regnat. &c.

Omnia dicuntur sicut in die, præter sequentia.

De Canticis Canticorum. L. j.

Cap. 8 i init. QVis mihi det, te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iàm me nemo despiciat? Apprehendam te, & ducã in domum matris meæ. Ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & musto malorum granatorum meorũ. Læua ei⁹ sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filiæ Ierusalem, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Lectio secunda.

QVæ est ista, q̃ ascendit de deserto delicijs affluens, innixa super dilectum suum? Sub arbore malo suscitaui te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Pone me, vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum, quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut Infernus æmulatio, Lampades eius lampades ignis atque flammarum. Lectio iij.

AQuæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumima obruent illam: si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Soror nostra paruula, & ubera non habet. Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est? Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est compingamus illud tabulis cedrinis. Lect. iiij.

EGo murus, & ubera mea sicut turris; ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens. Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam custodibus, uir affert pro fructu eius mille argenteos. Vinea mea coram me est. Mille tui pacificè, & ducenti his, qui custodiunt fructus eius. Quæ habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire uocem tuam. Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ, hinnuloq; ceruorum super montes aromatum.

Lect. de Hom. vt in festo. 394.

Pro sanctis martyribus Timotheo, Hyppolito, & Symphoriano. Lectio duodecima.

TImotheus Antiochenus Romam ueniens, à Tarquinio Vrbis Præfecto conijcitur in uincula. Inde eductus acerbissimè cęditur, & excarnificatum corpus uiua calce perfunditur. In quibus, alijsq; supplicijs constãs martyr capite plectitur. Corpus uia Ostiensi propè sepulchrũ beati Pauli sepelitur. Quo die, etiam Alexandro Imperatore apud Ostiam Tyberinam martyrio coronatus est Hyppolitus presbyter. Quo item die Aurelio Imperatore, propter eandem fidem, Augustuduni Symphorianus adolescens uariè tortus, fortiter Iesu Christi causa carnifici collũ præbuit.

Sequẽs festum sancti Bartholomæi celebratur secundùm consuetudinem locorum die 24. uel 25. Augusti. Romæ autem celebratur 25. cum commem. & ultima Lectione sancti Ludouici, ut infra ponitur.

Die 23 D. IN VIGILIA S. Bartholomęi Apostoli.

Homilia in Euangelium. Hoc est præceptum meum. de Cõi Apostolorum.

Orõ. Da q̃ sumus omnipotẽs. De eodem Communi.

Die 24 E. IN FESTO S. BARTHOLOMÆI Apostoli.

Duplex 2. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui huius diei uenerandam, sanctamque lætitiã in beati Apostoli tui Bartholomęi festiuitate tribuisti: da Ecclesiæ tuæ quæsumus, & amare quod credidit, & prędicare quod docuit. Per Dominum nostrũ Iesum Chrm.

In j. noct. Lect. Sic nos existimet. de Communi. L. v.

BArtholomæus Apostolus Galilæus cùm in Indiam citeriorem ad prædicandum Iesu Christi Euangelium progressus esset, aduentum Domini Iesu Christi iuxtà sancti Matthæi Euangelium illis gẽtibus prædicauit. Sed cùm in ea Prouincia plurimos ad Iesum Christum conuertisset, multos labores, calamitatesq; perpessus, venit in maiorem Armeniam. Lectio vj.

IBi Polemonem Regem, & coniugem eius ac præterea duodecim Ciuitates ad christianam fidem perduxit. Quę res in eum magnam inuidiã concitauit illius gentis Sacerdotum: nam usque adeò Polemonis Regis fratrẽ in Apostolum incenderunt, ut is uiuo Bartholomęo pellem crudeliter detrahi iusserit, ac caput abscindi: quo in martyrio animam Deo reddidit. L. vij.

EIus corpus Albani, quæ est Vrbs maioris Armenię, ubi is passus fuerat, sepultum est: quod posteà ad Lyparam Insulam delatum, inde Beneuentum translatum est.

Postremò Romam ab Othone secundo Imperatore Gregorio quinto Pontifice maximo portatum est. Lectio viij.

ITaque in Tiberis Insula Ecclesia eius nomine Deo dicata fuit, ac in ipsa corpus collocatum est. Agitur autem Romæ dies festus octauo Kalẽdas Septembris, & per octo consequentes dies illa Basilica magna populi frequentia celebratur.

Lectio sancti Euangelij secundùm Lucam. Lectio ix.

Cap. 6 IN illo tempore: Exijt Iesus in montem orare, & erat pnoctans in oratione Dei. Et cũ dies factus esset, vocauit discipulos suos, Et reliqua.

Homilia S. Ambrosij Epi.

Ex li. 5 cõm. i eund. OMnes magni homines sublimes montem ascẽdunt: non enim cuicunq; Propheta dicit. Ascende in montem excelsum, qui Euãgelizas Sion: Exalta in uirtute uocem tuam, qui Euangelizas Ierusalem. Non uestigijs corporalibus, sed factis, sublimioribus in hunc montem si ascendas, sequeris Christum, vt ipse esse mons possis. Mõtes enim in circuitu eius, Lect. x.

QVære in Euangelio: inuenies solos cum Dño montem ascẽdisse discipulos. Orat ergo Dominus, non ut pro se obsecret, sed vt pro me impetret. Nam etsi posuerit omnia Pater in potestatem Filij, Filius tamen, vt formã hominis impleret, obsecrandum Patrem putat esse pro nobis, quia aduocatus est nr̃. Lect. xj.

ET erat, inquit, pernoctans in oratione Dei. Species tibi datur, forma præscribitur, quàm debeas æmulari. Quid enim te pro salute tua facere oportet, quando pro te Christus in oratione pernoctat? Quid te facere conuenit, cùm uis aliquod officium pietatis adoriri, quando Christus missurus Apostolos orauit prius, & solus orauit? Nec vsquã alibi, si non fallor, orasse cum Apostolis reperitur: vbiq; solus obsecrat. Lectio duodecima.

VOcauit, inquit, discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos ad propagãdum auxilium salutis humanæ per terrarum orbem satores fidei destinaret. Simul aduerte celeste consilium: non sapientes aliquos, non diuites, non nobiles: sed piscatores, & publicanos quos dirigeret, elegit, ne traduxisse prudentia, ne redemisse diuitijs, ne potẽ-

tiæ, nobilitatisque auctoritate traxisse aliquos ad suam gratiam uideretur.

Sequentia sancti Euãgelij secundùm Lucam.

Cap. 6 sub init. IN illo tempore: Exijt Iesus in mõtem orare, & erat pernoctãs in oratione Dei. Et cùm dies factus esset, vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit, Simonem quem cognominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum & Iohannem, Philippum & Bartholomæum, Matthęũ & Thomam, Iacobum Alphæi, & Simonem qui uocatur Zelotes, & Iudã Iacobi, & Iudã Ischariotem, qui fuit proditor. Et descendens cum illis stetit in loco campestri, & turba discipulorũ eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Ierusalem, & Maritima, & Tyri, & Sidonis qui uenerãt, vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui uexabantur à spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes.

℟. Amen.

S. LVDOVICI Confessoris. Oratio. Die 25 F.

DEus qui beatum Ludouicum Cõfessorem tuũ de terreno ac tẽporali regno ad cęlestis, & ęterni regni gloriam transtulisti: eius quæsumus meritis, & intercessione Regis Regum Iesu Christi filij tui nos cohęredes efficias, & eiusdem regni tribuas esse consortes. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecũ.

Vbi verò festum sancti Bartholomæi celebratur 25. die, de hoc festo fit tantùm commemoratio, & ex duabus sequẽtibus Lectionibus fit duodecima Lectio. Lectio j.

LVdouicus Gallię Rex pro recuperanda possessione Ierosolymorum mare cum ingenti exercitu traijciens, primò prælio Saracenos fugauit. Itaque Aconem Profectus in ea Vrbe Agarenorum multos ad Christi fidem conuertit: præterea aliquot christianorum Vrbes refecit suis sumptibus. Lectio secunda.

POst hęc domum reuersus, multa ædificauit Monasteria, & pauperum hospitia: beneficentia egentes subleuabat: frequens uisebat

ægrotos, vestitu vulgari utebatur, cilicio, ac ieiunio corpus assiduè affligebat: tandem pestilentia sublatus, clarus miraculis à Bonifacio octauo in Sanctorum numerum est relatus. Eius corpus Lutetiæ Parisiorum conditum est.

Die 26 G. S. ZEPHERINI PAPÆ, & Martyris. Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus: ut beati Zepherini martyris tui, atque Pontificis, cuius gaudemus meritis, instruamur exẽplis. Per. L. j.

ZEpherinus Romanus, q̃ Seuero Imperatore rexit Ecclesiam, sanciuit, ut qui ordinandi essent, opportuno tẽpore, & multis præsentibus clericis, & laicis de more sacris initiarentur: doctique ac spectatæ uitæ homines ad id officij munus deligerentur. Decreuit præterea, ut rem Diuinã facienti Episcopo Sacerdotes omnes astarent. Lectio ij.

IDẽ instituit, ut Patriarcha, Primas, Metropolitanus, aduersus Episcopum non ferant sentẽtiam, nisi Apostolica auctoritate fulti. Vixit in Põtificatu annos nouẽ, mẽses septẽ, dies decẽ. Antonino Imperatore martyrio coronatus est, & sepultus uia Appia propè Cœmeterium Callisti septimo Kalendas Septembris.

Die 28 B. S. AVGVSTINI EPISCOPI, & Conf. & Ecclesiæ Doctoris. Duplex 3. Ad Magn. Aña. O Doctor optime. Oro.

ADesto supplicationibus nostris omnipotẽs Deus; & quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges: intercedente beato Augustino Cõfessore tuo, atq; Põtifice, consuetæ misericordiæ tribue benignus effectum. Per Dñm nostrum.

Pro S. Hermete Martyre. Oro.

DEus qui beatum Hermetem martyrem tuum, virtute constantiæ in passione roborasti, ex eius nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere, & nulla eius aduersa formidare. Per.

In j. noct. Lect. Sapientiam. de Cõmuni Doctoru. L. v.

AVgustinus, Tagastæ in Africa honestis parentibus natus, opera Ambrosij ad Christum conuersus circiter trigesimum annum agens ab ipso baptizatur. Postea à Valerio notæ sanctitatis Episcopo, Hipponensis præsbyter factus est. Quo tempore familiã instituit religiosorum. Sed cùm uigeret Manicheorum hæresis, in qua etiã ipse aliquandiũ fuerat, vehementiùs in illam inuehi cœpit. Fortunatumq; hæresiarcam confutauit. L. vj.

HAc Augustini pietate cõmotus Valerius, eũ adiutorẽ adhibuit Episcopalis officij. Nihil illo fuit humilius, nihil continentius. Lectus ac uestitus moderatus, vulgaris mẽsa, quam semper sacra, vel lectione, vel disputatione condiebat. Summa benignitate fuit in pauperes, fœminarum contubernium familiaritatẽq; vitauit. Lectio septima.

NVllum finem fecit prædicandi Dei uerbũ nisi graui morbo oppressus. Africam a Manichæorum, Donatistarum, Pelagianorum, multorũq; præterea hæreseos errore liberauit. Multa piè, subtiliter, & copiosè scripsit. Vandalis Africam bello Vastantibus, & Hipponem tertium iã mensem obsidentibus, in febrim incidit. Lectio octaua.

ITaque cùm discessum è vita sibi in stare intelligeret, Psalmos Dauid, qui ad pœnitentiam pertinent, in conspectu positos, profusis lachrymis legebat. Ergo sensib' integris, in oratione defixus, migrauit in cælum. Vixit annos septuaginta sex, in Episcopatu ad quadraginta. Cuius corpus primùm Sardiniam, deinde Ticinum conditum est.

In iij. noctur. Hom. in Euãg. Vos estis, vt in Cõmuni.

Ad Laud. fit cõm. S. Hermetis. Ad Vesperas à Capitulo omnia de sequenti festo, ex Communi unius Martyris præter sequentia.

Die 29 C. IN DECOLLATIONE S. Iohannis Baptistæ. Duplex 3.

Ad Magnificat, Antiphona. Misso Herodes spiculatore p̃cepit amputari caput Iohãnis in carcere: quo audito discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento. Oratio.

SAncti Iohãnis Baptistæ p̃cursoris, & martyris tui q̃sumus Domine veneranda festiuitas, salutaris auxilij nobis præstet effectum. Qui viuis & regnas cũ Deo p̃re in vnit.

Deinde fit cõmemoratio sancti Augustini.

Postea S. Sabinæ Mart Oratio. Deus qui inter cætera. de Cõmuni Mart. tantùm.

Ad Matutinum omnia de Cõmuni, præter hic posita.

In primo Noctur. Lectiones de Ieremia, ut in Dominica Passionis fol. 188.

℟. j. Misit Herodes Rex manus, ac tenuit Iohannem, & vinxit eum in carcere, quia metuebat eum propter Herodiadem, Quam tulerat fratri suo Philippo vxorem. ℣. Arguebat Herodem Iohannes propter Herodiadem. Quam tulerat fratri suo.

℟. ij. Iohannes Baptista arguebat Herodem Propter Herodiadem, quã tulerat fratri suo uiuenti uxorem. ℣. Misso Herodes spiculatore præcepit amputari caput Iohannis in carcere. Propter Herodiadem.

℟. iij. Puellæ saltanti imperauit mater: Nihil aliud petas, nisi caput Iohannis: & cõtristatus est Rex propter iusiurãdum, & propter simul discumbentes. ℣. Ait puella matri suæ: Quid petam? At illa ait. Nihil aliud petas, nisi.

℟. iiij Misso Herodes spiculatore præcepit amputari caput Iohannis in carcere. Quo audito discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento. ℣. Misit Rex incredulus ministros detestabiles, & amputari iussit caput Iohannis Baptistæ. Quo audito discipuli. Gloria Patri, &c. Quo audito discipuli.

Ex libro S. Ambrosij Episcopi de Virginibus. Lectio v.

Ex lib. 3 de Virginibus.

QVoniam beati Iohannis Baptistæ non strictim prætereunda est recordatio; interest, vt quis, & à quibus, & quã ob causam, quo modo, & quo tempore sit occisus aduertere debeamus. Ab adulteris iustus occiditur, & à reis in iudicem capitalis sceleris pœna conuertitur. Deinde præmium saltatricis mors est Prophetæ.

Respõsoria de Cõi. L. vj.

POstremò (quod etiã omnes Barbari horrere consueuerunt) inter epulas atque conuiuia consummandæ crudelitatis profertur edictum, & à conuiuio ad carcerem, de carcere ad conuiuium feralis flagitij circũfertur obsequiũ: quanta in vno facinore sunt crimina? Quis non cùm è conuiuio ad carcerem cursari videret, putaret Prophetam iussum esse dimitti? Lect. vij.

QVis inquam, cũ audisset natalem esse Herodis, solenne conuiuium, puellæ optionem eligendi quod uellet datam, missum ad Iohannem ob solutionem non arbitraretur? Quid crudelitati cum delicijs? quid cum funeribus uoluptati? Ra-

pitur

pitur ad pęnam propheta conuiuiali tẽpore, conuiuiali præcepto, quo non cuperet uel absolui: perimitur gladio, caput eius affertur in disco. Lect. viij.

HOc crudelitati ferculum debebatur, quo insatiata epulis feritas uesceret. Intuere Rex acerbissime tuo spectacula digna conuiuio. Porrige dexterã, ne quid sęuitiæ tuæ desit, ut ĩter digitos tuos riui defluãt sacri cruoris: & qm̃ non exaturari epulis fames, nõ restingui poculis potuit inauditæ sęuitię sitis, bibe sanguinem scaturientibus adhuc venis, execti capitis profluentem.

In iij. Nocturno, Antiphona.

Petijt puella caput Iohannis in disco: quo accepto dedit matri suæ. Canticum. Beatus uir. cum reliquis. fol.

Lectio sancti Euangelij secundùm Marcum. Lectio ix.

Ca. 6.

IN illo tempore: Misit Herodes, ac tenuit Iohannem, & uinxit eum in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Epi.

Ex ser. 10. in nouis sermonibus inir.

CVm sanctum Euangeliũ legeretur crudele spectaculum ante oculos nostros constitutum est, caput sancti Iohãnis in disco, feralis missus crudelitatis propter odium ueritatis: puella saltat, & sæuit mater, & inter delicias & lasciuias conuiuantium temerè iuratur, & impie quod iuratur impletur. Lectio decima.

FActum est Iohanni quod ipse prædixerat. Illum oportet crescere, dixerat de Domino: me autem minui. Iste minutus est in capite, ille creuit in cruce. Odium peperit ueritas. Non potuit ęquo animo tolerari quod homo Dei Sanctus monebat, qui utique salutem eorum quærebat, quos sic monebat: responderunt illi mala pro bonis. Lectio xj.

QVid enim ille diceret nisi quo plenus erat? Et quid illi responderet, nisi quo pleni erant? Ille triticum seminabat, sed spinas inuenit: dicebatque Regi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Vincebat Regem libido, tenebat apud se prohibitam vxorem fratris sui. Sed eum tamen sic habebat, ut nõ sæuiret. Honorabat eum, à quo uerum audiebat.

Pro Sancta Sabina. Lectio xij.

SAbina mulier Romana: Valẽtini uiri clarissimi uxor, à Seraphia virgine Chrĩanę fidei

dei præceptis instituta, post sanctę virginis martyriũ collectas eius reliquias pijs exequiis sepeliuit. Quæ propter eam causam paulò pòst Adriano Imperatore comprehensa, Elpidio iudici sistitur. Qui eam variè, sed frustrà tentatam, capitis dãnauit. Eius corpus à Christianis in eodem sepulcro conditum est, in quo ipsa magistram fidei suę Seraphiam posuerat.

a. 6. Sequẽtia S. Euãg. ſm Marcũ.



In illo tempore: Misit Herodes, ac tenuit Iohannem, & vinxit eum in carcerẽ propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim Iohannes Herodi: Non licet tibi habere vxorẽ fratris tui. Herodias autem insidiabatur ei, & volebat occidere eum, nec poterat. Herodes autem metuebat Iohannem, sciẽs eum virum iustum & sanctum, & custodiebat eũ, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Et cùm dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit Principibus, & Tribunis, & primis Galilææ. Cumq; introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulq; recumbentibus, Rex ait puellæ: Pete à me quod uis, & dabo tibi. Et iurauit illi, quia quidquid petieris dabo tibi, licèt dimidium regni mei. Quæ cùm exisset, dixit matri suæ: Quid petam? At illa dixit: Caput Iohannis Baptistæ. Cùmq; introisset statim cum festinatione ad Regem, petiuit dicẽs: Volo vt protinus des mihi in disco caput Iohãnis Baptistæ. Et contristatus est Rex propter iusiurandum, & propter simul discumbentes, noluit eam contristare, sed misso spiculatore præcepit afferri caput eius in disco, & decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ. Quo audito discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

Herodes enĩ tenuit, & ligauit Iohãnẽ, & posuit in carcerem propter Herodiadẽ. ps Dominus reg. cum rel f. 18. Aña Domine mi Rex da mihi in disco caput Iohannis Baptistæ. Aña Puellæ saltanti imperauit mater: nihil aliud petas, nisi caput Iohannis. Aña Arguebat Herodem Iohãnes ꝓpter Herodiadem, quam tulerat fratri suo Philippo vxorem.

Aña.

Aña. Da mihi in disco caput Iohannis Baptistæ. Et contristatus est Rex propter iusiurandum. Ad Bñs, Aña. Misso Herodes. vt in j. vesp. Et fit com. S. Sabinæ. Ad horas omnia de communi, præter hic propria: Ad Vesp. Aña. Herodes. cum rel. Psal. de uno martyre.

Ad Magnificat, Antiphona.

Misit Rex incredulus ministros detestabiles, & amputari iussit caput Ioãnis Baptistę.

Die 30 D. SS. FELICIS, ET AVDACTI, MARTY. Oratio.

Maiestatem tuam Domine supplices exoramus: ut sicut nos iugiter sanctorum tuorum commemoratione lætificas: ita semper supplicatione defendas. Per Dom. Lect. ij.

Felix Diocliciano & Maximiano Imperatoribus propter susceptam Christi religionem comprehensus, in Serapidis templum adductus est. Cui sacrificare cùm iuberetur, os simulacri conspuit. Quo facto statim ęrea statua corruit. Quod cùm iterũ, ac tertiò in æde Mercurii, Dianęque factum esset, impietatis, & magicæ artis accusatus, equuleo torquetur. Lectio tertia.

Mox ad secundum ab vrbe lapidem uia Ostiensi ducitur, ut securi feriretur. Cui inter uiam oblatus quidã Christianus, cùm Felicem agnoscẽs ad martyrium duci uideret, Christianum se esse professus, cum eo securi percutitur tertio Kalẽdas Septembris: cuius nomẽ cum ignotũ esset Chrianis, is Adaucti nomine nobilitatus est, quòd ad martyrij coronam augeri uoluerit.

FESTA SEPTEMBRIS.

Die F. S. EGIDII ABBATIS. Oratio. Intercessio. de cõmuni. Deinde fit cõme. SS. mar. duodecim fratrũ. Oratio.

Fraterna nos Domine martyrum tuorum corona lętificet: quæ & fidei nostræ præbeat incrementa uirtutum, & multiplici nos suffragio consoletur Per Dominum. Lec. ij.

Egidius Atheniensis, regię stirpis, parẽtibus mortuis, totum patrimonium in pauperes erogauit: quin etiam tunicam exuit, ut ægrotum egentem tegeret, qua ille indutus statim cõualuit. Lectio iij.

Sed multis deinceps clarior miraculis, timens sui nominis celebritatem, Arelate ad beatum Cęsarium contendit: à quo post biennium discedẽs secessit ĩ Eremum: ubi diutiùs herbarum radicibus, & ceruæ

lacte

lacte,quę statutis ad eum horis
ueniebat, admirabili Sanctita-
te uixit. Tandem flagitante Re
ge: Monasterium ibi extruxit,
Cuius & administrationem in
uitus suscepit, eoque munere
aliquot annis prudenter pieq;
gesto, migrauit in cœlum.
Die 4. B. S. BONIFACII EPI-
scopi & Mar. Dup. 3. Oro.
DEus qui nos gloriosissi-
mi martyris atque ponti-
cis tui Bonifacij solennitate læ
tificas, da quæsumus: vt quem
nunc felicissimũ martyrem se
habere Russiana gloriatur ec-
clesia, nos quoq; eum apud te
perpetuum intercessorem cõse
qui mereamur. Per Do. Lec.v.
BOnifacius uir clarissimus
Othonis secundi Impe-
ratoris fuerat consanguineus,
& ei maxime charus. Cũque in
capella regia moraretur, uidẽs
ecclesiam antiqui martyris Bo
nifacij, mox exemplo sui æqui-
uoci ad martyrij desideriũ pro
uocatus, ait: Et ego Bonifacius
uocor: cur ergo etiã ipse mar-
tyr esse non debeo? Lectio vj.
OPera igit Romualdi Mo-
nachus factus, mira se ab
stinentiæ frugalitate constrin-
xit. Cùm verò post diuturnam
Eremiticæ conuersationis ui-
tam, ad prædicandum iam ire
disponeret, Romam primùm
pergere studuit, & ab Apostoli
ca sede cõsecrationem Archie
piscopatus accepit. Lectio vij.
CVmq; ad Regem Russorũ
peruenisset, & constanti
animo prædicationi uehemẽ-
ter insisteret, pro fidei confir-
matione copiosum ignẽ ita il-
læsus pertransijt, ut nec mini-
mus capitis eius capillus uide-
retur exustus. Tũc Rex, & cęte
ri, qui huic spectaculo interfue
rant, eò quòd huiusmodi fœ-
dus sibi proposuerant, indulgẽ
tiam petunt, & baptizari instan
tissimè poscunt. Lectio viij.
FRater autem Regis de con-
uersione fratris nimia ad-
uersus eum ira succensus, con-
tinuò in sua præsentia, circun-
stante non parua hominũ mul
titudine, decollari præcepit. Sta
tim uerò ipse cęcatus, reliqui
sensibꝰ stupidi effecti, pòst om
nes miserante Deo, & sensum
recipiunt, & conuersi, ac bapti-
zati super sacrum corpus Ec-
clesiam construunt.
In iij. Noct. Hom. in Euange.
Vigilate qa. de cõi cõf. põt.
IN NATIVITATE Die 8. F.
sanctæ Mariæ Virginis.
Duplex 2.
Ad Vesp. Aña. Natiuitas glorio
sæ. cum reliq. de Laudib. Psal.
Dixit

Dixit Dñs. 66. Laudate pueri.
67. Lętatus sum. f. 65. Lauda Ie
rusalem Dñm. fol. 74. Cap.
Eccle. 24. AB initio & ante secula
creata sum, & usque ad
futurum seculum non desi-
nam, & in habitatione sancta
coram ipso ministraui. ℟.
bre. Specie tua, Et pulchritu
dine tua, ℣. Intende, prosperè
procede, & regna, Et pulchri-
tu. Gloria pa. ℟. Specie tua.
Hym. Aue maris stella. ℣. Na
tiuitas est hodie sanctæ Mariæ
virginis, ℟. Cuius uita inclyta
cunctas illustrat ecclesias.
Ad Mag. Aña. Gloriosæ uirgi
nis Mariæ ortum dignissimũ
recolamus quę & genitricis di
gnitatẽ obtinuit, & virginalem
pudicitiam nõ amisit. Oratio.
FAmulis tuis qs Dñe cęlestis
gratiæ munus impartire: ut
quibus beatæ virginis partus
extitit salutis exordium, Nati-
uitatis eius uotiua solennitas
pacis tribuat incrementũ. Per.
In vesp. non fit commemo. S.
Adriani mar. In fine oĩum hym
norum præterquã in hymno.
Aue maris stella. dr Gloria ti-
bi Domine, Qui natus es de
virgine. per totam octauam.
Ad Matutinum, Inuitatoriũ.
Natiuitatem virginis Marię ce
lebremus Christum eius filiũ
adoremus Dñm. ps. Venite. 9.
Hym. Quem terra. folio
In j. Noct. Aña Benedicta tu in
mulieribus, & bñs fructus ven
tris tui. ps. Dñe Dñs nr. fo. 4.
Aña. Sicut myrrha electa odo-
rẽ dedisti suauitatis sancta Dei
genitrix. ps. Cęli enarrãt. f. 8.
Aña. Ante thorum huius uirgi
nis frequentate nobis dulcia
cantica dramatis. ps. Dñi est
terra. 11. Aña. Specie tua, &
pulchritudine tua, intẽde, pro-
sperè procede, & regna. ps. Eru
ctauit. f. 36. Aña. Adiuuabit eã
Deus uultu suo, Deꝰ in medio
eius non commouebitur, ps.
Deus nr refugium. f. 28. Aña.
Suscepimus Deus mĩam tuã ĩ
medio templi tui. ps Magnus
Dñs. 28. ℣. Specie tua, & pul-
chritudine tua. ℟. Intende,
prosperè procede, & regna.
De Canticis Canticorum. L. j.
QVã pulchra es amica mea
quã pulchra es? oculi tui
colũbarũ, absq; eo qd intrinse-
cùs latet. Capilli tui sicut greges
caprarũ q ascẽderunt de mõte
Galaad. Dentes tui sicut greges
tõsarũ quæ ascẽderunt de laua
cro, oẽs gemellis fetibus, & ste
rilis non est inter eas: sicut vit-
ta coccinea labia tua, & eloquũ
tuum dulce sicut fragmẽ mali
punici, ita & genæ tuæ absque
co

eo quod intrinsecus latet. ℟. Hodie nata est beata virgo Maria ex progenie Dauid. Per q̄ salus mundi credentibus apparuit: cuius vita gloriosa lucem dedit seculo. ℣. Natiuitatem beatæ Mariæ virginis cũ gaudio celebremus. P er. Lect.ij.

Sicut Turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cũ propugnaculis; mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Duo ubera tua sicut duo hinnuli capreę gemelli, qui pascuntur in lilijs, donec aspiret dies, & inclinentur umbræ. Vadam ad montẽ myrhæ, & ad collem turis. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Veni de libano sponsa mea, veni de libano, veni: Coronaberis de capite Amana, de uertice Sanir, & Hermõ, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. ℟. Beatissimę Virginis Mariæ natiuitatem deuotissimè celebremus: Vt ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum. ℣. Cum iucunditate natiuitatem beatæ Mariæ virginis deuotissimè celebrem⁹. Vt. L.iij.

Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorũ tuorum, & in vno crine colli tui. Quàm pulchræ sunt mammæ tuę soror mea sponsa, pulchriora sunt ubera tua vino, & odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua: & odor uestimentorum tuorum sicut odor turis. ℟. Gloriosæ virginis Mariæ ortum dignissimum recolamus. Cuius Dominus humilitatem respexit, quæ Angelo nunciante concepit Saluatorem mundi. ℣. Beatissimæ virginis Mariæ natiuitatẽ deuotissimè celebremus. Cuius Dominus. Lectio iiij.

Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuæ, paradisus malorum punicorum cum pomorũ fructibus. Cypri cum nardo, nardus, & crocus, fistula, & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani: myrha & aloe cum omnibus primis vnguentis. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de libano. Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortũ meum, & fluant aromata illius. ℟. Natiuitas gloriosæ uirginis Mariæ ex semine Abrahæ, orta de tribu Iuda, clara ex stirpe Dauid. Cuius uita inclyta cunctas

ctas illustrat ecclesias. ℣. Hodie nata est beata virgo Maria ex progenie Dauid. Cuius ui. In ij. Noctur. Aña. Veritas de terra orta est, & iustitia de cęlo prospexit. ps. Benedixisti. 44. Aña. Sicut lætantium omniũ nostrum habitatio est in te Sãcta Dei genitrix. ps. Fundamenta. fo. 46. Aña. Gaude Maria virgo, cunctas hæres sola interemisti in vniuerso mundo. ps. Cantate. j. fol. 49. Aña. Dignare me laudare te virgo sacrata: da mihi virtutem contra hostes tuos. ps. Dominus regna. exul. fo. 49. Aña. Post partum uirgo inuiolata permansisti: Dei genitrix intercede pro nobis. ps. Cantate. ij. f. 49. Aña. Speciosa facta es, & suauis ĩ delicijs tuis sancta Dei genitrix. ps. Dominus regna. irasc. f. 49. ℣. Adiuuabit eam Deus uultu suo.

Sermo S. Bernardi Abb. Lec. v.

Ex ser. de verbis Apocalypsis.

Vehementer quidem nobis, dilectissimi, uir unus & mulier una nocuere, sed gratia Deo, per unum nihilominus uirum, & mulierem unam omnia restaurantur, nec sine magno fenore gratiarũ. Neque enim sicut delictum, ita & donum: sed excedit damni æstimationem beneficij magnitudo. Sic nimirum prudentissimus & clementissimus artifex, quod quassatũ fuerat, nõ confregit, sed utilius omnino refecit, videlicet ut nobis nouum formaret Adã ex veteri, & Euam transfunderet in Mariam. ℟. Cum iucunditate natiuitatẽ beatæ Mariæ celebremus. Vt ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum. ℣. Corde & animo Christo canamus gloriam in hac sacra solennitate præcelsæ genitricis Dei Marię. Vt ipsa pro nobis. Lectio sexta.

Et quidem sufficere poterat Christus: Siquidem & nunc omnis sufficiẽtia nostra ex eo est, sed nobis bonũ non erat esse hominem solum: cõgruum magis vt adesset nostrę reparationi sexus vterque, quorum corruptioni neuter defuisset. Fidelis planè, & potens mediator Dei & hominum homo Christus Iesus: sed diuinã in eo reuerentur homines maiestatem. Absorpta uidetur in Deitatem humanitas, nõ ꝙ mutata sit substantia, sed affectio Deificata. Non sola illi cãtatur misericordia, cantatur pariter & iudicium. ℟. Natiuitas tua Dei genitrix uirgo gaudium annunciauit uniuerso mun-

mundo. Ex te enim ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster, qui soluens maledictionẽ, dedit benedictionem, & confundens mortem, donauit nobis uitam sempiternam. ℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uetris tui. Ex te enim.

Lectio vij.

Crudelis nimirũ Eua, per quam serpens antiquus pestiferum etiam ipsi viro virus infudit: sed fidelis Maria quæ salutis antidotum & viris & mulieribus propinauit. Illa enim ministra seductionis, hæc propitiationis: Illa suggessit præuaricationem, hæc iniecit redemptionem. ℟. Beatã me dicent omnes generationes: Quia fecit mihi Domin⁹ magna qui potens est, & sanctum nomen eius. ℣. Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Quia fecit mihi.

Lectio octaua.

Quid ad Mariam trepidet humana fragilitas? Nihil austerum in ea, nihil terribile: tota suauis est, omnibus offerens lac & lanam. Reuolue diligentius Euangelicæ historiæ seriem vniuersam, & si quid fortè increpatorium, si quid durum, si quod denique signum vel tenuis indignationis occurrerit in Maria, de cætero suspectam habeas, & accedere uerearis. ℟. Regali ex progenie Maria exorta refulget, Cuius precibus nos adiuuari mente & Spiritu deuotissimè poscimus. ℣. Beatissimæ virginis Mariæ natiuitatem celebremus. Cuius. Gloria. Cuius.

In iij. Noct. Aña. Fęlix namq; es sacra es uirgo Maria, & omni laude dignissima quia ex te ortos est sol iustitiæ Christus Deus noster. Cant. Audite me. cum rel. fol. ℣. Elegit eam Deus, & prælegit eã. ℟. In tabernaculo suo habitarẽ facit eã.

Lectio sancti Euangelij secundùm Matthæum. Lectio ix.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filii Abraham, Abrahã genuit Isaac, Isaac aũt genuit Iacob. Et rel. Cap. 1.

Homilia S. Hieronymi presb.

In Isaia legimus: Generatio nem eius quis enarrabit? Nõ ergo putemus Euangelistã pro phetæ esse cõtrarium, vt quod ille impossibile dixit affatu, hic narrare incipiat; quia ibi ꝺ generatione Diuinitatis, hic de incaruatione dictum est: A carnalibus autem cępit, ut per hominem Deum discere incipiamus. ℟. Beata progenies, ex qua Christus natus est. O ꝙ glo- Ex lib. 1. cõm. in eun dem.

gloriosa virgo, Quę cęli Regẽ genuit. ℣. Fęlix namque est sacra virgo Maria, & omni laude dignissima. Quæ cœli.

Lectio decima.

Filij Dauid, filij Abraham. Ordo ꝑposterius, sed necessariò cõmutatus. Si enim primùm posuisset Abraham, & postea Dauid, rursus ei repetendus fuerat Abraham, ut generationis series texeretur. Ideò autem cęteris prętermissis, horum filium nũcupauit, quia ad hos tantùm facta est de Christo repromissio. Ad Abraham, In semine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes, quod est Christus. Ad Dauid: De fructu uentris tui ponam super sedẽ tuã. ℟. Corde & animo Christo canam⁹ gloriam. In hac sacra solennitate præcelsæ genitricis Dei Mariæ. ℣. Omnes pariter congregati Christo canamus gloriam. In hac sacra solennitate.

Lectio xj.

Iudas autem genuit Phares, & Zarã de Thamar. Notãdum ĩ genealogia Saluatoris nullã sanctarum assumi mulierum, sed eas quas scriptura reprehendit, ut qui ꝑ peccatores uenerat, de peccatoribus nascens omnium peccata deleret. Vnde & in consequentibus Ruth Moabitis ponitur, & Bethsabee uxor Vriæ. 12. Ioram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Ioathan. In quarto Regum uolumine legimus de Ioram Ochoziam fuisse generatum: quo mortuo Iosabeth filia Regis Ioram soror Ochoziæ tulit Ioas filium fratris sui, & eũ internecioni quæ exercebatur ab Athalia, subtraxit. Cui successit in Regnum filius eius Amasias. Post quem regnauit filius eius Azarias qui appellatur & Ozias cui successit Ioathan filius eius. ℟. Natiuitatẽ hodiernam perpetuæ virginis Dei genitricis Mariæ solenniter celebrem⁹, Qua celsitudo throni processit. ℣. Regali ex progenie Maria exorta refulget. Qua celsitudo.

Pro S. Adriano mar. Lect. xij.

Adrianus iussu Maximiani Imperatoris apud Nicomediam persequens Christianos, ad Christum conuersus, cũ alijs uiginti tribus Christianis est cõiectus in carcerẽ: vbi cum visitans Natalia vxor quæ & ipsa antea in Christum crediderat ad martyrium incẽdit. Itaq; è custodia eductus tamdiù flagellis cęsus est, donec

nec intestina diffluerent. Postremo fractis cruribus, manibus, pedibusque pręcisis, unà cum multis alijs martyrij certamē absoluit. ℟. Fęlix namque es sacra virgo Maria & omni laude dignissima Quia ex te ort⁹ est sol iustitię Christus Deus noster. ℣. Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo sexu: sentiant omnes tuū iuuamen quicunque celebrāt tuam sanctam Natiuitatem. Quia ex te. Gloria. Quia.

Initium sancti Euangelij secundùm Matthæum.

a.1. ini.



Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac aūt genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudā & fratres eius. Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. Phares autē genuit Esrom. Esrom autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naason. Naason autē genuit Salmon. Salmon autē genuit Booz de Rahab. Booz autē genuit Obeth ex Ruth. Obeth autē genuit Iesse. Iesse autem genuit Dauid Regē. Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vrię. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abias autem genuit Asa. Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Ioathan. Ioathan autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manassem. Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniā & fratres eius in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel. Salathiel àutem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliachim. Eliachim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob. Iacob aūt genuit Ioseph uirū Marię, de qua natus est Iesus qui uocat Chrs.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

Natiuitas gloriosæ virginis Mariæ ex semine Abrahę, orta de tribu Iuda, cla

ra

ra ex stirpe Dauid. ps. Dominus regna. cum rel. fol. 18.
Aña. Natiuitas est hodie sanctæ Mariæ uirginis, cuius vita inclyta cunctas illustrat ecclesias. Aña. Regali ex progenie Maria exorta refulget: cuius precibus nos adiuuari mente & spiritu deuotissimè poscimus. Aña. Corde & animo Christo canamus gloriam in hac sacra solēnitate pręcelsæ genitricis Dei Mariæ. Aña. Cum iucunditate natiuitatem beatæ Mariæ celebremus: ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum. Cap. Ab initio. ℟. brc. Adiuuabit eam. Hym. O Gloriosa Dña. ℣. Natiuitas est hodie. Ad Bñs, Aña. Natiuitatem hodiernam perpetuę uirginis genitricis Dei Mariæ solenniter celebrem⁹, qua celsitudo throni processit. halleluia. Deinde fit comme. S. Adriani. Oratio. Præsta quæsumus omnipotēs Deus ut qui. ut in cōi. Ad iij. Cap. Ab initio. ℣. Spē tua.

Ad Sextam, Capitulum.

Eccle. 24. ET sic in Sion firmata sum & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea. ℣. Adiuuabit eam.

Ad Nonam, Capitulum

IN plateis sicut cīnamomū, & balsamū aromatizās, odorē dedi, quasi myrrha electa dedi suauitatē odoris. ℣. Elegit. Eccl. 24.

Ad Vesp. omnia ut in j. Vesp.

Ad Magnificat, Antiphona.

Natiuitas tua Dei genitrix uirgo gaudium annunciauit uniuerso mundo: Ex te enim ortus est sol iustitiæ Chrs Deus noster, qui soluens maledictionem dedit benedictionem, & confundens mortem donauit nobis uitam sempiternam.

Deinde fit commemoratio sequentis festi.

Pro S. Gorgonio marty. Orō.

SAnctus tuus Domine Gorgonius sua nos intercessione lætificet: & pia faciat solennitate gaudere. Per Dominū.

PRIMA DIE Die G.

Infra Oct. Natiu. beatę Marię.

Ad Matutinum, vsque ad Lectiones, vt in festo.

De homil. S. Hiero. presb. L. j. Ex e dem 1. cō

CErnis ergo quòd secūdū fidē hystorię tres Reges ī medio fuerunt, quos hic Euāgelista ptermisit. Iorā quippe nō genuit Oziā, sed Ochoziā & reliquos quos enumerauimus.

mus. Verùm quia Euangelistæ propositum erat tres tesfaradecades in diuerso temporum statu ponere, & Ioram generi se miscuerat impijssimę Iezabelis: idcircò vsq; ad tertiam generationem eius memoria tollitur, ne in sanctæ natiuitatis ordine poneretur.

Ria de festo per ordinē. L.ij.

ET post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel. Si voluerimus Iechoniā in fine primæ Tessarędecadis ponere, in sequenti non erūt quatuordecim, sed tredecim. Sciamus igitur Iechoniam priorem ipsum esse quem & Ioacim, secundum autem filium, nō patrē. Quorū prior per K. & m. sequens per ch & n, describit: quod scriptorum uitio, & longitudine temporum apud Græcos, Latinosq; confusum est.

Pro S. Gorgonio mart. Lec. iij.

GOrgonius Nicomediæ natus Diocltiani Imperatoris cubicularius, Dorotheo collega suo adiutore, reliquos omnes cubiculi ministros ad Christi fidem perduxit. Quapropter uariè torti suspendio necati sunt. Ac sancti Gorgonij corpus aliquando Romā portatū inter duas Lauros via Lauicana sepultū, postea Gregorio quarto summo Pontifice in Basilica Principis Apostolorū trāslatū est.

In ij. noct. Añæ. & ps. de festo. Cap. & ℣. vj. Ad Laudes & per horas omnia de festo.

Die 10 A.

SECVNDA DIE

Infra Octa. Natiuit. B. Mariæ.

De Homilia sancti Hieronymi presbyteri. Lectio j.

Ex eodē l. 1. cōmē.

IAcob autē genuit Ioseph. Hunc locum obiecit nobis Iulianus Augustus dissonantiæ Euangelistarum, cur Euangelista Matthæus Ioseph dixerit filium Iacob, & Lucas eū filium appellarit Heli: non intelligens, consuetudinem, scripturarum, quòd alter secūdum naturam, alter secūdū Legem ei pater sit. Lectio ij.

SCimus enim hoc per Moysen, Deo iubente pręceptū, ut si frater, aut propinquus absque liberis mortuus fuerit, alius eius frater accipiat uxorem ad suscitandum semen fratris, uel propinqui sui. Ioseph uirum Mariæ. Cùm virū audieris, suspitio tibi non subeat nuptiarum, sed recordare consuetudinis scripturarum. quòd sponsi uiri, & sponsæ uocentur uxores. Lectio. iij.

ET à transmigratione Babylonis

bylonis vsque ad Christum generationes quatuordecim. Numera à Iechonia usque ad Ioseph, & inuenies generationes tredecim. Quarta decima ergo generatio ī ipsum Christum reputabit. Christi autem generatio sic erat.

Commemo. Sanctorum mar. Proti, & Hyacinthi. Oratio.

BEatorum martyrum tuorū Proti & Hyacinthi nos Dn̄e foueat beata confessio, & pia iugiter intercessio tueatur. Per Dominum nostrum.

Die 11 B.

TERTIA DIE

Infra Octa. Natiuit. B. Mariæ.

De Homilia sancti Augustini Episcopi. Lectio j.

Ex li. de consensu Euāgelist. in initio.

EXequitur ergo humanam generationē Christi Matthæus, ab Abraham generationes commemorans, quas perducit ad Ioseph uirū Mariæ, de qua natus est Iesus. Neque enim fas erat ut ob hoc eum à coniugio Mariæ separandum putaret quòd virgo peperit Christum. Lectio ij.

HOc enim exemplo magnifice insinuatur fidelibus coniugatis, etiam seruata pari consensu cōtinentia, posse permanere, uocariq; cōiugium, non permisto corporis sexu, sed custodito mentis affectu: præsertim quia nasci eis etiam filius potuit sine ullo complexu carnali, qui propter solos gignēdos filios adhibendus est.

Pro sanctis Martyribus Proto & Hyacintho. Lectio iij.

PRotus & Hyacinthus Eugeniæ virginis Eunuchi, unà cum illa ab Heleno Epo, baptizati ac studijs dediti diuinarum litterarum aliquandiù in Aegypto in Monasterio mira humilitate, & uitæ sanctitate uixerunt: Sed postea sanctam virginem Eugeniam Romam prosecuti, Galieno Imperatore in vrbe propter Christianæ fidei professionem comprehensi, acerbis verberibus cęsi, securi feriunt, tertio Idus Septembris.

QVARTA DIE

Die C.

Infra Octa. Natiuit. B. Mariæ.

De Homilia sancti Iohannis Chrysostomi. Lectio j.

Ex ... 2. in eun... ant... me...

AVditu quidem mirabile est, quòd ineffabilis Deus, & qui nec sermonibus explicari potest, nec cogitationibus comprehendi, patrique per omnia coæqualis, per virginis ad nos uenit uterū, & fieri ex muliere dignatus est, & habere progenitores Dauid & Abraham: & quid di-

co,Dauid & Abraham ? etiam illas (quod horribilius est) fœminas , quas paulò antè memoraui. Lectio secunda.

HÆc igitur audiens mẽte consurge : verùm nihil humile suspiceris, sed potiùs propter hæc ipsa maximè mirare, quia cùm verus filius esset sempiterni Dei, et filius Dauid esse dignatus est,modò ut te Filium faceret Dei ; seruum patrem habere dignatus est, ut tibi seruo patrem faceret Deum . Lectio tertia.

VIdes arbitror,ab ipso statim principio,quã læta sint hæc nuncia . Quod si ambigis de his,quæ ad tuum spectant honorem ; de illius humilitate disce credere et quæ supra tuã dignitatem dicuntur.Quãtũ enim ad cogitationes hominũ pertinet , multò est difficilius Deũ hominẽ fieri,q̃ hoĩem Dei filiũ cõsecrari.

e 13). QVINTA DIE

Infra Octa. Natiuit.B.Mariæ.

De Hom.S.Iohã.Chryso. L.j.

ea. m.2 ed. CVm ergo audieris,quia filius Dei , filius sit & Dauid & Abrahæ:dubitare iã desine quòd & tu,qui filius es Adæ,futurus sis filius Dei.Non enim frustrà, nec uanè ad tantam humilitatem ipse descendit,sed vt nos ex humili sublimaret. Natus est enim secũdũ carnẽ, ut tu nascerere spiritu : natus est ex muliere:ut tu desineres filius esse mulieris.L.ij.

PRopterea duplex facta generatio est , hæc scilicet nostræ similis,illa nostram eminenter excedens . Quòd enim natus ex fœmina est , & nobis competit : quòd uerò non ex uoluntate carnis,& uiri,sed ex Spiritu sancto,aliam nobis sublimiorem , futurãq; & spiritu consequendam generationem promittit. Lec.iij.

SEd alia quoq; omnia ex simili diuersitate cõstabãt : nã & baptisma ꝓfectò tale suscepit , quod haberet quidem aliquid veteris,haberet & noui. Quod enim baptizatus est à propheta,expressit uetus:qđ autem descendit Spiritus,adũbrauit nouum. Nam ut si quispiam in arena consistens , duos aliquos inuicẽ dissidentes ,extenta manu utraq; cõiũgat:ita fecit & Chrs veteri nouum,diuinam naturã humanæ,suis nostra coniungendo.

IN EXALTATIONE Die 14 E.

S.Crucis. Duplex 3.

Ad Vesp.Aña. O Magnum. cũ reliq. de Laud.ps. Dixit Dñs. cum rel.de Dominica. fo.66. Cap.

Cap.℟.bre. Hym. ℣.& Aña. ad Mag.ut in festo Inuentionis, omisso Halla. Et ĩ hymno dr In hoc solẽni gaudio. Oro.

DEus qui nos hodierna die exaltationis sanctæ Crucis annua solennitate lætificas,præsta q̃s: ut cuius mysterium in terra cognouimus,eius redemptionis præmia in cœlo mereamur . Per Dñm.

Et fit commemoratio de Oct.

Ad Matutinum,Inuitatorium.

Christum Regem pro nobis ĩ cruce exaltatum. Venite adoremus. ps. Venite. f.9. Hym. Pange lingua. vt in Dominica Passionis. folio 187.

In j.Noct. Aña.Nobile lignũ exaltatur,Christi fides rutilat, dũ crux ab omnibus ueneratur. ps.Beatus uir.f.1. Aña.Sãcta crux extollitur à cũctis Regibus , uirga regia erigitur,in qua saluator triumphauit. ps. Quare fremuerũt.fol1. Aña. O crux uenerabilis,quę salutẽ attulisti miseris,quibus te efferam præconiis,qm̃ uitam nobis cęlitem præparasti? ps.Cũ inuocarem. folio 76. Aña. O crux victoria,& admirabile signũ, in cęlesti curia fac nos captare triumphum. ps. Dñe Dñs noster. f.4. Aña Funestæ mortis dãnatur supplicium , dum Christus in cruce nostra destruxit vincula criminum. ps. In Dño cõfido. fo.5. Aña. Rex exaltatur in æthera, cum nobile trophæũ crucis ab vniuersis Christicolis adoratur ꝑ secula. ps. Dñe in uirt. fol.9.

℣. Hoc signum crucis erit in cęlo . ℟. Cùm Dominus ad iudicandum uenerit.

De libro Numeri . Lectio j.

CVm audisset Chananęus Rex Arad qui habitabat ad meridiem, venisse scilicet Israel per exploratorum uiã, pugnauit contra illum & victor existens , duxit ex eo prędam . At Israel uoto se Domino obligans, ait: Si tradideris populum istũ in manu mea, delebo vrbes eius . Ca. 2 i ini

℟ia ut in festo Inuẽtionis , & dñt sine. Halleluia. Lectio ij.

EXaudiuitq; Dñs preces Israel,& tradidit Chananæum,quẽ ille interfecit subuersis urbibus eius:& uocauit nomen loci illius Horma , id est Anathema.Profecti sũt autem de monte Hor per uiam q̃ ducit ad mare rubrum , ut circumirent terram Edom, & tędere cępit populum itineris ac laboris. Lectio tertia.

LOcutusq; contra Dñm & Moysen ait: Cur eduxisti

nos à Aegypto,ut moreremur
in ſolitudine ? Deeſt panis, nõ
ſunt aquæ,aĩa noſtra iam nau-
ſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo.
Quamobrem miſit Dñs in
populum ſuum ignitos ſerpẽ-
tes.Ad quorum plagas & mor
tes plurimorum, uenerunt ad
Moyſen,atq; dixerunt:pecca-
uimus,quia locuti ſumus con
tra Dñm & te : ora ut tollat à
nobis ſerpentes. Lectio iiij.

ORauit Moyſes pro popu
lo & locutus eſt Dñs ad
eum: Fac ſerpentem æneum,
& pone eum pro ſigno: qui
percuſſus aſpexerit eum , ui-
uet.Fecit ergo Moyſes ſerpen-
tem æneũ , & poſuit eum pro
ſigno : quem cùm percuſſi a-
ſpicerent,ſanabantur.

In ij.Noct. Aña. Virga tua,&
baculus tuus ipſa me conſola
ta ſunt Domine Deus meus.
ps. Dñs regit me.fol.10. Aña.
Exaltatæ crucis feſta recoli-
mus, cuius pconium uniuer-
ſum per orbem micanti lumi
ne fulget. ps. Exaltabo te Dñe
fol.13. Aña. Fœlix ille trium-
phus ſit ſalus ęgris,uitæ lignũ
mortis remedium. ps. Notus
in Iudæa. f. 50. Aña. Adora-
mus te Chriſte , & benedici-
mus tibi,quia per crucem tuã
redemiſti mundum. ps. Can-
tate. j. fol 49. Aña Per lignũ
ſerui facti ſumus, & per ſan-
ctam crucem liberati ſumus:
fructus arboris ſeduxit nos ,
Filius Dei redemit nos. halle
luia. ps. Dñs regna.exul.fol.
49. Aña. Saluator mundi ſal-
ua nos, qui per crucẽ & ſan-
guinem tuum redemiſti nos,
auxiliare nobis te depreca-
mur Deus nr̃. ps. Cantate. ij.
fo.49 . ℣. Adoramus te Chr̃e,
& bñdicim⁹ tibi. ℟. Quia per
crucẽ tuã redemiſti nos. Le.v.

COſdroas Perſarum Rex
extremis Phocę Imperij
temporibus Aegypto & Afri-
ca occupata,ac Ieroſolyma ca
pta,multisq; ibi cęſis Chriſtia
norũ millibus,Chr̃i Dñi cru-
cẽ,quam Helena in mõte Ca'
uariæ collocarat, in Perſidem
abſtulit. Itaque Heraclius qui
Phocæ ſucceſſerat, Dei moni-
tu exercitu comparato ſigna
cum hoſte contulit,ac tres du
ces Coſdroæ cum tribus exer-
citibus ſuperauit. Lectio vj.

QVibus cladibus fractus,
Coſdroas in fuga qua
traijcere Tigrim parabat,Me-
darſem filium ſociũ regni de-
ſignat.Sed eã cõtumeliã, cùm
Sinochius Coſdroe maior na
tu filius ferret atrociter , patri
ſimul,& fratrì necẽ machina-
tur:

tur:quam paulò pòſt utriq; ex
fuga retracto attulit. Lect. vij.

REgnũ itaq; ab Heraclio
impetrauit,quibuſdã ac-
ceptis conditionibus:quarum
ea prima fuit, ut crucẽ Chriſti
Dñi reſtitueret.Crux ergo qua
tuordecim annis poſtquã ue-
nerat in poteſtatẽ Perſarũ , re-
cepta eſt : quã rediens Ieroſo-
lymam Heraclius ſolenni ce-
lebritate ſuis humeris retulit
in eum mõtẽ quo eã Saluator
tulerat.Quod factũ illuſtri mi
raculo cõmendatũ eſt. L.viij.

NAm Heraclius, vt erat
auro, & gẽmis ornatus ,
inſiſtere coactus eſt in porta,
quæ ad Caluarię montem du-
cebat:quò enim magis progre
di conabatur,eò magis retine-
ri uidebatur. Tùm abiecto am
pliſſimo veſtitu,detractisq; cal
ceis , ac plebeio amictu indu-
tus,reliquũ uiæ facilè cõfecit,
& in eodẽ Caluariæ loco cru-
cem ſtatuit, vnde fuerat à Per-
ſis aſportata. In iij.noct. Aña.
Dulce lignum,dulces clauos ,
dulce pondus ſuſtinuit, quæ
meruit portare pretium huius
ſeculi . Cãt. Dñe audiui. f. 51.
vt ſup.ĩ feſto Inuẽt. f. 342. ℣.
Omnis terra adoret te,& pſal-
lat tibi. ℟. Pſalmum dicat no
mini tuo Domine.

Lectio ſancti Euangelij ſecun
dùm Iohannem . Lectio ix.

IN illo tempore:Dixit Ieſus C. 1
turbis : Nunc Iudicium eſt
mundi , nunc Princeps huius
mundi eijcietur foras . Et rel.

Homilia S. Leonis Papæ.

EXaltato,Dilectiſſim,ip cru Ex ſ
cẽ Chr̃o,non illa tantũ ſpe 8.
cies aſpectui mẽtis occurrat, Paſſi ne D
quæ fuit in oculis impiorum, poſt
quibus per Moyſen dictũ eſt : med
Et erit pẽdẽs uita tua ante ocu
los tuos, & timebis die ac no-
cte,& nõ credes uitæ tuæ . Iſti
enim nihil in crucifixo Dño ,
pter facinus ſuũ cogitare po-
tuerũt,habẽtes timorẽ,nõ quo
fides uera iuſtificatur, ſed quo
cõſciẽtia iniqua torquet. L.x.

NOſter uerò intellectus ,
quem ſpiritus ueritatis
illuminat,gloriam crucis cęlo
terraq; radiantẽ puro, ac libe-
ro corde ſuſcipiat, & interiori
acie uideat, quale ſit,quod Do
minus , cùm de paſſionis ſuæ
loqueretur inſtãtia,dixit: Nũc
iudicium mũdi eſt, nunc Prin
ceps huius mundi eijcietur fo
ras . Et ego ſi exaltatus fue-
ro à terra, omnia traham ad
me ipſum . Lectio xj.

O Admirabilis potẽtia cru-
cis,ò ineffabilis gl'ia paſ-
ſionis,in qua & tribunal Dñi,
&

& iudicium mundi, & potestas est crucifixi. Traxisti enim Domine omnia ad te, & cùm expandisses tota die manus tuas ad populum non credẽtem, & contradicentem tibi: confitendę maiestatis tuę sensum tot⁹ mũdus accepit. L. xij.

TRaxisti Domine omnia ad te, cùm in execratione Iudaici sceleris vnam protulerunt omnia elementa sententiam, cùm obscuratis luminaribus cœli, & conuerso in noctem die, terra quoq; motibus quateretur insolitis, vniuersaq; creatura impiorum se vsui denegaret.

Sequentia S. Euãg. sm Iohan.

IN illo tẽpore: Dixit Ies⁹ turbis: Nũc iudicium est mundi. Nunc Princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me ipsum. Hoc autem dicebat significãs, qua morte esset moriturus. Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum. Et quo modo tu dicis: Oportet exaltari filiũ hoĩs? Quis est iste filius hoĩs? Dicit eis Iesus: Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebræ vos comprehẽdant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat. Dum lucem habetis credite in lucem, vt filij lucis sitis. ℟. Amen.

Ad Laudes, & per Horas. Aña.

O Magnum pietatis opus: mors mortua tunc est: in ligno quando mortua vita fuit. ps. Dominus regn. cum rel. f. 18. Aña. Salua nos Christe Saluator per virtutem crucis: qui saluasti Petrum in mari miserere nobis. Aña. Ecce crucem Domini, fugite partes aduersę, vicit Leo de tribu Iuda radix Dauid, hallel. Aña. Nos autem gloriari oportet in cruce Domini nñi Iesu Christi. Aña Per signum crucis de inimicis nñis libera nos Deus noster. Cap. ℟. br. Hym. & ℣. ut in festo Inuentionis.

Ad Benedictus, Antiphona. Super omnia ligna Cedrorũ, tu sola excelsior, in qua uita mundi pependit, in qua Christus triũphauit, & mors mortem superauit in æternum.

Ad Horas Cap. & ℣. vt in festo Inuẽtionis, sed dũr sine Hall.

Ad Vesper. Aña. O magnum. cum rel. ps. Dixit Dominus. cum reliquis folio 66.

A Cap. fit de Oct. Natiu. S. Mariæ, vt in j. Vesperis festi.

Pro

Pro commem. S. Crucis. Aña. O Crux benedicta, quæ sola fuisti digna portare Regẽ cœlorum, & Dominum, hallel.

Postea fit commemoratio sancti Nicomedis Martyris. Oro.

ADesto Domine populo tuo: vt beati Nicomedis martyris tui merita pclara suscipiens, ad impetrandam misericordiam tuã semper eius patrocinijs adiuuetur. Per.

Die 15 F. IN OCTAVA Natiuitatis beatæ Mariæ.

Duplex 3.

Oĩa vt ĩ die præter hic posita.

De Canticis Canticorum. L. j.

Cap. 6 I init. DIlectus meus descendit in hortum suũ ad Areolam aromatum, vt pascatur in hortis, & lilia colligat. Ego dilecto meo, & dilectus me⁹ mihi, qui pascitur inter lilia. Pulchra es amica mea, suauis & decora sicut Ierusalem: terribilis vt castrorũ acies ordinata. Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerũt. Capilli tui sicut grex caprarũ, q̃ apparuerũt de Galaad. L. ij.

DEntes tui sicut grex ouiũ, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fętibus, & sterilis nõ est in eis. Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ absque occultis tuis. Sexaginta sunt Reginæ, & octoginta cõcubinæ, & adolescentularum non est numerus. Lectio iij.

VNa est columba mea, perfecta mea: vna est matri suæ, electa genitrici suæ. Viderunt eam filiæ, & beatissimã pręedicauerunt: Reginę & concubinæ, & laudauerunt eam. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgẽs, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis ut castrorũ acies ordinata? Lectio iiij.

DEscendi in hortum meũ, vt viderem poma cõuallium, & inspicerem si floruisset vinea, & germinassent mala punica. Nesciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab. Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere reuertere, ut intueamur te.

Pro S. Nicomede Mart. L. xij.

NIcomedes Presbyter, psequẽte christianos Domitiano Imperatore, comprehendi iussus est: ductusque ad statuas Deorum, cùm eis sacrificare velle (quod facere iubebatur) constanter negauisset, plumbatis cæsus, in eo martyrio animam Deo reddidit. Cuius corpus cùm idem Comes in profluentem Tiberim proijci imperasset, Iustus Nicomedis

medis Clericus diligenter cōquisitum ad muros urbis, uia Numentana honorificè in sepulchro condidit.

Die 16 G. SS. MART. CORNELII, & Cypriani. Semiduplex.

Oratio. Beatorum Martyrū. de Communi.

Deīde fit cōm. SS. Euphemiæ, Luciæ, & Geminiani Mart.

Antiphona. Gaudent in cęlis. vt in ij. Vesp. de Coi.

℣. Iusti autem. ℟. Et apud Dominum. Oratio.

PRæsta Domine precibus nostris cum exultatione ꝑuentum: ut Sanctorum Martyrum Euphemiæ, Luciæ, & Geminiani, quorum diē passionis annua deuotione recolimus, etiam fidei cōstantiam subsequamur. Per Dominū.

Si festum SS. Mar. Cornelij, & Cypriani uenerit in Dñica, transfert in crastinū. cōm. aūt SS. Mar fit in j. Vesp. & Laud. Dñicæ cū xij. Lectione ipsorū. Si venerit in quatuor tpib⁹, lectiones Scripturæ in j. noct. legunt d Cōi plur. Mar. L. v.

COrnelius Romanus, Decio Imperatore Pōtificatū gerens, cū Lucina fœmina sanctissima corpora Apłorum Petri & Pauli è Catacūbis in opportuniorem locum transtulit. Ac Pauli corpus Lucina in suo prædio uia Ostiēsi propè eum locū ubi fuerat securi percussus, collocauit: Corneli⁹ Principis Apostolorū corpus non longè inde vbi crucifixus fuerat, reposuit. Lectio vj.

QVamobrē mittitur is in exilium ad centum cellas, ubi eum Cyprianus Episcopus Carthaginensis per literas est consolatus. Hoc autem christianæ charitatis officium cùm frequens alter alteri persolueret, deteriorem in partem Decius rem interpretatus est: quamobrem accersitum Romā Corneliū, tamquàm de maiestate reum plumbatis cędi iussit. Lect. vij.

DEinde raptum ad Martis simulachrum, ei sacrificare iubet. Quā impietatem ei detestanti caput abscissum est decimo octauo Kalendas Octobris. Cuius corpus beata Lucina Clericis adiutoribus humauit in arenaria prędij sui propè cęmeterium Callisti. Vixit in Pontificatu annos duos, menses duos, dies tres.

Ex libro S. Hieron presbyt. de scriptoribus Ecclesiast. L. viij.

CYprianus Afer christianus factus omnem substātiam suam pauperibus erogauit.

gauit. Ac pòst non multū temporis electus etiam in presbyterū, Episcopus Carthaginēsis cōstitutus est. Passus est sub Valeriano, & Gallieno Principibus, ꝑsecutione octaua, eodem die, quo Romæ Cornelius, sed non eodem anno.

In iij. noctur. Hom. in Euang. Cùm audieritis, de Cōmuni plurimorum martyrum.

Pro SS. Euphemia, Lucia, & Geminiano. Lectio xij.

EVphemia Virgo varia tormentorū genera, uirgarum, equulei, rotarū, ignis, cōstanter passa, demū leonibus obiecta dilaniatur. Lucia uidua Romana in ollam pice, ac plumbo feruētem demittitur, unde incolumis euadens, cū ferro, plumboq; onerata per urbem duceretur, Geminianū nobilem uirum cum multis alijs ad fidem perductis gloriosi martyrij abscisso capite socium habuit. Quorū corpora Maxima mulier christiana honorificè sepeliuit.

Pro cōm SS. ī Lau. Aña. Istorū est. vt ī j. Vesp. de cōi. ℣. Iusti.

Commem. SS. Mart. Eustachij, & sociorum. Oratio.

DEus qui nos cōcedis sanctorum martyrum tuorū Eustachij, & sociorū eius natalitiā colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dñm nostrū.

IN VIGILIA S. Matthæi Apostoli. Die 20 D.

Si hæc uigilia uenerit in quatuor temporibus, nihil fit de ea, nisi in Missa.

Lect. S. Euāg. ſm Lucam. L. j.

IN illo tpe: Vidit Iesus publicanū noīe Leui sedētē ī telonio; & ait illi: Seqre me. Et rel. Cap.

Homilia S. Ambrosij Epi.

SEquit mystica uocatio Publicani, quem sequi iubet non corporis gressu, sed mentis affectu. Itaq; ille prius auara de mercedibus, dura de laborib⁹ ꝑiculisq; nautarū emolumenta cōquirens, uerbo uocatus, ꝓpria dereliquit, qui rapiebat aliena, ac uile illud sedile destituēs, toto post Dñm vestigio mentis incedit. L. ij. Ex li. cōm. eund.

COnuiuij quoque magni exhibuit apparatū. Qui enim domicilio Christū recepit interno, maximis delectationibus exuberantiū pascitur uoluptatum. Itaque Dñs libēter ingreditur, & in eius, qui crediderit, recūbit affectu. Sed rursus accenditur inuidia perfidorū, & futuræ pœnę species præfiguratur. Epulātibus eñ fidelibus, & in illo cœlorum re-

recumbētibus regno perfidia ieiuna torquebitur. Lect. iij.

SImul etiam ostēditur quātùm intersit inter ęmulos legis, & gratiæ: quòd illi qui legem sequuntur, ieiunæ mētis famem patiantur æternam: qui verò verbum in itineribus animæ receperunt, alimenti cœlestis, & fontis ubertate recreati, esurire, & sitire nō possunt. Et ideò qui animo ieiunabant, murmurabant, dicentes: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat, & bibit? Serpētina vox ista est. Orō.

DA quæsumus omnipotēs Deus: vt beati Matthæi Apostoli quam p̄uenimus, venerāda solēnitas, & deuotionē nobis augeat, & salutē. Per.

In Laud. fit cōme. SS. Martyrū.

Die 21 E. S. MATTHÆI APOSTOLI & Euangelistæ. Duplex 2.

Omnia dicuntur de Communi Apostolorū, præter orationem, & Lectiones. Oratio.

BEati Euangelistæ Matthęi Domine precibus adiuuemur: vt quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donet. Per Dñm.

In j. noct. leguntur Lectiones de Ezechiele Propheta, quæ ponuntur in officio de Tēpore j. Dñica Noueb. f. 271. L. v.

MAtthęus, qui & Leui, Apostolus, & Euangelista Capharnai, cùm ad telonium sederet à Christo uocatus statim secutus est ipsum, quem etiam cum reliquis discipulis hospitio accepit. Post Christi resurrectionem primus in Iudæa propter eos, qui ex circūcisione crediderant, Euangeliū Iesu Christi Hebraicè scripsit. Mox in Æthiopiam profectus, Euangelium prædicauit, ac p̄dicationem multis miraculis confirmauit. Lect. vj.

ILlo igitur in primis miraculo, quo Regis filiā à mortuis excitauit, Regem patrem, & vxorem eius cum vniuersa prouincia ad Christi fidē conuertit Rege mortuo, Hirtacus eius successor cùm Iphigeniā regiam filiam vellet sibi dari in matrimonium, Matthęum cuius opera illa virginitatem Deo vouerat, & in sancto proposito perseuerabat, ad altare mysterium celebrantem iussit occidi vndecimo Kalēdas Octobris. Cuius corpus Gregorio septimo summo Pontifice Salernum translatum, ibi magno hominum concursu, ac pietate colitur. Lectio vij. & viij. Sancta quatuor animalia. de Cōi Euangelistarū.

Lectio

Lectio sancti Euangeli secundùm Matthæum. Lectio ix.

Cap. 9 IN illo tempore: Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me. Et rel.

Homilia S. Hieronymi p̄sbyt.

CÆteri Euangelistæ propter verecundiam, & honorem Matthęi, noluerunt eū nomine appellare vulgato, sed dixerunt, Leui: Duplici quippè vocabulo fuit. Ipse autem Matthęus, secundū illud quod dicitur à Salomone, Iustus accusator est sui in principio sermonis: & in alio loco: Dic tu peccata tua, vt iustificeris: Matthæum se, & publicanum nominat; ut ostendat legentibus, nullum debere salutē desperare, si ad meliora conuersus sit, cùm ipse de Publicano in Ap̄lum sit repētè mutat⁹. L. x.

ARguit hoc loco Porphyrius, & Iulianus August⁹, uel imperitiam historici mētientis, vel stultitiam eorum, qui statim secuti sunt Saluatorem: quasi irrationabiliter quemlibet vocantem hominē sint secuti, cùm tantæ virtutes, tantaq; signa pręcessērint, quę Apostolos antequam crederent, vidisse non dubium est. Lectio vndecima.

CErtè fulgor ipse, & maiestas diuinitatis occultæ quæ etiā in humana facie relucebat, ex primo ad se uidētes trahere poterat aspectu. Si enim in magnete lapide, & succinis hęc esse vis dicitur, vt annulos, & stipulam, & festucas sibi copulent: quantò magis Dominus omnium creaturarum ad se trahere poterat, quos uolebat? Lectio xij.

ET factum est, discumbente eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores uenientes discumbebāt cum Iesu. Videbant publicanū à peccatis ad meliora conuersum, & locum inuenisse pęnitētię, & ob id etiam ipsi non desperabant salutem. Neque uerò in pristinis uitijs permanentes veniunt ad Iesum, ut Pharisęi, & Scribæ murmurant, sed pęnitentiam agentes.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.

IN illo tempore: Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthæū nomine, & ait illi: Sequere me. Et surgens secutus est eū. Et factū est, discumbente eo, in domo, ecce multi publicani, & peccatores venientes discum- Cap. 9 sub initium.

scumbebãt cum Iesu, & discipulis eius. Et uidẽtes Pharisęi, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister uester? At Iesus audiens ait: Nõ est opus ualentibus medicus, sed malè habentibus. Euntes autem discite quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores. ℟ Am.

Die 22 F. SS. MART. MAVRITII, & sociorum eius. Oratio.

Annue quesumus omnipotens Deus, ut sanctorũ tuorum Mauritij, Martyrum & sociorum eius nos lętificet festiua solennitas: vt quorum suffragijs nitimur, eorum natalitijs gloriemur. Per. L. ij.

Cum Maximianus Imperator, ducto in Galliam exercitu, in finibus Sedunorũ causa cõstitisset, Thebæorum legio, ne se impiorũ sacrorum societate contaminaret, à reliquis copijs discessit. Quare Imperator misit ad eos imperans, vt in castra ad sacrificia redirent. Qui se christiana Religione impediri responderunt. Lectio iij.

Itaque immissa parte exercitus in Thebæos, decimum quemq; eorum iussit occidi. Quod martyrium sua sponte, maximeque hortatore Mauritio ferre maluerunt, quã imperata facere nefarij Imperatoris. Itaque eos constantissimè Christum prædicantes decimo Kalendas Octobris ab exercitu trucidari imperat.

Die 23 G. LINI PAPÆ, ET MART. Semiduplex. Oratio.

Deus q nos beati. vt i Cõi.

Pro commem. S. Theclę Virg. & Martyris. Oratio.

Da quęsumus omnipotẽs Deus, ut qui beatæ Theclæ Virginis, & Martyris tuæ natalitia colimus, & annua solennitate lętemur, & tantæ fidei proficiamus exemplo. Per Dominum nostrum. Lect. v.

Linus Pontifex in Etruria natus, primus post Petrũ gubernauit Ecclesiam: cuius tanta fides, & sanctitas fuit, ut non solùm dęmones eijceret, sed etiam mortuos reuocaret ad vitam. Scripsit res gestas beati Petri, & ea maximè, quę ab illo acta sunt contra Simonem Magum. Sanciuit ne qua mulier, nisi velato capite in Ecclesiam introiret. Lectio vj.

Hvic Pontifici caput amputatum est ob constantiam christianę fidei, iussu Saturnini impij & ingratissimi Consulis: cuius filiam à Dæmonum uexatione liberauerat. Sepultus est in Vaticano propè sepulchrum Principis Apostolorum, Nono Kalẽdas Octobris: sedit annos vndecĩ, menses tres, dies duodecim.

Reliquæ Lectiones dñr de Cõmuni. videl. Principes.

In iij. noct. Hom. in Euangel. Si quis vult uenire. fol.

Pro sancta Thecla. Lectio xij.

Thecla virgo, decimum octauum annum agens, Thamaride spõso relicto, pro Christi fide ignem superauit. Deinde feris obiecta, tauris alligata, in fossam plenã serpentibus coniecta, ex omnibus Iesu Chri gratia liberatur, unde ad Christũ multi cõuersi sunt. Post hęc in mõtẽ sola secessit: ubi multis virtutibus, & miraculis insignis, nonagenaria migrauit ad Dominum, ac Seleuciæ sepulta est.

Die 26 C. SS. MART. CYPRIANI, & Iustinæ. Oratio.

Beatorum Martyrum Cypriani, & Iustinæ nos Domine foueant continuata prę sidia: quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. L. ij.

Cyprianus, primũ magus, postea Martyr, cũ Iustinam christianam Virginem, quam ardenter amabat, cãtionibus, ac ueneficijs ad suæ libidinis assensum allicere non posset, relictis magicis artib⁹, se totum ad Christi Dñi fidẽ conuertit. Quam ob causam vnà cum Virgine Iustina comprehensus est, & ambo colaphis, flagellisq, cęsi sunt: mox in carcerem coniecti, si fortè sentẽtiam commutarẽt. L. iij.

Verùm inde postea emissi, cùm in christiana Religione constantissimi reperirentur, in sartaginem plenam feruentis picis, adipis, & ceræ iniecti sunt. Tùm Nicomediam missi securi feriuntur. Quorum proiecta corpora cùm sex dies inhumata iacuissent, noctu quidam nautæ clam ea in nauem imposita Romam portauerunt, ac primùm in prædio Ruffinæ nobilis fęminæ sepulta sunt, posteà translata in vrbem, in Basilica Constantiniana condita sunt propè baptisterium.

SANCTORVM COSMÆ, & Damiani Martyrum. Die 2[7] D.

Semiduplex. Oratio.

Presta quęsumus omnipotens Deus: vt qui Sanctorũ Mar-

martyrum tuorum Cosmæ, & Damiani natalitia colimus: à cũctis malis imminẽtibus eorum intercessionibus liberemur. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Lectio v.

COsmas, & Damianus, fratres, Arabes, in Ægea Vrbe nati, nobiles medici, Imperatoribus Dioclitiano, & Maximiano, nõ magis medicinæ scientia, quàm Christi virtute, morbis etiã insanabilibus medebantur. Quorum Religionem cùm Lysias præfectus cognouisset, adduci eos vinctos ad se iubet, quos nunquàm à Chri fide potuit auertere. L. vj.

QVare, vt erant vincti, in profundum mare iaciũtur: Vnde cùm salui, ac soluti essent egressi, magicis artibus Præfectus factum assignãs, in carcerem tradit: ac postridiè eductos in ardentem rogum iniici iubet: vbi cùm ab ipsis flamma refugeret, variè & crudeliter tortos, securi pcuti voluit. Itaq; in Iesu Christi confessione martyrij palmam acceperunt. Reliquæ Lectiones de Cõi Quotiescunque.

In iij. noct. Homil. in Euang. Descendens Iesus. vt in Cõi plurimorum Martyrũ.

℟. xij. Hæc est vera fraternit.

DEDICATIO S. Michaelis Archangeli. Die 29 F.

Duplex 2.

Ad Vesp. Aña. Stetit Angelus. cũ rel. de Lau. ps. Dixit Dñs. cum rel. de Dñica f. 66. Cap. Apoc. 1.

SIgnificauit Deus, quę oportet fieri citò loquẽs per Angelum suum seruo suo Iohanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi quæcunque vidit. ℟. br. Stetit Angelus I uxtà aram templi. ℣ Habens turibulum aureũ in manu sua. Iuxta. Glia. ℟. Stetit. Hym.

TIbi Christe splẽdor Pris,
Vita, virtus cordium,
In conspectu Angelorum
Votis, voce psallimus,
Alternantes concrepando,
Melos damus vocibus.
Collaudamus venerantes
Omnes cœli milites,
Sed præcipuè primatem
Cœlestis exercitus,
Michaelem in virtute
Conterentem Zabulon.
Quo custode procul pelle
Rex Christe pijssime
Omne nefas inimici:
Mundo corde, & corpore,
Paradiso redde tuo
Nos sola clementia.
Gloriam Patri melodis
Personemus vocibus,
Glo-

Gloriam Christo canamus,
Gloriam Paraclyto,
Qui Trinus, & Vnus Deus
Extat ante secula. Amen.

℣. In conspectu Angelorum psallã tibi Deus me⁹. ℟. Adorabo ad templum sanctũ tuũ, & confitebor nomini tuo.

Ad Magn. Aña. Dum sacrum mysterium cerneret Iohãnes, Archangelus Michael tuba cecinit: Ignosce Domine Deus noster, qui aperis librũ, & soluis signacula eius, hall. Oro.

DEus qui miro ordine Angelorũ ministeria, hominũq; dispẽsas: cõcede, ꝓpitius, vt qbus tibi ministrantibus in cęlo semper assistit, ab his in terra vita nostra muniat. Per.

Ad Matutinum, Inuitatorium. Regem Archangelorũ Dñm. Venite, adoremus. ps. Venite. fol. 9. Hymnus. Tibi Christe.

In j. noct. Aña. Cõcussum est mare, & contremuit terra, ubi Archangelus Michael descẽdebat de cœlo. ps. Dñe Dñs noster. fol. 4. Aña. Laudemus Dominum, quem laudãt Angeli, quem Cherubim, & Seraphim Sanctus, Sanctus, Sãctus proclamant. ps. In Domino confido. fol. 5. Aña. Ascendit fumus aromatum in cõspectu Domini de manu Angeli. ps. Domine quis habitabit. fol 6. Aña. Michael Archangele veni in adiutoriũ populo Dei. ps. Cœli enarrant. fol. 8. Aña. Michael præpositus Paradisi, quem honorificant Angelorum ciues. ps. Domini est terra. fol. 11. Aña. Gloriosus apparuisti in cõspectu Dñi, propterea decorem induit te Dominus. ps. Benedicam. fol. 11.

℣. Stetit Angelus iuxtà aram templi. ℟. Habens turibulum aureum in manu sua.

De Daniele Propheta. Lect. j. Cap. 7. [illegible]

ASpiciebam donec throni positi sunt, & antiqu⁹ dierum sedit: vestimentũ eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda: thronus eius flammæ ignis: rotæ eius ignis accensus: fluuius igneus, rapidusque egrediebatur à facie eius. ℟. Factum est silentium in cœlo, dum committeret bellũ Draco cum Michaele Archãgelo. Audita est vox millia milliũ dicẽtium: Salus, honor, & virtus omnipotenti Deo. ℣. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. Audita est. L. ij.

MIllia milliũ ministrabãt ei, & decies millies cẽtena millia assistebãt ei. Iudiciũ se-

ſedit,& libri aperti ſunt. Aſpi-
ciebam propter vocem ſermo
num grandium quos cornuil-
lud loquebatur. Et vidi quo-
niam interfecta eſſet beſtia, &
perijſſet corpus eius,& traditũ
eſſet ad comburendum igni.
℟. Stetit Angelus iuxta aram
templi,habens turibulum au-
reũ in manu ſua: & data ſunt
ei incenſa multa. E t aſcendit
fumus aromatũ de manu An-
geli in conſpectu Domini. ℣.
In cõſpectu Angelorum pſal-
lam tibi:adorabo ad templum
ſanctum tuum, & confitebor
nomini tuo Dñe. E t. Lect. iij.

Ca.10 ubini ium. Die autẽ vigeſima & quar-
ta menſis primi eram iu-
xtà fluuium magnum, qui eſt
Tigris:& leuaui oculos meos,
& vidi: Et ecce vir vnus ueſti-
tus lineis, & renes eius accin-
cti auro obrizo: & corpus eius
quaſi chryſolitus:& facies eius
velut ſpecies fulguris: & oculi
eius, vt lampas ardens:& bra-
chia eius,& quę deorſum ſunt
vſque ad pedes, quaſi ſpecies
æris candentis: & vox ſermo-
num eius,vt vox multitudinis.
℟. Michael,& Angeli eius pu
gnabãt cum Dracone: & Dra-
co pugnabat,& Angeli eius,&
non prænaluerunt. N eque
locus inuẽtus eſt amplius co-
rum in cœlo. ℣. Et proiectus
eſt Draco ille magnus, qui ſe-
ducit vniuerſum orbẽ, & An-
geli eius cum illo miſſi ſunt.
N eque locus. Lectio iiij.

Et ait ad me: Noli metue-
re Daniel,quia ex die pri-
mo quo poſuiſti cor tuum ad
intelligendum, vt te affligeres
in conſpectu Dei tui, exaudita
ſunt verba tua,& ego veni pro
pter ſermones tuos, Princeps
autem regni Perſarum reſtitit
mihi viginti & vno diebus, &
ecce Michael vnus de Princi-
pibus primis venit in adiuto-
rium meum, & ego remanſi
ibi iuxtà Regem Perſarũ. Ve-
ni autem, ut docerem te quæ
vẽtura ſunt populo tuo in no-
uiſſimis diebus,quoniam ad-
huc viſio in dies. ℟. Nunc fa-
cta eſt ſalus,& virtus,& regnũ
Deo noſtro, & poteſtas Chri-
ſti eius. Q uia proiectus eſt
accuſator fratrum noſtrorum,
qui accuſabat illos ante con-
ſpectum Dei noſtri die,ac no-
cte. ℣. Propterea lætamini cę
li, & qui habitatis ĩ eis. Q uia
proiectus. G loria. Q uia pro.
In ij. noct. Aña. Angelus, Ar-
changelus Michael Dei nun-
cius pro animabus iuſtis, hal-
leluia,halleluia. ps. Deus no-
ſter refugiũ. f. 28. Aña. Data
ſunt

ſunt ei incenſa multa, vt ado-
leret ea ante altare aureum,
quod eſt ante oculos Dñi. ps.
Dñe refugiũ. f. 45. Aña Multa
magnalia de Michaele Archã-
gelo, qui fortis in pręlio fecit
victoriam. ps Cantate. j. f. 49.
Aña. Hic eſt præpoſitus Para-
diſi Archãgelus Michael, qui
nõ dimittit animas donec aſ-
ſignet eas ante tribunal Chri.
ps. Dñs regn. exul. f. 49. Aña.
Sancte Michael Archãgele de-
fende nos in prælio: ut non
pereamus ĩ tremẽdo iudicio.
ps Dominus regn. iraſc. f. 49.
Aña. Benedicite Dñm omnes
Angeli eius: miniſtri eius qui
facitis uoluntatẽ eius. ps. Be-
nedic. j. f. 52. ℣. Aſcendit fu-
mus aromatum in conſpectu
Dñi. ℟. De manu Angeli.
Sermo S. Gregorij Papæ. L. v.

Ex homi. 34 in Euãg. ante med. Nouem Angelorum ordi
nes eſſe, teſtā te ſacro elo
quio ſcimus, Angelos, Archã
gelos, Virtutes, Poteſtates, Prin
cipatus, Dñationes, Thronos,
Cherubim, atq; Seraphĩ. Nãq;
Angelos, Archãgelos penè oẽs
ſacri eloquij paginæ teſtant':
Cherubim, atq; Seraphim, ſę-
pè vt notũ eſt, libri Prophetarũ
loquunt'. Quatuor quoq; ordi
nũ noĩa Paulꝰ Apſtus ad Ephe-
ſios enumerat, dicẽs: Sup oẽm
Principatum,& Poteſtatem,&
Virtutem, & Dominationem.
℟. In conſpectu Angelorum
pſallam tibi, & adorabo ad tẽ-
plũ ſanctũ tuũ. Et confitebor
nomini tuo Dñe. ℣. Sup mi-
ſericordiã tuã, & ueritatẽ tuã,
qm̃ magnificaſti ſuper oẽ no-
men ſanctum tuũ. Et. L. vj.

Qui rurſus ad Coloſſenſes
ſcribẽs, ait: Siue Throni, ſi
ue Dñationes, ſiue Prĩcipatꝰ,
ſiue Poteſtates. Dum ergo illis
quatuor, q̃ ad Epheſios dixit,
cõiungũtur Throni, quinque
ſunt ordines, quibus dũ Ange-
li, Archãgeli, Cherubim, atque
Seraphim adiũcti ſunt, ꝓcul-
dubio nouẽ eſſe Angelorũ or-
dines inueniunt'. ℟. Hic eſt
Michael Archãgelus Princeps
militiæ Angelorũ. Cuius ho-
nor pſtat beneficia populorũ,
& oratio pducit ad regna cęlo-
rũ. ℣. Archãgelus Michael p̃-
poſitus Paradiſi, quẽ honorifi-
cãt Angelorũ ciues. Cuiꝰ. L. vij.

Sciendum quoq;, quòd An-
gelorũ vocabulũ nomẽ eſt
officij, non naturæ. Nam ſan-
cti illi cęleſtis patrię Spũs ſem
per quidẽ ſunt Spũs, ſed ſemp
vocari Angeli nequaquã poſ-
ſunt: quia tunc ſolũ ſunt Ange
li, cùm per eos aliqua nũcian-
tur: vnde & in Pſalmo dicit':

Qui facit Angelos suos spiritus; ac si patenter dicat: Qui eos, quos semper habet spiritus, etiam cũ voluerit, Angelos facit. ℟. Venit Michael Archangelus cum multitudine Angelorum, cui tradidit Deus animas Sanctorum, Vt perducat eas in Paradisum exultationis. ℣. Emitte Dñe Spiritũ sanctum tuum de celis, spiritũ sapiẽtię, & ĩtellectᵘ. Vt. L. viij.

HI autem qui minima nũciant, Angeli: qui uerò summa, Archangeli uocatur. Hinc est enĩ, quòd ad Mariã Virginem nõ quilibet Angelus, sed Gabriel Archangelus mittitur. Ad hoc quippè ministerium summum Angelum uenire dignũ fuerat, qui summum omniũ nunciabat. Qui idcircò etiam priuatis nominibus cẽsentur, vt signetur per uocabula etiam in operatione quid valeãt: Michael nãq;, Quis ut Deus: Gabriel autem, Fortitudo Dei: Raphael verò dicitur, medicina Dei. ℟. In conspectu gentium nolite timere: vos enĩ in cordibus vestris adorate, & timete Dominum: Angelus enim eius vobiscum est. ℣. Stetit Angelus iuxtà aram templi, habens turibulum aureũ in manu sua A ngelus. G loria. A ngelus. In iij. noct. Aña. Michael, Gabriel, Cherubim, & Seraphim non cessant clamare quotidie, dicentes: Dignus es Domine accipere gloriam, halleluia. Cant. Domine miserere. cũ rel. fol. 14. ℣. In cõspectu Angelorũ psallã tibi Deus meus. ℟. Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Lectio sancti Euangeli secundùm Matthæum. Lectio ix. Ca. 18

IN illo tempore: Accesserunt discipuli ad Iesum dicẽtes: Quis putas maior est ĩ regno cœlorum? Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi ṕsbyt. Ex li. 3. cõ. I cũdẽ.

POst inuentum staterem, post tributa reddita, quid sibi vult Apostolorum repentina interrogatio, Quis putas maior est in regno cęlorum? Quia uiderant pro Petro, & Domino idem tributum redditum, ex æqualitate precij arbitrati sunt, Petrum omnibus Apostolis esse prælatum, qui in redditione tributi Domino fuerat comparatus: ideò interrogãt, Quis maior sit in regno cœlorum. ℟. Docebo te, quæ uẽtura sunt populo tuo in nouissimis diebus, & annunciabo tibi, quod expressum est in Scriptura veritatis. E t nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael Archangelus Princeps vester. ℣. Ex die quo posuisti cor tuũ ad intelligendum, ut te affligeres in conspectu Domini, exaudita sunt verba tua, & ego ueni propter sermones tuos. E t nemo. L. x.

VIdensq; Iesus cogitationes eorum, & causas erroris intelligens, uult desideriũ gloriæ humilitatis contentione sanare: aduocans enim paruulum statuit in medio eorũ, ut similitudinem innocentiæ demonstraret, & dixit: Amen dico uobis: nisi cõuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnũ cœlorum. ℟. Nũquid scis quare venerim ad te? Et nunc reuertar, ut pręlier aduersus Principem Persarum contradicentẽ tuis precibus, & meæ legationi. V erùmtamen Michael Archangelus Princeps vester erit adiutor meus. ℣. Nunc enim missus sum nũciare tibi: Princeps autem Persarũ restitit mihi. V erùmtamen. Lectio xj.

NOn præcipitur Apostolis, vt ætatẽ habeant paruulorum, sed ut innocẽtiam: & quod illi per annos possident, hi possideant per industriam, & vt malitia, non sapiẽtia paruuli sint. Quicũq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cęlorũ. Sicut iste paruulus cuius uobis exemplũ tribuo, nõ perseuerat in iracũdia, non læsus meminit, nõ videns pulchrã mulierẽ delectatur, nõ aliud cogitat, & aliud loquitur, sic & vos nisi talẽ habueritis innocẽtiam, & animi puritatẽ, non poteritis regna cęlorũ intrare. ℟. In tpe illo consurget Michael, qui stat pro filijs vestris: E t veniet tẽpus quale nõ fuit ex quo gẽtes esse cęperũt vsq; ad illud. ℣. In tpe illo saluabitur populus meus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro vitæ. E t veniet. Lect. xij.

SI autẽ manus tua, uel pes tuus scãdalizat te: abscinde eũ, & pijce abs te. Necesse est quidẽ uenire scãdala. Vę tamẽ ei est homini, qui, quod necesse est, ut fiat in mũdo, uitio suo facit, vt per se fiat. Igitᵘ oĩs truncatur affectus, & uniuersa propinquitas amputatur, ne ꝑ occasionẽ pietatis vnusquisq; credẽtiũ scandalis pateat. ℟. Michael Archãgelus uenit ĩn adiutorium populo Dei. S tetit in auxilium pro aĩabus iustis. ℣. Stetit Angelus iuxtà

aram templi habens turibulum aureum in manu sua. Stetit in auxilium. Gloria patri. Stetit in auxilium.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.

Ca. 18. init.



N illo tempore: Accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis, putas, maior est in regno cœlorum? Et aduocans Iesus paruulum statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis: Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cęlorum. Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cœlorum. Et qui susceperit unum paruulum talé in nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis, qui ĩ me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo à scandalis. Necesse est enim ut ueniant scandala. Veruntamen væ homini illi per quem scandalum uenit. Si autem manus tua, uel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proijce abs te. Bonum est tibi ad uitã ingredi debilem uel claudum quàm duas manus, uel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scãdalizat te, erue eum, & proiice abs te. Bonum est tibi cum uno oculo in uitam intrare, quã duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim uobis quod Angeli eorum semper uident faciem Pris mei qui est ĩ cęlis.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

STetit Angelus iuxtà aram templi habens turibulum aureum in manu sua. ps. Dominus regna. cum rel. fol. 18.

Antiphona. Dum præliaretur Michael Archangelus cum Dracone, audita est uox dicentium: Salus Deo nostro. halleluia. Antiphona. Archangele Michael constitui te principem super omnes animas suscipiendas. Antiphona. Angeli Domini Dominum benedicite in æternum. Antiphona. Angeli, Archangeli, Throni, & Dominationes, Principatus, & Potestates, Virtutes cęlorũ, laudate Dominum de cœlis, halleluia. Capitulum. Significauit. ℟. breue. Ascendit fumus aromatum In conspectu Domini. ℣ De manu Angeli. ℟. Gloria patri. Ascendit. Hym-

Hymnus.

CHriste, sanctorum decus Angelorum,
Rector humani generis, & auctor,
Nobis ęternũ tribue benignus
Scandere cęlum.

Angelum pacis Michael ad istam
Cęlitùs mitti, rogitamus aulã,
Nobis ut crebrò ueniente crescant
Prospera cuncta.

Angelus fortis Gabriel, ut hostem
Pellat antiquũ, volitet ab alto,
Sepiùs templũ ueniẽs ad istud
Visere nostrum.

Angelũ nobis medicũ salutis
Mitte de cęlis Raphael, ut oẽs
Sanet ægrotos, pariterq; nr̃os
Dirigat actus.

Hinc Dei nr̃i genitrix Maria,
Totus & nobis Chorus Angelorum
Semper assistat, simul & beata
Concio tota.

Præstet hoc nobis Deitas beata
Patris, ac Nati, pariterq; sancti
Spiritus, cuius reboat in omni
Gloria mundo. Amen.

℣. In conspectu. Ad Bñs, Aña. Factum est silentium in cęlo, dum Draco committeret bellum, & Michael pugnauit cũ eo, & fecit uictoriam hallã.

Ad iij. Cap. Signific. ℣. Stetit.

Ad Sextam, Capitulum.

AVdiui uocem Angelorũ multorũ in circuitu throni, & animalium, & seniorum: & erat numerus eorum millia milliũ uoce magna dicẽtiũ: Salus Deo nr̃o. ℣. Ascẽdit fum⁹. Apoc. 5.

Ad Nonam, Capitulum.

FActum est præliũ magnũ in cęlo: Michael & Angeli eius præliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & Angeli eius: & non præualuerũt, neque locus inuentus est eorum amplius in cęlo. ℣. In cõspectu. Ad Vesp. Aña Stetit Angelus. cum rel. de Lau. In fine Psal. Confitebor tibi Domine in toto corde meo: qm̃ audisti. 71. Cap. ℟. br. Hym. & ℣. vt in j. Vesp. Ad Mag. Antiph. Princeps gloriosissime Michael Archangele esto memor nr̃i: hic & vbique, semper precare pro nobis filiũ Dei, halleluia, hall. Apo 12.

S. HIERONYMI PRESbyteri, Confessoris, & Ecclesię Doctoris. Duplex 3. Die

Ad Mag. in vtrisque vesp. Aña. O Doctor optime. Oratio.

DEus q ecc̃liæ tuæ ĩn exponẽdis sacris Scripturis beatũ Hieronymũ cõfessorẽ tuũ, Doctorẽ maximũ, ꝓuidere dignat⁹ es: pͣsta q̃s: vt ei⁹ suffragã tibus

tibus meritis quod ore simul, & opere docuit, te adiuuante exercere ualeamus. Per Dñm. In j.noct. Lectiones. Sapientiam. de cõi Doctorũ. L.v.

Hieronymus, Eusebij filius Stridone i Dalmatia Cõstantino Imperatore natus, Romæ puer est baptizatus, & in liberalibus disciplinis eruditus. Adolescens discẽdi studio Galliam peragrauit, Postea se in Grecia cõferens Philosophia & eloquentia instructus, Gregorio Nazianzeno Constantinopoli operam dedit: quo Doctore, se sacras literas didicisse profitetur. Lectio vj.

Tum religionis causa uisit Christi Domini incunabula, totamq; lustrauit Palęsthinam. Deinde secessit in vastã Syriæ solitudinẽ: vbi quadriennio fuit assidua se corporis afflictione discrucias: Presbyter a Paulino Episcopo Antiochię factus, Romã cum Paulino & Epiphanio ad Damasum Pontificem profectus est. Lect. vij.

Verùm cùm pristinæ solitudinis desiderio teneretur, in Palęsthinã reuersus, Bethleem ad Christi Domini præsepe cęlestem quandam vitæ rationem instituit. Tamquàm ad oraculum ex omnibus orbis terræ partibus ad ipsum diuinæ scripturæ quæstiones explicandæ referebantur propter eius singularẽ doctrinam, & linguam non solùm Latinæ, & Græcæ, sed Hebraicæ etiam & Chaldaicæ intelligentiam. Lectio octaua.

Hæreticos acerrimis scriptis exagitauit. Vetus testamentum Damasi iussu ex Hebræo, nouum ex Græco cõuertit. Multa præterea scripsit, quibus Christianam disciplinam illustrauit. Qui ad summam senectutem perueniens, sãctitate & miraculis illustris, Honorio Imperatore, migrauit in cęlum. Cuius corpus ad Bethleem sepultum est, Postea Romam in Basilicam Sanctæ Mariæ ad præsepe translatum. In iij.noctur. Hom. in Euang. Vos estis sal ter. de cõi Doc.

FESTA OCTOBRIS.

Die 1. A. S.REMIGII EPISCOPI & confess. Oratio. Da q̃s oṕs Deus. de communi. L.ij.

Remigius, Episcopus Remensis floruit Clodoueo Rege Francorum, quem etiam baptizauit, & primus omnium doctrina & miraculis Francos ad Christi Domini fidem perduxit. Eius oratione mortua puella reuixit. Lectio tertia.

M ul-

Multos interpretatus est diuinæ Scripturæ libros. Amplius septuaginta annos summa cum laude Remẽsem Ecclesiam administrauit. Cuius uitæ, & mortis sanctitatem multa, quę consecuta sunt, miracula comprobarunt.

Die 4. D. S. FRANCISCI CONF. Duplex. 3. Oratio.

Deus qui Ecclesiam tuam beati Francisci meritis fœtu nouæ prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena despicere, & celestiũ donorum semper participatione gaudere. Per. Lectio v.

Franciscus Assisij in Vmbria natus, patris exemplum secutus, à prima ætate mercaturam fecit: qui quodam die pauperem pro Christi amore flagitantem pecuniam cùm præter consuetudinem repulisset, repente eo facto commotus, largã ei misericordiam impertiuit: & ex eo die Deo promisit, se nemini vnquã poscẽti eleemosinã negaturũ. Le.vj.

Cum autem illud ex Euangelio audisset: Nolite possidere aurum, neque argẽtum, neque pecuniam in zonis uestris, non peram in uia, neque duas tunicas, neque calceamẽta, sibi eam regulam seruandã proposuit. Itaque detractis calceis, & vna contentus tunica, cũ duodecim socios adhibuisset, Ordinem Minorum instituit, quem Innocentius tertius confirmauit. Lectio vij.

Igitur dimissis in omnes orbis terræ partes fratribus ad prædicandum Christi Euangelium, ipse cupiens sibi aliquam dari martyrii occasionẽ, migrauit in Syriam: vbi cùm nihil proficeret, rediit in Italiam. Multisq; extructis suæ familiæ domicilijs, se in solitudinẽ mõtis Aluerni contulit, ubi manibus & pedibus uestigia clauorum Crucifixi suscepit. Le.viij.

Biennio autem pòst grauiter ægrotans, deferri uoluit in Ecclesiam sanctæ Marię Angelorum, ut vbi gratię spiritum à Deo acceperat, ibi spiritum uitæ redderet. Eo in loco fratres ad paupertatẽ, ac patiẽtiam, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ fidem seruandam cohortatus, efflauit animã, quarto Nonas Octobris. Quem miraculis clarum Gregorius nonus pontifex maximus in sanctorum numerum scripsit.

In iij. Noct. Hom. in Euange. Confiteor tibi pater. vt supra in festo Sancti Matthiæ Apostoli. folio 327.

S.PLA-

Die 5. E.

S. PLACIDI, ET SOC. mart. Duplex 3. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui hodierna die beatissimum Placidum cũ socijs suis ad regna siderea sublimasti: cõcede propiti⁹: ut quod in eorum amore deposcimus, illorum intercessione cõsequi mereamur. Per Dñm. Lect. v.

Placidus Romanus, Tertullio patre patritio natus, septennis sancto Benedicto traditus est educandus. Qui cùm annos quatuordecim in monasticæ disciplinæ exercitatione optimè transegisset, in Siciliã unà cum Gordiano & Donato Monachis ad monasterium in prædijs à patre suo sancto Benedicto oblatis erigendum mittitur, quo in itinere miracula multa patrauit. Lectio vj.

Cum aũt Messanã peruenisset, monasteriũ, & ei cõtinẽtẽ Ecclesiã sub noĩe sancti Iohãnis Baptistæ dedicatã ædificauit, in quo cũ triginta Monachis & cum duobus fratribus & sorore qui ad eũ à Roma conuenerãt, nocte à Saracenis comprehensus est, cùm quinq; annis regularẽ uitam duxisset. Qui omnes uinculis adstricti ad Principẽ Manucã perducũtur, Donato primùm capite abscisso. Lectio vij.

Princeps ergo eos septem diebus sine cibo & potu ĩ carcerem includi, ac quotidie cędi, uariéque dilaniari iussit. Cùmque nihil proficeret, aliis admotis, Flauiam virginẽ acerrimè increpat, ac deinde nudari eam, & pedibus suspensam in mammilla torqueri, & depositam, iterũ in carcerem includi mãdauit, ubi à fratre Placido noctu consolata est, & ad martyrium animata. Lect. viij.

Sequẽti itaq; die Placido lĩgua abscissa est, sine qua tñ liberè loquebatur, nomẽ Dñi assiduè benedicens. Flauiã uerò in prostibulum ductam sic Deus defendit, ut eã nemo attingere potuerit. Postremò oẽs illustrẽ martyrij palmã capitis abscissione pceperũt. Quorũ corpora Gordianus Monachus q solus aufugerat sepeliuit. Passi sũt tertio nonas Octobris, Iustiniano magno Imperatore.

In iij. noct. Hom. in Euãgeliũ. Attẽdite à fermẽto. q hr̃ s. ĩ festo SS. Iohãnis & Pauli. f. 360.

Die 7. G.

S. MARCI PAPÆ & Confessoris. Oratio.

Exaudi Dñe preces nr̃as, & intercedente beato Marco confessore tuo atq; pontifice: supplicationes nostras placatus

catus

catus intende. Per Dominum.

Com. SS. Mart. Sergii, Bacchi, Marcelli, & Apuleij. Oratio.

Sanctorũ martyrũ tuorum nos Dñe Sergii, Bacchi, Marcelli, & Apuleii, beata merita pſequant̃, & tuo semp faciãt amore feruẽtes. Per. L. ij.

Marcus Romanus, Constantino magno Imperatore põtifex, instituit, ut Episcopus Ostiensis à quo Romanus pontifex consecratur, pallio uteretur: & ut diebus solẽnibus Symbolum in Missa clara uoce caneretur. Lectio iij.

Duas Romæ Basilicas ædificauit, alterã ĩ urbe, alterã via Ardeatina, quas Constãtinus auctas magnis muneribus exornauit. Duobus annis, mẽsibus octo, & diebus uiginti uixit in Põtificatu, sepultusque est in cęmeterio Balbinæ.

Die 9. B.

SS. DIONYSII, RVSTICI, & Eleutherij mar. Semid. Oro.

Deus q hodierna die beatum Dionysiũ martyrẽ tuum atq; põtificẽ uirtute constantiæ in passione roborasti: quiq; illi ad prædicandũ gẽtibus gloriã tuã, Rusticũ, & Eleutheriũ sociare dignatus es; tribue nobis q̃s ex eorũ imitatione pro amore tuo pspera mũdi despicere, & nulla eius aduersa formidare. Per. Lectio v.

Dionysius Atheniẽsis, unus ex Areopagitis iudicibus, uir fuit oĩ doctrinę genere instructus. Qui cũ adhuc in Gẽtilitatis errore uersaretur, eo die quo Christus Dñs cruci affixus est, animaduertẽs pręter naturam Solem defecisse, exclamauit: Aut Deus naturę patitur, aut mundi machina dissoluetur. Lectio sexta.

Sed cùm Paulus Apostolus veniẽs Athenas, & in Areopagũ ductus, rõnem reddidisset eius doctrinæ quã prædicabat, affirmans Chr̃m Dñm resurrexisse, & mortuos oẽs ĩ uitã redituros esse, cũ alii multi tùm ipse Dionysius in Chr̃m credidit. Itaq; & baptizatus est ab Apostolo, & Atheniensium Ecclesiæ præfectus. Lectio vij.

Qui cùm postea Romam venisset, à Clemente põtifice missus est in Galliam prædicẽdi Euangelii causa. Quem Lutetiam usq; Parisiorum Rusticus presbiter, & Eleutherius Diaconus pſecuti sunt: ubi à Fescennio pfecto unà cum socijs virgis cæsus est: Post hæc in craticulam subiecto igne iniicitur multisque pręterea supplicijs vnà cũ socijs cruciatur. Lectio viij.

Sed

SEd ea tormentorum genera omnibus forti ac libenti animo perferentibus, Dionysius nonagesimum annũ agẽs cum reliquis securi percutit. De quo illud memoriæ proditũ est: abscissum suum caput sustulisse, & ꝓgressum ad duo millia passuum in manibus gestasse. Libros quosdã scripsit admirabiles, ac planè cęlestes.

In iij. Noctur. Hom. in Euang. Descendens Iesus de monte. de Cõi plurimorũ Mar.

S. CALLISTI PAPÆ, & Mar. Semiduplex. Oratio.

DEus qui nos cõspicis ex nostra infirmitate deficere: ad amorẽ tuum nos misericorditer per Sanctorũ tuorum exẽpla restaura. Per Dominũ nostrum Iesum. Lect. v.

CAllistus Romanus pręfuit Ecclesiæ Macrino, & Heliogabalo Imperatoribus. Instituit quatuor anni tempora, quibus ieiunium seruaretur. Ædificauit Basilicam sanctæ Mariæ trãs Tiberim, & in uia Appia cęmeterium condidit, in quo multi sancti Sacerdotes, & Martyres sepulti sunt, quod a conditore Callisti cęmeterium appellatur. Lect. vj.

SEdit annos sex, mẽses duos, dies decem. Ordinationibus quinque Mense Decẽbri, creauit Episcopos octo, ꝑsbyteros sexdecim, Diaconos quatuor. Martyrio coronatus, illatus est in cęmeterium Calepodij, tertio ab urbe lapide, pridie Idus Octobris.

Reliquæ Lectiones leguntur de sermone. Triumphalis. vt in Cõi. & in iij. noct. legitur Homilia in Euãgeliũ. Si quis uenit ad me. vt in eodem Communi.

S. LVCÆ EVANGELISTÆ. Die 18. D.

Duplex 2. Oratio.

INterueniat pro nobis quęsumus Domine, sanctus tu' Lucas Euangelista: qui crucis mortificationẽ iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per Dominũ.

In j noctur. Lectiones de Ezechiele positæ in officio de tẽpe in j. Dominica Nouẽb. 272.

Ex libro S. Hieron. presbyt. de scriptoribus Ecclesiast. Lect. v.

LVcas Medicus Antiochẽsis, ut eius scripta indicãt, Gręci sermonis non ignarus fuit, sectator Apostoli Pauli, & cõis peregrinationis eius comes. Scripsit Euangelium, de quo idem Paulus, Misimus, inquit, cùm illo fratrem, cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias. Lectio vj.

Aliud

ALiud quoque edidit uolumen egregium, quod titulo, Acta Apostolorum pręnotatur: cuius historia vsq; ad biennium Romæ commorãtis Pauli peruenit, idest, usque ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus in eadem urbe librũ esse cõpositũ. L. vij.

QVidam suspicantur, quotiescunque in Epistolis suis Paulus dicit, Iuxtà Euangelium meũ, de Lucę significare volumine. Lucam autem scimus non solùm ab Apostolo Paulo didicisse Euãgelium, qui cum Domino in carne non fuerat, sed & à cæteris Apostolis: quod ipse quoque in principio sui voluminis declarat, dicens: Sicut tradiderunt nobis, qui à principio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis. Lect. viij.

IGitur Euangelium sicut audierat scripsit. Acta verò Apostolorum sicut uiderat ipse, composuit. Vixit octoginta & quatuor annos, vxorem non habens. Sepultus est Constantinopoli, ad quam Vrbem uigesimo Constantini anno ossa eius cum reliquijs Andreæ Apłi trãslata sunt de Achaia.

In iij. noct. Hom. ĩ Euãg. Designauit Dñs. vt ĩ Cõi Euãg.

S. HILARIONIS ABB. Die 21 G.

Semidup. Orõ. Intercessio. vt in Communi.

Cõm. S. Vrsulæ, & sociarũ. Orõ. Da nobis q̃s. vt ĩ Cõi. L. v.

HIlarion ortus Tabathæ ĩ Palęsthina ex parẽtibus infidelibus, Alexandriã missus studiorum causa, ibi morum, & ingenij laude floruit: Vbi Iesu Christi suscepta Religione, in fide, & charitate mirabiliter profecit. Frequẽs eñi erat in Ecclesia, assiduus in ieiunio, & oratione: omnes uoluptatum illecebras, & terrenarum rerum cupiditates cõtemnebat. Lectio sexta.

CVm autem Antonij nomen in Ægypto celeberrimum esset, eius uidendi studio in solitudinem contẽdit: apud quem duobus mensibus omnẽ eius uitę rationem didicit. Domum reuersus, mortuis parentibus, facultates suas pauperibus dilargitus est: necdum quintum decimum annum egressus redijt in solitudine, vbi extructa exigua casa, quæ uix ipsum caperet, humi cubabat. Lectio septima.

SAccum quo semel amictus est, nunquàm aut lauit aut mutauit. In Sanctarum literarum lectione, & medita-

tione

tione multus erat. Paucas ficus, & succum herbarũ ad uictum adhibebat, nec illis ante Solis occasum vescebatur: continentia, & humilitate fuit incredibili. Quibus alijsq; virtutibus varias horribilesq; tẽtatiões Diaboli supauit. L. viij.

DÆmones quoque innumerabiles ex hominum corporibus eiecit. Qui octogesimum annum agens, multis ædificatis monasterijs, & clarus miraculis, in morbum incidit: cuius vi cùm extremo penè spiritu conflictaretur, dicebat: Egredere, quid times? egredere anima mea; quid dubitas? septuaginta propè annis seruisti Christo, & mortem times? Quibus in uerbis spiritum exhalauit.

In iij. noctur. Hom. in Euãg. Ecce nos reliquimus. vt in Cõmuni Apostolorum.

Ad Laudes fit tantùm comm. S. Vrsulæ, & sociarum eius.

Die 25 D. SS. CHRISANTI, ET DARIÆ Martyrum. Oratio.

BEatorum martyrum tuorum Domine Chrysanthi, & Dariç quæsumus adsit nobis oratio: ut quos ueneramur obsequio, eorum pium iugiter experiamur auxilium. Per Dominum nostrum. Lect. ij.

CHrysanthus, & Daria cõiuges Romæ innumerabilem hominum multitudinẽ ad Christum conuerterunt. Quare Celerinus Præfectus comprehensos tradidit Claudio Tribuno, qui iussit a militibus Chrysanthum uinctum cruciatibus torqueri: sed uincula oĩa resoluta sunt, mox compedes in quos coniectus fuerat, confracti. Lectio iij.

DEinde bouis corio inclusum in ardentissimo Sole constituunt: tùm pedibus, ac manibus catena cõstrictis, in obscurissimum carcerem detrudunt: Daria uerò in lupanar compulsa, leonis tutela à contumelia diuinitus defensa est. Denique ambo lapidibus obruti parem martyrij coronam adepti sunt.

Die 26 E. S. EVARISTI PAPÆ, & Mar. Oratio. Infirmitatem. de Communi. Lect. ij.

EVaristus Græcus ex Iudæo patre, Domitiano, Nerua, & Traiano Imperatoribus Pontificatũ gessit. Qui Ecclesiarum titulos Vrbis Romæ presbyteris diuisit, septẽq; diaconos instituit, qui Episcopum, dum Euangelicæ prædicationis officio fungeretur, diligenter custodirent. Lect. iij.

Idem

IDem instituit ut matrimonium publicè celebretur, & sacerdotis benedictio adhibeatur. Præfuit Ecclesiæ annos nouem, menses decem, dies duos: Martyrio coronat⁹, propè sepulchrũ Principis Apostolorũ in Vaticano sepult⁹ est, septimo kalendas Nouẽb.

Die 27 F. IN VIGILIA Apostolorũ Simonis, & Iudæ. Tres Lctões d Hom. ĩ Euãg. Ego sũ vitis vera. de cõi mar. tempore paschali. Oratio.

COncede q̃s ops Deus: ut sicut Apostolorũ tuorum Simonis & Iudæ gloriosa natalitia præuenimus, sic ad tua beneficia promerenda, maiestatem tuã pro nobis ipsi præueniant. Per Dominum, &c.

Die 28 G. IN FESTO Apostolorũ Simonis & Iudæ. Duplex 2.

Omnia de communi præter Orationẽ, & Lectiones. Oro.

DEus q nos p beatos Apostolos tuos Simonem & Iudam ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis eorum gloriam sempiternam & proficiẽdo celebrare, & celebrando proficere. Per.

In j. noc. legitur Epl̃a Canonicã Iudæ quæ posita est in Vigilia Pentecostes. f. 232. Lec. v.

SImon Chananæus qui & Zelotes: & Thadæus qui & Iudas Iacobi appellatur in Euangelio, vnius ex canonicis Epistolis scriptor, hic Mesopotamiam, ille Ægyptum Euãgelica prædicatione peragrauit. Postea in Persidem conuenientes, cùm innumerabiles filios Iesu Christo peperissent, doctrina & miraculis, ac denique glorioso martyrio, simul sanctissimum Iesu Christi nomen illustrarunt.

Aliç Lctões dñr de sermone Scriptum est. Vt in Cõi.

Lectio sancti Euangelij secundùm Iohannem. Lectio ix.

IN illo tpe: Dixit Iesus Discipulis suis: Hæc mãdo vobis vt diligatis inuicem. Et reliq. Ca. 1

Homilia S. Augustini Epi.

IN Lectione euãgelica, quæ hanc antecedit, dixerat Dominus: Non vos me elegistis, sed ego elegi uos, & posui uos vt eatis, & fructum afferatis, & fruct⁹ uester maneat: vt quodcunq; petieritis Patrem in nomine meo, det uobis. Hic autẽ dicit: Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Lectio x. Ex t... cta... ĩ eũ... ĩ ini...

PEr hoc ergo intelligere debemus, hunc esse fructum nostrum, de quo ait: Ego uos elegi, vt eatis, & fructum af-

feratis, & fructus uester maneat: & quod adiũxit: Vt quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis: Tunc vtiq; dabit nobis, si diligamus inuicem, cùm & hoc ipsum ipse dederit nobis, qui nos elegit non habẽtes fructum: quia non eum nos elegeramus. Et posuit nos, ut fructum afferamus, hoc est, inuicem diligamus. Lectio vndecima.

CHaritas ergo est fructus noster, quam definit Apostolus, de corde puro, & cõscientia bona, & fide non ficta. Hac diligimus inuicem, hac diligimus Deum: neque enim uera dilectione diligeremus inuicem, nisi diligentes Deum. Diligit enim unusquisque proximum suũ tamquàm seipsum, si diligit Deũ: nam si non diligit Deum, nõ diligit seipsum. Lectio xij.

IN his duobus pręceptis charitatis tota lex pendet, & Prophetæ. Hic est fructus noster. De fructu itaq; nobis mãdans: Hæc mando, inquit, uobis, ut diligatis inuicem. Vnde & Apostolus, cũ contra opera carnis commendare fructum Spiritus uellet, à capite hoc posuit: Fructus, inquit, spiritus charitas est: ac deinde cętera tàmquàm ex isto capite exorta, & religata contexuit, quæ sunt, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

Ca. 15 sub med.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Hæc mando uobis, ut diligatis inuicem. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem uobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mũdus quod suum erat diligeret. Quia uerò de mundo nõ estis, sed ego elegi uos de mũdo, propterea odit uos mundus. Mementote sermonis mei, quem ego dixi uobis: Non est seruus maior Domino suo. Si me persecuti sunt, & uos persequentur. Si sermonem meum seruauerũt, & uestrum seruabunt. Sed hæc omnia facient uobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui me misit. Si non uenissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent: nũc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit, & Patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, pecca-

tum

tum non haberent: nunc autẽ & uiderunt, & oderunt, & me, & Patrem meum: sed vt adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis. ℟. Amen.

Die 31 C. IN VIGILIA Omnium Sanctorum.

Tres Lectiones legunt de Homilia in Euangelium. Descẽdens Iesus de monte. de cõi plurimorũ Mart. Orõ.

DOmine Deus nr̃, multiplica super nos gratiã tuam: & quorum pręuenimus gloriosa solennia, tribue subsequi in sancta professione lętitiam. Per Dominũ nostrum.

FESTA NOVEMBRIS.

Die 1. D. IN FESTO Omnium Sanctorum.

Duplex I.

Ad Vesp. Aña. Vidi turbam. cũ rel. de Laud. ps. Dixit Dñs. cum rel. de Dñica f. 66. Cap.

Apoc. 7. ECce ego Iohannes uidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei uiui: & clamauit uoce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ, & mari, dicẽs: Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. ℟. br. Lætamini in Domino, Et exultate iusti. ℣. Et gloriamini omnes recti corde. Et exult. Gloria Patri. ℟. Lætamini. Hymnus.

CRiste Redemptor oĩum,
Conserua tuos famulos,
Beatæ semper Virginis
Placatus sanctis precibus.
Beata quoque agmina
Cęlestium spirituum,
Præterita, præsentia,
Futura mala pellite.
Vates æterni Iudicis,
Apostoliq; Domini,
Suppliciter exposcimus
Saluari uestris precibus.
Martyres Dei inclyti,
Confessoresque lucidi,
Vestris orationibus
Nos ferte in cœlestibus.
Chori Sanctarum Virginum,
Monachorumque omniũ,
Simul cũ sanctis omnibus
Consortes Christi facite.
Gentem auferte perfidam
Credentium de finibus,
Vt Christo laudes debitas
Persoluamus alacriter.
Gloria Patri ingenito,
Eiusq; Vnigenito,
Vnà cum sancto Spiritu,
In sempiterna secula. Amẽ.

℣. Exultabũt sancti in gloria.
℟. Lætabunt̃ ĩ cubilibus suis.

Ad Mag. Aña. Angeli, Archãgeli, Throni, & Dominationes,

nes, Principatus,& Potestates,
Virtutes cęlorum, Cherubim,
atq; Seraphim,Patriarchæ, &
Prophetæ,sancti legis Docto-
res,Apli,oēs Christi Martyres,
sancti Confessores, Virgines
Dñi,Anachoritæ,sanctiq; om
nes,intercedite ꝓ nobis.Oro.

O Mnipotens sempiterne
Deus, qui nos omnium
Sanctorum tuorū merita sub
vna tribuisti celebritate uene-
rari:quęsumus ut desideratam
nobis tuæ propitiationis abū-
dātiam,multiplicatis interces-
soribus largiaris. Per Dñm.

Ad Matutinum,Inuitatorium.
Regem Regum Dñm venite
adoremus,Q uia ipse est coro-
na Sanctorū omnium.ps. Ve-
nite. f. 9. Hym. Chre Redēp.
In j. noctur. Aña. Nouit Dñs
uiā iustorum, qui in lege eius
meditantur die ac nocte. ps.
Beatus vir. f.1.Aña. Mirifica-
uit Dominus Sanctos suos, &
exaudiuit eos clamantes ad se.
ps. Cū inuocarem. f.76.Aña.
Lætentur oēs, qui sperāt in te
Dñe,qm̄ tu benedixisti iustis:
scuto bonæ uoluntatis tuæ co-
ronasti eos. ps. Verba mea. f.
27.Aña. Admirabile est nomē
tuum Dñe,quia gloria, & ho-
nore coronasti sanctos tuos,&
constituisti eos sup opera ma-
nuum tuarum. ps. Dñe Dñs
nr̄. f. 4. Aña. Dñe qui operati
sunt iustitiam, habitabunt in
tabernaculo tuo, & requiescēt
in monte sancto tuo. ps. Dñe
quis habita. f.6. Aña. Hæc est
generatio quærentium Dñm,
querentium faciē Dei Iacob.
ps. Dñi est terra. f.11. ℣. Læta
mini in Domino, & exultate
iusti. ℟. Et gloriamini omnes
recti corde.

De libro Apocalypsis beati Io
hannis Apostoli. Lectio j.

E Go Iohannes fui in spiri- Cap.
tu,& ecce sedes posita erat sub
in cœlo,& supra sedem sedēs: init.
& qui sedebat similis erat aspe
ctui lapidis Iaspidis, & Sardi-
nis: & Iris erat ī circuitu sedis
similis visioni Smaragdinę. Et
in circuitu sedis sedilia uigin-
ti quatuor, & super Thronos
viginti quatuor Seniores sedē-
tes circūamicti vestimētis al-
bis, & in capitibus eorū coro-
næ aureę. ℟. Vidi Dñm sedē-
tē super soliū excelsum,& ele-
uatū,& plena erat omnis terra
maiestate eius.E t ea quæ sub
ipso erāt replebāt tēplū. ℣. Se
raphī stabāt sup illud: sex alæ
vni,& sex alæ alteri.E t. L.ij.

E T de Throno procede-
bant fulgura,& uoces, &
tonitrua, & septem lampades
arden-

ardentes ante Thronum, qui
sunt septem Spiritus Dei.Et in
conspectu sedis tamquam ma
re uitreum simile chrystallo:
& in medio sedis, & in circui
tu sedis quatuor animalia ple
na oculis antè, & retrò. ℟.
Beata es Virgo Maria Dei ge-
nitrix,quæ credidisti Dño.Per
fecta sunt in te,quæ dicta sunt
tibi: ecce exaltata es sup Cho-
ros Angelorū. Intercede pro
nobis ad Dñm Deum nostrū.
℣.Aue Maria gratia plena Do
minus tecū. Intercede. L.iij.

E T animal primum simi-
le Leoni: & secundū ani-
mal simile vitulo,& tertiū ani
mal habens faciem quasi Ho-
minis,& quartū animal simile
Aquilæ volāti.Et quatuor ani-
malia singula eorū habebant
alas senas in circuitu, & intus
plena sunt oculis, & requiem
nō habebāt die ac nocte dicē-
tia: Sanctus, Sanctus, Sanctus
Dñs Deus ops,qui erat, & qui
est, & qui uenturus est. ℟. In
cōspectu Angelorū psallā ti-
bi. Et adorabo ad templū san-
ctū tuum,& confitebor nomi-
ni tuo Domine. ℣.Super mi-
sericordia tua, & veritate tua,
quoniam magnificasti super
omne nomen sanctum tuum.
Et adorabo. Lectio iiij.

E T cùm darent illa anima-
lia gloriā,& honorem, &
benedictionē sedēti sup Thro
nū, uiuēti in secula seculorū,
procidebant uiginti quatuor
Seniores ante sedētē in Thro-
no,& adorabant viuentē in se-
cula seculorū,& mittebant co-
ronas suas ante Thronū,dicē-
tes: Dignus es Dñe Deus no-
ster accipere gloriā, & hono-
rē,& virtutē quia tu creasti oīa
& propter voluntatē tuā erāt,
& creata sunt. ℟. Præcursor
Dñi venit, de quo ipse testat:
Nullus maior inter natos mu-
lierum Iohanne Baptista. ℣.
Hic est Propheta, & plusquā
Propheta,de quo Saluator ait,
Nullus. Gloria Pri. Nullus.
In ij. noct. Aña. Letamini in
Dño, & exultate iusti,& gl'ia-
mini oēs recti corde. ps. Beati
quorū. 14. Aña. Timete Dñm
oēs sancti eiꝰ: qm̄ nihil deest
timētibꝰ eū. Ecce oculi Dñi su
p iustos,& aures eiꝰ ad pces eo
rū. ps. Bñdicā. f.21. Aña. Dñe
spes sanctorū,& turris fortitu-
dinis eorū dedisti hereditatē ti
mētibus nomen tuum: & ha-
bitabunt in tabernaculo tuo
in secula. ps. Exaudi Deus de-
precationem. fol.33. Aña. Bea
ti quos elegisti Dñe, habita-
būt in atrijs tuis, & hymnum
 dicent.

dicent. ps. Te decet. 38. Aña. Domine Deus virtutum, beati omnes qui sperant in te: non priuabis bonis eos, qui ambulant in æquitate: in secula seculorum laudabunt te. ps. Quã dilecta. f. 43. Aña. Qui diligitis Dominũ, lętamini in Dño, & confitemini memoriæ sanctitatis eius. ps. Dñs regnauit, exultet terra. f. 49. ℣. Exultent iusti in conspectu Dei. ℟. Et delectentur in lætitia.

Sermo S. Augustini Epi. L. v.

Ser. de tis. HOdie dilectissimi, omnium Sanctorũ sub vna solennitatis lætitia celebramus festiuitatem, quorũ societate cœlũ exultat, quorũ patrocinijs terra lætatur: quorũ triũphis Ecclesia sancta coronatur, quorũ cõfessio quãtò in passione fortior, tãtò est clarior in honore, quia dũ creuit pugna, creuit & pugnantiũ gloria, & martyrij triũphus multiplici passionũ gñe adornatur, per quę grauiora tormenta, grauiora fuere & præmia. ℟. Isti sunt qui uiuentes in carne plantauerũt Ecclesiã sanguine suo. Calicẽ Dñi biberunt, & amici Dei facti sunt. ℣. In oẽm terrã exiuit sonus eorũ, & ĩ fines orbis terræ verba eorum. Calicem Domini. Lectio vj.

DVmquo catholica mater Ecclesia per totũ orbem longè lateq; diffusa, in ipso capite suo Christo Iesu edocta, contumeliã crucis & mortẽ didicit non timere, magis magisq; roborata est, non resistẽdo, sed perferendo. Vniuersos autem quos agmine inclyto carcer pęnalis inclusit, pari & simili calore virtutis ad gerẽdum certamẽ gloria triũphalis inspirauit. ℟. Sancti mei, qui in carne positi certamen habuistis, Mercedem laboris ego reddam vobis. ℣. Venite benedicti Patris mei, percipite regnũ. Mercedẽ. L. vij.

O Verè beata mater Ecclesia, quam sic honor diuinæ dignationis illuminat, quã vincentium gloriosus Martyrum sanguis exornat, quã inuiolatæ confessionis candida induit Virginitas: Floribus eius nec rosæ, nec lilia desunt. Certent nunc, Charissimi, singuli ad vtrosque honores amplissimas accipere dignitatum coronas, uel de uirginitate cãdidas, uel de passione purpureas. ℟. Sanctissime Confessor Christi Benedicte Monachorum Pater, & Dux, Intercede pro nostra omniumq; salute. ℣. Deuotæ plebi subueni

ni sancta intercessione, ut tuis adiuta precibus regna cęlestia cõsequatur. Intercede. L. viij.

IN cęlestibus castris pax, & acies habent flores suos quibus milites Christi coronãtur: Dei enim ineffabilis, & immensa bonitas etiam hoc prouidit, ut laborum quidem tẽpus & agonis non extenderet, nec longum faceret, aut ęternum, sed breue, &, ut ita dicam, momentaneum: ut in hac breui & exigua uita agones essent & labores: in illa verò, quæ æterna est, corona & pręmia meritorum. ℟. Sancte Romualde Christi Confessor, audi rogantes seruulos, Et impetratam cœlitùs, tu defer indulgentiam. ℣. O sancte Romualde sidus aureum, Domini gratia seruorum preces solita suscipe clementia. Et impetratam. Gloria. Et impetr.

In iij. noct. Aña. Gaudete, & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cęlis. Cant. Vos sancti Dñi. cũ rel.

℣. Iusti autẽ ĩ ppetuũ viuẽt. ℟. Et apud Dñm est merces eorũ.

Lect. S. Euãg. sm Matth. L. ix.

Cap. 5 IN illo tempore: Videns Iesus turbas ascendit in mõtem: & cũ sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Et rel.

Homilia S. Augustini Epi.

SI quæritur quid significet mons, benè intelligitur, significare maiora præcepta iustitiæ: quia minora erant, quæ Iudæis data sunt. Vnus tamen Deus per sanctos Prophetas, & famulos suos, secundũ ordinatissimam distributionem temporum, dedit minora pręcepta populo, quẽ timore adhuc alligari oportebat: & per filium suum maiora populo quem charitate iam liberari conuenerat. ℟. Sint lumbi vestri pręcincti, & lucernæ ardẽtes in manibus uestris. Et uos similes hominibus expectantibus Dominum suum quando reuertatur à nuptijs. ℣. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos. Lectio x. Ex l. de s. Dñi mõt.

CVm autem minora minoribus, maiora maioribus dantur; ab eo dãtur qui solus nouit congruenter suis tẽporibus generi humano exhibere medicinã. Nec mirũ est quòd dantur pręcepta maiora propter regnum cęlorũ, & minora data sunt propter regnũ terrenũ, ab eodẽ vno Deo, qui fecit cęlum & terrã. ℟. Media nocte clamor factus est. Ecce spõsus venit, exite obuiã

ci. ℣. Prudẽtes Virgines aptate lãpades uestras. Ecce. L. xj.

DE hac ergo iustitia, quæ maior est, per Prophetã dicitur: Iustitia tua sicut mõtes Dei. Et hoc benè significat, ꝙ ab uno magistro solo docẽdis tantis rebus idoneo, docetur in monte. Sedẽs autem docet, quod pertinet ad dignitatem magisterij. Et accedunt ad eũ discipuli eius, vt audiẽdis illiꝰ verbis ij essent etiam corpore uiciniores, qui pręceptis implendis etiam animo propinquabant. ℟. Beata uerè mater Ecclesia quã sic honor diuinę dignationis illuminat, quam vincentiũ gloriosus Martyrũ sanguis exornat. Quã inuiolatæ confessionis candida induit Virginitas. ℣. Floribus eius nec rosę, nec lilia desunt. Quam inuiolatæ. Lectio xij.

ET aperiens os suum docebat eos dicens. Ista circumlocutio fortassis ipsa mora commendat aliquantò longiorem futurũ esse sermonẽ. Nisi fortè nõ uacet, quod nũc eũ dictũ est aperuisse os suũ, quod ipse in lege ueteri aperire soleret ora Prophetarũ. ℟. Beati estis sancti Dei omnes, qui meruistis cõsortes fieri cęlestiũ virtutũ, & perfrui ęternę charitatis gloria. Ideoq; pcamur, vt memores nostri intercedere dignemini pro nobis ad Dñm Deũ nostrũ. ℣. Gaudete & exultate, qm̃ merces vestra multa est in cęlis. Ideoq;.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.



IN illo tempore: Videns Iesus turbas, ascendit in mõtẽ: & cùm sedisset accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suũ, docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnũ cęlorũ. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniã ipsi consolabũtur. Beati qui esuriũt, & sitiũt iustitiam, quoniã ipsi saturabunt̃. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiã, quoniã ipsorũ est regnũ cœlorũ. Beati eritis, cũ maledixerint uobis homines, & psecuti uos fuerint, & dixerint oẽ malum aduersum uos mentiẽtes, ꝓpter me. Gaudete, & exultate, qm̃ merces uestra copiosa est in cœlis. ℟. Aũ. Cap. 5 I. init.

Ad

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

VIdi turbam magnam, quã dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus stãtes ante thronum. ps. Dñs regn. cum rel. f. 18. Aña. Et oẽs Angeli stabant in circuitu Throni, & ceciderunt in conspectu Throni in facies suas, & adorauerunt Deum. Aña. Redemisti nos Dñe Deus in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione: & fecisti nos Deo nostro regnũ. Aña. Benedicite Dñm omnes electi eius: agite dies lætitiæ, & confitemini illi. Aña. Hymnus omnibus sanctis eius, filijs Israel, populo appropinquanti sibi, gloria hæc est omnibus sanctis eius. Capitulũ. Ecce ego. ℟. br. Exultent iusti In conspectu Dei. ℣. Et delectentur in lætitia. In conspectu. Gloria Patri, & Filio. Exultent. Hymnus.

IEsu Saluator seculi,
Redemptis ope subueni,
Et pia Dei genitrix
Salutem posce miseris.
Cœtus omnes Angelici,
Patriarcharum cunei,
Et Prophetarum merita
Nobis precentur veniam.
Baptista Christi præuius,
Et clauiger æthereus,
Cum cæteris Apostolis
Nos soluãt nexu criminis.
Chorus sacratus Martyrum,
Confessio Sacerdotum,
Et uirginalis castitas
Nos à peccatis abluant.
Monachorum suffragia,
Omnesq; ciues cœlici
Annuant votis supplicũ,
Et uitæ poscant præmium.
Laus, honor, virtus, gloria
Deo Patri, & Filio,
Sancto simul Paraclito,
In seculorum secula. Amẽ.

℣. Exultabunt sancti ĩ gloria. ℟. Lætabunt̃ ĩ cubilibus suis. Ad Bñs, Aña. Te gloriosus Apostolorũ Chorus, te Prophetarum laudabilis numerus, te martyrũ cãdidatꝰ laudat exercitus, te omnes sancti, & electi voce confitẽtur vnanimes, beata Trinitas, vnus Deus. Ad iij. Cap. Ecce ego. ℣. Lætamini.

Ad Sextam, Capitulum.

POst hęc vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gẽtibus, & tribubus, & populis, & linguis stantes ante Thronum, & in conspectu Agni amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. ℣. Exultent. Ap 7.

Ad Nonam. Capitulum.

BEnedictio, & claritas, & sapiẽtia, & gratiarum actio, honor, Ap 7.

honor,virtus,& fortitudo Deo nostro i secula seculorũ.Amẽ. ℣.Iusti aũt in perpetuũ uiuẽt.

Ad Vesperas, Antiphona.

Vidi turbam.cũ rel. de Lau.ps. Dixit Dominus. cũ rel. 66. In fine ps.Credidi. f.68. Cap. ℟. br. Hym.& ℣. vt in j.Vesp.

AdMagnificat,Antiphona.

O quàm gloriosum est regnũ, in quo cum Christo gaudent omnes santi,amicti stolis albis sequunt agnũ quocunq; ierit. Oratio ut supra. Dicto Salue Regina. dicuntur vesperæ defunctorum absolutè incipiendo ab Aña. Placebo Domino. quæ integra dicit ante, & post Psal.Similiter & aliæ antiphonæ ad modum duplicis. Psal. Dilexi quoniam.& rel.omnia vt in vesp.Defunctorum, excepto ps. Lauda anima mea. qui post Pater noster. non dicitur, sed dicitur tantũ oratio. Fidelium Deus. cum suis ℣ vt in officio Defunctorum,circa finem Breuiarij ponit.

Si prima dies post festum omnium Sãctorum fuerit Dominica officium fit de Dominica cum cõmemoratione octauæ. Et officium defunctorum trãsfertur in ij. feriam. ita ut post Vesp. Dominicę dicatur vesp. defunctorum. Matutinum defunctorum absolutè incipitur ab Inuitato. cum suo ps, & dicũtur tres nocturni in quibus duplicãtur antiphonæ & similiter ad Laudes. ix. ℟. Libera me Domine de morte æterna. In fine Lau. non dicitur ps. De profundis. sed dicto Pater noster. dicuntur ℣. & Oratio. Fidelium. vt supra.

Die 2. E.

PRIMA DIE

InfraOct.Omnium Sanctorũ. Ad Matutinum, vsque ad Lectiones omnia de festo.

De Homilia sancti Augustini Episcopi. Lectio j.

NOn aliunde omnino incipere oportuit beatitudinem,quàm à paupertate Spiritus, si quidem peruentura est ad summam sapientiam. Initium autem sapientiæ timor Domini.Quoniam & è contrario, Initium omnis peccati superbia scribitur; superbi ergo appetant & diligant regna terrarũ:Beati aũt pauperes Spũ qm ipsorum est regnũ cęlorũ. ℟ia de festo per ordinem.L.ij.

Ex eadẽ Homilia.

BEati mites: quoniam ipsi hæreditabunt terram, illã credo terrã, de qua in Psalmo dr:Spes mea es tu, portio mea in terra uiuentium. Significat enim quandam soliditatem & stabilitatem hæreditats perpetuæ,

petuę,ubi anima per bonũ affectum,tamquam loco suo requiescit, sicut corpus in terra: &inde cibo suo alitur,sicut corpus ex terra: ipsa est requies,& uita sanctorum. Lectio tertia.

MItes autem sunt, qui cedunt improbitatibus, & non resistunt malo, sed uincũt in bono malum. Rixentur ergo immites, & dimicent pro negociis temporalibus: beati autem mites quoniam ipsi hæreditate possidebunt terram, de qua pelli non possunt.

In ij.Noctur.Añæ, & ps de festo.Cap.& ℣.vj.Ad Lau. & per horas omnia de festo. Ad Vesp. omnia ut in ij. Vesp. festi.

Die 3. F.

SECVNDA DIE

Infra Oct. Oĩum Sanctorum. De Homilia sancti Augustini Episcopi. Lectio prima.

Ex eadẽ homilia.

BEati lugentes,quoniam ipsi consolabuntur. Luctus est tristitia de amissione charorum: conuersi autem ad Deũ, ea quæ in hoc mundo chara amplectebantur,amittunt: nõ enim gaudent iis rebus quib⁹ antè gaudebant: & donec fiat in illis amor ęternorum, nonnulla mestitia sauciantur.Consolabũtur ergo Spiritusancto qui maximè propterea paraclitus noĩatur,id est,cõsolator,ut tpalia amittentes, æterna lætitia perfruantur. Lectio ij.

BEati qui esuriunt, & sitiũt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Iam istos amatores dicit ueri & inconcussi boni. Illo ergo cibo saturabũtur, de quo ipse Dominus dicit: Meus cibus est,vt faciam uolũtatem patris mei, quod est iustitia: & illa aqua de qua quisquis biberit,ut idem dicit, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Beati misericordes quoniam ipsorũ miserebitur Deus. Beatos esse dicit qui subueniunt miseris: quod eis ita rependitur, ut de miseria liberentur. Lectio tertia.

BEati mũdo corde, quoniã ipsi Deum uidebunt.Quã ergo stulti sunt qui Deum istis exterioribus oculis quærunt, cùm corde uideatur? Sicut alibi scriptum est: Et in simpliciate cordis quærite illum. Hoc est enim mundum cor, quod est simplex cor. Et quẽadmodum lumen hoc uideri non põt, nisi oculis mũdis: ita nec Deus videbitur,nisi mũdũ sit illud,quo uideri potest.

Comme.SS.Martyrum Vitalis & Agricolæ. Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus: vt qui sanctorũ Marty-

Martyrum tuorum Vitalis, & Agricolæ solennia colimus, eorum apud te intercessionibus adiuuemur. Per Dominũ.

Die 4. G. **TERTIA DIE**

Infra Octa. Omniũ Sãctorũ.

De Homil. S. August. Epi. L. j.

Ex eadem homilia.

Beati pacifici, quoniam ipsi filij Dei vocabuntur. In pace perfectio est, vbi nihil repugnat, & ideò filij Dei pacifici, quoniam nihil in his resistit Deo, & vtique filij similitudinem Patris habere debẽt. Pacifici autem in semetipsis fiunt, qui oẽs animi sui motus componentes, & subijcientes rationi, idest mẽti & spiritui, carnalesque concupiscentias habentes edomitas, fiunt regnum Dei. Lectio ij.

De huiusmodi regno pacatissimo, & ordinatissimo missus est foras Princeps huius seculi, qui puersis, inordinatisq; dominatur. Hac pace intrinsecùs constituta, atq; firmata quascũq; persecutiones ille, qui foras missus est, forinsecùs cõcitauerit, auget gloriam, quæ secundũ Deum est, nõ aliquid in illo ædificio labefactans, sed deficiẽtibus machinis suis, innotescere faciẽs, quanta firmitas intus extructa sit. Ideoq; sequitur: Beati qui persecutionẽ patiũtur propter iustitiã, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Pro SS. Mart. Vitale, & Agricola. L. iij.

Vitalis, & Agricola eius dominus, in ꝑsecutione Dioclitiani, & Maximiani, Bononiæ ob Iesu Christi prædicationẽ cõprehensi sunt. Vitalis vario tormentorũ genere cruciatus, cõstãter omnia perferẽs, in oratione spiritũ Deo reddidit. Agricola verò cruci affixus Vitali seruo consors, & socius fuit nobilis martyrij. Eorũ corpora à S. Ambrosio ĩ sacrũ celebrẽq; locũ sepulta sũt.

QVARTA DIE Die 5. A.

Infra Octa. Omniũ Sanctorũ.

De Homil. S. August. Epi. L. j.

Ex eadem homilia.

Svnt omnes istæ octo sententiæ. Iã enim cætera cõpellãs loquit' ad illos, qui aderant dicens: Beati eritis cũ vobis maledicent, & persequunt' vos. Superiores autem sententias generaliter digesserat. Nõ eñ dixit: Beati pauperes spũ, quoniã vestrũ est regnũ cęlorũ: sed qm̃ ipsorũ est, inquit, regnũ cęlorũ: neq; beati mites, qm̃ uos possidebitis terrã, sed qm̃ ipsi possidebũt terrã. L. ij.

Et ita cęteras, vsq; ad octauam sententiam, vbi ait: Beati qui persecutionẽ patiũ-

tur

tur propter iustitiam, quoniã ipsorũ est regnũ cęlorũ. Inde iã incipit loqui, præsentes cõpellans: cũ & illa, quæ supra dicta sunt, ad eos etiam pertinerent, qui præsentes audiebãt: & hæc postea, quæ uidentur præsentibus specialiter dici, pertineant etiam ad illos qui absentes, uel pòst futuri, erant. Lectio tertia.

Qvapropter iste sentẽtiarũ numerus diligenter cõsiderandus est: incipit enim beatitudo ab humilitate. Beati pauperes spiritu, idest nõ inflati, dum se Diuinę auctoritati subdit anima, timens post hanc uitam, ne pergat ad pœnas, etiã si fortè ĩ hac vita, beata sibi esse uideatur. Inde uenit ad diuinarũ scripturarum cognitionẽ: ubi oport et eam se mitem prębere pietate, ne id quod imperitis videtur absurdũ, uituperare audeat, & peruicacibus cõcertationibus efficiatur indocilis.

Die 6. B. **S. LEONARDI CONFESS.**

Semidup. Oro. Deus qui nos. de Communi, & fit cõmemoratio de Octaua. L. v.

Leonardus, Athanasio Imperatore in Gallijs natus, postquàm adolescentiæ robur adeptus est, ad beatissimũ Remigiũ Episcopũ imitandũ se contulit, cuius exemplo etiam ipse à Rege impetrauit, ut in vincula cõiectis, si ipse eos inuiseret, libera potestas fieret abscedendi. Quod cùm à Rege obtinuisset, omnes carceratos extrahere conabatur. Lect. vj.

Crescebat interĩ tota Gallia fama uirtutis eius: erat eñ alacer ĩ exhortãdo, suauis atq; humilis in sermone, ĩ actione simplex, & pudicus, in ꝓmissis verax, in eleemosinis largus & munificus, in reddenda ratione modestus, atque in uictu tenuis, & submissus. Lect. vij.

Eius fama permotus Frãciæ Rex eum ad se accersiuit, vt sibi Episcopatum traderet, quẽ ipse humiliter renuẽs, abijt in Aquitaniam, vbi uerbis, & factis Christũ annũciabat. Tandem ad Syluam peruenit in qua Reginæ, quæ illuc cum Rege venationis causa cõuenerat, partu periclitãti, oratione à Deo sanitatem, & fęlicẽ partũ obtinuit. L. viij.

Ibi ergo uir sanctus de cętero mansit, condiditque ibidem oratorium, ubi ad se uenientes optimis sermonibus instruebat, cunctisque necessaria pro uiribus suppeditabat. Obijt autem uir Dei octauo

Idus

Idus Nouembris. Eius corpus sepultum est in Ecclesiam quã ipse construxerat: Sed postea, Dei monitu alia Ecclesia ædificata est, & in ipsa translatum: ubi adhuc quotidiana fiunt miracula in suæ sanctitatis testimonium.

In iij. noct. Homil. in Euang. Nolite timere, de communi confess. non pontificum.

Die 7. C. SEXTA DIE Infra Oct. Oĩum Sanctorum.

De Homilia sancti Augustini Episcopi. Lectio prima.

Ex eadē homilia. INde iam incipit scire quibus nodis seculi huius per carnalem cõsuetudinē ac peccata teneatur. Itaque in hoc tertio gradu in quo scientia est, lugetur amissio summi boni, quia inhęretur extremis. In quarto autem gradu labor est ubi uehementer incumbitur, ut sese animus auellat ab eis quibus pestifera dulcedine innexus est. Hic ergo esuritur & sititur iustititia, & multum necessaria est fortitudo: qa nõ relinquitur sine dolore, quod cũ delectatione retinetur. Lec. ij.

QVinto autem gradu perseuerãtibus in labore datur euadendi consilium, quia nisi quisque adiuuetur à superiore, nullo modo sibi est idoneus, ut se tantis miseriarũ implicamentis expediat. Est autē iustum consilium, ut qui se à potentiori adiuuari velit, adiuuet infirmiorem, in quo est ipse potentior. Itaq; beati miseri cordes, quia ipsorum miserebitur Deus. Lectio tertia.

SExto gradu est cordis munditia de bona conscientia bonorum operum, ualens ad contemplandum summum illud bonum, quod solo puro & sereno intellectu cerni potest. Postremò est septima ipsa sapientia, id est contemplatio veritatis, pacificans totum hominem, & suscipiens similitudinem Dei: quæ ita concluditur: Beati pacifici, quoniam ipsi filij Dei uocabuntur. Octaua tãquàm ad caput redit quia consummatum perfectumq; ostēdit, & ꝓbat. Itaq: in prima & ĩ octaua noĩatũ ē regnũ cęlorũ.

Die 8. D. IN OCTAVA Omnium Sanctorum. Duplex 3.

Oĩa fiãt sicut in festo cũ cõm. Sanctorum Martyrum Quatuor Coronatorum. Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus: vt qui gloriosos martyres fortes in sua confessione cognouimus: pios apud te in nostra intercessione sentiamus.

tiamus. Per Dominum nr̃m.

Pro SS. Quatuor Coron. L. xij.

SEuerus, Seuerianus, Carpophorus, & Victorinus fratres in persecutione Diocletiani plumbatis cæsi, in uerberibus uitam pro Christi nomine profuderunt. Quorum corpora tertio ab vrbe lapide in arenario sepeliuntur. propè sepulchrum sanctorum martyrum Claudii, Nicostrati, Symphoriani, Castorii, & Simplicii: Extat in urbe Ecclesia sub nomine sanctorum quatuor Coronatorum, ubi non solùm illorum quatuor, sed etiam horũ quinque martyrum corpora honorificè sepulta sunt.

Die 9. E. DEDICATIO BASILICÆ Saluatoris. Duplex 3.

Ad Vesp. A Cap. omnia ut in communi Dedicationis Ecclesiæ cum commemo. Oct. Omnium Sanctorum, & fit cõme. sancti Theodori mart. Oratio.

DEus qui nos beati Theodori martyris tui confessione gloriosa circundas & protegis: præsta nobis ex eius imitatione proficere, & oratione fulciri. Per Dominum.

De libro Apocalypsis beati Iohannis Apostoli. Lectio j.

Ca. 31. ante med. ET uenit ad me unus de septem Angelis habentibus phialas plenas septem plagis nouissimis, & locutus est mecum dicens: Veni & ostendam tibi sponsam, uxorem agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnum & altum: & ostēdit mihi ciuitatem sanctã Ierusalem descendentem de cęlo à Deo, habentem claritatē Dei: & lumen eius simile lapidi pretioso tãquã lapidi iaspidis, sicut crystallum. Lect. ij.

ET habebat murũ magnũ & altum, habentem portas duodecim, & in portis angulos duodecim, & nomina ĩscripta quæ sunt nomina duodecim Tribuum filiorum Israel. Ab Oriēte portæ tres: ab Aquilonæ portę tres: ab Austro portæ tres: & ab Occasu portæ tres. Lectio tertia.

ET murus ciuitatis habēs fundamēta duodecim, & in ipsis duodecim noĩa duodecim Apostolorum Agni. Et qui loquebatur mecum habebat mensuram arũdineam auream, ut metiretur ciuitatem, & portas eius, & murum. Et ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est quanta & latitudo. Lectio quarta.

ET mẽsus est ciuitatem de arundine aurea per stadia duodecim millia: & longitũdo, &

do, & altitudo eius æqualia sunt,& mensus est muros eius centum quadraginta quatuor cubitorum, mẽsura hominis quæ est Angeli.Et erat structu ra muri ei⁹ ex lapide iaspide, ipsa verò ciuitas aurum mũ-dũ simile vitro mundo. Lc.v.

RItus, quos in consecrandis Ecclesijs & altaribus, Romana seruat Ecclesia beatus Syluester Papa primus instituit. Nam & si iam ab Apostolorum tempore loca fuerunt dedicata, non tamen illa chrismate vngebantur, nec in eis adhuc in titulum erectum erat altare. Lectio vj.

SEd ubi Constantinus Imperator per baptismi sacramentum sanitatem, salutemque consecutus est,tum in suo Lateranensi Palatio Ecclesiam Saluatoris dedicauit, & ei continentem basilicam nomine sancti Iohannis Baptistæ condidit in balneo caloris sui,eo loco quo ipse baptizat⁹ à sancto Syluestro, & à lepra mundatus est. Lectio vij.

EAm Basilicam postea idẽ Pontifex cõsecrauit quinto Idus nouembris cuius consecrationis memoria celebratur hodierno die, quo primũ Romæ publicè Ecclesia consecrata est, & imago Saluatoris in pariete depicta populo Romano apparuit, vbi & altare fuit è ligno erectum. Lec.viij.

QVo altari sanctus Syluester reddita Ecclesiæ pace,honoris causa Principis Apostolorum, qui in illo sacrificasse dicitur,& reliquorũ põtificium,qui vsque ad id tempus ad mysteria conficienda eo usi fuerunt,in Lateranensi prima Ecclesia collocato,sanciuit,ne quisquam in eo, præter Romanum Pontificẽ Missam deinceps celebraret.

In iij.Noctur.Hom.in Euang. Ingressus Iesus.ut in communi Dedicationis Ecclesiæ.

Pro S.Theodoro mar.Lec.xij.

THeodorus,Miles,Christianus,Maximiano Imperatore, quòd Idolorum fanũ incendisset, comprehensus,missus est in carcerẽ: ubi ungulis excarnificatus, dum nudarẽtur, lętus cane costæ bat: Benedicam Dominum in omni tempore. Quare in ardentem rogum iniectus, in oratione, & diuinis laudibus animam Christo reddidit qui to Idus Nouembris:cuius cor pus Eusebia pia mulier sindone inuolutum sepeliuit in suo prædio.

SAN-

Die 10 F. SANCTORVM MART. Tryphonis, Respicij, & Nymphæ. Oratio.

FAc nos quæsumus Domine sanctorum martyrum tuorum,Tryphonis, Respicij, & Nymphæ semper festa sectari: quorum suffragijs protectionis tuæ dona sentiam⁹. Per Dominum. Lectio ij.

TRyphon Absadi in Saxonia Iesu Christi fidem prædicans,à Decij satellitibus comprehensus,primùm equuleo torquetur, & vngulis ferreis excarnificatur:deinde sublimibus pedibus candentibus clauis confixus, fustibus cęditur, & admotis facibus ardentibus aduritur: Quæ cùm omnia fortiter ferentem uidisset Respicius tribunus, ad Christi fidem conuersus, statim se Christianum esse palã professus est. Lectio iij.

QVi variè cruciatus, vnà cum Tryphone rapitur ad Iouis simulacrum: quæ statua Tryphonæ orante concidit. Eo miraculo cõmota virgo quædam cui nomen erat Nympha, Iesum Christũ verum esse Deum clara voce testata est. Quare duo illi uiri cum virgine plumbatis crudelissimè contusi, nobilissimum martyrium consecuti sunt quarto Idus Nouembris.

Die 11 G. S.MARTINI EPISCOPI & Conf. Duplex. ;.

Ad Vesp.Aña.Dixerunt discipuli. cum rel.de Lau. psalm⁹. Dixit Dñs.47. Capit. & rel. de communi. Ad Mag. Aña. O beatum virum,cuius anima paradisum possidet: unde exultant Angeli,lętantur Archãgeli, chorus sanctorum proclamat, turba uirginum inuitat: mane nobiscum in æternum. Oratio.

DEus,qui conspicis, quia ex nulla nostra uirtute subsistimus: concede propitius, vt intercessione beati Martini confessoris tui atque Pontificis contra omnia aduersa muniamur. Per. Cõm. S. Mennę mar. Oratio.Pręsta qs. Vt in Cõi unius mar.

Ad Matutinum, Inuitatoriũ. Laudemus Deum nostrum. In confessione beati Martini. ps. Venite fol.9. Hymnus. Iste confessor Domini. f.

In j.Noct. Aña. Martinus adhuc Cathecumenus hac me veste contexit. ps. Beatus vir.f.1. Aña. Sanctæ Trinitatis fidem Martinus confessus est, & baptismi gratiam percepit. ps. Quare fremue. f.1. Aña. Beatus

tus Martinus dixit Iuliano: Christi ego sum miles, pugnare mihi non licet. ps. Cũ inuocarem fol. 76. Aña. Ego signo crucis, non clypeo protectus, aut galea, hostiũ cuneos penetrabo securus. ps. Verba mea fo. 27. Aña. Martine mittit nos Dominus tibi auxiliũ ferre, & rusticam multitudinẽ effugare. ps. Dñe Dñs nr̃. f. 4. Aña. Confido in Dño, q̃ filia mea precibus tuis reddeda sit sanitati. ps. In Dño confi. f. 5.

In j. noc. Lcões de cõi conf. Pontificũ. Fidelis sermo.

R. j. Hic est Martinus electus Dei pontifex, cui Dñs post Apostolos tantã gratiam conferre dignatus est, Vt in uirtute Trinitatis Deificæ mereretur fieri triũ mortuorũ suscitator magnificus. ℣. Sanctæ Trinitatis fidẽ Martinus confessus est. Vt in uirtute.

R. ij. Dñe si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso subire propter eos laborem. Fiat uoluntas tua. ℣. Oculis ac manibus in cęlum semper intentus, inuictũ ab oratione Spiritũ non relaxabat. Fiat.

R. iij. O beatum uirum Martinum antistitem. Qui nec mori timuit, nec uiuere recusauit. ℣. Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem: Fiat uoluntas tua. Qui nec mori timuit.

R. iiij. Oculis ac manibus in cęlum semper intentus, Inuictum ab oratione Spiritum non relaxabat. ℣. Dum sacramẽta offerret beat⁹ Martinus, globus igneus apparuit super caput eius. Inuictum.

In ij. Noct. Aña. Terradius cognita Dei uirtute ad baptismi gratiam peruenit. ps. Domine quis habita. fo. 6. Aña. Dominus Iesus Christus nõ purpuratum aut diademate nitentem se uẽturum esse prędixit. ps. Domine in uirt. f. 9. Aña. Dum sacramenta offerret beatus Martinus, globus igneus apparuit super caput eius. ps. Domini est terra. fo. 11. Aña. O ineffabilem uirum, per quẽ nobis tãta miracula coruscãt. ps. Exaudi Deus orationem meam cùm deprecor. fol. 38. Aña. Sacerdos Dei Martine apti sũt tibi cęli, & regnũ p̃ris mei. ps. Te decet. f. 38. Aña. Sacerdos Dei Martine, pastor egregie, ora pro nobis Deum. ps. Bonum est. fol. 50. Lect. v.

MArtinus Sabariæ in Pãnonia natus, decem annorum Cathecumenus scribitur. Qui cùm miles esset, & nihil

nihil haberet, præter arma, & vestimentum quo tegebatur, Ambiani pauperi ac nudo partem chlamydis dedit. Cui sequenti nocte Christus dimidiata illa ueste indutus apparuit, hãc mittens uocem: Martinus Cathecumenus hac me ueste contexit. R. Beatus Martinus obitum suum longè antè præsciuit, dixitq; fratribus, Dissolutionem sui corporis imminere, quia iudicabat se iam resolui. ℣. Viribus corporis cępit repentè destitui, conuocatisque discipulis dixit. Dissolutionem. Lectio vj.

DEcem & octo annorum baptizatus est. Quare relicta militari uita ad Hilarium Pictauiensem Episcopum se contulit, à quo in Acolytorum numerum redactus est. Pòst factus Episcopus Turonensis Monasterium ædificauit, ubi cum octoginta Monachis sanctissimè aliquandiù uixit. Qui postea ad Candacensem Vicum suæ diœcesis in grauem febrim incidit. R. Dixerunt discipuli ad beatum Martinũ: Cur nos pater deseris? aut cui nos desolatos relinquis? Inuadent enim gregem tuum lupi rapaces. ℣. Scimus quidem desiderare te Christum: sed salua sunt tibi tua pręmia; nostri potius miserere, quos deseris. Inuadent. Lectio vij.

SEd cùm eum in illa uehementi febre supinum orantem viderent discipuli, suppliciter ab eo petierunt, ut conuerso corpore tantisper, dum remitteret morbi uis, pronus conquiesceret. Quibus Martinus: Sinite me, inquit, cęlum potius, quàm terram aspicere: ut suo iam itinere iturus ad Dominum spiritus dirigatur. R. O beatum uirum, in cuius transitu sanctorum canit numerus, Angelorum exultat chorus, omniumq; cęlestium Virtutum occurrit psallentiũ exercitus. ℣. Ecclesia virtute roboratur, sacerdotes Dei reuelatione glorificantur, quem Michael assumpsit cum Angelis. Virtutum. Lectio viij.

INstante iam morte, uiso humani generis hoste, Quid, inquit, astas crúenta bestia? nihil in me funeste reperies: Ea in uoce unum & octoginta annos natus, animam Deo reddidit: quam Angelorum chorus excepit, eosque diuinas canentes laudes multi, in primisq; Seuerinus Coloniẽsis Eps audiuit. R. Martinus Abrahæ sinu letus excipitur:

Martin⁹ hic paup & modicus, Cęlum dnues ingreditur, hymnis cęlestibus honoratur. ℣. Martinus episcopus migrauit à seculo, uiuit in Christo gemma sacerdotum. Cęlum diues. Gloria patri. Cęlum di.

In iij. Nocturno, Antiphona.

Imposita manu puero beatus Martinus, immundum ab eo spiritum eiecit. Cant. Beatus vir. cum reliquis fol.

Lect. S. Euág. sm Lucam. L. ix.

Ca. 11 IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Nemo accẽdit lucernam, & ponit eã sub modio, sed super candelabrũ, vt qui ingrediuntur lumen videant. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosij Epi.

x li. 7 õm. ĩ und. QVia in superioribus Ecclesiam Synagogæ prætulit, hortatur nos ut fidem potius nostram ad Ecclesiam transferamus: Lucerna enim fides est, iuxta quod scriptum est: Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine: Verbum enim Dei fides nostra est, uerbum Dei lux est, lucerna est fides. ℟. O quantus erat luctus hominum: quanta præcipuè lamenta Monachorum: Quia pium est gaudere Martino, & pium est flere Martinum. ℣. Beati viri corpus vsque ad locum sepulchri hymnis canora turba prosequitur. Quia pium. Lectio x.

ERat lux uera, quæ illuminat omnem hominem venientem inhunc mũdum. Lucerna autem lucere nõ potest, nisi aliunde lumen acceperit. Hæc est lucerna, quæ accenditur, uirtus scilicet nostræ mentis, & sensus, ut drachma illa possit, quæ perierat, reperiri. Nemo ergo fidem sub lege cõstituat. ℟. O beatum uirum, in cuius ore dolus non fuit, neminẽ iudicans, neminem dãnans: Nunquàm in illius ore, nisi Christus, nisi pax, nisi mĩa inerat. ℣. O uirum ineffabilem, nec labore uictum, nec morte uincẽdum: q nec mori timuit, nec uiuere recusauit. Nunquàm. Lectio. xj.

LEx enim intra mensurã est, ultra mensuram gratia: lex obumbrat, gratia clarificat. Et ideò nemo fidem suam intra mensuram legis includat, sed ad Ecclesiam conferat, in qua septiformis spiritus relucet gratia, quã princeps ille sacerdotum fulgore supernę diuinitatis illuminat, ne eam legis umbra restinguat. ℟. Dñ sacramẽta offerret beatus Martinus, Globus igneus uisus est emicare

emicare super caput eius. ℣. Oculis ac manibus in cœlum semper intentus, inuictum ab oratione spiritum non relaxabat. Globus igneus.

Pro sancto Menna mar. L. xij.

MEnnas Ægyptius, Christianus miles, in persecutione Dioclitiani & Maximiani Imperatorum comprehensus, loris crudeliter cęditur deinde equuleo tortus, lãpadibus ardentibus ad corpus admotis, plagisq; cilicio confricatis, tum per tribulos, & uirgas ferreas, manibus, ac pedibus colligatis tractus, plumbatis etiam contusus, demum gladio interficitur, in ignemque coniicitur. Corpus eius inde à Christianis ereptũ sepultum est, ac postea Constantinopolim translatum. ℟. Sãcte Martine Christi præsul, audi rogantes seruulos. Et impetratam cęlitùs tu defer indulgentiam. ℣. Aperi os tuum in oratione, & pro delictis nostris deprecare. Et. Gloria. Et.

Ca. 11. ĩ med. Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.



IN illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis: Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed sup candelabrum, ut qui ingrediuntur lumen uideat. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuũ lucidum erit. Si autẽ nequã fuerit, etiã corpus tuũ tenebrosum erit. Vide ergo ne lumẽ qđ in te est, tenebræ sint. Si ergo corp⁹ tuũ totum lucidũ fuerit, non hñs aliquã partẽ tenebrarũ, erit lucidũ totũ, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. ℟. Amẽ.

Ad Laudes, & per Horas, Añа.

DIxerunt discipuli ad beatum Martinum: cur nos pater deseris? aut cui nos desolatos relinquis? inuadẽt enim gregẽ tuum lupi rapaces. ps. Dñs reg. cũ rel. f. 18. Aña. Domine si adhuc populo tuo sũ necessarius, nõ recuso laborẽ, fiat voluntas tua. Aña. O uirũ ineffabilem, nec labore uictũ, nec morte uincendũ, qui nec mori timuit nec uiuere recusauit. Aña. Oculis ac manib⁹ in cœlũ semp intẽtus, inuictũ ab orõne spũm nõ relaxabat. halla. Aña. Martinus Abrahę sinu lætus excipit. Martin⁹ hic pauper & modicus cęlũ diues ingreditur, hymnis cęlestibus honorat᷑. Ca. & cætera de cõi. Ad Bñs, Aña. O beatum uirũ, ut sup. in Vesp. Et fit cõme. S.

Mennæ. Ad Vesp. Aña. Dixerunt discipuli. cum rel. ps. Dixit Dominus. fo. 66. cum reliquis de cōi conf. pont.

AdMagnificat, Antiphona.

O beatum pontificem qui totis uisceribus diligebat Christum Regem, & non formidabat Imperii principatum. O Martine, dulcedo, medicamentum, & medice: ò sanctissima anima, quam & si gladius psecutoris nō abstulit, palmā tamen martyrii non amisit.

Deinde fit commemo. S. Martini Papæ & mar. Orō. Deus qui nos. de communi.

Die 12 A. S. MARTINI PAPÆ, & mart. Semiduplex. L. v.

MArtinus, Tuderti ī Vmbria natus, initio Pontificatus & literis & legationibus missis, operam dedit, ut Paulum Constantinopolitanum Patriarcham à nefaria hæresi ad catholicæ fidei ueritatem reuocaret. Qui Constantate Imperatore hæretico fretus eò amentiæ progressus est, ut sedis Apostolicæ legatos uariè in Insulas relegarit. Lectio vj.

EO igitur scelere commotus Pontifex, coacto Romę concilio centum quinque Episcoporum, eum cōdemnauit. Igitur Olympius Romam à Constante missus ueniens, lictori mādat, ut Pontificem, dum in Basilica sanctæ Marię Maioris ad pręsepe Missarum solennia celebraret, occideret. Qđ ubi lictor aggreditur, cæcus repentè factus est. Lec. vij.

COnstans autem Theodorum Calliopam ad urbem iterum mittens imperat, ut Pontifici manus iniiciat. A quo per fraudem captus Martinus, & Constantinopolim pductus, inde in Chersonesum relegatus, ubi ob catholicam fidem ęrumnis confectus, pridie Idus Nouembris cessit è uita clarus miraculis. Le. viij.

EIus corpus Romā postea translatum, in Ecclesia cōditum est, quæ eius & sancti Syluestri nomine đdicata fuit. Præfuit Ecclesiæ annos sex, mensem unum, dies uiginti sex. Habuit ordinationes duas mēse Decembri, quibus creauit presbyteros undecim, diaconos quinque, Episcopos per diuersa loca triginta tres.

In iij. noct. Homil. in Euang. Si quis uult ueni. de cōi.

Die 16 E. SANCTORVM MART. Iohannis & Benedicti. Duplex 3. Oratio.

GRatiam tuam, qua in te perseueremus, infunde nobis

nobis oīpotens & misericors Deus: & ad piam ęmulationē sanctorum martyrū tuorum Iohannis, & Benedicti, doce nos terrena despicientes sic currere: ut ad ea quæ perseuerantibus in te promittere dignat⁹ es ptingamus. Per. L. v.

IOhannes & Benedictus, Monachi, discipuli sancti Romualdi, dum exquireretur ab ipso quisnam de suis discipulis ad prædicandum Christi euangelium in Sclauonicis partibus dirigi uellet, hi solummodò inuenti sunt ex omnibus, qui se vltrò ad eūdū promptos obtulerunt. Lec. vj.

ITaque ad Busclauum Sclauorum Regem euntes, uolens ille coronā sui Regni ex Romana auctoritate suscipere, pdictos uenerabiles fratres obnixa cępit supplicatione deposcere, ut ipsi plurima eius dona Papę deferrent, & coronam sibi à sede Apostolica reportarent. Qui regię petitioni assensum penitus denegantes, ad cellam reuersi sunt. Lec. vij.

QVidam uerò Regis familiares, copiosum auri pondus, quod mittendum Papæ fuerat, secum eos detulisse ad cellulā falsò opinati, conuenerunt ut & Monachos interficerent, & pecuniam asportarēt. Quos cùm beati uiri tentantes irrumpere psensissent, confessionem inter se facere, & sanctæ Crucis se cępere uexillo communire. Fures uerò reperto tandem aditu irruentes, ambos pariter occiderunt. Lectio octaua.

ADueniente autem die, Rex ad eum locum cum numerosa populi multitudine festinauit, & fures catenis uinctos ad sepulchra martyrum destinauit, qui mox ineffabili diuinitatis omnipotentia fractis sunt nexibus absoluti. Deinde facta super corpora sanctorum Basilica, innumerabilia non solùm tūc, sed etiam nunc ibi fiunt ex diuina uirtute prodigia.

In iij. noctur. Hom. in Euang. Descendens Iesus de monte. de communi plur. mar.

Die 17 F. S. GREGORII THAVmaturgi Episcopi & Confess. Oratio. Da quæsumus. ut in communi. fol. Lect. ij.

GRegorius Neocęsareę Pōti Episcopus, sāctitate doctrinaq; illustris, miraculorū multitudine atque præstantia Thaumaturgus appellat⁹ est. Montem, qui ecclesiæ ædificationem impediebat, aliò transtulit.

ſtulit.Item paludem inter fratres cauſam diſcordiarũ exiccauit. Lycum fluuium perniciosè agros inundantem, defixo ad ripam, quo ſuſtentabatur baculo, qui ſtatim uirentem creuit in arborẽ, coercuit, ut poſtea ultra eũ terminum nõ effluxerit. Lectio iij.

SÆpiſſimè dæmones ex idolorũ ſimulacris, atque ex hoĩum corporibus eiecit. multaq; alia mirabiliter effẽcit, quibus innumerabiles homines traxit ad Ieſu Chriſti fidẽ, cum etiã prophetico ſpiritu futura prædiceret. Qui migraturus è uita, cùm audiuiſſet ꝙ Neocęſareæ tantùm ſeptemdecim, reliqui eſſent infideles, Deo gratias agens, totidẽ, inqt, erãt fideles, cũ cepi Epiſcopatũ. Plura ſcripſit quibus etiam, nõ ſolùm miraculis, Dei Eccleſiam illuſtrauit.

Die 18 G. IN DEDICATIONE Baſilicarum Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli.

Duplex. 3.

Omnia đ cõi Dedicationis eccleſiæ, ꝑter Lectiones.j. Noct. quæ legũtur ut ſupra in Dedicatione Baſilicæ Saluatoris. Et ii.ą leguntur vt infra. L.v.

EX locis ſacris quæ olim apud Chriſtianos venerationem habuerunt in primis ſemper fuit inſignis ea vaticani pars quam ſancti Petri confeſſionem appellabant: nam eò Chriſtiani ex omnibus orbis terræ partibus, tamquam ad fidei petrã, & Eccleſiæ fundamẽtũ cõueniętes, locũ Principis Apoſtolorũ ſepulchro cõſecratũ ſumma religione ac pietate uenerabantur. Lec.vj.

ILluc Cõſtãtin⁹ magn⁹ Impator octauo die pòſt ſuſceptũ baptiſmum uenit, depoſitoq; diademate & humi iacẽs, uim lachrymarũ ꝓfudit: mox ſumpto ligone, ac bidente terrã eruit: indeq; duodecĩ terrę cophinis, honoris cauſa duodecim Apſorũ ablatis, ac loco Baſilicę Prĩcipis Apſorũ deſignato Eccłiã ędificauit. L.vij.

HAnc poſtea ſanct⁹ Syluester Papa, quartodecimo Kalẽdas Decẽbris dedicauit: & in ea primũ altare lapideũ chriſmate delibutũ erexit, atq; ex eo tpe ſanciuit, ne deinceps altaria niſi ex lapide fierẽt. Baſilicã item Pauli Apoſtoli uia Oſtiẽſi ab eodẽ Cõſtãtino Imperatore magnificẽtiſſimè ędificatam dedicauit. Lect.viij.

HAs baſilicas Imperator multis prædiis attribu tis locupletauit, ac muneribus ampliſſi-

ampliſſimis exornauit. Qui etiam multas vbiq; terrarum extruxit Eccleſias, & præcipuè Romæ. In quibus fuerunt Baſilica ſanctę Crucis ad Ieruſalem in agro Seſſoriano: Sancti Laurentij extra muros in agro Verano: Sanctorum Petri & Marcellini via Lauicana, alięque permultæ.

In iij.noct. Homil. in Euang. Ingreſſus Ieſus. de Cõi.

Die 19 A. S. PONTIANI PAPÆ, & Mart. Oro. Infirmitatem. de Cõmuni. Lect.iij.

POntianus Romanus præfuit Eccleſiæ, Alexandro Imperatore, qui ſanctum Põtificẽ propter chriſtianæ fidei confeſſionẽ in Sardiniã peſtilentem Inſulam cum Philippo presbytero relegauit. Vbi is pro Chriſti fide multis calamitatibus afflictus, decimotertio Kalendas Decembris è uita migrauit. Eius corpus Fabiano Pontifice cũ Clero Romam delatum, in cœmeterio Calliſti via Appia ſepelitur. Sedit annos quinque, menſes quinque, dies duos.

Die 22 D. S. CÆCILIÆ VIRGINIS, & Mart. Semiduplex.

Ad Veſp. Aña. Cãtãtib⁹ organ. cum rel. de Lau. ps. Dixit Dñs. cum rel. de Virginibus.

Cap. Fratres: Qui glřiat. & cętera de Cõi ꝑter hic poſita.

Ad Mag. Aña. Eſt ſecretũ Valeriane, quod tibi uolo dicere: Angelum Dei habeo amatorem, qui nimio zelo cuſtodit corpus meum. Oratio.

DEus qui nos annua beatæ Cęciliæ Virginis, & Martyris tuæ ſolennitate lætificas: da vt quam ueneramur officio, etiam piè conuerſationis ſequamur exemplo. Per.

In j. noct. Aña. Cęcilia virgo Almachium ſuperabat, Tiburtium & Valerianum ad coronas vocabat. ps. Domine Dñs noſter. fol.4. Aña. Expãſis manibus orabat ad Dñm, vt eam eriperet de inimicis. ps. Cœli enarrãt. f.8. Aña. Cilicio Cęcilia mẽbra domabat, Deũ gemitibus exorabat. ps. Dñi eſt terra. f. 11. Aña. Dñe Ieſu Chře ſeminator caſti cõſilij, ſuſcipe ſeminũ fructus quos ĩ Cęcilia ſeminaſti. ps. Eructauit. f.26. Aña. Beata Cęcilia dixit ad Tiburtiũ: Hodie te fateor meum eſſe cognatũ: qa amor Dei te fecit eſſe cõtẽptorẽ Idolorũ. ps. Deus nř refug. f.28. Aña. Fiat Dñe cor meũ, & corp⁹ meũ immaculatũ, ut nõ cõfundar. ps. Magn⁹ Dñs. f.28. Lect.j. noct. vt ĩ Cõi.

℟. j. Cantantibus organis, Cęcilia virgo in corde suo soli Domino decantabat, dicens: Fiat Domine cor meum, & corpus meum immaculatum, ut non confundar. ℣. Biduanis ac triduanis ieiunijs orãs, commẽdabat Domino, quod timebat. Fiat Domine cor.

℟. ij. O beata Cęcilia, quę duos fratres conuertisti, Almachiũ iudicem superasti. Vrbanum Episcopum in uultu Angelico demõstrasti. ℣. Cęcilia me misit ad uos, ut ostendatis mihi. Vrbanum Episcopum.

℟. iij. Virgo gloriosa semper Euãgelium Christi gerebat in pectore, & non diebus, neque noctib⁹ uacabat: A colloquijs diuinis, & oratione. ℣. Est secretũ Valeriane, quod tibi uolo dicere: Angelũ Dei habeo amatorem, qui nimio zelo custodit corpus meũ. A colloq.

℟. iiij. Cilicio Cęcilia mẽbra domabat, Deũ gemitibus exorabat. Tiburtium, & Valerianum ad coronas vocabat. ℣. Hæc est uirgo sapiens, & una de numero prudentũ. Tiburtium. Gloria Patri. Tiburtiũ.

In ij. noct. Aña. Angelum Dei habeo amatorem, qui nimio zelo custodit corpus meum. ps. Benedixisti. f. 44. Antiph. Valerianus in cubiculo Cæciliam cum Angelo orantẽ inuenit. ps. Fundamenta. f. 46. Aña. Credimus Christum filium Dei verum Deum esse, qui sibi talem elegit famulã. ps. Cantate. j. f. 49. Aña. Nos scientes sanctum nomẽ eius, omnino negare nõ possumus. ps. Dominus regna. exultet. f. 49. Aña. Cęcilia me misit ad vos, vt ostendatis mihi sanctũ Vrbanum. ps. Cantate. ij. fol. 49. Aña. Tũc Valerianus perrexit ad Antistitem, & signo quod acceperat, inuenit sanctum Vrbanum. ps Dominus regnauit, irasc. f. 49. Lectio v.

CÆcilia virgo Romana, nobili genere nata, à prima ætate Christianæ fidei præceptis instituta, virginitatem suã Deo vouit: sed cũ posteà cõtra suam volũtatem data esset in matrimonium Valeriano, prima nuptiarũ nocte ipsum ad Christum conuertit: asserens se in tutelam Angeli esse, qui eius virginitatem custodiret, vnde & ab eo intacta permansit. ℟. Cęciliam intra cubiculum orantem inuenit, & iuxtà eam stantem Angelum Dñi, Quem videns Valerianus nimio terrore correptus est. ℣. Angelus Domini descẽdit de cœlo, & lumen refulsit in habitaculo. Quem. Lectio vj.

TVnc Valerianus hortatu Virginis ad Vrbanum Papam veniẽs, ab eo baptizatur. Inde ad Cæciliam reuersus, orantẽ, & cùm ea Angelũ Diuino splendore fulgentẽ inuenit: quo aspectu obstupefactus, Tiburtium fratrem suũ accersit, qui & ipse ad Christũ conuersus est, & vterq; paulò pòst cõstanter martyriũ subijt. ℟. Domine Iesu Christe pastor bone, seminator casti cõsilij, suscipe seminum fructus quos in Cęcilia seminasti. Cęcilia famula tua quasi apis tibi argumentosa deseruit. ℣. Nam sponsum quẽ quasi leonem ferocẽ accepit, ad te quasi agnum mansuetissimum destinauit. Cęcilia. Lectio vij.

MOx Almachius Pręfect⁹ Cæciliam comprehẽdi imperat, ab eaq; primùm vbi Tiburtij, & Valeriani facultates sint exquirit. Cui cũ Virgo omnia illorũ pauperibus distributa esse respõdisset, eo furore concitatus est, vt eam in ipsius ędes reductã in balneo comburi iusserit. Postea ad eũ missus est carnifex, qui ter securi ictam, cùm caput abscĩdere non potuisset, semiuiuã reliquit. ℟. Beata Cęcilia dixit Tiburtio: Hodie te fateor meum esse cognatum: quia amor Dei te fecit esse Contemptorẽ idolorum. ℣. Sicut enim amor Dei mihi tuũ fratrem coniugem fecit, ita te mihi cognatum fecit esse. Contemptorem. Lectio viij.

ILla autem triduo pòst, decimo Kalẽdas Decembris, Commodo Imperatore, dupli ci virginitatis, & martyrij palma decorata euolauit in cęlũ. Eius & Vrbani Papæ, & Tiburtij, ac Valeriani corpora à Paschali primo Pontifice in Ecclesia, quæ in ędibus sanctę Cęciliæ ipsius nomine consecrata fuerat condita sunt. ℟. Cęcilia me misit ad uos, ut ostendatis mihi sanctum Vrbanũ: Quia ad ipsum habeo secreta, quæ perferam. ℣. Tunc Valerianus perrexit ad Antistitem, & signo quod acceperat inuenit sanctum Vrbanũ. Quia.

In iij. Noct. Hom. in Euange. Simile est regnum cœlorum decem Virginibus. & reliqua omnia de Communi.

Ad Laudes, & per Horas. Aña. CAntantibus organis Cæcilia Domino decantabat dicens: fiat cor meum immaculatum, ut non confundar. ps.

ps. Dominus regn. cum rel. fol. 18. Aña. Valerianus in cubiculo Cęciliam cum Angelo orantem inuenit. Aña. Cęcilia famula tua Domine, quasi apis tibi argumētosa deseruit. Aña. Benedico te Pater Domini mei Iesu Christi: quia per filium tuū ignis extinctus est à latere meo. Aña. Triduanas à Domino poposci inducias, ut; domum meam Ecclesiam consecrarem. Ad Bñs, Aña. Dum Aurora finem daret, Cęcilia exclamauit, dicens: Eia milites Christi, abijcite opera tenebrarum, & induimini arma lucis. Ad Horas Añæ de Laud. Cap. & ℣. de Cõi. Ad Vesperas, vsque ad Capit. omnia vt in primis Vesperis. A Cap. fit de festo sequenti.

Die 23. E. S. CLEMENTIS PAPÆ, & Mart. Semiduplex.

Ad Vesp. Cap. & cætera de Cõi vnius Marty. Ad Magn. Aña. Oremus omnes ad Dominū Iesum Christū, vt cōfessoribus suis fontis venā aperiat. Oro.

DEus, qui nos annua beati Clemētis Martyris tui, atque Pontificis solennitate lętificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, virtutem quoque passionis imitemur. Per Dominum nostrum.

Deinde pro S. Cęcilia. Antiph. Virgo gloriosa semper Euangelium Christi gerebat in pectore suo: & non diebus, neq; noctibus à colloquijs diuinis, & oratione cessabat. Oro vt s. Postremò fit cō. S. Fęlicit. Oro.

PRæsta quęsumus omnipotens Deus: vt beatæ Fęlicitatis martyris tuæ solennia recēsentes: meritis ipsius protegamur, & precibus. Per Dñm. Ad Matut. omnia de Cõi vni° Mar. Præter hic posita. Lectiones j. noctur. A Mileto. de eodem Communi.

℟. j. Orãte sancto Clemente, apparuit ei Agnus Dei. De sub cuius pede fons viuus emanat: fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. ℣. Vidi supra montem agnum stantē. De. ℟. ij. Omnes vna voce dixerūt: ora pro nobis sancte Clemens, Vt digni efficiamur ꝓmissionibus Christi. ℣. Non meis meritis, ad uos me misit Dominus uestris coronis participem me fieri. Vt digni. ℟. iij. Dedisti Domine habitaculum martyri tuo Clementi in mari, in modum tēpli marmorei Angelicis manibus pręparatum: Iter præbens populo terræ, ut enarrent mirabilia tua. ℣. Dedisti Dñe sanctis tuis

tuis uiam in mari, & in fluminibus semitam. Iter præbens. ℟. iiij. Cùm iter ad mare cępisset, populus uoce magna clamabat: Domine Iesu Christe salua illum. Et Clemens cum lachrymis dicebat: Suscipe Pater spiritum meum. ℣. Omnes una uoce dixerunt: Beate Martyr Christi ora pro nobis. Et Clemens cum lachrymis. Lectio quinta.

CLemens, Romanus, Faustini filius, de regione Cęlij montis, discipulus beati Petri, cuius meminit Paulus scribens ad Philippenses, septem Vrbis regiones diuisit septem notarijs, singulas singulis attribuens, qui uitas Martyrū, & res ab eis gestas diligentissimè conquisitas literis mandarēt. Responsoria ij. & iij. noct. de Cõi vnius Martyr. L. vj.

MVlta scripsit & ipse, quibus christianam Religionem illustrauit. Hic Traiano Imperatore relegatus est in Insulam Lyciæ: in qua duo millia christianorum reperit, qui cum in eruendis, & secandis marmoribus aquæ penuria laboraret, Clemens oratione fontem aquæ dulcis impetrauit, vbi omnes sitim explеuerunt. Lectio septima.

EO miraculo multi infideles ad Christi fidem conuersi sunt. Quibus concitatus Traianus, misit in Insulā, qui Clementem, alligata ad eius collum anchora, in profundum deijcerent. Tunc christianis ad litus orantibus, mare ad tria milliaria recessit: eoque illi accedentes, ædiculam marmoream in tēpli formam, & intus arcam lapideā, vbi Martyris corpus cōditum erat: & iuxtà illud anchoram, qua mersus fuerat, inuenerunt. Lectio octaua.

INcolæ autem eo miraculo permoti, Christi fidem susceperunt. Eius corpus posteà Romam, Nicolao primo Pontifice, translatum, in Ecclesia sancti Clemētis conditum est. Ecclesia etiam eius nomine in eo Insulæ loco, vnde Diuinit° fons manarat, Clementis nomine dedicata est. Vixit in Pōtificatu annos nouem, menses duos, dies decem. In iij. noct. Homil. in Euang. Vigilate. de Communi Confessorum Pontificum. Pro S. Felicitate Sermo S. Gregorij Papæ. Lectio xij.

Ex hom. 3 sub in tium.

BEata Felicitas, cuius hodie natalitia celebramus, septem filios sic post se

se timuit viuos in carne relinquere, sicut carnales parentes solent metuere, ne mortuos præmittant. In persecutionis enim labore deprehensa, filiorum corda in amore supernæ patriæ prędicando roborauit: & parturiuit spiritu, quos carne pepererat. Nunquid ergo hanc fęminam martyrem dixerim? Sed plusquàm martyrem, quę septem pignoribus ad regnũ præmissis, toties ante se mortua ad pœnas prima uenit, sed peruenit octaua.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

ORante sancto Clemente apparuit ei Agnus Dei. ps. Dominus regn. cum reliq. fol. 18. Aña. Non meis meritis ad uos me misit Dominus vestris coronis participem me fieri. Aña. Vidi supra montẽ Agnum stantem, de sub cuius pede fons viuus emanat. Aña. De sub cuius pede fons viuus emanat, fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Aña. Omnes gentes per gyrum crediderunt Christo Domino.

Cap. & cætera de Cõi.

Ad Bñs, Aña. Cùm iter ad mare cępisset, populus voce magna clamabat: Domine Iesu Christe salua illum: & Clemẽs cum lachrymis dicebat: Suscipe Pater spiritum meum.

Deinde fit cõm. S. Felicitatis.

Ad Vesperas, Antiphona.

Orante sancto Clemẽte. cum rel. ps, & cætera de vno mart.

Ad Mag. Aña. Dedisti Domine habitaculum martyri tuo Clementi in mari, in modum templi marmorei Angelicis manibus pręparatum, iter prębens populo terrę, vt enarrent mirabilia tua.

Die 24 F.

S. CHRYSOGONI MARtyris. Oratio.

ADesto Domine supplicationibus nostris: ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus: beati Chrysogoni martyris tui intercessione liberemur. Per. Lect. ij.

CHrysogonus, Dioclitiano Imperatore Romę inclusus in carcerem, ibi biennium sanctæ Anastasiæ facultatibus vixit: quam etiam afflictam propter Christum à uiro suo Publio mutuis Epistolis est consolatus. Sed cũ Imperator Romam scripsisset, vt reliquis Christianis, q in uinculis erant, interfectis, Chrysogonus Aquileiã ad se mitteretur, eò perductus est. L. iij.

QVi Imperator mandauit, vt Deos coleret. At ille: Ego eũ qui verè est Deus mẽte,

te, & oratione veneror: Deos autem qui nihil sunt, nisi Dęmonum simulacra, odi, & execror. Quo responso excandescens Imperator, ad Aquas gradatas eũ securi percuti iubet, Octauo Kalẽdas Decembris: cuius corpus proiectũ in mare, paulò pòst in littore inuentum, Zoilus presbyter in suis ædibus sepeliuit.

Die 25 G.

S. CATHARINÆ VIRG. & Mart. Duplex 3. Oratio.

DEus q dedisti legẽ Moysi in summitate montis Synai, & in eodẽ loco per sanctos Angelos tuos corpus beatæ Catharinæ Virginis, & Martyris tuæ mirabiliter collocasti: præsta quæsumus: vt eius meritis, & itercessione ad mõtem, qui Christus est, peruenire valeamus. Per Dñm. L. v.

CAtharina, nobilis Virgo Alexandrina à prima ętate studia liberalium artium cũ fidei ardore coniungens, breui ad sanctitatis, & doctrinæ perfectionem peruenit. Quæ cùm Maxentij iussu multos propter Christianę Religionis professionem variè tormentis cruciari videret, non dubitanter ipsum adijt Maxentium, eique nefariam immanitatem obijciens, sapiẽtissimis rationibus Christi fidẽ ad salutẽ necessariã esse affirmauit. L. vj.

CVius prudentiã Maxentius admiratus, retineri eam iubet, accersitis undique doctissimis hominibus, qui conuictam Catharinã à Christi fide ad idolorum cultum perduxissent. Quod contra accidit: nam quinquaginta philosophi, qui ad eam coarguẽdam conuenerant, vi ac subtilitate eius disputationis Christi martyres sunt effecti. L. vij.

QVamobrem Maxentius blanditijs ac promissis Catharinam de sententia deducere non ualens, verberibus affectam, plumbatisque contusam dies vndecĩ sine cibo ac potu inclusam tenet in carcere. Quo tempore Faustina Maxẽtij vxor, & Porphyrius belli dux ueniẽtes ad Virginẽ conuersi sunt, ac martyrio coronati. Lectio viij.

INterim Catharina educit' è custodia: & rota expedit' crebris, & acutis prefixa gladijs. Quæ machina breui oratione confracta est. Eoq; miraculo multi Christi fidem susceperunt. Tunc Maxentius Catharinam securi percuti imperat: Cuius corpus ab Angelis in Syna Arabiæ monte mirabiliter

liter collocatum est.

In iij. Noctur. Hom. in Euang. Simile est regnum cœlorum decem virginibus. de Communi Virginum.

Die 26 A. S. PETRI ALEXANDRINI Episcopi, & Martyris.

Oratio. Infirmitatem. de Cõmuni vnius Mar. L. iij.

PEtrus Alexandriæ Episcopus primus fuit, qui Ariũ presbyterum, Alexandrinum hæresiarcham à fidelium communione seiunxit. Cui Christus apparens ueste discissa, dixerat: Arius vestem meam, quæ est Ecclesia, dilacerauit. Tandem decimo sui Episcopatus anno, sexto Kalẽdas Decembris, iussu Maximiani, abscisso capite, ad Martyrij coronam euolauit.



COMMVNE SANCTORVM.

IN VIGILIIS Apostolorum.

Officium fit de feria, vt dictũ est i Rubricis Gñalibus, exceptis Lectionibus, & oratione, quæ dicuntur vt infra.

In Vigilia vnius Apostoli Homilia in Euãgelium. Hoc est præceptum meum. vt infra.

In Natali Apostolorum. Oro.

DA quæsumus omnipotẽs Deus, vt beati N. Apſi tui, quàm præuenimus venerãdã solennitatẽ, & deuotionẽ nobis augeat, & salutem. Per Dñm.

In Vigilia plurimorũ Apſorũ Hom. ĩ Euang. Ego sum vitis vera. vt in Communi Martyrum tẽpore Paschali. Oratio.

COncede q̃s ops Deus: vt sicut Apostolorum tuorũ N. & N. gloriosa natalitia pręuenimus: sic ad tua beneficia promerenda, maiestatem tuã pro nobis ipsi pręueniant. Per.

IN NATALI Apostolorum.

Ad Vesp. Aña. Hoc est pceptũ. cũ rel. de Laud. ps. Dixit Dñs. cũ rel. de Dñica. fol. 66. Cap.

Eph. 2 FRatres: Iàm non estis hospites, & aduenæ, sed estis ciues Sanctorum, & domestici Dei, superædificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarũ, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. ℟. Deo gratias. ℣. br. In omnẽ terram E xiuit sonus eorum. ℣. Et in fines orbis terræ verba eorum. E xiuit. G loria. In omnem terram. Hymnus.

EXultet cœlum laudibus,
Resultet terra gaudijs,
Apostolorum gloriam
Sacra canunt solennia.
V os secli iusti Iudices,
Et vera mundi lumina,
Votis precamur cordium,
Audite preces supplicum.
Q ui cœlum verbo clauditis,
Serasq; eius solutis,
Nos à peccatis omnibus
Soluite iussu quæsumus.
Q uorum præcepto subditur
Salus, & languor omnium:
Sanate ęgros moribus,
Nos reddentes virtutibus.
V t cùm iudex aduenerit
Christus in fine seculi,

Nos sempiterni gaudij
Faciat esse compotes.
Deo patri sit gloria,
Eiusque soli Filio,
Cum Spiritu paraclito,
Et nũc,& in perpetuũ. Am.

℣. Annunciauerũt opera Dei.
℟. Et facta eius intellexerunt.

Ad Mag. Aña. Tradent enim uos in concilijs, & in Synagogis suis flagellabunt uos:& ante Reges, & Præsides ducemini ꝑpter me ĩ testimoniũ illis, & gẽtibus. Ad Matu. Inui. Regẽ Apſtorũ Dñm. Venite adoremus. ps. Venite. f. 9. Hym.

Aeterna Christi munera,
Apostolorum gloriam,
Laudes canentes debitas,
Lætis canamus mentibus.

Ecclesiarum principes,
Belli triumphales duces,
Cælestis aulæ milites,
Et uera mundi lumina.

Deuota sanctorum fides,
Inuicta spes credentium,
Perfecta Christi charitas,
Mũdi triumphat Principẽ.

In his paterna gloria,
In his uoluntas spiritus,
Exultat in his Filius,
Cælum repletur gaudio.

Te nũc Redẽptor quæsumus,
Vt ipsorum consortio
Iungas precantes seruulos
In sempiterna secula. Amẽ.

In j. nocturn. Aña. In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ uerba eorum. ps. Cæli enarrant. fol. 8. Aña. Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos. ps. Benedicam fol. 21. Aña. Constitues eos Prĩcipes super omnem terram: memores erunt nominis tui Domine. ps. Eructauit. fol. 26. Aña. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham. ps. Omnes gentes. fol. 28. Aña. Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum Domine. ps. Exaudi Deus deprecationem. fol. 33. Aña. Annunciauerunt opera Dei, & facta eius intellexerunt. ps. Exaudi Deus orationẽ meã cùm deprecor. 38. ℣. In omnem terram exiuit sonus eorũ. ℟. Et in fines orbis terræ uerba eorum.

Lectiones de Scriptura positæ in Communi Sanctorum, leguntur quando annotantur in proprio Sãctorũ per annũ, & quando in officio feriæ nõ ponunt Lectiones de Scriptura, sed tantùm de Homilia, & quãdo extra chorum fit de Sanctis à Pascha vsq; ad Kalendas Nouemb. & quãdo aliquod festum solẽniter in propria Ecclesia celebratur.

De Epistola j. beati Pauli Apostoli ad Corinthios. Lectio j.

Cap. 4 ĩ init. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispẽsatores mysteriorum Dei. Hic iã quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur: mihi autem pro minimo est, vt à uobis iudicer, aut ab humano die. Sed neq; me ipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed nõ in hoc iustificatus sum. Qui autẽ iudicat me Dñs est. ℟. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporũ, dicit Dñs. Estote ergo prudẽtes sicut serpẽtes, & simplices sicut colũbæ. ℣. Dũ lucem habetis credite in lucem, vt filij lucis sitis. Estote. L. ij.

Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusq; veniat Dñs, qui & illuminabit abscõdita tenebrarũ, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit vnicuiq; à Deo. Hæc autẽ, fratres, transfiguraui in me, & Apollo, propter uos, ut in nobis discatis, ne supra quã scriptũ est, unus aduersus alterũ infletur pro alio. ℟. Tollite iugum meum super vos, dicit Dñs, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Iugum enim meũ suaue est, & onus meum leue. ℣. Et inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum. Lect. iij.

Quis enim te discernit? Quid autẽ habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Iàm saturati estis, iã diuites facti estis. Sine nobis regnatis: & vtinam regnetis, ut & nos uobiscũ regnemus. Puto enim quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostendit tãquàm morti destinatos: quia spectaculũ facti sumus mũdo, & Angelis, & hominibus. ℟. Dum steteritis ante Reges, & Præsides, nolite cogitare quomodo aut qd loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. ℣. Non eñ uos estis q loqmini, sed Spũs Patris uestri qui loquitur ĩ vobis. Dabitur enim. Lect. iiij.

Nos stulti propter Chrm, uos autem prudentes in Christo. Nos infirmi, uos autẽ fortes. Vos nobiles, nos autem ignobiles. Vsq; in hãc horam esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboram' operantes manibus nris. Maledicimur, & benedicimus: ꝑsecutionẽ patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus. ℟. Vidi coniunctos

viros habentes splendidas vestes, & Angelus Dñi locut⁹ est ad me dicẽs: Isti sunt uiri sancti facti amici Dei. ℣. Vidi Angelum Dei fortẽ, volantẽ per medium cęlum, uoce magna clamantem, & dicentem. Isti.

In ij. noct. Aña. Exaltabuntur cornua iusti, halleluia. ps. Cõfitebimur. f. 40. Aña. Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. ps. Fundamẽta. 46. Aña. Annũciate iter gẽtes gl'iã dñi, & ĩoĩb⁹ pp'lis mirabilia ei⁹ ps Cantate. j. folio 49. Aña. Lux orta est iusto, hallel'a, rectis corde lætitia, hal. ps. Dñs reg. ix. f. 49. Aña. In conspectu gẽtium reuelauit Dñs iustitiã suam. ps. Cantate. ij. folio 49. Aña. Custodiebant testimonia eius, & pręcepta eius, halleluia. ps Dñs regna. irascãtur. f. 49. ℣. Constitues eos Principes super oẽm terram. ℟. Memores erunt nominis tui Domine.

Sermo S. Gregorij Papæ. L. v.

x ho mi. 30 euãg. ost ed.

Scriptum est: Spiritus Dñi ornauit cęlos. Ornamenta enim cœlorũ sunt uirtutes pdicantiũ. Quæ uidelicet ornamẽta Paulus enumerat dicẽs: Alij datur per spũm sermo sapientię, alij sermo scientiæ secũdũ eundẽ spũm, alij fides in eodẽ spũ, alij gratia sanitatũ in uno spiritu. ℟. Bti estis, cũ maledixerĩt vobis hoĩes, & p secuti vos fuerĩt, & dixerĩt oẽ malũ aduersũ vos mẽtiẽtes pp me. Gaudete & exultate, qm merces vestra copiosa est in cęlis. ℣. Cũ uos oderint hoĩes, & cũ separauerint uos, & exprobrauerint, & eiecerint nomẽ vestrũ tamquã malũ, ppter filiũ hominis. Gaudete. L. vj.

Alij operatio virtutũ, alij prophetia, alij discretio spirituũ, alij genera linguarũ, alij interpretatio sermonum. Hęc autẽ oĩa operiatur vnus atq; idẽ spũs, diuidẽs singulis prout vult. Quot ergo sunt bona pdicantiũ, tot sunt ornamenta cęlorũ. ℟. Isti sunt triũphatores, & amici Dei, qui cõtẽnentes iussa Principum meruerunt pręmia ęterna. Modò coronant', & accipiunt palmam. ℣. Isti sunt, qui uenerũt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni. Modò coronãtur. L. vij.

Hinc rursum scriptũ est: Verbo Dñi cęli firmati sunt. Verbũ enim Dñi Filius est Patris. Sed eosdẽ cœlos, videlicet sanctos Apl'os, vt tota simul sancta Trinitas ostendat ope-

operata, repẽte de sancti Spũs diuinitate adiungitur: Et spũ oris eius omnis uirtus eorum. ℟. Isti sunt, qui viuẽtes, in carne plantauerunt Ecclesiã sanguine suo: Calicẽ Dñi biberunt, & amici Dei facti sunt. ℣. In oẽm terrã exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terrę verba eorum. Calicem. L. viij.

Cœlorum ergo virtus de spiritu sumpta est, quia mundi huius potestatibus cõtraire nõ pręsumerẽt, nisi eos sancti Spũs fortitudo solidasset. Quales namq; Doctores sanctæ Ecclesiæ ante aduentũ huius spũs fuerint, scimus: & post aduentũ illius cuius fortitudinis facti sunt cõspicimus. ℟. Isti sunt uiri sancti quos elegit Dñs in charitate nõ ficta, & dedit illis gloriã sempiternã: Quorũ doctrina fulget Ecclesia, vt Sole Luna. ℣. Sancti per fidẽ uicerũt regna, operati sunt iustitiã. Quorũ.

In iij. noct Aña. Gaudete, & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cęlis, dicit Dñs.

Canticum j.

Isa. 61. Vos sancti Domini vocabimini: ministri Dei nostri dicetur uobis.

Fortitudinẽ gẽtiũ comedetis: & in gloria eorũ superbietis.

Pro confusione vestra duplici, & rubore: laudabunt partem eorum.

Propterea in terra sua duplicia possidebunt: lętitia sempiterna erit eis.

Quia ego Dominus diligens iudicium: & odio habens rapinam in holocaustum.

Et dabo opus eorum in veritate: & fędus perpetuum feriam eis.

Et scietur in gentibus semen eorum: & germen eorum in medio populorum.

Omnes enim qui viderĩt eos cognoscent illos: quia isti sunt semẽ cui benedixit Dominus.

Canticum ij.

Fulgebunt iusti: & tamquã scintillę in arudineto discurrent. Sap. 3

Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis: & regnabit Dominus illorum in perpetuum.

Qui cõfidunt in Domino intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi.

Quoniam donum, & pax: est electis Dei.

Canticum iij.

Reddidit Deus mercedem laborum sanctorum suorũ: & deduxit illos in uia mirabili. Sap. 1

Et fuit illis in uelaměto diei: & in luce stellarum nocte.
Trāstulit illos p mare rubrū: & transuexit illos per aquam nimiam.
Inimicos autem illorum demersit in mare: & ab altitudine inferorum eduxit illos.
Ideò iusti tulerunt spolia impiorum: & decantauerūt Domine nomen sanctum tuum.
Et uictricem manum tuam laudauerunt pariter: Domine Deus noster.

Prædicta Cantica dicūtur etiā in festis plurimorū Martyrū.

℣. Nimis honorati sunt amici tui Deus. ℟. Nimis confortatus est principatus eorum.

Lectio sancti Euangelij secundùm Iohannem. Lectio ix.

15. IN illo tempore Dixit Iesus discipulis suis: Hoc est pręceptum meū, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Et rel.

Homilia S. Gregorij Papæ.

ho- 27 nit. CVm cūcta sacra eloquia, plena sint Dn̄icis p̄ceptis, quid est quòd de sola dilectione, quasi de singulari mādato Dn̄s dicit: Hoc est pręceptum meū: ut diligatis inuicem? nisi quia omne mandatū de sola dilectione est, & oīa unū pręceptū sunt: quia quidquid pręcipitur, in sola charitate solidatur. ℟. Fuerunt sine querela ante Dn̄m, & ab inuicē nō sunt separati. Ideò coronantur, & accipiunt palmam. ℣. Tradiderūt corpora sua ꝓpter Deū ad supplicia. Ideò. L. x.

VT enim multi arboris rami ex una radice prodeūt, sic multæ uirtutes ex una charitate generantur. Nec habet aliquid uiriditatis ramus boni operis, si non manet in radice charitatis. Præcepta ergo Dominica, & multa sunt, & unum: multa per diuersitatem operis, unum in radice dilectionis. ℟. In omnem terram exiuit sonus eorum. Et in fines orbis terræ uerba eorum. ℣. Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum nō audiātur uoces eorū. Et in fines orbis. Lectio xj.

QValiter autem ista dilectio sit tenenda, ipse insinuat, qui in plerisque scripturæ suæ sententijs, & amicos iubet diligi in se, & inimicos diligi propter se. Ille enim ueraciter charitatē habet, qui amicum diligit in Deo, & inimicum diligit propter Deū. ℟. Qui sunt isti, qui ut nubes uolant, Et quasi columbæ ad fenestras suas? ℣. In omnē terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorū. Et quasi columbę. Lectio xij.

NAm sunt nonnulli, qui diligunt proximos, sed per affectum cognationis, & carnis: quibus tamē in hac dilectione, sacra eloquia nō contradicunt: sed aliud est, quod sponte impendit naturę, aliud quod pręceptis dominicis ex charitate debetur obedientiæ. ℟. Constitues eos Principes super omnem terram: memores erunt nominis tui Dn̄e. In omni progenie, & generatione. ℣. Nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorū. In.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

Ca. 15 i med. IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Hoc est præceptum meū, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis ꝓ amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quę ego præcipio uobis. Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit, quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui a Patre meo nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos: vt eatis, & fructū afferatis, & fructus vester maneat: vt quodcunq; petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. ℟. Amen.

Ad Laudes, & per Horas. Añæ.

HOc est præceptum meū, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. ps. Dn̄s regnauit, dec. fol. 48. Aña. Maiorē charitatē nemo habet ut animam suā ponat quis pro amicis suis. ps. Iubilate. folio 50. Aña. Vos amici mei estis, si feceritis, quę præcipio uobis, dicit Dominus. ps. Deus Deus meus ad te. fol. 18. Aña. Beati pacifici, beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbūt. Cant. Benedicite. fol. 18. Aña. In patientia uestra possidebitis animas vestras. ps. Laudate Dominum de cœlis. fol. 19. Cap. Fratres: Iā nō estis. ℟. br. Constitues eos Principes Super omnem terrā ℣. Memores erunt nominis tui Dn̄e. Super. Gloria. ℟. Constitues. Hym. Exultet. ℣. Annunciauerunt. Ad Bn̄s, Antiphona. Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me: centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. Oratio ut supra in Vesperis.

Ad iij. Cap. Fratres: Iam. ℣. In omnem. Ad vj. Capitulum.
Act.5. PEr manus autem Apostolorum fiebant signa, & prodigia multa in plebe. ℣. Constitues. Ad ix. Capitulum.
Act.5. IBant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij: quoniã digni habiti sunt pro nomine Iesu cõtumeliam pati. ℣. Nimis honorati sunt.
In ij. Vesp. Aña. Iurauit Dñs, & nõ pęnitebit eum: tu es Sacerdos in æternum. ps. Dixit Dominus. fol 66. Aña. Collocet eum Dominus cum principibus populi sui. ps. Laudate pueri. fol. 67. Aña. Dirupisti Domine vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis. ps. Credidi. fol. 68. Aña. Cõfortatus est principatus eorum: & honorati sunt amici tui Deus. ps. Domine probasti me. fol. 71. Capit. Fratres: Iam non. ℟. br. In omnem terrã. Hym. Exultet. ℣. Annunciauerunt. Ad Mag. Aña. Estote fortes in bello, & pugnate cũ antiquo serpente, & accipietis regnum ęternũ, hall. Oro vt in ij. Vesp.
Aliæ Lectiones pro Apostolis. De Exposit. S. August. Epi sup Psal. octogesimũ sextum. L. v.
FVndamenta eius in montibus sanctis, diligit Dominus portas Sion. Quare fun damenta Apostoli, & Prophetæ? Quia eorum auctoritas portat infirmitatem nostram. Quare sunt portæ? quia per ipsos intramus ad regnũ Dei: Predicant enim nobis; & cùm per ipsos intramus, per Christum intramus. Ipse est enim ianua. Lectio sexta.
ET cũ dñr duodecĩ portæ Ierl'm, & vna porta Xps, & duodecĩ portę Chrs, quia in duodecĩ portis Chrs: & ideò duodenarius numer⁹ Apostolorum. Sacramentum magnũ duodenarij significatio est numeri. Sedebitis, inquit, super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. L. vij.
SI duodecim sellæ ibi sunt, non est vbi sedeat tertius decimus Paulus Apostolus: & non erit quomodo iudicet, & ipse se iudicaturum dixit non hoĩes tantùm, sed & Angelos. Quos Angelos, nisi apostatas Angelos? Nescitis, inqt, qa Angelos iudicabimus? Respõderet ergo turba: Quid te iactas iudicaturũ? Vbi sedebis? L. viij.
DVodecim sedes dixit Dominus duodecim Apostolos: unus cecidit Iudas, in locum ipsius sanctus Matthias ordinatus est: imple⁹ est duodenarius numerus sedium: primò locum inueni ubi sedeas, sic te minare iudicaturum. Duodecim ergo sedes quid sibi uelint uideamus. Sacramentum est cuiusdam uniuersitatis, quia per totum orbem terrarum futura erat Ecclesia, unde uocatur hoc ædificium ad Christi compagem.

Lectio sancti Euangelij secundùm Matthæum. Lectio ix.
Ca.19. IN illo tempore: Dixit Simõ Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et reliqua.
Homilia S. Hieronymi presb.
Ex lib. 3. cõm. in eũdem. GRandis fiducia. Petrus piscator erat, diues non fuerat, cibos manu & arte quærebat, & tamen loquitur confidenter, Reliquimus omnia. Et quia non sufficit tantùm relinquere, iungit quod perfectum est, Et secuti sumus te: fecimus qđ iussisti. Quid ergo dabis nobis prꝫmii? Lectio x.
IEsus autem dixit illis: Amẽ dico uobis, quòd uos qui secuti estis me, ĩ regeneratione, cùm sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Non dixit, Qui reliquistis omnia: hoc enim & socrates fecit philosophus, & multi alii qui diuitias contempse runt: Sed qui secuti estis me: quod proprium Apostolorum est atque credentium. Lec. xj.
IN regeneratione, cũ sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, quãdo & mortui de corruptione resurgẽt incorrupti, sedebitis & vos in solijs iudicantium, condemnantes duodecim Tribus Israel, quia (vobis credentibus) illi credere noluerunt. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros pp nomẽ meũ, centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit. Lect. xij.
LOcus iste cum illa sententia congruit, in qua Saluator loquitur: Non ueni pacem mittere, sed gladium: ueni enim separare hominẽ, à Patre suo, & filiam à matre, & nurum à socru: & inimici hominis domestici eius. Qui ergo propter fidem Christi, & prædicationem Euangelij omnes carnales affectus contempserint, & diuitias atque seculi uoluptates, isti centuplum accipient, & vitam æternam possidebunt.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.

Ca.19. fine. N illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amen dico uobis, quòd uos qui secuti estis me, in regeneratione, cùm sederit filius hominis in sede Maiestatis suę, sedebitis & uos sup sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domũ, vel fratres, aut sorores, aut patrẽ, aut matrẽ, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam ęternam possidebit.

IN COMMVNI Euangelistarum.

Omnia dicuntur, vt supra in communi Apostolorum, exceptis Lectionibus, quæ dicuntur ut infra. In j. noct. legũtur Lectiones Ezechielis prophetę quę habentur supra in j. Dominica Nouembris. fol. 272. In ij. Noctur. De Expositione S. Gregorij Papæ super Ezechielem prophetam. Lect. v.

ho. 3. in d. SAncta quatuor animalia quæ propherię spiritu futura præuidentur, subtili narratione describuntur, cùm dicitur: Quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni. Quid per faciem, nisi notitiam, & quid p pennas, nisi uolatus exprimitur? Per faciem quippe vnusquisque cognoscitur, per pennam verò in altum auiũ corpora subleuantur. Lectio vj.

FAcies itaque ad fidem pertinet, penna ad contemplationem. Per fidem namq; ab omnipotenti Deo cognoscimur, sicut ipse de suis ouibus dicit: Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Qui rursus ait: Ego scio quos elegi. Per contemplationem verò qua super nosmetipsos tollimur, quasi in aera leuamur. Lectio vij.

QVatuor ergo sunt facies vni: quia si requiras, qd Matthæus de icarnatione Domini sentiat, hoc nimirũ sentit, quod Marcus, Lucas, & Iohannes. Si quæras quid Iohannes sentiat: hoc procul dubio, quod Lucas, Marcus, & Matthæus. Si quæras, quid Matthæus, Lucas: hoc, quod Matthæus, Lucas, & Iohannes. Si quæras qd Lucas: hoc qd Iohannes, Matthæus, & Marcus sentit. L. viij.

QVatuor ergo facies uni sunt: quia notitia fidei, qua cognoscĩtur à Deo, ipsa est in uno, quæ simul est ĩ quatuor; quidqd enim in uno inueneris, hoc ĩ omnibus simul quatuor cognosces. Et quatuor pennæ uni: quia oĩpotẽtis Dei filium Dominum nostrum Iesum Christum simul omnes concorditer prædicãt, & ad diuinitatem eius mentis oculos leuantes, penna contemplationis uolant.

Lectio sancti Euangelij secundùm Luacm. Lectio ix.

Ca.10. IN illo tempore: Designauit Dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam, in omnem ciuitatem, & locum quo erat ipse uenturus. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Ex hom. 17. i init. DOminus & Saluator noster (fratres charissimi) aliquando nos sermonibus, aliquando verò operibus admonet; ipsa etenim facta eius pcepta sunt: quia dum aliquid tacitus facit, quid agere debeamus innotescit. Lectio x.

ECce enim binos in prædicationẽ discipulos mittit: quia duo sunt pcepta charitatis, Dei videlicet amor & pximi & minus quã ĩter duos, haberi charitas nõ potest. Nemo enim propriè ad semetipsum habere charitatem dicit: Sed dilectio in alterum tẽdit, vt esse charitas possit. Lect. xj.

BInos ergo ad prædicandũ Dominus discipulos mittit, quatenus hoc tacitus nobis innuat: quia qui charitatẽ erga alterum non habet, prædicationis officium suscipere nullatenus debet. Benè autẽ subditur, quia misit eos antè faciem suam in omnem ciuitatem, & locum quo erat ipse venturus. Lectio duodecima.

PRædicatores namq; suos Dominus sequitur: quia prædicatio præuenit, & tunc ad mentis nostræ habitaculũ Dominus uenit, cùm uerba exhortationis præcurrunt: atque per hoc ueritas in mente suscipitur. Hinc nanq; eisdem prædicatoribus Isaias dicit: Parate uiam Domini, rectas facite semitas Dei nostri.

Sequentia sancti Euãgelij secundùm Lucam.

N illo tempore: Designauit Dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam ĩ omnem ciuitatem, & locum quo erat ipse uenturus. Et dicebat illis: Messis quidẽ multa, operarii autem pauci. Rogate ca. 10. i init.

gate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Ite, ecce ego mitto uos sicut Agnos ĩter lupos. Nolite portare sacculũ, neq; peram, neque calceamenta; & neminem per uiam salutaueritis. In quãcunque autem domũ intraueritis, primùm dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet sup illum pax uestra: sin autem ad uos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quę apud illos sunt: Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domũ: & in quãcunque ciuitatem intraueritis & susceperint uos, manducate quæ apponuntur uobis, & curate infirmos qui ĩ illa sunt, & dicite illis: Appropinquabit in uos regnum Dei. ℟. Amẽ.

IN FESTIS APOSTOlorum & Euangelistarũ, vnius ac plurimorum martyrum, Tempore Paschali.

Ad Vesperas, Antiphona.

Sancti tui Domine florebũt. cũ rel. de Lau. ps. Dixit Dñs. cum reliquis. Capitulum.

Sap. 4. STabunt iusti in magna cõstantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores illorum. ℟. brc. Sancti, & iusti in Domino gaudete. Halleluia, halleluia. ℣. Vos elegit Dominus in hæreditatem sibi. H allel. Gloria. ℟. Sancti & iu. Hymnus pro Apostolis, & Euangelistis.

TRistes erant Apostoli
De nece sui Domini,
Quẽ pęna mortis crudeli
Serui damnarunt impij.
Sermone blando Angelus
Prædixit mulieribus:
In Galilæa Dominus
Videndus est quantocyùs.
Illæ dum pergunt concitæ
Apostolis hoc dicere,
Videntes eum viuere,
Osculantur pedes Domini.
Quo Agnito Discipuli
In Galilæam properè
Pergunt videre faciem
Desideratam Domini.
Quæsumus auctor omnium
In hoc paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.
Gloria tibi Domine,
Qui surrexisti à mortuis
Cũm Pře, & sancto Spiritu
In sempiterna secula. Am.

Hym. Deus Pro vno marty. tuorum. vt suo loco infra. Pro pluribus martyribus. Hym. Rex gloriose. vt in eorum Laudibus extra hoc tempus. ℣ Preciosa in conspectu Domini,

mini, halleluia. ℟. Mors Sanctorum eius, halleluia.

Ad Magnificat, Antiphona. Lux perpetua lucebit sanctis tuis Domine, & æternitas temporum. halleluia. Oratio, si nõ adsit propria, sumitur de cõi pro qualitate festi. Ad Mat. Inuitatorium, pro Apostolis & Euangelistis. Regem Apostolorum Dominum, Venite adoremus, halleluia. In uno, vel pluribus Martyribus. Exultent in Domino sancti. H alleluia. Psalmus. Venite. fo. 9. Hymnus pro Apostolis & Euangelistis. Tristes erant. vt supra. Pro vno Martyre Deus tuorum. Pro pluribus Martyribus. Æterna Christi munera. vt in communi per annũ. In j. Noct. Aña. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt. halleluia. Psal. de communi pro qualitate festi, & dicũtur sub hac Antiphona tãtùm. ℣. Sancti & iusti in Domino gaudete, halleluia. ℟. Vos elegit Deus in hæreditatẽ sibi, halľa. Lectiones primi noct. vel quæ in propriis locis assignantur, vel de Scriptura quæ occurrit tempore Paschali in officio de tempore: extra chorum verò quæ sequuntur.

De Epistola j. beati Pauli Apostoli ad Corinthios. Lectio j.

FRatres, Dicet aliqs: Quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore ueniẽt? Insipiens tu quod seminas nõ uiuificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus quod futurũ est, seminas, sed nudum granum, vt puta tritici, aut alicuius cęterorum. Deus autem dat illi corpus sicut uult: & unicuique seminum proprium corpus. ℟. Beatus uir qui metuit Dominum, halle. In mandatis eius cupit nimis, halľa, halľa, halľ. ℣. Gloria & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in seculum seculi. In mandatis eius. Ex ca. 15. sub med.

Lectio secunda

NOn omnis caro eadem caro, sed alia hoĩum, alia pecorum, alia uolucrum, alia autem piscium. Et corpora cęlestia, & corpora terrestria sed alia quidem cęlestium gloria alia aũt terrestrium. Alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, alia claritas Stellarum: Stella enim differt à stella in claritate: sic & resurrectio mortuorum. ℟. Tristitia uestra, halleluia, Cõuertetur in gaudium, halleluia, hallel. ℣. Mundus autem gaudebit, uos autem

aũt contriſtabimini:ſed triſtitia veſtra. Conuertetur. L.iij.

SEminatur in corruptione, ſurget in incorruptione:ſeminatur in ignobilitate, ſurget in gloria:ſeminatur in infirmitate,ſurget in uirtute: ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiritale.Si eſt corpus animale, eſt & ſpiritale,ſicut ſcriptum eſt:Factus eſt primus homo Adam in animam uiuentem, nouiſſimus Adam in ſpiritum uiuificantem. ℞. Pretioſa in conſpectu Domini,halleluia. Mors ſanctorũ eius,halleluia. ℣.Cuſtodit Dominus oĩa oſſa eorũ, unũ ex his nõ cõteret. Mors. L.iiij.

SEd non prius quod ſpiritale eſt,ſed quod animale, deinde quod ſpiritale.Primus homo de terra terrenus,ſecundus hõ de cęlo cęleſtis.Qualis terrenus,tales & terreni,&qualis cęleſtis,tales & cęleſtes. Igitur ſicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginẽ cœleſtis. ℞. Lux perpetua lucebit ſanctis tuis Domine. Et æternitas temporum,halleluia,hallá. ℣. Lætitia ſempiterna erit ſuper capita eorũ:gaudium & exultationem obtinebunt. Et æternit. Gloria. Et.

In ij.noct.Aña.Ecce quo modo computati ſunt inter filios Dei,& inter ſanctos ſors illorum eſt halleluia. Pſalmi de communi pro qualitate feſti. ℣.Lux perpetua lucebit ſanctis tuis Domine, hallá. ℞. Et æternitas temporũ. hallá.

Sermo S.Ambroſij Epi. L.v.

DIgnum & cõgruum eſt, fratres chariſſimi,ut poſt lætitiam Paſchæ, quam in Eccleſia celebrauimus, gaudia noſtra cum ſanctis martyribus conferamus,& his annunciemus Dñicę Reſurrectiõis gloriã,qui cõſortes sũt Dñicę Paſsionis. Qui enim ſocij sũt contumeliæ,debent & participes eſſe lætitiæ. ℞. Pro Apoſtolis & Euangeliſtis. Virtute magna reddebant Apoſtoli Teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti Domini noſtri. halleluia,halleluia. ℣. Replẽti quidẽ Spiritu ſancto loquebantur cum fiducia uerbum Dei. Teſtimonium reſurre. Pro Martyribus ℞. In ſeruis ſuis hallá. Cõſolabitur Deus halleluia. ℣. Iudicabit Dominus populum ſuũ,& in ſeruis ſuis. Conſolabitur. Lect.vj.

ITa enim dicit beatus Apoſtolus: Sicut ſocii paſſionũ eſtis, ita & reſurrectionis eritis: Si tolerabimus inquit, & conregnabimus.Qui ergo tolerauerunt mala propter Chriſtum, debẽt & gloriam habere cum Chriſto.Annũciemus, inquam, ſanctis martyribus Dominicæ reſurrectionis gloriam,ut dum ſepulturæ illius prædicamus reſerata clauſtra, & horum ſepulchra reſerentur. ℞.Pro Apoſtolis.Iſti ſunt Agni nouelli qui annunciauerunt,halleluia:modò uenerũt ad fontes, Repleti ſunt claritate,halleluia,halleluia. ℣. In conſpectu Agni amicti ſunt ſtolis albis: & palmæ in manibus eorum. Repleti ſunt.

Pro Martyribus ℞. Filiæ Ieruſalem venite & uidete martyres cum coronis, quibus coronauit eos Dominus, In die ſolennitatis & lætitiæ. hallá. ℣. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum:bñdixit filios tuos in te. In die. L.vij.

DVm corpꝰ illius mortuũ dicimus tepẽtibus uenis ſubitò uiguiſſe, horũ quoque mẽbra iam frigida immortalitatis calore foueantur. Eadẽ enim ratio martyres ſuſcitat quæ & Dominum ſuſcitauit. Nam ſicut uiam paſſionis eius experti ſunt,ita experientur & & uitæ.Scriptum eſt enim in Pſalmo: Notas mihi feciſti vias uitę. ℞. Ego ſum vitis vera,& uos palmites: Qui manet in me,& ego in eo,hic fert fructum multum, halleluia, halleluia. ℣.Sicut dilexit me Pater,& ego dilexi uos. Qui manet in me. Lectio octaua.

HOc utique in reſurrectione ex perſona dicit Saluatoris: qui dum poſt mortẽ ab inferis redit ad ſuperos,incipiat notam habere uiam uitæ,quæ antea habebatur ignota:Ignota enim erat ante Chriſtum uia uitæ,quę nullius adhuc reſurgentis fuerat temerata ueſtigio. ℞. Candidi facti ſunt Nazaræi eius, halleluia:Splendorem Deo dederunt.hall. Et ſicut lac coagulati ſunt hallá,hallá. ℣. Candidiores niue,nitidiores lacte,rubicũdiores ebore ãtiquo,ſapphiro pulchriores. Et ſ.Glor. Et.

In iij.Noct. Aña. Lux perpetua lucebit ſanctis tuis Dñe,& æternitas temporũ,hallá.Cãt. Vos ſancti. vel Beatus uir.pro qualitate feſti. ℣. Lætitia ſempiterna ſup capita eorũ hallá. ℞. Gaudium, & exultationẽ obtinebunt,halleluia.

Lectio S.Euãg.ſẽm Iohã. L.ix.

IN illo tpe:Dixit Ieſus diſcipulis ſuis:Ego sũ vitis vera, Ca. 15
& Pr̃ meꝰ agricola eſt. Et rel.

Homi-

Homilia S. Augustini Epi.

Ex tractâ. 80 in eundem in initio. ISte locus Euangelicus, fratres, ubi se dicit Dominus uitem, & discipulos suos palmites, secundùm hoc dicit, quòd est caput Ecclesiæ, nosq; mébra eius, mediator Dei & hoĩum hõ Christus Iesus. Vnius quippè naturæ sunt vitis & palmites. Propter quod cùm esset Deus cuius naturæ nõ sumus, factus est homo, ut in illo esset uitis humana natura, cuius & nos homines palmites esse possemus. ℞. Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem ornatam & compositam de orationibus sanctorum. Et tibi cantant omnes sancti canticum nouum, halleluia, halleluia. ℣. Magnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri. Et tibi cantant. Lect. x.

QVid ergo est, Ego sum uitis uera? Nũquid, addens uera, hoc ad eam uitem retulit, unde ista similitudo translata est? Sic enim dicitur Vitis per similitudinem, non per proprietatem, quemadmodum dr̃ Ouis, Agnus, Leo, Petra, Lapis angularis, & cętera huiusmodi, quæ magis ipsa sunt uera, ex quibus ducuntur istæ similitudines, non proprietates. ℞. Sancti & iusti in Domino gaudete, halleluia. Vos elegit Dominus in hæreditatẽ sibi, halleluia, halleluia. ℣. Nolite timere eos qui corpus occidũt, animam autem non possunt occidere. Vos elegit. Lect. xj.

SEd cùm dicit, Ego sum vitis vera, ab illa se utique discernit cui dicitur: Quomodo cõuersa es in amaritudinem uitis aliena? Nam quo pacto est vitis uera, quæ expectata est ut faceret uuas, fecit autem spinas? Ego sum inquit uitis uera, & Pater meus agricola est. Numquid unum sunt agricola & uitis? ℞. Vox exultationis & salutis, In tabernaculis iustorum, halleluia, halleluia. ℣. Gaudete iusti in Domino & exultate. In taber. Lec. xij.

SEcundùm hoc ergo uitis Christus secundùm quod ait, Pater maior me est: Secundùm aũt id quod ait, Ego & Pater unum sumus, & ipse agricola est, nec talis quales sũt qui extrinsecùs operando exhibent ministerium, sed talis ut det etiam intrinsecùs incrementum: nam neque qui plãtat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. ℞. Isti sunt sancti qui ꝓ testamento Dei sua corpora tradi-

tradiderunt: Et in sanguine Agni lauerunt stolas suas, halleluia. ℣. Tradiderunt corpora sua propter Deũ ad supplicia: ideo coronant & accipiũt palmam. Et. Gloria. Et.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Iohannem.

Ca. 15 in initio. IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum uitis vera, & Pater meus agricola est. Omnem palmitẽ in me non ferentem fructum tollet eum, & omnem qui fert fructum purgabit eum, ut fructum plùs afferat. Iam uos mundi estis propter sermonẽ quẽ locutꝰ sum uobis. Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit ĩ uite, sic nec uos, nisi ĩ me manseritis. Ego sum uitis, & uos palmites. Qui manet in me; & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quodcunq; uolueritis petetis, & fiet uobis. ℞. Amen.

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

SAncti tui Dñe florebunt sicut liliũ, hall'a, & sicut odor balsami erunt ante te, hallel. ps. Dñs reg. cũ rel. f. 18. Aña. In cęlestibus regnis Sãctorũ habitatio est, hall'a, & in æternũ requies eorũ, hall'a. Aña. In velamento clamabũt Sãcti tui Domine, halleluia, halleluia, hall'a. Aña. Spiritus, & animæ iustorum hymnũ dicite Deo nr̃o, hall'a, halle. Aña. Fulgebunt iusti sicut sol in cõspectu Dei hall. Capit. Stabunt iusti. ℞. br. Lux ęterna fulgebit sanctis tuis Domine, Hall'a, hal. ℣. Et æternitas tẽporũ. Hall'. Gloria. ℞. Lux perpetua.

Pro Apostolis, & Euangelistis. Hymnus.

CLaro paschali gaudio
Sol mundo nitet radio,
Cùm Christum iã Apostoli
Visu cernunt corporeo.
Ostensa sibi uulnera
In Christi carne fulgida,
Resurrexisse Dominum
Voce fatentur publica.
Rex Christe clementissime,
Tu corda nostra posside,
Vt tibi laudes debitas
Reddamus omni tempore.
Quæsumus auctor omnium,
In hoc paschali gaudio
Ab omni mortis impetu

Tuum defende populum.
Gloria tibi Domine,
Qui ſurrexiſti à mortuis,
Cum Patre, & ſancto Spũ
In ſempiterna ſecula. Am̃.
Pro vno Martyre, Hymnus.
Martyr Dei. vt infra.
Pro pluribus martyrib. Hymnus. Rex glorioſe martyrum.
vt infra. fo. 454. ℣. Pretioſa.
Ad Bñs, Aña. Filię Ieruſalem
uenite, & uidete martyres cũ
coronis, quibus coronauit eos
Dominus in die ſolẽnitatis &
& lætitiæ. halla, halla. Oro q̃
competit. Ad iij. Capitulum.
Stabunt. ℣. Sancti & iuſti in
Dño gaudete hall. ℟. Vos ele
git Dominus in hæreditatem
Cap. 3. ſibi, halla. Ad Sextam, Cap.
ECce quo modo compu-
tati ſunt inter filios Dei,
& inter ſanctos ſors illorum
eſt. ℣. Lux perpetua lucebit.
Ad Nonam, Capitulum.
Ro. 8. SCimus quoniam diligen-
tibus Deum omnia coope
rãtur in bonum, his qui ſecũ-
dùm propoſitum uocati ſunt
ſancti. ℣. Lætitia ſempiterna.
Ad Veſp. Aña. Sa[…]cti tui Do-
mine. ps. Dixit Dominus. cũ
reliq. vel de Apoſtolis, vel de
Martyribus. Cap. Stabunt. ℟.
bre. Sancti & iuſti. Hym. Tri
ſtes erãt. vt in j. Veſp. ℣. Pre-
tioſa. Ad Mag. Aña. Sancti, &
iuſti in Domino gaudete, hal
leluia, uos elegit Deus in hæ-
reditatem ſibi, halleluia.
Aliç Lcõnes ꝑ Mar. tpe Paſc.
Ex Epiſtola S. Cypriani mart.
ad Martyres & Confeſſo. L. v. Ex Epiſtola 6. lib. 2.
QVibus ego uos laudibus
prędicẽ fortiſſimi Mar-
tyres? Robur pectoris ueſtri, ꝑ-
ſeuerantiam fidei quo præco-
nio uocis exornem? Tolera-
ſtis uſque ad conſummationẽ
gloriæ duriſſimam quæſtio-
nẽ, nec ceſſiſtis ſuppliciis, ſed
uobis potius ſupplicia ceſſe-
runt. Finem doloribus, quem
tormenta non dabant, coronæ
dederunt. Lectio ſexta.
LAniena grauior ad hoc
diù perſeuerauit, non ut
ſtantem fidem deijceret, ſed
ut homines Dei ad Deum
velociùs mitteret. Vidit ad-
miràs præſentium multitudo
cęleſte certamẽ, certamẽ Dei,
certamen ſpiritale, prælium
Christi, ſtetiſſe ſeruos eius uo
ce libera, mente incorrupta,
virtute diuina, telis quidem ſe
cularib⁹ nudos, ſed armis fidei
ardentis armatos. Lectio vij.
STeterunt torti, torquenti-
bus fortiores, & pulſantes
ac laniantes vngulas, pulſata
ac laniata membra vicerunt.

Inexpugnabilem fidem ſupe-
rare nõ potuit ſæuiens diù pla
ga repetita, quàmuis rupta cõ
page uiſcerum torquerentur
in ſeruis Dei iam non mem-
bra, ſed uulnera. Lectio viij.
FLuebat ſanguis, qui incen
dium perſecutionis extin-
gueret, qui flammas & ignes
gehennæ glorioſo cruore ſo-
piret. O quale illud fuit ſpecta
culum Domino, quàm ſubli-
me, quàm magnũ, quàm Dei
oculis ſacramento ac deuotio
ne militis eius acceptum, ſicut
ſcriptum eſt in Pſalmis, Spiri-
tu ſancto loquente ad nos pa-
riter & monente: Pretioſa
in conſpectu Domini mors
Sanctorum eius.
Lectio ſancti Euangeli ſecun
Ca. 15. dùm Iohannem. Lectio ix.
IN illo tpe: Dixit Ieſus diſci
pulis ſuis: Ego ſum vitis, &
uos palmites: qui manet ĩ me
& ego in eo, hic fert fructum
multum: quia ſine me nihil
poteſtis facere. Et reliqua.
Homilia S. Auguſtini Epi.
Extra. NE quiſquam putaret ſal
81. in tem paruum aliquẽ fru-
eũdẽ. ante ctum poſſe à ſemetipſo palmi
med. tem ferre: cùm hæc dixiſſet,
Hic fert fructum multũ, non
ait, quia ſine me parũ poteſtis
facere, ſed, nihil poteſtis face-
re. Siue ergo parũ, ſiue multũ,
ſine illo fieri non poteſt, ſine
quo nihil fieri poteſt. Lect. x.
QViaetſi parum attulerit
palmes, eum purgat agri
cola, ut plus afferat, tamen niſi
in uite manſerit, & uixerit de
radice, quantumlibet fru-
ctum à ſemetipſo non poteſt
ferre. Quamuis autem Chri-
ſtus uitis non eſſet, niſi homo
eſſet, tamen iſtam gratiam pal
mitibus non præberet, niſi e-
tiam Deus eſſet. Tu autem
Domine. Lectio vndecima.
VErùm quia ita ſine iſta
gratia non poteſt uiui,
vt & mors in poteſtate ſit libe
ri arbitrii: Si quis in me, in-
quit, non manſerit, mittetur
foras, ſicut palmes, & areſcet,
& colligent eum, & in ignem
mittent, & ardet. Ligna itaque
uitis tantò ſunt contemptibi-
liora, ſi in uite non manſe-
rint, quãtò glorioſiora ſi mã-
ſerint. Lectio duodecima.
DEnique ſicut de his etiã
per Ezechielẽ prophetã
Dñs dicit, præciſa nullis agri-
colarũ vſibus ꝓſunt, nullis fa-
brilibus operibus deputãtur.
Vnũ de duobus palmiti con-
gruit, aut uitis, aut ignis: ſi in
uite nõ eſt, in igne erit: ut ergo
in igne non ſit, in uite ſit.

Sequentia sancti Euãgelij secundùm Iohannem.

ix ca. 5.sub nitio.


N illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum uitis, &uos palmites. Qui manetin me & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si mã seritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quodcumque uolueritis petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatus est Pater meus, vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi uos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Sicut & ego præcepta Patris mei seruaui, & maneo in eius dilectione. Hæc locutus sum uobis, ut gaudium meũ in vobis sit, & gaudium uestrũ impleat.

In communi cõfessorum, virginum, & non virginum, & Dedicationis Ecclesię tẽpore paschali, officium fit ut inferiùs, in alijs temporibus. Sed in fine ad Inuitato. Antiphonas, ℣. Responsoria, tàm breuia, quàm alia, additur Halleluia. Et Psalmi cuiuslibet nocturni dicũtur sub prima Antiphona illius nocturni.

IN NATALI
Vnius Martyris.

Ad Vesp. Antiphona. Qui me cõfessus fuerit. cũ rel. de Lau. ps. Dixit Dominus. cum reliquis de Dominica. 66. Cap.

Iac. 1.
BEatus uir, qui suffert tentationem, quoniã cùm probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quã repromisit Deus diligẽtibus se. ℟. bre. Gloria, & honore Coronasti eũ Dñe. ℣. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Coronasti. Gloria Patri. Gloria & honore. Hymnus.

D. Gregorij.

DEus tuorum militum
Sors, & corona, præmiũ,
Laudes canentes Martyris
Absolue nexu criminis,
Hic nempè mũdi gaudia,
Et blandimenta noxia
Caduca ritè deputans,
Peruenit ad cęlestia.
Pęnas cucurrit fortiter,
Et sustulit viriliter,
Pro te effundens sanguinẽ
Æterna dona possidet.
Ob hoc precatu supplici,
Te poscimus pijssime,
In hoc triumpho Martyris
Dimitte noxam seruulis.
Laus & perennis gloria
Deo Patri, & Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sempiterna secula. Amẽ.

℣. Iustus ut palma florebit. ℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur. Ad Mag. Antipho. Iste sanctus pro lege Dei sui certauit usque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram.

Pro Martyre tantùm. Oratio.

PRæsta q̃s op̃s Deus: ut qui beati N. Martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per. Alia Oratio.

PRæsta q̃s op̃s Deus: vt intercedente beato N. Martyre tuo, & à cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, & à prauis cogitationibus mũdemur in mente. Per Dñm.

Pro Martyre & Põtifice. Orõ.

INfirmitatem nostram respice op̃s Deus: & quia põdus propriæ actionis grauat, beati N. Martyris tui atq; pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dñm. Alia Oratio.

DEus q nos beati N. Martyris tui, atq; põtificis annua solennitate lętificas: concede propitius, ut cuius natalitia colimus, de eiusdem etiã protectione gaudeamus. Per.

Ad Matutinum, Inuitatoriũ. Regem Martyrum Dñm, Venite adoremus. ps. Venite. 9. Hym. Deus tuorũ militum. vt sup. in Vesp. In j. noc. Aña. In lege Dñi fuit uoluntas eius die ac nocte. ps. Beatus uir. 1. Aña. Prædicãs præceptũ Dñi constitutus est in mõte sancto eius. ps. Quare frem. 1. Aña. Filij hoĩum scitote, quia Dñs sanctum suum mirificauit. ps. Cùm inuocarem. fo. 76. Aña. Scuto bonæ uoluntatis tuę coronasti eum Dñe. ps. Verba mea. fol. 27. Aña. In uniuersa terra gloria & honore coronasti eum. ps. Dñe Dñs nr̃. 4. Antipho. Iustus Dominus, & iustitiam dilexit: ęquitatem uidit uultus eius eius. ps. In Domino confido. fol. 5. ℣. Gloria & honore coronasti eum Dñe. ℟. Et constituisti eum super opera manuum tuarũ.

Lectiones sequentes j. noctur. leguntur in festo mar. & pont. In festo aũt mar. tantùm legũtur quæ inferiùs positæ sunt ĩ communi plur. mar. uidelicet. Fratres, Debitores.

De Actibus Apostolorũ. L. j.

Ca.
AMileto Paulus mittens Ephesum, uocauit maio-

res natu Ecclesiæ: qui cùm ue
nissent ad eũ, & simul essent,
dixit eis: Vos scitis à prima die,
qua ingressus sum in Asiam,
qualiter uobiscum per omne
tempus fuerim seruiẽs Domi
no cum omni humilitate &
lachrymis & tẽtationibus, quę
mihi acciderunt ex insidijs Iu
dæorum: quo modo nihil sub-
traxerim utilium, quo minus
annunciarem uobis, & docerẽ
vos publicè, & per domos, te-
stificans Iudæis atque Gẽtili-
bus in Deum pœnitentiam &
fidem in Dominum nostrum
Iesum Christum. ℟. Iste san-
ctus pro lege Dei sui certauit
vsq; ad mortẽ, & à uerbis im
piorum non timuit, Funda
tus enim erat supra firmã pe-
tram. ℣. Iste est qui contem-
psit uitam mundi, & perue-
nit ad cęlestia regna. Funda-
tus enim. Lectio secunda.

ET nunc ecce ego alliga-
tus spiritu uado in Ieru-
salem, quæ in ea uentura sint
mihi, ignorans, nisi quòd Spi-
ritus sanctus p omnes ciuita-
tes mihi protestatur, dicẽs: qm̃
uincula & tribulationes Iero-
solimis me manent, sed nihil
horum uereor, nec facio ani-
mam meam pretiosiorẽ quã
me, dũmodo cõsummem cur
sum meum, & ministerium
uerbi, quod accepi à domino
Iesu, testificari Euãgelium gra
tiæ Dei. ℟. Iustus germinabit
sicut liliũ. Et florebit in ęter-
num ante Dominum ℣. Plan
tatꝰ in domo Domini in atrijs
domus Dei nostri. Et. L. iij.

ET nũc ecce ego scio, quia
amplius non videbitis fa-
ciem meam uos omnes, per
quos trãsiui prædicans regnũ
Dei. Quapropter contestor
uos hodierna die, quia mun-
dus sum à sanguine omnium.
Nõ eni subterfugi, quo minꝰ
annunciarẽ omne consilium
Dei vobis, Attendite vobis, &
uniuerso gregi: in quo uos
Spũs sanctus posuit Episcopos
regere Ecclesiã Dei, quã acq-
siuit sanguine suo. ℟. Iste co
gnouit iustitiam, & uidit mi-
rabilia magna: & exorauit
Altissimum: Et inuentus est
in numero sanctorum. ℣. Iste
est qui contempsit uitam mũ
di, & peruenit ad cęlestia re-
gna. Et inuentus. Lectio iiij.

EGo scio, quoniam intra-
bunt post discessionem
meam Lupi rapaces in uos,
non parcentes gregi, & ex uo-
bis ipsis exurgent uiri loquen
tes peruersa, ut abducant disci
pulos ad se. Propter quod ui-
gilate,

gilate, memoria retinentes,
quoniam per triennium no-
ctẽ & die non cessaui cum la-
chrymis monẽs vnumquem-
que uestrum. Et nunc commẽ
do vos Deo, & uerbo gratię
ipsius, qui potẽs est ędificare,
& dare hæreditatem in sancti
ficatis omnibus. ℟. Honestũ
fecit illum Dñs, & custodiuit
eum ab inimicis, & à seducto
ribus tutauit illum: Et dedit il
li claritatem æternam. ℣. De-
scenditq; cum illo in foueam,
& in vinculis non dereliquit
eum. Et. Gloria Patri. Et de.
In ij. Noct. Aña. Habitabit in
tabernaculo tuo: requiescet in
monte sancto tuo. ps. Domi-
ne quis habita. fol. 6. Antiph.
Posuisti Domine super caput
eius coronã de lapide pretio-
so. ps. Dñe ĩ vir. 9. Aña. Hic
accipiet benedictionẽ à Dño,
& misericordiã à Deo saluta-
ri suo: quia hęc est generatio
quærentium Dominum. ps.
Dñi est terra. fol. 11. Aña. Læ
tabitur iustus in Domino, &
sperabit in eo: & laudabuntur
omnes recti corde. ps. Exau-
di Deus orationem meam cũ
deprecor. fol. 38. Aña. Bea-
tus quem elegisti Domine, ha
bitabit in atriis tuis. ps. Te
decet. fol. 38. Antiphona. Iu-
stus ut palma florebit, sicut ce
drus libani multiplicabitur.
ps. Bonum est confiteri. fol.
50. ℣. Posuisti Domine super
caput eius. ℟. Coronam de
lapide pretioso.

Sermo S. Augustini Epi. L. v. Ex ser. 44. de sãctis

TRiumphalis beati Mar-
tyris N. dies hodie nobis
anniuersaria celebritate recur
rit: cuiꝰ glorificationi sicut cõ-
gaudet Ecclesia, sic eius pro-
ponit sequenda uestigia. Si
enim compatimur, conglorifi
cabimur In cuius glorioso a-
gone duo nobis præcipuè cõ
sideranda sunt: Indurata vide-
licet tortoris malitia, & marty
ris inuicta patiẽtia: seuitia tor
toris, ut eã detestemur: patiẽ-
tia martyris, ut eã imitemur.
℟. Desiderium animæ eius
tribuisti ei Domine. Et volun
tate labiorum eius non frau-
dasti eum. ℣. Quoniam pręue
nisti eum in benedictionibus
dulcedinis, posuisti in capite
eius coronam de lapide pre-
tioso. Et uoluntate. Lectio vj.

AVdi psalmistam aduer-
sus malitiam increpan-
tem: Noli æmulari ĩ malignã
tibus: qm̃ tamq̃ fœnum uelo-
citer arescẽt. Quòd aũt aduer-
sus malignantes patientia ex-
hibenda sit, audi Apostolum

ſuadentem: Patiẽtia uobis ne-
ceſſaria eſt, ut reporteris pro-
miſſiones. Coronata itaq; bea
ti Martyris patientia, mancipa
ta eſt æternis cruciatibus tor-
toris incorrecta malitia. ℟.
Stola iucunditatis induit eum
Dñs: Et coronam pulchritudi
nis poſuit ſuper caput eius. ℣.
Cibauit illum Dñs pane uitę,
& ĩtellectus, & aqua ſapię ſalu
taris potauit illũ. Et. Lec. vij.

HOc attendens in agone
ſuo glorioſus Chriſti
athleta non exhorruit carce-
ré, ad imitationem capitis ſui
tolerauit probra, ſuſtinuit irri
ſiones, flagella non timuit, &
quot ante mortem pro Chri-
ſto pertúlit ſupplicia, tot ei de
ſe obtulit ſacrificia. Quod e-
nim propinante Apoſtolo bi
berat, altè retinebat: Quia nõ
ſunt cõdignæ paſſiones huius
temporis, ad futuram gloriã,
quæ reuelabitur in nobis. ℟.
Corona aurea ſup caput eius,
Expreſſa ſigno ſanctitatis, glo
ria honoris, & ope fortitudi-
nis. ℣. Quoniam præueniſti
eũ in bñdictionibus dulcedi-
nis, poſuiſti in capite eius co-
ronam de lapide pretioſo.
Expreſſa. Lectio octaua.

ET quia momentaneum
hoc, & leue noſtræ tribu-
lationis, æternum gloriæ pon
dus operatur in cœlis, huius
ꝓmiſſionis amore à terrenis
ſuſpenſus & ꝑguſtata ſupernę
ſuauitatis dulcedine ineffabili
ter affectus, dicebat cũ Pſalmi
ſta: Quid mihi eſt in cęlo, & à
te quid uolui ſuper terrã? De-
fecit caro mea, & cor meum,
Deus cordis mei, & pars mea
Deus in æternũ. ℟. Hic eſt ue
rè martyr, q pro Chri noĩe ſan
guinem ſuũ fudit, Qui minas
iudicũ non timuit, nec terenę
dignitatis gloriã quæſiuit, ſed
ad cæleſtia regna peruenit. ℣.
Iuſtum deduxit Dñs per uias
rectas, & oſtendit illi regnũ
Dei. Qui mi. Gloria. Qui.
In iij. Nocturno, Aña. Qui
perdiderit aĩam ſuam propter
me, inueniet eam, dicit Dñs.

Canticum. j.

BEatus uir qui in ſapientia Eccl. 14. &
morabitur, & qui in iuſti 15.
tia meditabitur: & in ſenſu co
gitabit circũſpectionem Dei.
Cibabit illum pane uitæ, & in
tellectus: & aqua ſapientiæ ſa-
lutaris potabit illum.
Et firmabit̃ in illo, & non fle
ctetur, & cõtinebit illũ, & nõ
confundetur: & exaltabit il-
lud apud proximos ſuos.
Et noĩe æterno hæreditabit il
lum: Dñs Deus noſter. Cãt. ij.

Bene-

Ier. 17 BEnedictus uir, qui cõfidit
in Domino: & erit Dñs
fiducia eius.
Et erit tãquàm lignum, quod
plantatum eſt ſecus decurſus
aquarum: quod ad humorem
mittit radices ſuas, & non ti-
mebit cùm uenerit æſtus.
Et erit folium eius uiride, &
in tempore ſiccitatis nõ erit
ſollicitum: nec aliquando de-
ſinet facere fructum. Cant. iij.

Eccl. 31. BEatus vir, qui inuẽtus eſt
ſine macula: & qui poſt
aurum non abijt, nec ſperauit
in pecunię theſauris.
Quis eſt hic, & laudabimus
eum? fecit enim mirabilia in
vita ſua.
Qui ꝓbatus eſt in illo, & per-
fectus inuentus eſt: & erit illi
gloria æterna.
Qui potuit tranſgredi, & non
eſt transgreſſus: facere mala, &
non fecit.
Ideò ſtabilita ſunt bona illius
in Domino: & eleemoſynas il
lius enarrabit omnis Eccleſia
Sanctorum.
Prędicta Cantica dicuntur etiã
in feſtis Confeſſorum.
℣. Magna eſt gl̃ia eius in ſalu-
tari tuo. ℟. Gloriam & ma-
gnũ decorẽ impones ſup eũ.
Lectiones quatuor de Homil.
in Euang. Si quis venit ad me.
quæ habetur ſupra in feſto ſan
cti Baſilij magni. fol. 349.
℟. ix. Poſuit coronã capiti meo,
& circundedit me ueſtimen-
to ſalutis, Ad expugnandas
gentes, & omnes inimicos. ℣.
Iudica Dñe nocẽtes me, expu-
gna impugnantes me: appre-
hende arma & ſcutum. Ad.
℟. x. Iuſtum deduxit Dñs per
vias rectas, & oſtẽdit illi regnũ
Dei. Et dedit illi ſciẽtiã San-
ctorũ: honeſtauit illum in la-
boribus ſuis. ℣. Magnificauit
eũ in cõſpectu Regũ, & dedit
illi coronam gloriæ. Et dedit.
℟. xj. Gloria & honore corona
ſti eũ Domine: Et conſtituiſti
eũ ſup opera manuũ tuarũ. ℣.
Qm̃ ꝑueniſti eũ in benedictio
nibus dulcedinis: poſuiſti in
capite eius coronã de lapide
pretioſo. Et conſtituiſti eum.
℟. xiij Dñe ꝑueniſti eũ in be-
nedictionib⁹ dulcedinis. Po-
ſuiſti in capite eius coronã de
lapide pretioſo. ℣. Vitam pe-
tijt à te: tribuiſti ei lõgitudinẽ
dierũ ĩ ſeculũ ſeculi. Poſuiſti.
Gloria Patri. Poſuiſti in cap.
Sequẽtia S. Euãg. ſm Lucam.

IN illo tempore: Di- Ca. 1
xit Ieſus turbis: Si
quis uenit ad me,
& non odit patrem
ſuum, & matrem, & uxorem,

&

& filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suã, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, & uenit post me, nõ potest meus esse discipul⁹. Quis enim ex uobis uolẽs turrim ædificare, non priùs sedẽs cõputat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum: ne postquã posuerit fundamẽtum, & nõ potuerit perficere, omnes qui viderint incipiãt illudere ei dicẽtes: Quia hic homo cępit ædificare, & non potuit consummare? Aut quis Rex iturus cõmittere bellum aduersus alium Regem, nõ sedens priùs cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cùm uiginti millibus uenit ad se? Alioquin adhuc illo longe agẽte, legationem mittẽs, rogat ea quę pacis sunt. Sic ergo omnis ex uobis, qui non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. ℟. Amẽ.

Ad Laudes, & per Horas. Aña.

Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo. ps. Dominus regn. cum rel. f. 18. Aña. Qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumẽ uitę, dicit Dominus. Aña. Qui mihi ministrat me sequatur: & ubi ego sum, illic sit & minister meus. Aña. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus, qui est in cęlis, dicit Dominus. Aña. Volo Pater, ut ubi ego sum, illic sit & minister meus. Cap. Beatus vir. ℟. br. Posuisti Dñe Super caput eius. ℣. Coronã de lapide pretioso. Super. Gloria Patri, & Filio. Posuisti Domine.

Hymnus.

D. Gregorij.

Martyr Dei, qui unicum
Patris sequendo Filium,
Victis triumphas hostibus,
Victor fruens cœlestibus.
Tui precatus munere
Nostrum reatum dilue,
Arcens mali contagium,
Vitæ remouens tędium.
Soluta sunt iàm vincula
Tui sacrati corporis,
Nos solue uinclis seculi
Amore filij Dei.
Deo Patri sit gloria,
Eiusque soli Filio,
Cum Spiritu paraclito,
Et nũc, & in perpetuũ. Amẽ.

℣. Iustus ut palma florebit. ℟. Sicut cedrus libani multiplicabit. Ad Bñs, Antiphona. Qui odit animam suã in hoc mundo, in uitam æternam custodit eã. Oratio quæ cõpetit Ad

Ad iij. Cap. Beatus vir. ℣. Gloria, & honore. Ad vj. Capitulũ.

Eccl. 15. Cibauit illum pane uitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potauit illum Dominus Deus noster. ℣. Posuisti. Ad ix. Capitulum.

Eccl. 39. Iustus cor suum tradidit ad uigilandũ diluculò ad Dominum qui fecit illum: & in conspectu Altissimi deprecabitur. ℣. Magna est gloria.

Ad Vesp. Aña. Qui me cõfes. cũ rel. de Laud. ps. Dixit Dñs. cum rel. f. 66. vltimo loco. ps. Credidi. fol. 68. Capit. Beatus uir. ℟. br. Gloria, & honore. Hym. Deus tuorũ. ℣. Iust⁹ vt. Ad Magnificat, Antiphona. Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

Aliæ Lect. pro uno Martyre. Sermo S. Ambrosij Epi. L. v.

De expositio ne ps. 118. Principes psecuti sunt me gratis: & à verbis tuis trepidauit cor meum. Benè hoc Martyr dicit: quòd iniustè persecutionũ tormenta sustineat: qui nihil rapuerit, nullũ violẽtus oppresserit, nullius sanguinem fuderit, nullius torũ putauerit esse uiolandum, qui nihil legibus debeat, & grauiora latronum sustinere cogatur supplicia. Lectio sexta.

Qui loquatur iustè, & non audiatur: qui loquat plena salutis, & impugnetur: ut possit dicere: Cùm loquebar illis, impugnabant me gratis. Gratis igitur persecutionem patitur, qui impugnatur sine crimine: impugnat vt noxius, cùm sit in tali confessione laudabilis: impugnatur quasi ueneficus, qui in nomine Domini gloriatur, cũ pietas virtutũ omniũ fundamentũ sit. L. vij.

Verè frustra impugnatur, qui apud impios, & infideles gratia impietatis accersitur, cùm fidei sit magister. Verũ qui gratis impugnatur, fortis debet esse, & constans. Quo modo ergo subtexuit: Et à verbis tuis trepidauit cor meum? Lectio octaua.

Trepidare infirmitatis est, timoris, atq; formidinis. Sed est etiam infirmitas ad salutem: est etiam timor Sãctorum: Timete Dominum omnes sancti eius. Et, Beatus vir, qui timet Dominum. Qua ratione beatus? Quia in mandatis eius cupit nimis.

Lectio sancti Euangelij secundũ Matthęum. Lectio ix.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Si quis vult venire post me, abneget Ca semet-

semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et reli.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Ex homi. 32 in init.

QVia Dominus ac Redẽptor noster nouus homo uenit in mũdum, noua præcepta dedit mundo. Vitæ etenim nostrę ueteri in uitijs enutritæ contrarietatem opposuit nouitatis suæ. Quid enim uetus, quid carnalis homo nouerat, nisi sua retinere, aliena rapere si posset, concupiscere si non posset? Lectio x.

SEd cœlestis medicus singulis quibusque uitijs obuiantia adhibet medicamẽta. Nam sicut arte medicinæ calida frigidis, frigida calidis curantur, ita Dñs noster cõtraria opposuit medicamenta peccatis: ut lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracũdis mansuetudinem, elatis præciperet humilitatem. Lectio xj.

CErtè cùm se sequentibus noua mandata proponeret, dixit: Nisi quis renunciauerit omnibus, quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus. Ac si apertè dicat: Qui per uitam ueterem aliena concupiscitis, per nouę conuersationis studium & vestra largimini. Quid uerò in hac lectione dicat, audiamus. Lectio xij.

QVi uult uenire post me, abneget semetipsum, Ibi dicitur, vt abnegemus nostra: hic dicitur, ut abnegemus nos: Et fortasse laboriosum non est homini relinquere sua, sed ualdè laboriosum est relinquere semetipsum. Minus quippè est abnegare quod habet: Valdè enim multũ est abnegare quod est.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.

Ca. 16 in fi.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suã, & sequatur me. Qui enim voluerit animã suã saluam facere, perdet eã. Qui autem perdiderit animã suam propter me, inueniet eã. Quid enim prodest homini, si uniuersum mundũ lucretur, animæ verò suæ detrimentũ patiatur? Aut quã dabit homo cõmutationẽ pro anima sua? Filius enim hominis uẽturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet unicuiq; secundũ opera sua. Amẽ dico uobis: Sũt quidã de hic stãtibus, qui non gustabunt mortem, donec uideant filium hominis uenientem in regno suo. ℟. Amen.

IN NATALITIIS Plurimorum Martyrum.

Ad Vesp. Aña. Omnes sancti. cũ rel. de Laud. ps. Dixit Dñs. cum rel. de Dñica. f. 66. Cap.

Sap. 3. IVstorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis: Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. ℟. br. Lætamini in Domino, Et exultate iusti. ℣. Et gloriamini omnes recti corde. Et exul. Gloria. Lætamini. Hymnus.

Paul. Diac.

SAnctorum meritis inclyta gaudia
Pãgamus socij, gestaq; fortia,
Nam gliscit animus promere cãtib⁹ Victorũ gen⁹ optimũ.
Hi sunt, quos retinẽs mundus inhorruit:
Ipsum nã sterili flore paridũ
Spreuere penitùs, teque secuti sunt, Rex Chr̃e bone cęlitùs.
Hi pro te furias, atq; ferocia
Calcarunt hominum, sęuaque uerbera:
Cessit his lacerans fortiter ungula, Nec carpsit penetralia.
Cęduntur gladijs more bidẽtiũ:
Non murmur resonat, non querimonia,
Sed corde tacito mens benè conscia Conseruat patiẽtiã.
Quæ uox, quæ poterit lingua retexere,
Quæ tu martyribus munera præparas?
Rubri nam fluido sanguine laureis Ditantur benè fulgidis.
Te summa Deitas, vnaq; poscimus,
Vt culpas abluas, noxia subtrahas,
Des pacẽ famulis, nos quoq; gloriã Per cũcta tibi sęcla. Amẽ.

℣. Exultabũt sancti in gloria. ℟. Lętabuntur in cubilibus suis.

Ad Mag. Aña. Istorũ est enim regnum cœlorũ, qui contempserũt vitã mũdi, & puenerũt ad pmia regni, & lauerũt stolas suas ĩ sãguine Agni. Oro.

DEus qui nos annua Sanctorũ Martyrũ tuorũ N. & N. solẽnitate lętificas: cõcede propitius; ut, quorũ gaudemus meritis, accendamur exẽplis. Per Dñm. Alia Oratio.

DEus q nos cõcedis Sãctorũ Martyrũ tuorũ NN. & N. natalitia colere: da nobis in ęterna beatitudine de eorũ societate gaudere. Per. Alia Oro ꝑ plur. Mart. & Pontificibus.

BEatorum Martyrum, pariterque Pontificum N. & N. nos quęsumus Dñe festa tueantur, & eorum commendet oratio ueneranda. Per.

Ad Matu. Inui. Regẽ Martyrũ Dominũ, Venite adoremus.

ps. Venite. fol. 9. Hymnus.

D. Gregorij.

Aeterna Christi munera,
Et Martyrum victorias,
Laudes canentes debitas,
Lętis canamus mentibus.

Terrore victo seculi,
Pęnisq; spretis corporis,
Mortis sacræ compendio
Vitam beatam possident.

Traduntur igni Martyres,
Et bestiarum dentibus:
Armata sęuit vngulis
Tortoris insani manus.

Nudata pendent viscera,
Sanguis sacratus funditur:
Sed permanēt immobiles,
Vitæ perennis gratia.

Te nunc Redēptor quęsum⁹,
Vt Martyrum consortio
Iungas precantes seruulos,
In sempiterna secula. Am̄.

In j. noct. Aña. Secus decursus aquarum plantauit vineam iustorum: & in lege Dñi fuit uoluntas eorum. ps Beatus vir. fol. 1. Aña. Tamquàm aurũ in fornace ꝓbauit electos Dominus, & quasi holocausta accepit eos in æternũ. ps. Quare fremuerunt. folio 1. Aña Si coram hominibus tormenta passi sunt: spes electorum est immortalis in æternum. ps. In Domino confido. folio 5. Aña. Dabo sanctis meis locũ nominatum in regno Patris mei, dicit Dominus. ps. Domine quis habita. f. 6. Aña. Sanctis qui in terra sunt eius, mirificauit omnes voluntates meas inter illos. ps Conserua me. f. 6. Aña. Sancti qui sperant in Domino, habebũt fortitudinē; assument pennas, vt aquilæ volabunt, & non deficient. ps Domini est terra. f. 11. ℣. Lætamini in Domino, & exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde.

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos. Lectio j.

Cap. 8 i init.

FRatres: Debitores sumus non carni, vt secũdùm carnem viuamus. Si enim secundùm carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorũ Dei in quo clamamus, Abba Pater. ℟. Absterget De⁹ omnem lachrymam ab oculis Sanctorũ, & iam non erit amplius, neque luctus, neque clamor, sed nec vll⁹ dolor: Quoniam priora transierunt. ℣. Non esurient, neque sitient amplius, neq; cadet sup illos Sol, neq; vll⁹ æstus. Qm̄. L. ij.

Ipse

IPse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. Si autē filij, & hæredes: Hæredes quidem Dei, cohæredes autē Christi; si tamen compatimur, vt & cōglorificemur. Existimo eñ quòd non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturę reuelationem filiorũ Dei expectat. ℟. Viri sancti gloriosum sanguinem fuderunt pro Domino, amauerũt Christum in uita sua, imitati sunt eum in morte sua. Et ideò coronas triumphales meruerũt. ℣. Vnus spiritus, & vna fides erat in eis. Et ideò. Lectio iij.

QVis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? au gladius? sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus ꝓpter eum, qui dilexit nos. ℟. Tradiderunt corpora sua propter Deũ ad supplicia, Et meruerunt habere coronas perpetuas. ℣. Isti sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine Agni. Et meruerunt habere. Lectio quarta.

CErtus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neq; Principatus, neque Virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. ℟. Sancti tui Domine mirabile consecuti sunt iter, seruientes præceptis tuis, vt inuenirentur illæsi in aquis validis. Terra apparuit arida, & in mari rubro via sine impedimēto. ℣. Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inũdauerũt. Terra. Gl̄a. Terra.

In ij. noct. Aña. Iusti autem in perpetuum viuēt, & apud Dominum est merces eorum. ps. Exultate iusti. f. 20. Aña. Tradiderunt corpora sua in mortem, ne seruirent idòlis: ideò coronati possident palmam. ps. Benedicam. fol. 21. Aña. Ecce merces Sãctorum copiosa est apud Deum: ipsi verò mortui sunt pro Christo, & viuent in æternum. ps. Deus uoster refugium. fol. 28. Antiph. Deus tentauit iustos, & inuenit illos dignos se: ideò accipient

pient regnum decoris de ma-
nu Domini. ps. Exaudi Deus
deprecationem. fol. 33. Aña.
Sanguis Sanctorum martyrũ
pro Chriſto effuſus eſt in ter-
ra: ideò adepti ſunt munera
ſempiterna. ps. Exaudi Deus
orationem meam cùm depre-
cor. fol. 38. Aña. Vindica Do-
mine ſanguinem Sanctorum
tuorum, qui effuſus eſt ſuper
terrã. ps. Deus venerunt. f. 42.
℣. Exultent iuſti in conſpectu
Dei. ℟. Et delectent in lętitia.
Sermo S. Auguſtini Epi. L. v.
Ser. 47 de ſanctis in init. QVotieſcũq;, fratres Cha-
riſſimi, Sactorum Mar-
tyrum ſolennia cele-
bramus, ita ipſis intercedenti-
bus expectemus à Dño conſe-
qui temporalia beneficia, vt ip
ſos Martyres imitãdo, accipere
mereamur æterna. Ab eis enĩ
Sanctorum Martyrum in ve-
ritate feſtiua gaudia celebran-
tur, qui ipſorum Martyrũ exẽ-
pla ſequũtur. ℟. Verbera car-
nificum non timuerunt ſan-
cti Dei morientes pro Chriſti
nomine: Vt hæredes fierent
in domo Domini. ℣. Tradi-
derunt corpora ſua propter
Deum ad ſupplicia. Vt. L. vj.
SOlennitates enim Marty-
rum exhortationes marty-
riorum ſunt, vt imitari nõ pi-
geat, quod celebrare delectat.
Sed nos uolumus gaudere cũ
ſanctis, & tribulationes mun-
di nolumus ſuſtinere cum il-
lis. Qui enim ſanctos Marty-
res, uel in quantum potuerit,
noluerit imitari, ad eorũ bea-
titudinẽ non poterit perueni-
re. ℟. Tamquàm aurũ in for-
nace probauit electos Domi-
nus, & quaſi holocauſti hoſtiã
accepit illos, & in tempore erit
reſpectus illorum: Quoniam
donum, & pax eſt electis Dei.
℣. Qui cõfidunt in illum, in-
telligent veritatem, & fideles
in dilectione acquieſcent illi.
Quoniam donum. Lect. vij.
SEd & Apoſtolus Paulus p̃-
dicat dicẽs: Si fuerimus ſo-
cij paſſionum, erimus & con-
ſolationum. Et Dominus in
Euangelio: Si mundus vos o-
dit, ſcitote, quia me priorem
odio habuit. Recuſat eſſe ĩ cor-
pore, qui odium non uult ſu-
ſtinere cum capite. Sed dicet
aliquis: Et quis eſt, qui poſſit
beatorum Martyrum ueſtigia
ſequi? ℟. Propter teſtamentũ
Domini & lęges paternas, ſan-
cti Dei perſtiterunt in amore
fraternitatis: Quia vnus fuit
ſemp ſpũs in eis, & una fides.
℣. Ecce quàm bonũ, & quàm
iucundum habitare fratres in
unum.

vnum. Quia vnus fuit ſem-
per ſp. Lectio viij.
HVic ego reſpõdeo, Quia
nõ ſolùm Martyres, ſed
etiam ipſum Dominum, cum
ipſius adiutorio, ſi uolumus,
poſſumus imitari. Audi non
me, ſed ipſum Dominum ge-
neri humano clamantẽ: Diſci-
te à me, quia mitis ſum, & hu-
milis corde. Audi & beatũ Pe-
trum Apoſtolum admonentẽ:
Chriſtus pro nobis paſſus eſt,
vobis relinquens exemplum,
ut ſequamini ueſtigia eius. ℟.
Sancti mei, qui in carne poſiti
certamen habuiſtis, Mercedẽ
laborum ego reddam uobis.
℣. Venite benedicti Pr̃is mei,
percipite regnum, Mercedẽ.
In iij. noct. Aña. Iuſti fulgebũt
ſicut Sol in regno Patris mei,
dicit Dominus. Cant. Vos ſan
cti. cũ rel. f 439. ℣. Iuſti autẽ
in perpetuũ uiuẽt. ℟. Et apud
Dominum eſt merces eorum.
Lectio ſancti Euangelij ſecun
dùm Lucam. Lectio ix.
Ca. 21 IN illo tempore: Dixit Ieſus
diſcipulis ſuis: Cũ audieri-
tis prælia, & ſeditiones, nolite
terreri: oportet enĩ primũ hęc
fieri, ſed nõdũ ſtatĩ finis, Et rel.
Ex homi. 35 ſub init. Homilia S. Gregorij Papæ.
DOminus ac Redemptor
noſter perituri mundi p̃-
currentia mala denunciat: ut
eò minus perturbent venien-
tia, quò fuerint p̃ſcita. Minùs
enim iacula feriunt, quæ præ-
uidentur; & nos tolerabiliùs
mundi mala ſuſcipimus, ſi cõ-
tra hæc per præſcientiæ cly-
peum munimur. ℟. Corpora
Sanctorũ in pace ſepulta ſunt,
& nomina eorum uiuent In
generatione, & generatione.
℣. Sapiẽtiam Sanctorum nar-
rent populi, & laudem eorum
pronũciet omnis Eccleſia. In
generatione. Lectio x.
ECce etenim dicit: Cũ au-
dieritis prælia, & ſeditio-
nes, nolite terreri: oportet enĩ
primùm hæc fieri, ſed nõdum
ſtatim finis. Pẽſanda ſunt ver-
ba Redẽptoris noſtri, per quæ
nos aliud interiùs, aliud exte-
riùs paſſuros eſſe denunciat:
Bella quippè ad hoſtes perti-
nent, ſeditiones ad ciues. Vt er
go nos indicet interiùs exte-
riusq; turbari, aliud nos fateť
ab hoſtibus, aliud à fratribus
perpeti. ℟. Fuerunt ſine que-
rela ante Dñm, & ab inuicem
nõ ſunt ſeparati. Calicẽ Dñi
biberũt, & amici Dei facti ſũt.
℣. Tradiderunt corpora ſua
propter Deum ad ſupplicia,
ideò coronantur, & accipiunt
palmam, Calicem. Lectio xj.

SEd his malis præuenientibus, quia non statim finis sequatur, adiungit: surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, & terræmotus magni erunt per loca, & pestilentiæ, & fames, terroresq; de cœlo, & signa magna erunt. Vltima tribulatio multis tribulationibus præuenitur: & per crebra mala, quæ præueniunt, indicantur mala perpetua, quæ subsequuntur. ℞. Certamen magnũ habuerunt sancti Dei; trãsierunt per ignem, & aquã: & salui facti sunt: Et coronas acceperũt a Domino Deo. ℣. Immania enim ꝓ Christo in suis corporibus pertulerunt tormenta. Et coronas. L. xij.

ET ideò post bella, & seditiones non statim finis; quia multa debent mala præcurrere, ut malum ualeant sine fine nunciare. Sed cũ tot signa perturbationis dicta sint, oportet, vt eorum consideratione breuiter singula perstringam⁹. Quia necesse est, vt alia è cœlo, alia è terra, alia ab elementis, alia ab hominibus patiamur. ℟. In circuitu tuo Domine lumen est, quod nunquã deficiet: ibi cõstituisti lucidissimas mansiones, Vbi requiescunt Sanctorum animæ. ℣. Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri. Vbi requiescunt. Sequẽs Respons. dicitur post duodecimam, uel tertiam Lectionẽ in festo plurimorũ Mart. fratrũ. ℞. Hæc est uera fraternitas, quæ nunquàm potuit violari certamine: qui effuso sanguine secuti sunt Dominũ. Cõtemnẽtes aulam regiam, peruenerunt ad regna celestia. ℣. Ecce quàm bonum, & quã iucundum habitare fratres in unum. Contemnentes aulam.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.



IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Cũ audieritis prælia, & seditiones, nolite terreri: oportet primùm hæc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, & terræmotus magni erunt per loca, & pestilentiæ, & fames, terroresq; de cœlo, & signa magna erunt. Sed ante hæc omnia inijcient uobis manus suas, & persequentur, & cutrahentes in Synagogas, & custodias, trahentes ad Reges, & Præsides propter nomẽ meũ. Continget autem uobis in testimoniũ. Ponite ergo in cordibus uestris non præmeditari quemadmodum respõdeatis: Ego enim dabo uobis os, & sapientiam, cui non poterũt resistere & contradicere omnes aduersarij uestri. Trademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex uobis: Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: & capillus de capite uestro nõ peribit. In patiẽtia uestra possidebitis aĩas uestras. ℟. Amẽ. Ca sub init.

Ad Laudes, & per Horas. Aña.

OMnes sancti quanta passi sunt tormenta, ut securi peruenirent ad palmã martyrij. ps. Dominus regn. cum rel. fol. 18. Aña. Cum palma ad regna peruenerunt sancti: coronas decoris meruerũt de manu Dei. Aña. Corpora Sãctorum in pace sepulta sunt: & viuent nomina eorum in æternum. Aña. Martyres Domini Dominũ benedicite in æternũ. Aña. Martyrũ chorus laudate Dominũ de cælis, hall. Cap. Iustorũ animæ in. ℟. br. Exultent iusti. In conspectu Dei. ℣. Et delectentur in lætitia. In. Gloria. Exult. Hym.

D. Gregorij.

REx gloriose Martyrum,
Corona confitentium,
Qui respuentes terrea
Perducis ad cœlestia.
Aurem benignam protinùs
Appone nostris vocibus,
Trophæa sacra pangimus,
Ignosce quod deliquimus.
Tu vincis in Martyribus,
Parcendo Confessoribus,
Tu vince nostra crimina,
Donando indulgentiam.
Deo Patri sit gloria. vt supra.

℣. Exultabũt sancti in gloria. Ad Bñs, Aña. Vestri capilli capitis omnes numerati sunt: nolite timere, multis passeribus meliores estis uos. Ad iij. Cap. Iustorum animæ, ℣. Lætamini in Domino. Ad vj. Capit.

REddet Deus mercedem laborum Sanctorũ suorum, & deducet illos in via mirabili: & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum nocte. ℣. Exultent iusti. Sap. 2

Ad Nonam, Capitulum.

FVlgebunt iusti, & tamquã scintillæ in arundineto discurrent: iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dñs illorũ ĩ ꝑpetuũ. ℣. Iusti autem in perpetuum. Sap. 3

Ad Vesp. Aña. Isti sunt sancti, qui pro testamẽto Dei sua corpora tradiderũt, & in sanguine agni lauerũt stolas suas. ps. Dixit Dñs, cũ rel 66. vlt. loco ps.

℣s. Credidi. fol. 68. Aña. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Aña. Sanctorum velut aquilę iuuentus renouabitur: florebunt sicut liliũ in ciuitate Domini. Aña. In cœlestibus regnis sanctorũ habitatio est, & in æternum requies eorum. Cap. & bre. Hym. & ℣. vt in j. Vesperis. Ad Mag. Aña. Gaudent in cœlis animæ sanctorũ, qui Christi vestigia sunt secuti: & quia pro eius amore sanguinẽ suũ fuderunt, ideò cum Christo exultant sine fine.

Aliæ lect. pro plurib⁹ Martyr.

Sermo S. Iohã. Chryso. Lect. v.

Ser. de Martyribus. To. 3. NEmo est, qui nesciat, martyrum glorias ad hoc diuino cõsilio a Dei populis frequentari, ut & illis debitus honor dicetur, & nobis virtutis exempla, fauente Christo, mõstrentur; vt dum hęc ita celebrari perspicimus, cognoscamus quãta eos gloria maneat in cęlis, quorum natalitia taliter celebrantur in terris. L. vj.

QVo possimus etiam ipsi talibus prouocari exemplis, virtute pari, deuotione cõsimili, ac fide: vt Christo præstante, dimicare, & vincere hoste possimus: vt parta victoria, cũ iisdem sanctis in regnis cœlestibus triumphemus. L. vij.

QVis est enim qui eorum volens merito copulari, nisi prius constantiam eorum teneat, sectetur fidem, imitetur virtutem passionis, eorum gloriam paribus vitæ lineamẽtis, aut inueniat aut exquirat? Qui & si martyrio par esse nõ possit, tamen muneris tanti dignitate se quisque bonis actibus dignum præbeat. Adest enim clementissimus Deus, qui desiderantibus suis aut martyrium præbeat, aut sine martyrio cum sanctis præmia diuina restituat. Lectio viij.

DVæ enim sunt causæ in seculo, quæ homini aduersa important, quæ licet de vno malitiæ fonte procedãt, tamen hæc nonnunquàm peccatorib⁹, & iustis ęquè obueniũt, sed diuersitate meriti discernũtur. Aliud est enim pro peccatis affligi, aliud ꝓ iustitia exerceri. In peccatore meritorum retributio, in iusto gloriosa de virtute certatio: Illic peccator ut mereatur affligitur, hic iustus pro examine cõprobatur.

Lectio sancti Euangelij secundùm Lucam. Lectio ix.

Cap. 6 IN illo tempore: Descendẽs Iesus de monte stetit in loco

co campestri: & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Ierusalem, & Maritima, & Tyri, & Sidonis. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosij Epi.

Ex li. 5 cõm. i eũd. c. 25. & 26. ADuerte omnia diligẽter quomodo & cũ Apostolis ascẽdat, & descendat ad turbas. Quomodo enim turba nisi in humili Christum videret? non sequitur ad excelsa, non ascendit ad sublimia. Deniq; vbi descẽdit inuenit infirmos: in excelsis enim infirmi esse non possunt: sic enim Mattheus docet in inferiorib⁹ debiles sanatos esse. Lect. x.

PRius enim vnusquisq; sanatus est, vt paulatim virtutibus pręcedentibus ascendere posset ad montẽ: Et ideò vnũquemq; in inferioribus sanat, hoc est à libidine reuocat, iniuriam cœcitatis auertit, ad vulnera nostra descendit: vt vsu quodam, & copia suæ naturæ, comparticipes nos faciat esse regni cœlestis. Lectio xj.

BEati paupes, qa vr̃m est regnũ Dei. Quatuor tm̃ beatitudines S. Lucas Dñicas posuit, octo verò S Mattheus: sed ĩ istis octo illę quatuor sũt, & in quatuor istis illę octo. Hic enĩ quatuor velut virtutes ãplexus est Cardinales. Ille ĩ illis octo mysticũ numerũ reserauit. ꝓ octaua multi scribũt psalmi, & mãdatũ accipis octo illis partẽ dar̃, fortasse bñdictioib⁹. Sicut enĩ spei nr̃ę octaua pfectio est, ita octaua sũma ṽtutũ ẽ. L. xij.

SEd prius quæ sunt ampliora videam⁹. Beati, inqt, pauperes spiritu, quoniam ipsorũ est regnum cęlorum. Primam benedictionẽ hãc uterq; Euãgelista posuit. Ordine enĩ prima est, & parens quędã generatioq; virtutum: quia qui contempserit secularia, ipse merebitur sempiterna: nec potest quisquam meritum regni cœlestis adipisci, qui mundi cupiditate possessus, emergẽdi non habet facultatem.

Sequentia sancti euangelij secundùm Lucam.



N illo tempore: Descendens Iesus de mõte stetit n loco campestri: Et turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Ierusalem, & Maritima, & Tyri, & Sidonis, qui venerant, vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quæ- Cap. 6

re-

rebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes, quia vestrũ est regnũ Dei. Beati qui nũc esuritis, quia saturabimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Beati eritis cùm vos oderĩt homines, & cũ separauerint uos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tamquàm malum propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate: Ecce enim merces vestra multa est in cœlo.

IN NATALI CONFESSORIS Pontificis.

Ad Vesper. Aña. Ecce sacerdos mag. cũ rel. de Laud. ps. Dixit Dñs. cũ rel. de Dñica. Capitu.

Eccl. ECce sacerdos magnus, q in dieb⁹ suis placuit Deo, & inuentus est iustus: & in tẽpore iracundiæ factus est reconciliatio. ℟. br. Amauit eũ Dominus, Et ornauit eum. ℣. Stolam glorię induit eum. Et ornauit eum. Gloria Pri. ℟. Amauit eum. Hymnus.

ISte Confessor Domini sacratus,
Festa ples cuius celebrat p orbem,
Hodie lætus meruit secreta
Scandere cœli.
Qui pius, prudens, humilis, pudicus,
Sobri⁹, castus fuit, & quietus,
Vita dũ psens vegetauit eius
Corporis artus.
Ad sacrum cuius tumulũ frequenter
Membra lãguẽtum modò sanitati,
Quolibet morbo fuerint grauata,
Restituuntur.
Vnde nunc noster Chorus in honorem
Ipsi⁹ hymnũ canit hũc libẽter
Vt pijs eius meritis iuuemur
Omne per æuum.
Sit salus illi, decus, atq; virtus,
Qui supra cęli residẽs cacumẽ
Totius mundi machinam gubernat
Trinus & vnus. Amen.

℣. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. ℟. Et ostendit illi regnũ Dei. Ad Mag. Antiphona. Sacerdos & Pontifex & virtutũ opifex: Pastor bone ĩ populo, ora p nobis Dominũ. Ad Mag. ĩ vtrisq; Ves. p Doct. Aña. O Doctor optime Ecclesiæ sanctæ lumen beate N. diuinæ legis amator, deprecare pro nobis filium Dei. Oro.

DA quæsumus omnipotẽs Deus: vt beati N. Cõfessoris tui, atq; Põtificis veneranda solennitas, & deuotionem nobis augeat & salutem. Per Dominum. Alia Oratio.

EXaudi qs Domine preces nostras, quas in beati N. Confessoris tui, atq; Pontificis solemnitate deferimus: & qui tibi dignè meruit famulari, eius intercedentibus meritis ab omnibus nos absolue peccatis. Per Dominum nostrũ.

Ad Matuti. Inuita. Regẽ Confessorum Dominum, Venite adoremus. ps. Venite, fol. 9. Hym. Iste confessor.

In j. noct. Aña. Beatus vir, q in lege Domini meditatur: volũtas eius pmanet die ac nocte, & omnia quęcunq; faciet semper prosperabuntur. ps. Beatus vir. fol. 1. Aña. Beatus iste sanctus, qui confisus est in Domino, prædicauit præceptum Dñi, constitutus est in monte sancto eius. ps. Quare frem. fol. 1. Aña. Inuocantẽ exaudiuit Dominus sanctũ suum: Dominus exaudiuit eum, & & constituit eũ in pace. ps. Cũ inuocarem. fol. 76. Aña. Lætentur omnes qui sperãt in te Domine: qm tu benedixisti iusto, scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti eũ. ps. Verba mea. fo. 27. Aña. Domine Dñs noster, quàm admirabile est nomẽ tuũ in vniuersa terra: quia gloria & honore coronasti sãctum tuum, & cõstituisti eum super opera manuum tuarũ. Psal. idem, fol. 4. Aña. Iustus Dñs, & iustitiã dilexit: æquitatem vidit vultus eius. ps. In Dño confido. fol. 5. ℣. Amauit eum Dñs, & ornauit eum. ℟. Stolam gloriæ induit eũ.

De Epistola j. beati Pauli Apostoli ad Timotheum. Lectio j.

FIdelis sermo. Si quis Episcopatũ desiderat, bonũ opus desiderat. Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virũ, sobrium, ornatum, prudentem, pudicũ, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum: non litigiosũ, non cupidum, sed domui suæ benè præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate. ℟. Euge serue bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, Intra in gaudiũ Domini tui. ℣. Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Intra in gaudium. Lectio ij. Cap. 3 in ini

SI quis autem domui suę pesse nescit, quo modo Ecclesiæ Dei diligentiã habebit? non neophitum, ne in superbiam elatus in iudicium inci-

dat Diaboli. Oportet autem il
lum & teſtimoniũ habere bo-
nũ ab ijs qui foris ſunt, vt non
in opprobrium incidat, & in
laqueum Diaboli. ℟. Ecce ſa-
cerdos magnus, qui in diebus
ſuit placuit Deo. Ideo iureiu-
rando fecit illũ Dominus cre-
ſcere in plebẽ ſuã. ℣. Benedi-
ctionem oĩum gentium dedit
illi, & teſtamentũ ſuũ cõfirma
uit ſuper caput eius. Ideò.

De Epiſt. eiuſdẽ ad Titũ. L. iij.

Cap. 1 med. OPortet enim Epiſcopum
ſine crimine eſſe, ſicut
Dei diſpenſatorẽ, nõ ſuperbũ,
non iracũdum, nõ uinolentũ,
non percuſſorẽ, non turpis lu
cri cupidum: ſed hoſpitalẽ, be-
nignũ, ſobriũ, iuſtum, ſanctũ,
continentem, amplectentẽ eũ
qui ſecundùm doctrinam eſt,
fidelem ſermonem: vt potens
ſit exhortari in doctrina ſana,
& eos qui contradicunt argue
re. ℟. Iurauit Dominus, & nõ
pęnitebit eũ. Tu es ſacerdos
in æternum ſecundùm ordi-
nem Melchiſedech. ℣. Dixit
Dominus Domino meo, ſede
à dextris meis. Tu es. L. iiij.

Ex c. 2 in me. IN omnibus teipſum præbe
exemplum bonorum ope-
rum, in doctrina, in integrita-
te, in grauitate. Verbũ ſanum,
irreprehenſibile, vt is qui ex
aduerſo eſt vereatur, nihil ha-
bens malum dicere de nobis.
℟. Inueni Dauid ſeruũ meũ,
oleo ſancto meo vnxi eũ. Ma
nus enim mea auxiliabitur ei.
℣. Nihil proficiet inimicus in
eo, & filius iniquitatis nõ no-
cebit ei. Manus enim.

In ij. noct. Aña. Domine iſte
ſanctus habitabit in tabernacu
lo tuo: operatus eſt iuſtitiam,
requieſcet in monte ſancto
tuo. ℗s. Domine quis habita.
fol. 6. Aña. Vitam petijt à te,
& tribuiſti ei Domine: gloriã
& magnũ decorem impoſui-
ſti ſuper eum: Poſuiſti in capi-
te eius coronam de lapide pre
tioſo. ℗s. Domine in virtute.
fol. 9. Aña. Hic accipiet bene-
dictionem à Domino, & miſe
ricordiam à Deo ſalutari ſuo:
quia hæc eſt generatio quærẽ-
tium Dominum. ℗s. Domini
eſt terra. fol. 11. Aña. Lætabi-
tur iuſtus in Domino, & ſpera
bit in eo: & laudabuntur om-
nes recti corde. ℗s. Exaudi
Deus orationem meam, cùm
deprecor. fol. 38. Aña. Beatus
quem elegiſti Domine, habi-
tabit in atrijs tuis. ℗s. Te de-
cet. fol. 38. Aña. Iuſtus vt pal
ma florebit, ſicut cedrus Liba-
ni multiplicabitur. ℗s. Bonũ
eſt. fol. 50 ℣. Elegit eum Do
minus

minus ſacerdotẽ ſibi. ℟. Ad
ſacrificandũ ei hoſtiã laudis.

Sermo S. Maximi. Epi. Le. v.

Ex homil. 1. in nat. S. Euſebij Vercellẽ. Epiſcopi. AD ſancti ac beatiſſimi pa
tris noſtri N. cuius ho-
die feſta celebramus, laudes
addidiſſe aliquid decerpſiſſe
eſt: ſiquidem uirtutũ eius gra-
tia non ſermonibus exponen
da eſt, ſed operibus compro-
banda. ℟. Poſui adiutorium
ſuper potentem, & exaltaui
electum de plebe mea: Ma-
nus enim mea auxiliabitur ei.
℣. Inueni Dauid ſeruũ meũ,
oleo ſancto meo vnxi eum.
Manus enim. Lectio ſexta.

CVm enim dicat ſcriptu-
ra Diuina: Gloria Patris
eſt Filius ſapiens: quantæ hu-
ius ſunt gloriæ, qui tantorum
filiorum ſapientia & deuotio
ne lætatur? In Chriſto enim Ie
ſu per Euangelium ipſe nos
genuit. ℟. Iſte eſt qui antè
Deum magnas virtutes opera
tus eſt, & omnis terra doctri-
na eius repleta eſt: Ipſe ĩter-
cedat pro peccatis omnium
populorum. ℣. Iſte eſt qui cõ
tempſit uitam mundi, & per-
uenit ad cęleſtia regna. Ipſe
intercedat. Lectio ſeptima.

QVidquid igitur in ſan-
cta plebe hac poteſt eſ-
virtutis & gratiæ, de
hoc quaſi de quodam lucidiſ-
ſimo fonte omnium riuulo-
rum hæc puritas emanauit:
Etenim quia caſtitatis polle-
bat uigore, qa abſtinẽtiæ glo-
riabatur anguſtiis, quia blan-
dimentis erat præditus læni-
tatis: omnium ciuium in
Deum prouocauit affectum.
℟. Amauit eum Dominus, &
ornauit eum: ſtolam gloriæ
induit eum, Et ad portas pa
radiſi coronauit eum. ℣. In-
duit eum Dominus loricam
fidei, & ornauit eũ. Et. L. viij.

QVia Pontificis admini-
ſtratione fulgebat, plu-
res è diſcipulis reli-
quit ſui ſacerdotii ſucceſſores:
Benè & congruè in hac die
quam nobis beati Patris no-
ſtri N. huius ad paradiſum
tranſitus exultabilem reddi-
dit, præſentis pſalmi verſicu-
lum decantauimus, In memo
ria æterna erit iuſtus. ℟. Sint
lumbi ueſtri præcincti, & lu-
cernæ ardentes in manibus ve
ſtris. Et uos ſimiles homini-
bus expectantibus Dominum
ſuum quando reuertatur à nu
ptijs. ℣. Vigilate ergo, quia
neſcitis qua hora Dominus
veſter venturus ſit. Et uos
ſimiles. Gloria patri. Et uos

In iij. Nocturno, Aña. Sint
lumbi

lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardētes in manibus vestris. Cant. Beatus vir. cum reliq. 448. ℣. Tu es sacerdos in æternum. ℟. Secundum ordinem Melchisedec.

Lectio sancti Euangelij secundùm Matthæum. Lectio ix.

Ca. 25 IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam peregrè proficiscens, uocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ.

x ho- i. 9 I itio. LEctio sancti Euangelii, fratres charissimi, sollicitè considerarés nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo accepisse aliquid cernimur, ab auctore mundi grauius inde iudicemur. Cū enī augētur dona, rationes etiam crescunt donorum. Tantò ergo esse humilior, atque ad seruiendum Deo promptior quisque debet ex munere, quantò se obligatiorem esse conspicit in redděda ratione. ℟. Ecce verè Israelita in quo dolus non est inuentus: qui probatus repertus est sacerdos magnus, Iuxta ordinem Melchisedec. ℣. Statuit ei Dñs testamentum sempiternum, & dedit illi sacerdotium magnum, & beatificauit illum in gloria. Iuxta ordinem. Lectio x.

ECce, homo, qui peregrè proficiscitur seruos uocat, eisq; ad negocium talenta partitur. Post multum uerò tēporis positurus cū eis rationē reuertitur: benè autem operātes pro apportato lucro remunerat, seruum uerò à bono opere torpentem damnat. ℟. Magnificauit eum in conspectu Regū: Et dedit illi coronam gloriæ. ℣. Iustum deduxit Dñs per uias rectas, & ostēdit illi regnum Dei. Et. L. xj.

QVis itaque est iste homo qui peregrè proficiscitur, nisi Redemptor noster, qui in ea carne quam assumpserat, abiit in cęlum? Carnis enim locus proprius terra est, q̄ quasi ad peregrina ducitur, dum per redemptorem nostrum in cœlo collocatur. Sed homo iste peregrè proficiscēs, seruis suis bona sua tradidit, quia fidelibus suis spiritalia dona concessit. ℟. Elegit te Dñs in sacerdotem sibi, Ad sacrificandum ei hostiam laudis. ℣. Immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo uota tua. Ad. Lect. xij.

ET uni quidem dedit quinque talenta, alij autem duo,

duo, alij uerò unum. Quinq; etenim sunt corporis sensus, uidelicet uisus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Quinque igitur talentis, donum quinque sensuum, id est, exteriorū scientia exprimitur. Duobus uerò, intellectus & operatio designatur. Vnius autem talenti nomine intellectus tantummodò designatur. ℟. Ecce uir prudens, qui ædificauit domum suam supra petram: in cuius ore non est inuentus dolus. Quia Deus elegit eum in sacerdotem sibi. ℣. Ecce uerè Israelita in quo dolus non est. Quia. Gloria. Quia.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.

Ca. 25 sub init. IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolā hāc: Homo quidam peregrè proficiscens, uocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talēta, alij autem duo, alii uerò unum: unicuique secundùm propriam uirtutem, & profectus est statim. Abiit autē qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque: similiter qui duo acceperat lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui. Post multum uerò temporis uenit Dominus seruorū illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta dicens: Dñe quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi Dñs eius: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, Intra in gaudium Dñi tui. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Dñe duo talenta tradidisti mihi: ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi Dñs eius: Euge serue bone & fidelis: quia sup pauca fuisti fidelis: supra multa te constituā, Intra in gaudium Dñi tui. ℟. Amen.

Ad Laudes, & per Horas. Aña.

ECce sacerdos magnus, q in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus. ps. Dñs regna. cum rel. fol. 18. Aña. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Aña. Ideo iureiurando fecit illum Dñs crescere in plebem suam. Aña. Sacerdotes Dei benedicite Dñm: serui Dñi hymnum dicite Deo. halle-

halleluia. Aña. Serue bone & fidelis intra in gaudium Domini tui. Cap. Ecce sacerdos. ℟. bre. Elegit eum Dominus Sacerdotem sibi. ℣. Ad sacrificandum ei hostiam laudis. Sacerdotem. Gloria. Elegit.

Hymnus.

Iesu redemptor omnium,
Perpes corona præsulum,
In hac die clementiùs
Nostris faueto precibus.
Tui sacri qua nominis
Confessor almus claruit,
Huius celebrat annua
Deuota plebs solennia.
Qui ritè mundi gaudia
Huius caduca respuens,
Cum Angelis cęlestibus
Lætus potitur præmiis.
Huius benignus annue
Nobis sequi uestigia:
Huius precatu seruulis,
Dimitte noxam criminis.
Sit Christe Rex pijssime
Tibi, Patrique gloria,
Cum Spiritu Paraclito,
Et nũc & in perpetuũ. Amẽ.

℣. Iustum deduxit Dominus.

Ad Benedictus, Antiphona.

Euge serue bone & fidelis, q̃a in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, dicit Dominus.

Ad Tertiam, Capitulum.

Ecce sacerdos. ℣. Amauit.

Ad Sextam, Capitulum.

Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsi: Ideo iureiurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. ℣. Elegit eum Dominus sacerdotem sibi. ℟. Ad sacrificandum ei hostiam laudis. Ecc. 44

Ad Nonam, Capitulum.

Fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius, & offerre illi incensum dignũ in odorem suauitatis. ℣. Tu es sacerdos. Ad Vesperas, Antiphona. Ecce sacerdos. cum reliquis de Laudibus. Psalmus. Dixit Dominus. fol. 66. Confitebor. fol. 66. Beatus uir. fol. 66. & Memento Domine. fol. 69. Capitulum. Ecce sacerdos. ℟. bre. Amauit eum Dominus. Et ornauit eum. ℣. Stolam gloriæ induit eum. Et orna. Gloria. ℟. Amauit. Hym. Iste confessor. ℣. Iustũ deduxit. Ad Magnificat, Aña. Amauit eum Dñs, & ornauit eum, stolam gloriæ induit eũ, & ad portas paradisi coronauit eum. Sequens Aña dicitur ad Mag. in ij. Vespe. pro solis summis Pontificibus. Dum esset summus Pontifex, terrena non metuit, sed ad cęlestia regna gloriosus migrauit. Ecc. 44

Si occurrat celebrari festum plurimorũ Pont. & conf. officium fit vt sup. Sed in oratione, & sermone, quæ dĩr in singulari, dicantur in plurali. Et in j. Noct. leguntur sequentes Lectiones de scriptura.

De libro Ecclesiastici. Lect. j.

Ca. 44 in ini. Laudemus uiros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. Multam gloriam fecit Dñs, magnificentia sua à seculo. Dominantes in potestatibus suis, homines magni uirtute, & prudentia sua præditi, nunciantes in prophetis dignitatem prophetarum, & imperantes in præsenti populo, & in uirtute prudẽtię populis sanctissima verba. Le. ij.

In peritia sua requirentes modos musicos, & narrantes carmina scripturarũ. Homines diuites in virtute, pulchritudinis studium habẽtes, pacificantes in domibus suis. Omnes isti in generationibus gẽtis suę gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus. Lectio tertia.

Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum: Et sunt, quorum non est memoria: perierunt quasi qui non fuerint, & nati sunt quasi non nati, & filij eorũ cũ ipsis. Sed illi uiri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt. Le. iiij.

Et cum semine eorum permanet bona hæreditas, & nepotum ipsorum semẽ in testamento stetit: & filij eorum propter illos usq; in æternum manent: semen eorum & gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum uiuet in generationẽ & generationem. Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nunciet Ecclesia.

Aliæ Lectiones pro pontifice & confessore. In ij. Noct. Sermo S. Maximi Epi. Lect. v.

Beati patris nostri N. merita in tuto posita securi magnificem⁹, q̃ gubernaculũ fidei viriliter tenens, anchorã spei trãquilla in statione composuit, & plenam cęlestibus diuitiis & æternis mercibus nauẽ optato in littore collocauit: q̃ contra oẽs aduersarios scutũ timoris Dei tamdiù infatigabiliter tenuit, donec ad uictoriam perueniret. Lect. vj. Ex ho. 2. de S. Euseb.

Quid enim fuit totus vitæ illius cursus, nisi vnus cũ uigili hoste cõflict⁹? Quantis hic cęcis à via veritatis errantibus, & de summa

iam in profundum rupe pen-
dentibus,amissum reddidit vi
sum,& illum,quo Christus ui-
deret,reparauit intuitũ? L. vij.

QVantorum auribus sur-
dis,& infidelitatis obdu
ratione damnatis,ad percipiẽ
dam uocem cœlestium man-
datorum, pretiosum infudit
auditum, ut uocanti Deo ad
misericordiam responderet p
obedientiam? Quantos intrin
secùs uulneratos,angelici oris
arte,& orationum ab infirmi-
tate curauit? Lectio viij.

QVantos per longam in-
curiam peccati labe re-
solutos,& quanta lepræ conta
gione perfusos, castigationi-
bus, exhortationibus expian-
do,Deo in se operante mũda
uit? Quantorum animas uiuẽ
tes in corpore,iam defunctas,
ac debitorum mole obrutas,
ac sepultas, ad emendationẽ,
tamquàm ad lucem uocãdo,
Deo resuscitauit?

Lectio sancti Euangelij secun
dùm Matthæum. Lectio ix.

Ca.24 IN illo tempore: Dixit Ie-
sus discipulis suis:Vigilate,
quia nescitis qua hora Domi
nus vester uenturus sit. Et rel.

Homilia S. Hilarij Episcopi.

x ca- VT ignorantiam illã Dei
0.26. omnibus taciti, non sine
vtilis silentij ratione esse sci- I eũdẽ
remus, vigilare nos Dñs pro- i fine.
pter aduentum furis admo-
nuit, & orationum assiduitate
detẽtos,omnibus præceptorũ
suorũ operib⁹ inhærere. L.x.

FVrem enim esse ostendit
Zabulum ad detrahenda
ex nobis spolia peruigilem,
& corporum nostrorum do-
mibus insidiantem,ut ea incu
riosis nobis,& somno deditis,
consiliorum suorum,atq; ille
cebrarum iaculis perfodiat.
Paratos igitur esse nos conue
nit:quia diei ignoratio inten-
tam sollicitudinem suspensæ
expectationis exagitat. Le.xj.

QVis nam est fidelis ser-
uus& prudens,quem cõ
stituit Dominus super fami-
liam suam?Quamquàm in cõ
mune nos ad indefessam vigi
lantiæ curam adhortetur,spe-
ciale tamen populi principi-
bus,id est,Episcopis i expecta-
tione aduentuq; suo sollicitu
dinem mandat. Hunc enim
seruum fidelem atque prudẽ-
tem præpositum familiæ si-
gnificat commoda atque uti-
litates commissi sibi populi
curantẽ. Lectio duodecima.

QVi si dicto audiens, &
preceptis obediens erit,
id est, si doctrinæ opportunita
te,&

te, & ueritate infirma confir-
met, disrupta cõsolidet,depra
uata conuertat, & verbum ui-
tæ in æternitatis cibum alẽdæ
familiæ dispendat,atq; hæc a-
gens, hisque immorans de-
prehendatur,gloriam à Domi
no tamquam dispensator fide
lis & uillicus utilis cõsequet.

Sequentia sancti Euangelij se
cundùm Matthæum.

Ca.24 circa finem.



IN illo tempore:Di
xit Iesus discipulis
suis:Vigilate, quia
nescitis qua hora
Dominus uester venturus sit.
Illud autem scitote, quoniam
si sciret pater familias qua ho
ra fur venturus esset, uigila-
ret utique, & non sineret per-
fodi domum suam. Ideo &
uos estote parati, quia nescitis
qua hora filius hominis vẽtu-
rus sit.Quis, putas, est fidelis
seruus & prudens, quem cõ-
stituit Dominus super fami-
liam suam, ut det illis cibum
in tẽpore? Beatus ille seruus,
quem cùm uenerit Dñs eius
inuenerit sic facientem:Amẽ
dico uobis, Qm̃ sup oĩa bona
sua constituet eum. ℟. Amẽ.

PRO DOCTORIBVS.

Lectiones sequentes legun-
tur in festis Doctorum. Offi-
ciũ autẽ fit de confes.pont.vel
non pont. pro qualitate festi.

De libro Ecclesiastici. Lect.j.

SApientiam omnium anti Ca.39
quorum exquiret sapiens, i init.
& in prophetis uacabit. Nar-
rationem uirorum nomina-
torum conseruabit, & in uer-
sutias parabolarum simul in-
troibit. Occulta prouerbiorũ
exquiret, & in absconditis pa-
rabolarum conuersabit. L.ij.

IN medio magnatorum mi
nistrabit, & in conspectu
præsidis apparebit. In terram
alienigenarum gentium per-
transiet:bona enim & mala in
omnibus tentabit. Cor suum
tradet ad vigilandum dilucu-
lò ad Dominum qui fecit il-
lum, & in conspectu Altissi-
mi deprecabitur. Lectio iij.

APeriet os suum in ora-
tione,& pro delictis suis
deprecabitur. Si enim Domi-
nus magnus uoluerit, spiritu
intelligentiæ replebit ilum:&
ipse tamquàm imbres emit-
tet eloquia sapientiæ suæ,& in
oratione confitebitur Domi-
no: & ipse diriget consilium
eius,& disciplinã:& in abscõ-
ditis suis consiliabitur. L.iiij.

IPse palàm faciet discipli-
nam doctrinæ suæ,& in le-
ge testamenti Domini gloria
bitur. Collaudabunt multi sa-
pientiam

pientiam eius, & usque in seculum non delebitur. Nō recedet memoria eius, & nomen eius requiretur à generatione ī generationē. Sapiētiā eius enarrabunt gētes: & laudem eius enūciabit Ecclesia.

Sermo S. Gregorij Papæ. L. v.

Ex lib. 9. cap. 7. in fine.

QVid post Orionas Hyadum nomine, nisi Doctores sanctæ Ecclesiæ designantur? qui subductis martyribus eo iam tēpore ad mundi notitiam uenerūt, quo fides clarius elucet: & repressa infidelitatis hyeme, altiùs per corda fidelium sol ueritatis calet: quia remota tempestate psecutionis, expletis lōgis noctibus infidelitatis, tūc sanctæ Ecclesiæ exorti sunt, cùm ei iam per credulitatis vernum lucidior annus aperitur. Lectio sexta.

Ca. 8.

NEc immeritò Doctores sancti Hyadum nuncupatione signātur. Græco quippe eloquio hyetos pluuia uocatur, & hyades nomen à pluuijs acceperunt, quia ortæ pro culdubio imbres ferunt. Benè ergo hyadū appellatione Doctores expressi sunt, qui ad statum vniuersalis Ecclesiæ, quasi in cęli faciē deducti, super arentem terram humani pectoris sanctæ prædicationis imbres fuderunt. Lectio vij.

SI enim prædicationis sermo pluuia non esset, Moyses minimè dixisset: Expectetur sicut pluuia eloquum meū, Et nequaquā per Isaiā Veritas diceret: Mādabo nubib[9] meis, ne pluant super eam imbrē: Atque hoc qđ paulò antè protulimus, Quāobrē prohibitæ sunt stellę pluuiarū. Lect. viij.

DVm ergo hyades cū pluuijs ueniunt, ad cęli ipa tia altiora ducitur sol: quia apparente Doctorum scientia, dum mens nostra imbre prædicationis infunditur, fidei calor augetur: & perfusa terra ad fructum proficit, cùm lumen huius signi in cœlo apparuerit: quia vberiùs frugem boni operis reddimus, dum per sacræ eruditionis flammam in corde clarius ardemus.

Lectio sancti Euangelij secundùm Matthæum. Lectio ix.

cap. 5.

IN illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terræ: quòd si sal euanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia S. Augustini Epi.

Ex lib. 1. de serm. Dñi in mōte ca. 10.

OStendit Dñs fatuos esse iudicandos, qui tpalium bonorū vel copiā sectātes, vel inopiam metuentes, amittunt ęterna,

in breui expleuit tēpora multa. Placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. ℟. Iustus germinabit sicut lilium, Et florebit in æternū ante Dñm. ℣. Plantatus in domo Dñi, in atrijs dom[9] Dei nři. Et flore. L. iij.

POpuli autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in precordijs talia: quoniam gratia Dei & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius. Condēnat autem iustus mortuus viuos īpios, & iuuentus celeriùs consummata longam vitam iniusti. ℟. Iste cognouit iustitiā, & uidit mirabilia magna, & exorauit Altissimū, Et inuentus est in numero sanctorum. ℣. Iste est, qui contēpsit vitam mundi, & perueniţ ad cęlestia regna. Et. Lectio iiij.

VIdebunt enim finem Sapientis, & nō intelligēt, quid cogitauerit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus. Videbunt enim & contemnent eum: illos autem Dominus irridebit. Et erunt post hæc decidentes sine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetum: quoniam dirumpet illos inflatos sine uoce: & commouebit illos à fundamentis, & vsque ad supremum desolabunť. ℟. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operat[9] est, & omnis terra doctrina ei[9] repleta est, Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iste est qui contempsit vitam mundi, & peruenit ad cęlestia regna. Ipse interce. Gloria. Ipse.

In ij. Noct. ℣. Os iusti meditabitur sapientiam. ℟. Et lingua eius loquetur iudicium.

Sermo S. Iohānis Chrys. L. v.

Ex oratione pro S Philigonio sub initio

BEati N. dies, cuius hodie memoriam celebramus, ad ipsius benefactorum enarrationem linguam nostram euocauit, siquidem hodie beatus ille ad trāquillam, omnisque perturbationis expertem vitam translatus est, eòque nauigium appulit, vbi deinceps non poterit metuere naufragium, nec vllam animi deiectionē, aut dolorem. ℟. Amauit eum Dominus & ornauit eum, stolā glorię induit eum, Et ad portas paradisi coronauit eum. ℣. Induit eū Dominus loricam fidei, & ornauit eum. Et ad portas. Lect. vj.

ET quid mirum est, si loc[9] ille purus est ab omni molestia animi, cùm Paulus

hominibus adhuc in hac uita degentibus loquens dicat: Semper gaudete, sine intermissione orate? Quòd si hic, vbi perpetua, sibique cohærentia mala sunt innumeros ex omni parte dolores afferētia, Paul⁹ dixit ut semper gaudeamus: multò magis postquàm hinc demigrauerimus, huius boni compotes facilè erimus. ℟. Iste homo perfecit omnia, q̄ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: ingredere in requiem meam. Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gētibus. ℣. Iste est qui contempsit vitā mundi, & peruenit ad cœlestia regna. Quia. Lectio vij.

QVamobrem maximoperè gratulor huius Sācti fœlicitati, quòd quamquam translatus est, atque hanc, quæ apud nos est, ciuitatem reliquit, tamen in alteram transijt ciuitatem, nempè Dei: & digressus ab hac Ecclesia, ad illam peruenit, quæ est primogenitorum descriptorum in cęlis: ac relictis hisce festis, transijt ad celebritatem Angelorum. ℟. Iste homo ab adolescentia sua meruit infirmos curare. Dedit illi Dominus claritatem magnam cęcos illuminare, & dæmones effugare. ℣. Ecce homo sine querela verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Dedit illi Dominus. Lectio octaua.

ETenim quòd, & supernè sit ciuitas, Ecclesia, ac celebritas, audi Paulum dicentem: Accessistis ad ciuitatem Dei viuentis, ad Ierusalem cęlestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum. Nō solùm autem ob multitudinē virtutum cęlestium, verum ēt ob abundantiam bonorum, ac iuge gaudium, & lætitiam, Panegyrim, hoc est totius multitudinis cęlum appellat totam illam uitam. ℟. Sint lūbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et uos similes hominibus expectantibus Dominū suum, quando reuertatur à nuptiis. ℣. Vigilate ergo, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. Et uos similes.

In iij. Nocturno, Antiphona.

Sint lumbi vestri præcincti. Canticum. Beatus vir. cum reliquis fo. 448. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius. ℟. Et non supplantabuntur gressus eius.

Lectio

Lectio sancti Euangelij secundùm Lucam. Lectio ix.

Ca. 12. IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardētes in manib⁹ vr̄is. Et rel.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Exho. mi. 13. i init. SAncti Euāgelij, fratres charissimi vobis apertè est lectio recitata; sed ne aliquibus ipsa eius planicies alta fortassè videatur, eam sub breuitate transcurrimus: quatenus eius expositio ita nescientibus fiat cognita, ut tamen scientibus, non sit onerosa. ℟. Domine præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ℣. Vitā petijt à te, tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Posuisti in capite. Lectio x.

QVia uiris luxuria in lumbis sit, fœminis in vmbilico, testatur Dn̄s, qui de Diabolo ad beatū Iob loquit̄ dicens: Virtus eius in lūbis eius, & fortitudo illius in vmbilico vētris eius. A principali igitur sexu, lūborū noīe luxuria designat̄, cū Dn̄s dicit: Sint lūbi vr̄i p̄cincti. Lūbos enim p̄cīgim⁹, cū carnis luxuriā p cōtinentiā coarctamus. ℟. Iustū deduxit Dn̄s p uias rectas, & oñdit illi regnū Dei, & dedit illi sciētiā sanctorū: Honestauit illū in laboribus suis. ℣. Magnificauit eū in conspectu Regum, & dedit illi coronā gloriæ. Honestauit. L. xj.

SEd qa minus est, mala nō agere, nisi ēt quisq; studeat & bonis operibus insudare: p̄tinus addit̄: Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Lucernas quippè ardētes ī manibus tenemus, cū per bona opa p̄ximis nostris lucis exēpla mōstram⁹: de qbus p̄fectò opib⁹ Dn̄s dicit: Luceat lux vr̄a corā hoībus, vt uideāt opa vr̄a bona, & glificēt Prēm vr̄m, qui ī cęlis est. ℟. Stolā iucūditatis īduit eū Dn̄s, Et coronā pulchritudinis posuit sup̄ caput ei⁹. ℣. Cibauit illū Dn̄s pane vitæ, & ītellect⁹, & aqua sapīæ salutaris potauit illū. Et. L. xij.

DVo aūt sūt, q̄ iubent̄, & lūbos restringere, & lucernas tenere: vt & mūditia sit castitatis ī corpore, & lumē veritatis ī opatione. Redēptori etenim nr̄o vnū sine altero placere nequaquā pōt: si aut is, q̄ bona agit, adhuc luxuriæ īquinamēta nō deserit: aut is, q castitate p̄eminet, nec dū se p bona opera exercet. ℟. Desideriū aīæ eius tribuisti ei, Et uolūtate

tate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Et vo. Gloria. Et.
Sequētia S. Euāg. ſcm Lucam.

Ca. 12 sub med. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernę ardentes in manibus veſtris. Et uos ſimiles hominibus expectantibus Dominũ ſuum, quando reuertatur à nuptijs: vt cùm uenerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant ei. Beati ſerui illi, quos cùm venerit Dñs inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, ꝙ pcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit: beati sũt ſerui illi. Hoc autem ſcitote, qm̃ ſi ſciret pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret utique, & nõ ſineret pfodi domũ ſuã. Et vos eſtote parati, quia qua hora nõ putatis filius hominis veniet. ℟. Amen.
Ad Laudes, & per Horas, Aña.

DOmine quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. ps. Dñs regna. cum reliq. 18. Aña. Euge ſerue bone, in modico fidelis, intra in gaudium Dñi tui. Aña. Fidelis ſeruus, & prudens, quẽ cõſtituit Dñs ſuper familiã ſuam. Aña. Beatus ille ſeruus, quẽ, cũ venerit Dominus eius, & pulſauerit ianuam, inuenerit vigilantem. Aña. Serue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. Cap. Beatus uir. ℟. bre. Os iuſti M editabitur ſapientiã. ℣. Et lingua eius loquet̃ iudiciũ. Meditab. Glor. Os iu. Hym.

IEſu corona celſior,
Et veritas ſublimior,
Qui confitenti ſeruulo
Reddis perenne prẹmium.
Da ſupplicanti cętui,
Obtentu huius optimi,
Remiſſionem criminum,
Rũpendo nexum vinculi.
Anni recurſo tempore,
Dies illuxit lumine,
Quo ſãctus hic de corpore
Polũ migrauit præpotens.
Hic vana terræ gaudia,
Et lutulenta prædia,
Polluta ſorde deputans,
Ouans tenet cęleſtia.
Te Chriſte Rex pijſſime
Hic confitendo iugiter,
Calcauit hoſtem fortiter,
Superbum ac ſatellitem,
Virtutum actu, & fide,
Con-

Confeſſionis ordine,
Ieiuna membra deferens,
Dapes ſupernas obtinet.
Proinde te pijſsime,
Precamur oẽs ſupplices:
Vt huius almi gratia
Nobis remittas debita.
Gloria Patri Domino,
Gloria Vnigenito,
Vnà cum ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſecula. Amẽ.

℣. Iuſtum deduxit ℟. Et oſtẽdit. Ad Bñs. Aña. Euge ſerue bone & fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te cõſtituã, dicit Dñs. Ad iij. Capit. Beatus uir. ℣. Amauit.
Ad Sextam, Capitulum.

Eccle. 39. IVſtus cor ſuũ tradidit ad vigilandũ diluculò, ad Dñm ꝗ fecit illũ: & ĩ cõſpectu Altiſſimi deprecabitur. ℣. Os iu.
Ad Nonam, Capitulum.

Sa. 10. IVſtũ deduxit Dñs per uias rectas, & oſtẽdit illi regnũ Dei: & dedit illi ſcientiã Sanctorũ, honeſtauit illũ in laboribus, & cõpleuit labores illi⁹. ℣. Lex Dei eius. ℟. Et nõ ſup. Ad Veſp. Aña. Dñe quinque talenta. cũ rel. de Lau. ps. Cap. ℟. bre. Hym. ℣. vt in j. Veſp.
Ad Magnificat, Antiphona.

Hic vir deſpiciens mundum, & terrena triumphans, Diuitias cęlo condidit ore, manu.

Aliæ Lectiones pro confeſſore non Pontifice.
Ex lib. Mora. S. Gre. Papę. L. v.

DEridetur Iuſti ſimplicitas. Huius mundi ſapiẽtia eſt, cor machinationibus tegere, ſenſum verbis velare, quę falſa ſunt vera oſtendere, quæ uera ſunt falſa demõſtrare. Hæc nimirũ prudẽtia vſu à iuuenibus ſcitur, hæc pueris pretio diſcitur: hãc qui ſciunt, cęteros deſpiciẽdo ſuperbiũt, hanc qui neſciunt, ſubiecti, & timidi in aliis mirantur. L. vj. (Li. 10 ca. 27 sub initio)

QVia ab eis hæc eadẽ duplicitas iniquitatis nimine palliata diligitur, dum mentis peruerſitas vrbanitas uocatur. Hæc ſibi obſequentibus præcipit, honorũ culmina quærere, adepta tẽporalis gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multipliciùs reddere: cũ uires ſuppetunt nullis reſiſtentib⁹ cedere: cũ uirtutis poſſibilitas deeſt, quidquid explere per malitiã non valent, hoc in pacifica bonitate ſimulare. Lect. vij.

AT contrà ſapiẽtia iuſtorũ eſt, nil p oſtẽſionẽ fingere, ſenſum verbis aperire: vera vt ſunt diligere, falſa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentiùs tolerare, quàm

facere, nulli iam iniuriæ vltionē quærere, pro ueritate cōtumeliam lucrum putare. Sed hæc iustorum simplicitas deridet: quia ab huius mundi sapientibus puritatis virtus fatuitas creditur. Lectio viij.

O Mne enim quod innocenter agitur, ab eis proculdubiò stultū putat, & quidquid in opere veritas approbat, carnali sapientiæ fatuum sonat. Quid namque stultiùs videtur mundo, quàm mentē verbis ostēdere nil callida machinatione simulare, nullas iniurijs contumelias reddere, pro maledicētibus orare, paupertatē quærere, possessa relinquere, rapiēti nō resistere, percutienti alterā maxillam pbere?

Lect. S. Euāg. sm Lucā. L. 12.

a. 12 I N illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex: quia complacuit patri uestro dare uobis regnum. Et reliqua.

Homilia Vener. Bedę presb.

xlib. cōm. i eun em . 54. P Vsillū gregē electorū, vel ob comparationē maioris numeri reproborū, vel potius ob humilitatis deuotionem noīat: quia videlicet Ecclesiā suam, quantalibèt numerositate iā dilatatā, tñ vsq; ad finē mundi humilitate vult cresce-re, & ad promissum regnū humilitate peruenire. Lectio x.

I Deoq; eius labores blandè cōsolatus, quā regnum Dei tm̄ quęrere præcipit, eidem regnū à patre dandū cōplacita benignitate promittit. Vēdite quæ possidetis, & date eleemosinam. Nolite, inquit, timere, ne pp regnū Dei militantibus huius vitæ necessaria desint: quin etiam possessa pp eleemosinam vendite. Lect. xj.

Q Vod tunc dignè fit, quādo quis semel pro Dño suis oībus spretis, nihilominꝰ post hæc labore manuū, vnde & uictū trāsigere, & eleemosinā dare queat, operatur. Vnde gloriatur Apłs dicens: Argentū, & aurū, aut vestē nullius cōcupiui sicut ipsi scitis: quoniā ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecū sunt, ministrauerūt manus istæ. Lectio xij.

F Acite vobis sacculos, q nō veterascūt, eleemosinas videlicet operādo, quarū merces ī æternū maneat. Vbi nō hoc pceptū esse putādū ē, ut nihil pecunię reseruet à sāctis, uel suis scilicet, vel pauperū vsibꝰ suggerēdæ (cū & ipse Dñs, cui ministrabāt Angeli, tñ ad īformādā Eccłiā suā loculos habuisse legat, & à fidelibus oblata

lata cōseruās, & suorū necessitatibus, alijsq; indigentibus tribuens,) sed ne Deo propter ista seruiatur, & ob inopiæ timorem iustitia deseratur.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Lucam.

Ca. 12 sub med. I N illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynā. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum nō deficientem in cęlis, quò fur nō appropiat, neque tinea corrūpit. Vbi enī thesaurꝰ vester est, ibi & cor vrm̄ erit. ℟. Am̄.

IN NATALITIIS Virginum.

Ad Vesp. Aña. Hęc est virgo sapiens cum rel. de Laud. ps. Dixit Dominus. fol. 66. L audate pueri. f. 67. L ætatus sum. fol. 65. & L auda Ierusalem. folio 74. Capitulum.

a. Cor. 10. F Ratres: Qui gloriatur, in Domino glorietur: non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. ℟. br. Specie tua. I t pulchritudine tua. ℣. Intēde, psperè, pcede, & regna. I G loria. ℣. Hym.

I Esu corona Virginum, D. Gregorij.
Quem mater illa concipit,
Quę sola Virgo parturit,
Hæc vota clemens accipe.
Q ui pascis inter lilia,
Septus choreis virginum,
Sponsas decorans gloria,
Sponsisq; reddens pręmia.
Q uocunque pergis, virgines
Sequuntur, atque laudibus
Post te canentes cursitant,
Hymnosq; dulces psonāt.
T e deprecamur largiùs,
Nostris adauge sensibus
Nescire prorsus omnia
Coruptionis vulnera.
L aus, honor, virtus, gloria
Deo Patri, & Filio,
Sancto simul Paraclito,
In seculorum secula. Amē.

℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in æternū. Ad Magn. Aña. Veni spōsa Christi accipe coronam, quam tibi Dominus præparauit in æternum.

Oratio dicenda pro Virgi. & Mart. simul, atq; e iā p Mart. tātùm, dempto noīe Virginis.

D Eus, qui inter cętera potētię tuæ miracula, etiā in sexu fragili uictoriā martyrij cōtulisti: cōcede, ppitiꝰ: vt qui beate N. Virginis, & Martyris tuæ natalitia colimꝰ, p eius ad te exempla gradiamur. Per.

Alia

Alia Oro p Virgine, & Mart.

INdulgētiam nobis, quæsumus Dñe, beata N. Virgo, & Martyr imploret: quæ tibi grata semper extitit, & merito castitatis, & tuę professione virtutis. Per Dominũ nostrũ.

Alia Oro p Virgine nō Mart.

EXaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatę N. Virginis tuę festiuitate gaudemus: ita piæ deuotionis erudia mur affectu. Per Dñm nostrũ.

Si fuerint plures. In vtrisque Vesp. Ad Magnificat, Antiph.

Prudentes Virgines aptate vestras lampades: ecce spōsus venit, exite obuiam ei. ℣. Adducentur Regi Virgines post eā. ℟. Proximæ eius afferentur tibi. Oratio.

DA nobis, quæsumus Domine Deus noster, Sanctarum Virginum, & Martyrũ N. & N. palmas, incessabili deuotione uenerari: vt quas di gna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequijs. Per Dominũ nostrũ Iesum Christũ.

Ad Matutinum, Inuitatorium.

Regem Virginum Dominũ, Venite adoremus. ps. Venite. folio 9. Hymnus.

VIrginis proles, opifex que matris,
Virgo quem gessit, peperitq; Virgo,
Virginis festum canimus trophęum, Accipe votum.

Hæc tua Virgo dupli ci beata
Sorte, dum gestit fragilem domare
Corporis sexum, domuit cructum Corpore seclum.

Vnde nec mortem, nec amica mortis
Sęua pęnarũ genera pauescēs,
Sanguine fuso meruit sacratũ Scandere cęlum.

HVius obtētu Deus alme nostris
Parce iā culpis, vitia remittēs,
Quò tibi puri resonemus almum Pectoris hymnum.

Gloria Patri, genitęq; Proli,
Et tibi compar vtriusq; semp
Spiritus alme, Deus vnus omni Tempore secli. Amen.

In festo Virginis tantùm, & Martyris tantùm, & nec Virg. nec Mart. Hymnus incipiat ab eo loco Huius obtentu.

In j. noct. Aña. O quàm pulchra est casta generatio cũ claritate. ps. Domine Dominus noster. f. 4. Aña. Ante torum huius Virginis, frequētate nobis dulcia cātica dramatis. ps. Cęli enarrant. f. 8. Aña Reuertere, reuertere Sunamitis: reuertere, reuertere, vt ītueamus te. ps. Domini est terra. f. 11. Aña. Specie tua, & pulchritudine tua, intēde, prosperè procede, & regna. ps. Eructauit. f. 16. Aña. Adiuuabit eā Deus vultu suo: Deus in medio eius non commouebitur. ps. Deus noster refug. f. 28. Aña. Aquę multæ non potuerũt extingue re charitatē. ps. Magnus Dominus. f. 28. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua. ℟. Intēde, prosperè procede, & regna.

De Epistola j. beati Pauli Apostoli ad Corinthios: Lectio j.

Cap. 7 I med. DE Virginibus præceptũ Domini non habeo: consilium autem do, tāquàm misericordiam consecutus à Domino, vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab vxore? noli quærere vxorem. ℟. Veni sponsa Christi, accipe coronā, quã tibi Dominus præparauit in æternũ: pro cuius amore sanguinē tuũ fudisti, Et cũ Angelis in paradisum introisti. ℣. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, quia concupiuit Rex speciem tuā. Et cũ Ang. Si nō fuerit martyr, dr sequēs.

℟. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, Quia concupiuit Rex speciem tuā. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prosperè procede, & regna. Quia. Lect. ij.

SI autem acceperis vxorē, non peccasti: & si nupserit virgo, nō peccauit: tribulationē tamen carnis habebũt huiusmodi. Ego autem vobis par co. Hoc itaque dico, fratres: tempus breue est: Reliquum est, vt & qui habent vxores, tāquàm non habentes sint: & qui flent, tāquàm non flentes: & qui gaudent, tamquàm non gaudentes: & qui emunt, tamquàm non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tāquàm non vtantur: Præterit enim figura huius mundi. ℟. Diffusa est gratia ĩ labijs tuis, Propterea benedixit te Deus in æternum. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prosperè procede, & regna. Propterea benedixit. Lectio tertia.

VOlo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est, sollicitus est quæ Dñi sunt, quo modo placeat Deo: Qui autē cũ vxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quo modo placeat vxori; & diuisus est. Et mulier innupta, & virgo

go cogitat quę Domini sunt, ut sit sancta,& corpore,& spiritu. Quę autē nupta est, cogitat quæ sunt mūdi quomodo placeat viro. ℟. Specie tua, & pulchritudine tua. Intende, prosperè ꝓcede,& regna. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis, ꝓpterea benedixit te Deus in ęternum. Intende. Lectio iij.

POrrò hoc ad vtilitatem vestram dico, non ut laqueū uobis inijciā, sed ad id quod honestum est,& quòd facultatem prębeat sine impedimento Dominum obsecrandi. Si quis autem turpem se uideri existimat super virgine sua, quòd sit supadulta, & ita oportet fieri: quod uult faciat: non peccat, si nubat. ℟. Propter veritatem,& mansuetudinem,& iustitiam: Et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Specie tua, & pulchritudinæ tua, intende, prosperè procede,& regna. Et dedu. Gloria. Et ded.

In ij. noct. Aña. Surge Aquilo,& ueni auster: perfla hortū meum,& fluent armata illius. Psal. Benedixisti. fol. 44. Aña. Pulchra es, & decora filia Ierusalem: terribilis ut castrorū acies ordinata. ps. Fundamēta. f. 46. Antiph. Nigra sum, sed formosa filiæ Ierusalem: ideò dilexit me Rex, & introduxit me in cubiculum suum. ps. Cantate. j. folio 49. Aña. Trahe me post te, in odorem curremus unguentorū tuorū, oleum effusum nomen tuum. ps. Dominus regnauit exult. fol. 49. Antiph. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quā tibi Dominus præparauit in ęternum. Psal. Cantate. ij. fol. 49. Antiph. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum: ideoque lucerna eius non extinguetur in sempiternum. Psal. Dominus regnauit, irasc. folio 49. ℣. Adiuuabit eam Deus uultu suo. ℟. Deus in medio eius non commouebitur.

Sermo S. Ambrosij Epi. L. v. Ex li. 3 de virginib' subinitium.

QVoniam hodie natalis est Virginis, inuitat nos integritatis amor, vt aliquid de uirginitate dicamus: nè ueluti transitu quodam præstricta uideatur, quæ principalis est uirtus. Non enim ideò laudabilis uirginitas, quia & in martyribus reperitur, sed quia ipsa martyres faciat. ℟. Dilexisti iustitiam,& odisti iniquitatē: Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. ℣. Pro pter ueritatem, & māsuetudinē,& iustitiā. Propterea. L. vj.

QVis autem humano eam posset ingenio comprehēdere, quam nec natura suis inclusit legibus? aut quis naturali uoce complecti, quod supra vsum naturæ sit? E cœlo accersiuit, quod imitaretur in terris. Nec immeritò uiuendi sibi vsum quæsiuit è cęlo, quæ sponsum sibi inuenit in cœlo. ℟. Offerentur Regi Virgines post eam, proximę eius: Offerentur tibi in lętitia,& exultatione. ℣. Specie tua,& pulchritudine tua, intende, prosperè procede,& regna. Offerentur tibi. Lectio septima.

HÆc nubes, aera, Angelos, sideraque transgrediens, Verbum Dei in ipso sinu Patris inuenit, & toto hausit pectore. Nam quis tantū, cùm inuenerit, relinquat boni? Vnguentum enim exinanitum est nomen tuum: propterea adolescentulæ dilexerunt te, & attraxeru nt te. ℟. Hæc est Virgo sapiens, quam Dominus uigilātem inuenit, quæ acceptis lampadibus sumpsit secum oleum, Et ueniente Domino, introiuit cum eo ad nuptias. ℣. Media nocte clamor factus est: ecce sponsus uenit, exite obuiam ei. Et ueniente. Lectio octaua.

POstremò, non hęc magnum est illud, quoniam quę nō nubunt, neque nubentur, erūt sicut Angeli Dei in cœlo? Nemo ergo miretur si Angelis comparetur, quæ Angelorum Domino copulantur. Quis igitur neget hanc vitam fluxisse de cęlo, quam non facilè inuenimus in terris, nisi postquàm Deus in hęc terreni corporis membra descendit? ℟. Media nocte clamor fact⁹ est: Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. ℣. Prudētes virgines aptate vestras lampades. Ecce sponsus. Gloria. Ecce.

In iij. noct. Aña. Inuenta bona margarita, dedit omnia sua, & comparauit eam.

Cantica sequentia dicuntur in festis beatæ Marię: in festis Virginum, Martyrū, & Viduarum: & in Dedicatione Ecclesiæ. Canticum j.

AVdite me diuini fructus: & quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate. Eccl. 39.

Quasi Libanus odorem suauitatis habete: florete flores, quasi lilium,& date odorem. Et frondete in gratia, & collaudate cāticum: & benedicite Dominum in operibus suis. Date nomini eius magnificētiam:

tiam:& confitemini illi in vo-
ce labiorum veſtrorum.
Et in canticis labiorum, & ci-
tharis : & ſic diceris in cõfeſ-
ſione:opera Domini vniuerſa
bona valdè. Canticum ij.
ſa.61. GAudens gaudebo in Do-
mino:& exultabit anima
mea in Deo meo.
Quia induit me veſtimento
ſalutis : & indumento lætitiæ
circundedit me.
Quaſi ſponſum decoratũ co-
rona:& quaſi ſponſam ornatã
monilibus ſuis.
Sicut enim terra profert ger-
men ſuum, & ſicut hortus ſe-
men ſuum germinat : ſic Do-
minus Deus germinabit iuſti-
tiam,& laudem coram uniuer
ſis gentibus.
ſa. 62 Propter Sion non tacebo, &
propter Ieruſalem non quie-
ſcam:donec egrediatur vt ſplẽ
dor iuſtus eius, & Saluator ei⁹
vt lampas accendatur.
Et videbunt gentes iuſtũ tuũ :
& cuncti Reges inclytum tuũ.
Et vocabitur tibi nomen no-
uum : quod os Domini no-
minauit.
Et eris corona glorię in ma-
nu Domini:& diadema regni
in manu Dei tui. Canticũ iij.
NOn vocaberis vltrà de-
relicta : & terra tua non
uocabitur amplius deſolata.
Sed uocabitur voluntas mea
in ea: & terra tua inhabitabit.
Quia complacuit Domino in
te:& terra tua inhabitabitur.
Habitabit enim iuuenis cum
Virgine:& habitabunt in te fi-
lij tui.
Et gaudebit ſponſus ſuper
ſponſam : & gaudebit ſuper tę
Deus tuus.
Super muros tuos Ieruſalem
conſtitui cuſtodes:tota die, &
tota noćte in perpetuum non
tacebunt.
Qui reminiſcimini Domini
ne taceatis, & ne detis ſilentiũ
ei donec ſtabiliat: & donec po
nat Ieruſalem laudẽ in terra.
Gloria Patri, & Filio. ℣. Ele-
git eam Deus, & prçelegit
eam. ℟. In tabernaculo ſuo
habitare facit eam.
Lect. S. Euãg. ſm Matth. L. ix.
IN illo tempore:Dixit Ieſus Ca.25
diſcipulis ſuis parabolam
hanc:Simile eſt regnum cęlo-
rum decem virginibus, quæ
accipientes lãpades ſuas exie-
runt obuiam ſponſo, & ſpon-
ſę. Et reliqua.
Homilia S. Gregorij Papæ.
SÆpè uos, fratres chariſſi- Ex ho
mi, admoneo praua opera mi. 12
fugere,mundi huius inquina- I init.
menta deuitare: ſed hodierna
ſancti

mei, vt non derelinquat me in
die tribulationis meæ,& in tẽ
pore ſuperborum ſine adiuto-
rio. ℣. Elegit eam.
Ad Veſp. omnia vt in j. Veſp.
Alię Lectiones ꝓ Virginibus.
In Virgine,& Mart. ac ĩ Mart.
tantùm Lectiones j. nocturni
leguntur etiam vt infra.
De Libro Eccleſiaſtici. Lect. j.
Ca.51 COnfitebor tibi Domine
I init. Rex,& collaudabo te Deũ
Saluatorem meum. Confite-
bor nomini tuo, qm̃ adiutor,
& protector factus es mihi: &
liberaſti corpus meũ à perdi-
tione,à laqueo linguæ iniquę,
& à labijs operantiũ menda-
cium : & in conſpectu aſtãtiũ
factus es mihi adiutor. Lect. ij.
ET liberaſti me ſecundùm
multitudinẽ miſericordię
nominis tui, à rugientibus p̃-
paratis ad eſcam, de manibus
quærentiũ animã meã, & de-
multis tribulationibus,q̃ circũ
dederũt me,à preſſura flãmæ,
quæ circũdedit me,& ĩ medio
ignis non ſum æſtuata : de al-
titudine ventris inferi,& à lin
gua coĩquinata, & à uerbo mẽ
dacij, à Rege iniquo, & à lin-
gua iniuſta. Lectio iij.
LAudabit vſq; ad mortem
anima mea Dominum,&
vita mea erat appropinquans
in inferno deorſum. Circũde-
derunt me undiq;, & nõ erat
qui adiuuaret. Reſpiciens erã
in adiutorium hominũ, & nõ
erat. Memoratus ſum miſeri-
cordiæ tuæ Dñe,& cooperatio
nis tuæ,quæ à ſeculo ſunt;qm̃
eruis ſuſtinẽtes te Dñe,& libe
ras eos de manib⁹ gẽtiũ. L. iiij.
EXaltaſti ſuper terram ha-
bitationem meam : & ꝓ
morte defluẽte deprecata ſum.
Inuocaui Dñum Patrem Dñi
mei, vt nõ derelinquat me in
die tribulatioris meę,& in tpe
ſuperborũ ſine adiutorio. Lau
dabo nomen tuũ aſſiduè, &
collaudabo illlud in cõfeſſio-
ne,& exaudita eſt oratio mea.
Et liberaſti me de perditione,
& eruiſti me de tempore ini-
quo. Propterea confitebor, &
laudem dicam tibi, & benedi-
cã nomẽ Domini. In ij. noct.
Ex libro S. Cypriani Martyris
de habitu Virginum. Lectio v.
NVnc nobis ad virgines Ex
ſermo eſt, quarum quò cta
ſublimior gloria, maior & cu- ſub
ra eſt. Flos eſt ille eccleſiaſtici ini
germinis,dec⁹, atq; ornamẽtũ
gr̃ę ſpiritalis,lętaĩdoles,laudis
& honoris opus integrũ,atque
incorruptũ, Dei imago reſpõ-
dẽs ad ſanctimoniã Dñi, illu-
ſtrior portio gregis Chr̃i. L. vj.

GAudet per illas atque in illis largiter floret Ecclesiæ matris glorioſa fęcunditas, quantoq; plus copioſa virginitas numero ſuo addit, gaudium matris augeſcit. Ad has loquimur, has adhortamur affectione potius, quàm poteſtate: nec, quod extremi, & minimi, & humilitatis noſtrę admodum conſcij aliquid ad cēſuram licētię vindicemus, ſed quòd ad ſollicitudinē magis cauti plus de Diaboli infeſtatione timeamūs. Lectio vij.

NEque inanis hęc cautio eſt, & vana formido, quę ad ſalutis viam conſuluit, quę Dominica, & vitalia præcepta cuſtodit, ut quæ ſe Chriſto dicauerint, & à carnali concupiſcentia recedentes, tā carne, quàm mēte ſe Deo uouerint, conſumment opus ſuum magno præmio deſtinatum, nec ornari iā, aut placere cuiquā, niſi Domino ſuo, ſtudeant, à quo & mercedem uirginitates expectant, dicente ipſo: Non omnes capiunt uerbum, ſed illi, quibus datum eſt. Lect. viij.

SVnt enim ſpadones, qui ex utero matris nati ſunt, & ſunt ſpadones, qui coacti ſunt ab hominibus: & ſunt ſpadones, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorū. Denuò quoque per hanc Angeli vocē continentiæ munus oſtēditur, virginitas prędicatur. Hi ſunt qui cū mulieribus ſe nō coinquinauerūt: uirgines enī permanſerunt: hi ſunt qui ſequunt agnū, quocunq; ierit.

In iij. Noct. Hom. in Euange. Acceſſerūt ad Ieſum Phariſęi. q̄ habet ſup. in feſto S. Agathę.

IN FESTO Sanctę Martyris tantùm, & nec Virginis, nec Martyris.

Ad Veſp. Aña. Dum eſſet Rex. cum reliq. de Laud. Pſal. qui ſupra in Communi Virginū. Pro Martyre tantùm. Capit.

COnfitebor tibi Dñe Rex, & collaudabo te Deum Saluatorem meum: cōfitebor nomini tuo, quoniā adiutor, & protector factus es mihi, & liberaſti corp⁹ meū à pditione. Eccl. 51.

Pro nec Virg. nec Mart. Cap. Mulierē fortē. vt infra. ℟. br. Specie tua. ℣. Intēde. Hym. Huius obtentu. ℣. Diffuſa eſt. ℟. Propterea. Ad Mag. Aña. Veni ſpōſa Chriſti. ut ſup. de uirginibus. Orōnes ibidem. Si fuerit Martyr tantùm. Orō. Deus, qui inter cætera. omiſſo nomine virginis. Si nec virgo, nec martyr. Oratio. Exaudi. ſimiliter omiſſo noīe virginis. Ad

Ad Matutinum, Inuitatorium. Laudemus Deū noſtrum, In cōfeſſione beatæ N. ps. Venite. Hym. Huius obtentu.

Ad nocturnos. Añæ, Pſalmi, & Verſiculi dicuntur de Cōi Virginū, excepta ſecunda Antiphona j. noct. Ante torum. cuius loco dr̄ Aña. Læua eius ſub capite meo, & dextera illi⁹ amplexabitur me. Reſpōſoria etiam dñr, vt ſup. præter Rñſoria ij. noct. quę dñr, vt infra. De Parabolis Salomonis. L. j.

Ca. 31 in ini. MVlierem fortē quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretium eius. Cōfidit in ea cor viri ſui, & ſpolijs non indigebit. Reddet ei bonum, & nō malū omnibus diebus uitæ ſuæ. Quæſiuit lanam, & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarū. L. ij.

FActa eſt quaſi nauis inſtitoris, de longè portās panem ſuum. De nocte ſurrexit, deditq; prędā domeſticis ſuis. Conſiderauit agrum, & emit eū de fructu manuum ſuarū, plantauit vineam: accinxit fortitudine lumbos ſuos, & roborauit brachiū ſuum. Lect. iij.

GVſtauit, & vidit quoniam bona eſt negociatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum. Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extēdit ad pauperē. L. iiij.

NOn timebit domui ſuæ à frigoribus niuis: Omnes enī domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. Stragulatā veſtem fecit ſibi, byſſus & purpura indumentū eius. Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cū ſenatoribus terræ. Sindonē fecit, & vendidit, & cingulū tradidit Chananęo.

Ex libro S. Ambroſij Epiſcopi de Viduis. Lectio quinta.

AGrum hunc Eccleſiæ fertilē cerno, nunc integritatis flore vernantem, nūc viduitatis grauitate pollentem, nunc etiam cōiugij fructibus redundantem. Nam etſi diuerſi, vnius tamē agri fruct⁹ ſunt: nec tanta hortorum lilia, quātæ ariſte ſegetū, meſſiū ſpicæ: compluraque ſpatia camporū recipiendis aptantur ſeminibus, quā redditis nouales fructibus feriantur. ℟. Dilexiſti iuſtitiam. Lectio ſexta.

BOna ergo viduitas, quæ toties Apoſtolico iudicio prędicatur: hęc enim magiſtra fidei, magiſtra eſt caſtitatis. Vnde & illi, qui Deorum ſuorum adulteria & probra venerātur cęli-

cęlibatus & viduitatis statuere pęnas; vt ęmuli criminũ mulctarẽt studia virtutum, specie quidem, qua fęcunditatẽ quęrerent, sed studio, quo propositum castitatis abolerent. ℟. Fallax gratia, & vana est pulchritudo. Mulier timẽs Deũ ipsa laudabitur. ℣. Date ei de fructu manuum suarũ, & laudent eam in portis opera eius. Mulier timens. Lectio vij.

NAm confectis & miles stipendijs arma deponit, & relicto officio, quod gerebat, ad propria veteranus rura dimittitur: vt & ipse exercitæ laboribus vitæ requiem consequatur; & alios spes futuræ quietis subeũdis faciat operibus promptiores. ℟. Pulchra facie, sed pulchrior fide beata es N. respuẽs mundũ lætaberis cũ Angelis, Intercede pro oĩbus nobis. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua, intẽde, prosperè procede, & regna. Inter cede pro omnib. Lectio viij.

AGricola quoq; maturior torquendã alijs stiuã cõmittit, & iuuenili grauat⁹ opere prouidẽtiã curæ senilis explorat. Vitem faciliùs tondere, quàm premere, vt iuuenescentẽ luxuriam reprimat, & adolescentem lasciuiam falce succidat: parcorũ quandã partuũ castitatem docẽs etiam in vitibus expetẽdam. ℟. Regnũ mundi, & omnem ornatum seculi contempsi propter amorẽ Domini mei Iesu Chri. Quẽ vidi, quem amaui, in quem credidi, quem dilexi. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Quem. Gloria. Quem.

Lect. S. Euãg. sẽm Matth. L. ix. Ca. 13

IN illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hãc. Simile est regnum cęlorũ thesauro abscõdito ĩ agro. Et rel.

Homilia S. Gregorij Papæ.

COelorum regnũ, fratres charissimi, idcircò terrenis rebus simile dicitur, vt ex his, quæ animus nouit, surgat ad incognita, quæ non nouit, quatenus exemplo visibilium se ad inuisibilia rapiat, & p ea, quæ vsu didicit, quasi cõfricatus incalescat: vt per hoc, quod scit notum diligere, discat & incognita amare. Lectio x. Hom. 11. in init.

ECce enim regnum cęlorũ thesauro in agro abscõdito cõparatur, quẽ qui inuenit homo abscõdit, & prę gaudio illius vadit, & vendit vniuersa, quæ habet, & emit agrũ illum. Qua in re hoc quoque notandũest, quòd inuẽtus thesaurus

saurus abscõditur, vt seruetur: quia studium cœlestis desiderij à malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc & ab humanis laudibus non abscondit. Lectio vndecima.

IN p̃senti etenim vita, quasi in via sumus, qua ad patriã pergimus. Maligni autẽ spiritus iter nostrum quasi quidã latrunculi obsident. Deprędari ergo desiderat, qui thesaurũ publicè portat in via. L. xij.

HOc autem dico, non ut proximi opera nr̃a bona non videant, cũ scriptũ sit: Videant opera vestra bona, & glorificent Patrẽ vestrũ, qui in cęlis est: sed vt per hoc, quod agimus, laudes exteriùs nõ quæramus: sic autẽ sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto.

Sequentia sancti Euangelij secundùm Matthæum.

Ca. 13. in fi. IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolã hãc. Simile est regnũ cœlorũ thesauro abscõdito in agro, quẽ, qui inuenit homo, abscõdit, & prę gaudio illius uadit, & vẽdit vniuersa, quæ habet, & emit agrum illum. Iterum simile est regnũ cœlorũ homini negotiatori, quęrẽti bonas margaritas. Inuenta una pretiosa margarita, abijt, & uẽdidit omnia, quæ habuit, & emit eam. Iterum simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mari, & ex omni genere piscium congregãti: quã cùm impleta esset educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi: Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorũ, & mittẽt eos in caminũ ignis: Ibi erit fletus, & stridor dentiũ. Intellexistis hęc omnia? Dicũt ei: Etiam. Et ait illis. Ideò omnis Scriba doctus in regno cęlorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera. ℟. Amen.

Ad Laudes, & per Horas, Añ.

DVm esset Rex in accubitũ suo, nardus mea dedit odorẽ suauitatis. ps. Dñs reg. cũ rel. fol. 18. Añ. In odorẽ vnguẽtorum tuorum currimus: adolescentulæ dilexerũt te nimis. Añ. Iam hyems transijt; imber abijt, & recessit: surge amica mea, & veni. Añ. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, hallel. Antiph. Ista est speciosa inter filias

filias Ierusalem. Cap. Confitebor. ℟.br. Adiuuabit. Hym. Hui⁹ obtētu. ℣ Diffusa est grã. Ad Bñs, Aña Simile est regnū cœlorū hoī negociatori. vt s. Ad iij. Cap. Cōfitebor. ℣. Speciē tua. Ad Sextam, Capitulū.

Eccl. 51. Liberasti me secundū multitudinem misericordiæ nominis, à rugentibus præparatis ad escā, de manibus quærentium animam meam, & de multis tribulationibus, quę circundederunt me. ℣. Adiuu.

Ad Nonam, Capitulum.

Eccl. 51. Laudabit vsque ad mortē anima mea Dominum: quoniā eruis sustinentes te: & liberas eos de manu angustię Domine Deus nr̃. ℣. Elegit.

Ad Vesp. oīa vt in j. Vesperis. Si fuerint plures nō Virgines idem fit officium, vt supra. Pro Martyribus tm̃ dr̃ Oratio. Da nobis quęsumus Domine, pretermisso nomine virginis. Pro nec Virgine, nec Martyre. Ad Vesp. & Laud. & iij. Capit.

Prou. 31. Mulierem fortem quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretium eius: cōfidit in ea cor viri sui, & spolijs nō indigebit. Ad vj. Capit.

Prou. 31. Manum suā aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperē: nō timebit domui suæ à frigoribus niuis.

Ad Nonam, Capitulum.

Prou. 31. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timēs Dñm ipsa laudabit.

COMMVNE

Dedicationis Ecclesiæ.

Ad Vesp. Aña Domum tuam Dñe. cū rel. de Laud. ps. Dixit Dñs. f. 66. cū rel. de Dñica, & loco vlt. dr̃ Psal. Lauda Ierusalem Dominum. fol. 74. Cap.

Apoc. 21. Vidi ciuitatem sanctā Ierusalē nouā descēdentē de cęlo, à Deo paratā, sicut spōsam ornatam viro suo. ℟. br. Domum tuam Dñe Decet sanctitudo. ℣. In lōgitudine dierū. Decet. Glia. Do. Hy.

Vrbs beata Ierusalem,
Dicta pacis visio,
Quæ construitur in cœlis
Viuis ex lapidibus,
Et Angelis coronata,
Vt sponsata comite.
Noua ueniens è cœlo
Nuptiali thalamo,
Præparata, vt sponsata
Copuletur Domino:
Plateæ & muri eius
Ex auro purissimo.
Portę nitent margaritis
Adytis patentibus,
Et virtute meritorum
Illuc introducitur
Omnis, qui ob Chr̃i nomē
Hic in mundo præmitur.
Tunsionibus, pressuris
Expoliti lapides
Suis coaptantur locis
Per manum artificis,
Disponuntur permansuri
Sacris ædificijs.
Gloria, & honor Deo
Vsquequò Altissimo,
Vna Patri, Filioque,
Inclyto Paraclito,
Cui laus est, & potestas,
Per immensa secula. Amē.

℣. Hæc est domus Dñi firmiter ædificata. ℟. Benè fundata est supra firmam petram.

Ad Mag. Aña Sāctificauit Dñs tabernaculū suū: quia hęc est domus Dei, in qua inuocabit̃ nomē ei⁹: de quo scriptū est. Et erit nomē meū ibi, dicit Dñs.

In Anniuersario Dedicationis Ecclesię, & per Octa. Oratio.

Deus qui nobis per singulos annos huius sancti templi tui consecrationis reparas diem, & sacris semper mysterijs repręsentas incolumes: exaudi preces populi tui, & præsta: vt quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse lætetur. Per Dominū nostrum Iesum Christum, &c.

In die Dedicationis Ecclesiæ, & per Octauam. Oratio.

Deus, qui inuisibiliter omnia contines, & tamē pro salute generis humani signa tuæ potentiæ uisibiliter ostendis: tēplū hoc potentia tuę inhabitationis illustra, & concede: ut omnes, qui huc deprecaturi conueniunt, ex quacunq; tribulatione ad te clamauerit, cōsolationis tuæ beneficia cōsequantur. Per Dominum.

Ad Matut. Inuitat. Domū Dei decet sanctitudo. Sponsum eius Christū adoremus ī ea. ps. Venite. Hym Vrbs beata. vt s.

In j. Noct. Aña. Tollite portas Principes vestras, & eleuamini portæ ęternales. ps. Dñi est terra. f. 11. Aña. In tēplo Dñi oēs dicūt gloriā ei. ps. Afferte Dño. f. 13. Aña. Respice Dñe de sanctuario tuo, super domū istā, die ac nocte in sempiternū. ps. Exultate iusti. fol. 20. Aña. Erit mihi Dñs ī Deū, & lapis iste uocabit̃ domus Dei. ps. Deus nr̃. f. 28. Aña. Aedificauit Moyses altare Dño Deo. ps. Magnus Dñs. f. 28. Aña. Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cęli. ps. Quàm dilecta taber. 43. ℣. Domum tuā Domine decet sanctitudo. ℟. In longitudinem dierum.

De lib. ij. Paralipomenō. L. j.

ap. 7 ned. CVm complesset Salomō fundens preces, ignis descendit de cœlo, & deuorauit holocausta, & victimas: & maiestas Dñi impleuit domum: nec poterat sacerdotes ingredi templum Domini, eò quòd implesset maiestas Dñi templum Dñi. ℟. In dedicatione tēpli decantabat populus laudem, Et in ore eorū dulcis resonabat sonus. ℣. Fundata est domus Dñi supraverticē mōtium, & venient ad eum omnes gentes. Et in. Lectio ij.

SEd & omnes filij Israel videbant descendentē ignē, & gloriam Dñi super domū: & corruentes proni in terram super pauimentum stratum lapide, adorauerunt, & laudauerunt Dominum, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Rex autem, & omnis populus immolabāt victimas corā Dño. ℟. Fundata est domus Dñi supra verticem montium, & exaltata est super oēs colles: Et veniēt ad eā oēs gētes, & dicēt: Gloria tibi Dñe. ℣. Venientes autē, venient cū exultatione, portātes manipulos suos, Et venient. Lect. iij.

MActauit igitur Rex Salomō hostias boum viginti duo millia, arietum centum viginti millia, & dedicauit domū Dei Rex, & vniuersus populus: Sacerdotes autē stabant in officijs suis, & Leuitæ in organis carminum Dñi, quæ fecit Dauid Rex, ad laudandum Dominum, quoniam bonus, quoniam in æternū misericordia eius, hymnos Dauid canētes p manus suas. ℟. Benedic Dñe domū istā, quā ędificaui noī tuo: venientiū in loco isto, Exaudi pces in excelso solio glorię tuę. ℣. Dñe, si cōuersus fuerit popul⁹ tu⁹, & orauerit ad sanctuariū tuū. Exaudi. L. iiij.

POrrò Sacerdotes canebant tubis ante eos, cunctusque Israel stabat. Sāctificauit quoq; Salomō mediū atrij ante templum Dñi: obtulerat enim ibi holocausta, & adipes pacificorū, quia altare ęneū, quod fecerat, nō poterat sustinere holocausta, & sacrificia, & adipes. ℟. Orantibus in loco isto: Dimitte peccata populi tui Deus: & ostēde eis viā bonā, per quā ambulēt, & da gloriā in loco isto. ℣. Qui Regis Israel intēde, qui deducis velut ouem Ioseph, Qui sedes super Cherubim. Dimitte. Gl'ia. Dim. In ij. noctur. Aña. Vidit Iacob scalā, summitas eius cęlos tāgebat,

gebat, & descēdētes Angelos, & dixit: verè locus iste sanctus est. ps. Fundamenta. 46. Aña. Erexit Iacob lapidem in titulū fundēs oleum desuper. ps. Dñe Deus sa. 44. Aña. Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cęli commorabitur. ps. Idem. 76. Aña. Templum Dñi sanctum est: Dei structura est: Dei ædificatio est. ps. Cātate. j. 49. Añ. Domū istā ptege Dñe, & Angeli tui custodiāt muros ei⁹. ps. Dñs reg. exu. 49. Aña. Benedicta gloria Domini de loco sācto suo, hal'a. ps. Dñs regna. irascāt. 49. ℣. Domus mea. ℟. Domus orationis uocabit'.

Sermo S. Augustini Epi. Le v.

Exser. 252. d tpe. in init. QVotiescūq; frēs charissimi altaris uel tēpli festiuitatem colimus, si fideliter, ac diligenter attendimus, & sanctè, ac iustè uiuimus, quidquid in templis manufactis agitur, totū in nobis spiritali reædificatione completur. Nō enim mētitus est ille, qui dixit: Templum Dei sanctum est, quod estis uos: Et iterum: Nescitis, quia corpora uestra templum sunt Spiritus sancti qui in uobis est? ℟. O quàm metuendus est locus iste. Verè non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cęli. ℣. Hęc est domus Domini firmiter ædificata, benè fundata est supra firmā petrā. Verè. Le. vj.

ET ideò, fratres charissimi, quia nullis pcedentibus meritis, per gratiam Dei meruimus fieri templum Dei, quantum possumus, cū ipsius adiutorio laboremus, ne Dñs noster in templo suo, hoc est, in nobis ipsis inueniat, qđ oculos suæ maiestatis offendat. ℟. Manè surgens Iacob erigebat lapidem in titulū: fundēs oleū desuper uotū uouit Domino. Verè locus iste sanctus est, & ego nesciebā. ℣. Cumq; euigilasset Iacob de sōno, ait. Verè locus. Lectio septima.

SEd habitaculum cordis nostri euacuetur uitiis, uirtutibus, repleatur: claudatur Diabolo, & aperiatur Christo: & ita laboremus, ut nobis bonorum operum clauibus ianuam regni cœlestis aperire possimus. Sicut enim malis operibus quasi quibusdam seris, ac uectibus vitæ nobis ianua clauditur, ita absque dubio bonis operibus aperit'. ℟. Domus mea domus orationis vocabitur dicit Dominus: in ea omnis qui petit, accipit, & qui quærit inuenit,

Et

℟. pulsanti aperietur. ℣. Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis. Et pulsãti aperietur. Lc. viij.

ET ideò fratres charissimi vnusquisque consideret conscientiam suam, & quãdo se aliquo crimine vulneratum esse cognouerit, prius orationibus, ieiunijs, & eleemosynis studeat mundare consciẽtiam suam, & sic Eucharistiã præsumat accipere. Si enim agnoscens quis reatum suũ ipse se à diuino altari subtraxerit, citò ad indulgentiã diuinæ misericordiæ perueniet. ℟. Lapides pretiosi oẽs muri tui, Et turres Ierusalẽ gẽmis ædificabuntur. ℣. Portæ Ierusalẽ ex sapphiro & smaragdo ædificabũtur, & ex lapide ꝑtioso oẽs circuit⁹ muri ei⁹. Et.

In iij. Noct. Aña. Hodie huic domui salus à Deo facta est. hal lelu. Cant. Audite me. cũ reliquis. fo. 467. ℣. Hæc est domus Dñi. ℟. Bñ fundata.

Lectio s. Euãg. ſm. Lucã. L. ix.

a. 19 IN illo tempore: Ingressus Iesus perambulabat Ierico & ecce uir nomine Zachæus, & hic erat princeps publicanorum, & ipse diues. Et reliq.

lib. õm. cun m. Homilia S. Ambrosij Epi.

ZAchæus pusillus, hoc est nulla nobilitatis ingenitæ dignitate sublimis, exigu⁹ meritis sicut populus nationum, audito Domini Saluatoris aduentu, quem sui non receperant, uidere cupiebat. Sed nemo facilè Iesum videt, nemo potest Iesum videre cõstitutus in terra. ℟. Quàm dilecta tabernacula tua Dñe virtutum, concupiscit, & deficit anima mea In atria Dñi. ℣. Beati qui habitant in domo tua Dñe, in seculum seculi laudabũt te. In atria Dñi. Lc. x.

ET quia non prophetas, non regnum habebat, tã quã formæ gratiã naturalis ascendit in arborem sycomorum, vanitatem scilicet Iudæorum vestigio suo terens, errata quoque corrigens superioris ætatis: & ideò Iesum interioris domus recepit hospitio. ℟. Domine dilexi decorem domus tuæ, Et locum habitationis gloriæ tuæ. ℣. Quàm dilecta tabernacula tua Dñe uirtutum, concupiscit, & deficit anima mea in atria Dñi. Et. L. xj.

ET benè ascendit in arborem, vt arbor bona fructus bonos faceret: ac naturali excisus oleastro, & contra naturam insertus in bonam oliuam, fructum posset legis afferre. Radix enim sancta, etsi rami inutiles: quorum infructuosã gloriam plebs gẽtium fide resurrectionis, qua si quadam corporis eleuatione transcendit. ℟. Exaudisti Domine orationem serui tui: vt ædificarem tẽplum nomini tuo. Benedic, & sanctifica domum istam in sempiternum Deus Israel. ℣. Dñe qui custodis pactum & misericordiam seruis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo. Benedic, & sanctifica. Lectio xij.

ET ecce vir nomine Zachæus. Zachæus in sycomoro, cæcus in uia. Quorum alterum Dominus miseraturus expectat, alterum mansionis suæ claritate nobilitat: alterum sanaturus interrogat, apud alterum se non inuitatus inuitat: sciebat enim vberem hospitij sui esse mercedem. Sed tamen etsi nondum uocem inuitantis audierat, iã uiderat affectum. ℟. Vidi ciuitatem sanctam Ierusalẽ nouam à Deo paratam: & audiui uocem de throno dicentem, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. ℣. Vidi ciuitatẽ sanctam Ierusalem descendentem de cęlo ornatam tamquàm sponsã viro suo. Ecce. Glo. Ecce.

Sequẽtia S. Euãg. ſm Lucam.

IN illo tempore: Ingressus Iesus perambulabat Iericho: & ecce uir nomine Zachæus, & hic erat princeps publicanorum, & ipse diues. Et quærebat videre Iesum quis esset, & non poterat prę turba, quia statura pusillus erat, Et præcurrens ascendit in arborem Sychomorum, vt videret illum: quia inde erat trãsiturus. Et cùm uenisset ad locum, suspiciens Iesus, vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Et cũ uiderent omnes, murmurabãt dicentes quòd ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autẽ Zachæus dixit ad Iesum: Ecce dimidiũ bonorum meorum Dñe do pauperibus, & si qd aliquẽ defraudaui, reddo quadruplũ. Et ait Iesus ad eũ. Quia hodie huic domui salus facta est, eò ꝙ & ipse sit filius Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat. Ca. i in

Ad Laudes, & per Horas, Aña.

DOmum tuam Dñe decet sanctitudo in longitudine dic-

ne dierũ. Ps. Dñs reg. cũ rel.
18. Aña. Domus mea domus
orõnis vocabit. Aña. Hæc est
domus Dñi firmiter ædificata,
benè fundata est supra firmã
petrã. Aña. Bñ fundata est do
mus Dñi supra firmam petrã.
Aña. Lapides ꝑtiosi oẽs muri
tui: & turres Ierusalẽ gẽmis ę-
dificabũt. Ca. Vidi ciu. ℟. br.
Loc⁹ iste sãct⁹ est, In quo orat
sacerdos: ℣. Pro delictis, &
peccatis ppl̃i. In. G lo. Hym.

ANgularis fundamẽtum,
lapis Christus missus est,
Qui compage parietum
In utroq; nectitur,
Quẽ Sion sancta suscepit,
In quo credens permanet.
Omnis illa Deo sacra,
Et dilecta ciuitas,
Plena modulis, in laude,
Et canore iubilo
Trinum Deum vnicũque
Cum fauore prædicat.
Hoc in templo summe Deus
Exoratus adueni,
Et clementi bonitate
Precum vota suscipe,
Largam benedictionem
Hic infunde iugiter.
Hic promereantur omnes
Petita acquirere,
Et adepta possidere,
Cum sanctis perenniter:
Paradisum introire,
Translati in requiem,
Gloria & honor Deo.
Vsquequò Altissimo,
Vna Patri, Filioque,
Inclyto Paraclito,
Cui laus est & potestas
Per immẽsa secula. Amen.

℣. Hæc est domus Dñi firmi
ter ædificata. ℟. Benè funda-
ta est supra firmam petram.
Ad Bñs, Aña. Zachæe festinãs
descẽde, quia hodie in domo
tua oportet me manere: at ille
festinans descendit, & susce-
pit illum gaudens in domum
suam. Hodie huic domui sa-
lus à Deo facta est, hallã.
Ad iij. Cap. Vidi ciuit. ℣. Do
mum tuã. Ad Sextã. Capitulũ.

ET audiui uocem magnã Apoc.
de throno, dicentem: Ec- 21.
ce tabernaculum Dei cũ ho-
minibus, & habitabit cum eis
& ipsi populus eius erunt, &
ipse De⁹ cũ eis erit eorũ Deus
℣. Domus mea. Ad ix. Cap.

ET absterget Deus oẽm la Apoc.
chrymã ab oculis eorũ, & 21.
mors vltrà nõ erit, neq; luct⁹,
neq; clamor, neq; dolor erit
vltra, q̃ prima abierũt: & dixit
q sedebat ĩ throno: ecce noua
facio omnia. ℣. Hæc est do-
mus Dñi. Ad Vesp. omnia ut
in j. Vesp. preterq̃ hæc Aña ad
Mag. O quã metuẽdus ẽ loc⁹
iste: Verè non est hic aliud,
nisi domus Dei, & porta cęli.

PRIMA DIE
Infra Octa. Dedicat. Ecclesię.
Ad Mat. vsq; ad Lec. oïa d fes.
De Hom. S. Ambr. Epi. Lect. j.

Ex ea-
dẽ Ho-
milia.

DIues certè Zachæus ele-
ctus à Christo, sed dimi-
diũ bonorũ suorũ pauperibus
largiẽdo, reddẽdo ẽt ĩ quadru
plũ q̃ fraude sustulerat (alterũ
enim nõ sat est, nec hẽt grãm
liberalitas, si iniuria perseue-
ret: qa nõ spolia, sed bona q̃rũ
tur) vberiorẽ mercedẽ, q̃ con
ferebat accepit. ℟. ia dicuntur
de festo per ordinem. Lect. ij.

ET benè Princeps inducit
publicanorũ. Quis enim
de se desperet, quando & iste
peruenit, cui cẽsus ex fraude?
Et ipse inquit, diues. Vt scias
non omnes diuites auaros.
Quid sibi vult, quòd nullius
alterius staturã Scriptura, nisi
huius expressit, quia statura
pusillus erat? Lectio tertia.

VIde ne forte malitia pusil
lus, aut adhuc pusillus fi-
de. Nondum enim promise-
rat cùm ascenderet, & nondũ
uiderat Christum: meritò ad
huc pusillus. Denique Iohan-
nes magnus, quia & Christũ
vidit, & spiritum sicut Colum
bam super Christum mauen-
tem, sicut ipse ait: Vidi spiritũ
descendentem sicut Colum-
bam, & manentem super eũ.
In iij. Noct. Anę, & ps. de fe-
sto. Cap. & ℣. Sextę. Ad Lau-
des, & per horas ut in festo.

SECVNDA DIE
Infra Octa. Dedicat. Ecclesiæ.
Hom. S. Gregorij Papæ. Lc. j.

ZAchæus cũ videre ꝑ tur- Ex li
ba nil posset, sycomorũ 27. M
arborem ascendit, vt transeun raliũ
tẽ Dñm cerneret. Sycomorus
qppe ficus fatua dr̃. Pusillus
itaque Zachæus sycomorum
subijt, & Dñm vidit, qa q mũ-
di stultitiã humiliter eligunt,
ipsi Dei sapientiam subtiliter
contemplantur. Pusillitatem
nãq; nostrã ad vidẽdũ Dñm
turba ꝑpedit, qa ĩfirmitatẽ hu-
manæ mẽtis, ne lucẽ veritatis
intẽdat, curarũ secularium tu-
multus præmit. Lectio ij.

SEd prudenter sycomorũ
ascendimus, si prouidè eã
q diuinitùs ꝑcipitur, stultitiã
mẽte tenemus. Quid enim in
hoc mũdo stultius, quã amis-
sa non quærere, possessa rapiẽ
tibus relaxare, nullã pro acce
ptis iniurijs iniuriã reddere,
imò adiunctis alijs patientiã
præbere? Quasi. n. sycomorũ
nos ascendere Dñs pręcepit,
cùm dicit: Qui aufert quæ tua
sunt,

sunt, ne repetas: Et rursum, si- quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram. Lectio tertia.

PEr sycomorum transiens Dñs cernitur, quia per hāc sapientem stultitiam, & si necdum ut est solidè, iam tamen per contemplationis lumen, quasi in transitu Dei sapientia videtur, quam videre nequeūt qui sibi sapientes videntur: qa ad cōspiciendum Dominum in clara cogitationum suarū turba deprehensi, adhuc sycomori arborem nō inuenerūt.

TERTIA DIE

Infra Oct. Dedicatio. Eclesiæ.

Homilia sancti Iohānis Chrysostomi. Lectio j.

xser. e Zahæo, ib itio. fine cun- To- ii.

DE multis vnum Zachęi gestum vobiscum uolumus tractare, vt ex ipso & ei⁹ meritū, & Christi Dñi liberale proferamus exemplū. Ascēdit ī arborē Zachæus, ut Dñm Christum ex alto conspiceret, quem in humili per breuitatē naturæ videre nō poterat. L. ij.

CVpit nosse aspectu, quem intuitus fuerat sensu: videre facie, quem viderat mente: cōtemplari præsentem, quem nunquam viderat operātem: vt amor Christi Zachæi corde cōceptus, etiam oculorū fuisset visibus saginatus. Lectio iij.

QVem cùm ī arbore Christi diuina maiestas conspiceret: Festina, iquit Zachęe: hodie enim in domo tua māsurus sum. Promittit se Christus ad eius domum venturum cuius desiderātis iam possederat animum. Venit ad Zachæū hospitē Dñs spirituales epulas præparantem: vt cuius fidem solus iam nouerat, eius meritum cunctis præsentibus demonstraret.

QVARTA DIE

Infra Oct. Dedicatio. Ecclesiæ.

De Hom. S. Iohā. Chryso. L. j.

Ex eodē sermone.

QVoniam & hic, iquit verè filius est Abrahæ. Fit Zachæus Abrahæ filius fide, non genere: merito, non sobole: deuotione, non stirpe. Primò Zachæus videre Dominum cōcupiuit, sicut de Abraham sanctissimo ipse Dñs dixit: Abraham Pater uester cōcupiuit diem meum videre: vidit & gauisus est. Secūdò quia Zachę⁹ hospitio Dñm meretur excipere, ut excepit & pater: sed Abraham Dominum excepit cum Angelis, Zachęus cum Apostolis: ille pergētem ad Sodomā, hic transeuntem per Iudæam. Lectio ij.

SEd Abrahę benedictio meruit

ruit filiū: Zachęum verò in filiorū Dñs transtulit numerū. Tertiò ut omnem substātiam suā fideliter pauperibus obtulisset: Nam totū quod habuit, obtulit, qui patrimonij partē reddēdis fraudib⁹ reseruauit. Sed Abraham Dño filium: Zachæus substantiā obtulit. Ille hæredem, hic hæreditatē donauit. Ille immolandum solū quod habuit pignus exhibuit: hic patrimonii substantiā Domino immolauit. Lectio iij.

VNde rectè Abrahæ filius Zachæus nūcupatur, dū ordinē glorię paternæ exequitur. Vnde Zachęi exemplo, ad Abraham cunctis aditus aperitur, dum quibus officiis ad eū peruenire poterat, demōstrat. Quare imitare fratrē, si uis p̄tinere ad patrē: Fac qđ Zachę⁹ fecit, ut merearis qđ meruit. similitudo enim officiorū similitudinē exhibet meritorū. Fides Zachæum exhibet filiū, quem fuisse legimus alienū.

QVINTA DIE

Infra Oct. Dedicatio. Ecclesię.

Homil. Ven. Bedæ p̄sbyt. L. j.

Ex lib. 5 cōm. in eundem. ca. 77.

QVæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Ecce enim camelus deposita gibbi sarcina per foramē acus transit, hoc est, diues & publicanus, relicto onere diuitiarū, contēpto censu fraudū, angustā portam, arctamq; uiam, quę ad uitā ducit ascendit. Lectio ij.

QVi mira deuotione fidei ad uidēdū Saluatorē, qđ natura minus habuerat, ascensu supplet arboris: atq; ideò iustè, quàmuis ipse rogare non audeat, benedictionē Dñicæ susceptionis, quàm desiderabat accipit. Lectio tertia.

MYsticè autē Zachæus, q interpretabat̄ iustificat⁹ credentē ex gentibus populū significat. Qui quātò curis secularibus occupatior, tātò flagitiis deprimētibus erat fact⁹ humilior. Sed ablutus est, sed sanctificatus, sed iustificatus ī nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nr̄i.

SEXTA DIE

Infra Octa. Dedicat. Ecclesiæ.

De Homilia Venerabilis Bedæ presbyteri. Lectio j.

Ex ca dē lib. 5. c. 77

ET cùm uenisset ad locū, suspiciēs Ies⁹, uidit illū. Perambulās Iericho Saluator, uenit ad locū, ubi p̄currens Zachęus sycomorū cōscēderat: qa missis p mūdū sui verbi p̄conibus, in qbus nimirū ipse & loq̄bat̄, & ibat, uenit ad populū nationū, q passionis eius fide

fidei iam sublimis existens, etiam diuinitatis eius ardebat agnita facie beari. Lectio ij.

SVspiciens uidit illũ, quia per gratiam fidei à terrenis cupiditatibus eleuatum, turbisq; infidelibus præeminentem elegit. Videre enim Dei eligere vel amare est: vnde est illud: Oculi Dñi super iustos. Nam & nos quæ amamus videre: & ab iis quæ execramur, intuitum festinamus auertere. Vidit ergo Iesus vidētē se, quia elegit eligētē se, & amauit amantem se. L.iij.

HVnc sanè ordinem proficiēdi, hoc est per fidē Dominicæ incarnationis ad cognitionem diuinitatis perueniendi, quasi per sycomorũ Iesu faciem speculādi Doctor Egregius ostēdit, cùm ait. Nō enim iudicaui scire me aliqd inter uos, nisi Christũ Iesum, & hunc crucifixum.

IN OCTAVA Dedicationis Ecclesiæ.

Oĩa ut ĩ die pter Lect.ij. noct. Ser.S.Felicis Papæ, &mar.L.j.

ExEpistola Decre TAbernaculum Moysen, Dño præcipiente, fecisse & sacrasse, cũ mensa, & altari eius, & cęteris vasis vtēsilibus ad diuinũ cultũ explēdũ, legimus: & non solùm diuinis pcibus ea sacrasse, sed etiam sancti olei unctione, Dño iubēte, perlinisse nouimus. L.ij.

QValiter aũt hæc facta sĩt, & qũo ipsa sacra nōalij, quã ipsi sacerdotes sacra vnctione delibuti, Dñoq; cũ vectione delibuti, Dñoq; cũ vestib⁹ sctis sacrati, & Læuitæ tractabāt, ferebāt, erigebāt, & dponebāt, in ipsis institutionibus, q̃ iubente Dño per Moysen conscriptę sunt, in lege Dñi reperitur. Lectio tertia.

QValiter ergo DauidRegũ pijssimus amplificauerit cultũ Dei, & tēplũ Dñi ædificare voluerit, sed pp multũ sāguinē, quē effuderat, prohibitus est: & ipse collegerat expēsas: Salomō quoq; fili⁹ ei⁹ idipsũ, qđ ipse facere optauerat iubēte, & auxiliāte Dño pfecit: & tēplũ cũ altari, & reliqua ad diuinũ pagendum cultum consecrauit, in libro Regum legitur. Lectio quarta.

FEcit ergo Salomō in tpe il lo festiuitatem celebrē, & omnis Israel cum eo, multitudo magna ab introitu Emath vsq; ad riuũ Aegypti, corāDño Deo nr̃o septē diebus & septē diebus, id est quatuordecim diebus: & ĩ die octaua dimisit populos. Lectiones iij. Noct. leguntur ut supra in festo.

OFFI-

OFFICIVM BEATAE MARIAE IN SABBATHO.

IN omnib⁹ Sabbathis, p annum, extra Aduentũ, Quadragesimã, & Quatuor tpa, nc nisi officium fieri debeat de feria, propter Vigiliam in Sabbatho occurrentē, vel pp feria primò ponenda, vel propter officium alicuius Dominicæ in officio feriæ aliquando ponēdũ, ut in Rubricis generalibus in Rubrica de Dominicis dictum est, ac nisi fiat officium xij. Leonũ, vel diei ĩfra aliquã Octauã, semper fit officium de S. Maria modo ĩfrascripto. Si autem in Sabbatho occurrat festũ simplex, fit Officiũ de S. Maria, & de festo simplici fit tm̃ cõm. Cum uerò de ea suprascriptis diebus officium fieri non potest, nulla tunc fit cõm. de S. Maria pp Sabbathũ, sed tm̃ in semiduplicibus, quia eius officiũ par num nō dr̃ in Choro, fit cõsueta eius cõm. per annũ, posita in Psalt. post Vesp. Sabbathi, si tn̄ eo tpe est facienda. In Vespe. fer. vj. dñr Psal. feriales in Psalt. positi: A capitulo aũt incipit officium, vt fit in festis simplicibus. Si autem feria vj. fuerit officium xij. Lec. in Vespe. fit tantùm de ea commemoratio, cum Aña. ℣. & oratione infra hic positis. Cap.

Eccle. 24. AB initio, & ante secula creata sum, & vsq; ad futurum seculũ nō desinã: & in habitatione sancta corã ipso ministraui. ℟. br. Specie tua, t pulchritudine tua. ℣. Intende, prospere procede, & regna. Hym. Aue maris stella. ℣. Dignare me laudare te virgo sacrata. ℟. Da mihi virtutē contra hostes tuos. Ad Mag. Aña. Beata mater, vel alia p qualitate temporis. Oratio. Concede nos fa. vel alia pro tēpore. Deinde fit comme. festi simplicis, si occurrat. Postea fiunt commemorat. consuetæ de Apostolis & c. & tem pore paschali sola comme. de Cruce, vt in ij. fer. post Oct. Paschæ. Completoriũ, vt in Psalterio. Et ad Compl. & Horas, in fine Hymnorum dicitur Gloria tibi Dñe, Qui natus. Quod

Qđ fit etiã tpe pasch. Ad Mat.
Inuitat. Aue Maria. ps. Veni-
te. Hym. Quem terra pontus.
In j. noct. Añæ & ps. ut in Psal
terio die Sabbatho. ℣. Specie
tua. ℟. Intende. Absolutio-
nes, & benedictiones, vt ĩ Of-
ficio eius paruo.
Prima, & secunda Lectio dñr
de scriptura currente: tertia ve
rò vna ex infra positis per or-
dinem, cum Responsoriis vt
in Officio paruo eiusdem.
Extra Chorum aũt, ab Oct. Pa
schę usq; ad Dñicam primam
Nouẽb. ℘ prima Lectione dr̃
Lectio bre. illius tpis, pro secũ
da, & tertia, diuidatur vna ex
infrascriptis, quæ tunc dicẽda
esset in choro. In ij. noc. Aña.
& Psal. de Psalt. ĩ Sabba. Cap.
ET sic in Sion firmata sũ,
Eccle. 24. & in ciuitate sanctifica-
ta similiter requieui, & in Ie-
rusalem potestas mea: Et radi
caui in populo honorificato:
& in partes Dei mei hæredi-
tas illius: & in plenitudine san
ctorum detentio mea. ℣. Ad-
iuuabit. ℟. De⁹. Oro Cõced.
Ad Laudes, & per Horas, Aña.
Dum esset rex. cum rel. ut in
Vesp. Officii parui. Psal. Dñs
reg. cũ rel. 18. Cap. Ab initio.
℟. brc. Adiuuabit eã. ℣. Deus
in medio. Hymn⁹. O glorio-
sa Domina. ℣. Dignare me.
℟. Da mihi. Ad Bñs, Antiph.
Beata Dei genitrix, vel Regi-
na cęli. Oro. Concede, vel a-
lia, ut supra. Post orationem fit
commemo. festi simplicis, si
occurrat. Deinde fiunt cõmę.
communes. Ad horas Hym-
ni, & psal. ut in Psalt. Ad j. Ca.
Regi seculorũ. Ad absolutio-
nem Cap. In plateis. Ad iij.
Cap. Ab initio. ℣ Specie tua.
℟. Intende, prosperè proce.
Ad vj. Cap. Et sic in Sion. ad-
iuncto Cap. Et radicaui. ℣.
Adiuuabit. ℟. Deus in med.
Ad ix. Cap In plateis. ℣ Ele-
git. ℟. In tabernaculo.
Omnia hęc habentur in Offi-
cio paruo eiusdem Beatæ Ma
riæ infra, præter ℣. ad Horas,
qui dicuntur de cõi virginũ.
Ad Vesp. Añæ, & psal. feriales.
Cap. & reliqua oĩa, (si non oc-
currat festum duplex,) de Do
minica. In fine commemora-
tiones communes, vt in Psalt.
Post Nat. Dñi vsq; ad Purifi
cationẽ officium fit vt supra,
exceptis his, quæ sequuntur.
Ad Mag. Aña Magnum hære
ditatis myst. Oratio Deus, qui
salutis. quæ dicitur ad omnes
horas. Ad Laudes, & p horas.
Aña, O admirabile. cũ rel. de
Laudibus, vt in Officio paruo.
Ad

Ad Bñs, Aña. Mirabile myste.
Tempore paschali. Inuita-
torio Añis, ℟. ijs, & ℣ siculis. ad
ditur Halle. & Ad Magnificat,
& Bñs, dicit̃ Aña. Regina cę.
vt infra in Officio paruo.
Lcõnes sequentes dñr singu-
lis mẽsibus in Officio B. Ma-
riæ in Sab. ordine subscripto.

MENSE IANVARII.

Ex Epła S. Ambrosij Episcopi
ad Siricium Papam. Lect. iij.

Exlib. 10. Epistola 81. DE via peruersitatis pro-
dunt̃ dicere: Virgo cõce-
pit, sed non virgo generauit.
Quæ potuit ergo virgo conci
pere, potuit virgo generare, cũ
semper conceptus præcedat,
partus sequatur. Sed si doctri-
nis non creditur sacerdotum,
credatur oraculis Christi, cre-
datur monitis Angelorum di-
centium: Quia non impossi-
bile Deo omne verbum. Cre-
datur Symbolo Apostolorũ,
quod Ecclesia Romana itera-
tũ semper custodit, & seruat.
Audiuit Maria uocẽ Angeli, &
quæ antè dixerat: Quo modo
fiet istud? non de fide genera-
tionis interrogans rñdet po-
stea, Ecce ancilla Dñi cõtigat
mihi secundùm verbum tuũ.

MENSE FEBRVARIO.

Ex libro S. Hiero. presbyteri
aduersus Iouinianum. Le. iij.

CHristus virgo, mater vir- Ex Apologia eu[...] dẽ ad Pãmachiũ. ℘ lib. aduersus Iouinianum,
ginis nr̃i, virgo perpetua,
mater & uirgo. Ies⁹ enim clau
sis ingressus est ostijs, & in se-
pulcro eius, quod nouũ, & in
petra durissima fuerat excisũ,
nec antea quis nec postea posi
tus est. Hortus conclusus, fons
signatus: de quo fonte ille flu
uius manat, iuxta Ioel, qui irri
gat torrentem, vel funium, vel
spinarum: funiũ peccatorum,
quibus antè alligabamur: spi-
narũ, quæ suffocant sementẽ
patris familias. Hæc est porta
Oriẽtalis, ut ait Ezechiel, sem
per clausa, & lucida, operiens
ĩ se, vel ex se ℘ferẽs sctã sctõ-
rũ, ℘ quã sol iustitiæ, & Põti-
fex nr̃ ẽm ordinem Melchi-
sedec ingreditur, & egredit̃.

MENSE MARTIO

ante Quadrag. Ex li. S. Irenæi
Epi & m. aduer. hæreses. L iij.

IN sua propria veniẽte Do Exlib 5. post med.
mino, & sua propria eũ ba-
iulante cõditione, quæ baiu-
latur ab ipso, & recapitulatio-
nẽ eius, quæ in ligno fuit ino-
bedientiæ, ℘ eã, quæ in ligno
est, obedientiam faciẽte, & se-
ductione illa soluta, qua sedu-
cta est malè illa, quæ iã viro
destinata erat virgo Eua, per
veritatẽ euãgelizata est bñ ab
Angelo, iã sub uiro uirgo Ma

ria. Queadmodũ enim illa p Angelicum sermonẽ seducta est,ut effugeret Deũ puaricata verbũ eius:ita & hæc per Angelicũ sermonẽ euangelizata est,vt portaret Deũ,obediẽs eius Verbo.Et sicut illa seducta ẽ,vt effugeret Deũ,sic hęc suasa est obedire Deo,vti virginis Euæ virgo Maria fieret aduocata:Et quemadmodum astrictum est morte genus humanũ per virginẽ, soluatur per virginem,æqua lance disposita, uirginalis inobediẽtia per virginalem obedientiam.

MENSE APRILI.

Ex libro S.Epiphanij Episcopi,aduersus hæreses. Lect.iij.

Exlib. 3 contra Antidicomarianitas. hæresi 78 sub med.

SI catulũ leonis obscurẽ dicit Iacob Christũ dicẽs, & ĩ Apocalypsi habet:Ecce vicit leo de tribu Iuda: Dñs enim leoni assimilatus,non s̃m naturã,sed pp ænigma, & eo ꝙ regiũ hoc aĩal inter oĩa aĩantia violentissimum,ac fortissimũ, & per oĩa gratiosissimũ: profectò etiam genitricẽ ipsi⁹ Leænã dixerim. 3.Vnde enim gignetur omnino leo, si non leæna mater vocabitur? Leænæ enim nõ cõtingit secũdus partus: ergo non amplius partum nouit Maria nõ amplius cõiũctionẽ corporũ sca virgo.

MENSE MAIO.

Ex Tractatu S.Augustini Epi, de Symbolo ad Catheccu.L.iij.

Lib.3. cap.4. to.9.

PEr fęminam mors, per fęminam vita:per Euam interitus, per Mariam salus.Illa corrupta secuta est seductorẽ: hæc integra peperit Saluatorem. 3. Illa poculũ à serpẽte propinatum libenter accepit, & viro tradidit, ex quo simul mereretur occidi: hęc gratia cęlesti desuper infusa vitam protulit, per quam caro mortua possit resuscitari.Quis est, qui hæc operatus est, nisi uirginis Filius,& virginum sponsus,qui attulit matri fęcunditatẽ,sed nõ abstulit virginitatẽ?

MENSE IVNIO.

Sermo S.Bernardi Abb. L.iij.

Deuet bis Apocal. 12. Signum magnum i init.

VEhemẽter quidẽ nobis, dilectissimi,vir vnus,& mulier vna nocuère, sed gratia Deo, per vnum nihilominus virum, & mulierem vnã omnia restaurãt̃, nec sine magno fenore gratiarũ. Neque enim sicut delictum, ita & donum. Sed excedit damni æstimationem beneficij magnitudo. 3. Sic nimirum prudentissimus, & clementissimus artifex, quod quassatum fuerat, non confregit, sed utiliùs oĩno refecit, videlicet, vt nobis

nouum

nouũ formaret Adã ex veteri, & Euã trãsfunderet in Mariã.

MENSE IVLIO.

Ex Epistola S.Ambrosij Epi, ad Siricium Papam.Lectio iij.

Exlib. 10 Epistola 81.

NOn excedit fidem,quòd homo exiuit d̃ virgine, qñ petra ꝑ fonte flumẽ scaturiuit, ferrũ sup aquas natauit, ambulauit hõ super aquas:ergo si hominem vnda portauit,non potuit hominem virgo generare? 3. Hoĩem autẽ, de quo legimus: Et mittet illis Dñs hoĩem,q saluos faciet eos,& not⁹ erit Dñs Aegyptijs. In veteri itaq; testamẽto virga Hæbręorũ p mare duxit exercitũ, in nouo testamẽto virgo generis, aula cœlestis electa est ad salutem.

MENSE AVGVSTO.

De Expositione S. Gregorij Papæ,in libros Regum. Lect.iij.

Incap. 1. libri 1. post initiũ.

FVit vir vnus de Rhamathaim Sophim de monte Ephraim.Potest montis nomine beatissima semper virgo Maria,Dei genitrix designari. Mons quippe fuit,quę oẽm electæ creaturæ altitudinẽ electionis suæ dignitate transcendit. 3. An non mons sublimis Maria, quæ vt conceptionem ęterni verbi pertingeret meritorũ verticẽ supra oẽs Angelorũ choros vsq; ad soliũ deitatis erexit?Huius enim montis præcellentissimam dignitatem Isaias vaticinãs ait: Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Dñi in vertice montium. Mons quippè in vertice montium fuit, quia altitudo Mariæ supra omnes sanctos refulsit.

MENSE SEPTEMBRI.

Ex Epistola S.Leonis Papę,ad Pulcheriam Augustam. L.iij.

Ex Epistola 3. decretali ante medium.

SAcramẽtũ recõciliationis nostræ ante tpa æterna dispositũ,mille implebãt figurę qa nõdũ supuenerat Spũs scũs in uirginẽ,nec virtus Altissimi obũbrauerat ei,vt & intra intemerata viscera,ędificãte sibi Sapia domũ,verbũ caro fieret,& forma Dei,ac forma s̃ui ĩ vnã ꝯueniẽte psonã, creator tpm nosceret̃ ĩ tpe, & p quẽ facta sũt oĩa,ipse iter oĩa gigneret̃. 3. Nisi n. nou⁹ hõ fact⁹ ĩ silitudinẽ carnis pc̃ti nr̃am suscipe ret vetustatẽ,&ꝯsubstãtialis pr̃i ꝯsubstãtialis eẽ dignaretur & mr̃i, naturãq; nr̃ã sol⁹ à pc̃tõ liber vniret,sub iugo Diaboli gñalr̃ teneret̃ humãa captiuitas.

MENSE OCTOBRI.

Sermo S. Bernardi Abb. L. iij.

In Apocal. 12. ãte med.

AMplectamur Mariæ vestigia, fratres mei, & deuotissi-

uotiſſima ſupplicatiōe beatis illius pedibus prouoluamur. Teneamus eam, nec dimittamus, donec benedixerit nobis:potens eſt enim. Nēpè vellus eſt medium inter rorē, & aream; mulier inter Solem, & Lunam; Maria inter Chriſtū, & Eccleſiam cōſtituta. Sed fortè miraris, nō tàm uellus oper tum rore, quàm amictā Sole mulierē. ℣. Magna ſiquidē familiaritas, ſed mira oīno uicinitas ſolis, & mulieris. Quomō enim ī tàm vehemēti feruore tàm fragilis natura ſubſiſtit? Meritò quidem admiraris Moyſes ſancte, & curioſiùs deſideras intueri. Veruntamē ſolue calciamenta de pedibus tuis, & inuolucra pone carnalium cogitationum, ſi accedere concupiſcis.

MENSE NOVEMBRI.

De Expoſitione S. Baſilij Epi, in Iſaiam Propheram. Le. iij.

Ex cō-mē. in cap. 8. eiuſdē poſt nitiū. Acceſſi, inquit, ad prophetiſſam: & in utero accepit, & peperit filium. Quòd Maria prophetiſſa fuerit ad quam proximè acceſſit Iſaias per prænotionem Spiritus, ne mo contradixerit, qui ſit memor verborū Mariæ, q̄ prophetico afflata ſpū elocuta ē. Quid enim ait? Magnificat aīa mea Dñm, Et exultauit Spūs meus in Deo ſalutari meo, Quia reſpexit humilitatē ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatā me di cēt oēs generationes. Quòd ſi aīum accomodaueris vniuerſis eius verbis, nō utiq; cōtētiosè negaueris eam fuiſſe prophetiſſam, quòd Dñi Spūs in eam ſuperuenerit, & virtus Altiſſimi obumbrauerit ei.

MENSE DECEMBRI.

ante Aduentum.

In Aduētu nō fit de S. Maria.

Ex libro Officiorum S. Ambroſij Epiſcopi. Lectio iij.

Exh. 2 ca. 18. Bonus regēdæ caſtitati s pudor eſt comes, qui pri mus in ipſo cogitationis ingreſſu Domini matrem com mendat legentibus, & tāquā teſtis locuples dignam, quę ad tale munus eligeretur aſtruit, quòd in cubiculo, quòd ſola, quòd ſalutata ab Angelo tacet; & mota eſt in intuitu eius: ꝙ ad virilis ſexus ſpeciem peregrinam turbatur aſpectus virginis. Itaque quàmuis eſſet humilis, præ verecundia tamen non reſalutauit, nec ullum reſponſum retulit, niſi vbi de ſuſcipienda Domini generatione cognouit, vt qualitatem effectus diſceret, non vt ſermonem repelleret.

OFFICIVM PARVVM BEATAE MARIAE.

Nō dī ī Choro, qū off. ē du. & j ſem. & ī o. t. dī tm̄ a l j. iij. vj. & ix. nec dicit̄ ī vig. Nat. Dūi, nec in ferijs maioris hebdomadæ, nec in Sabbatho quando fit officium de S. Maria. Quibus diebus omittitur à j. Veſp. & ī Vig. Natiuit. à Mat. Cùm dicitur in choro, in Matut. & in Veſp. & in vj. quando dicitur poſt Miſſam præponitur officio diei, in alijs horis poſtponitur. Extra Chorū dī pro temporis opportunitate.

OFFICIVM B. MARIÆ

Extra Aduentum.

Ad Veſperas. Aue Maria. quæ dicitur ſemper in principio omnium horarum B. Mariæ. Deus in audiut. Gloria Pat. in fine Hallelu. vel Laus tibi Dñe. pro diuerſitate tēporis. Aña Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nard⁹ mea dedit odo rē ſuauitatis. ps. Dixit. 66. Añ. Leua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabit̄ me. ps. Laudate pueri. 67. Aña. Nigra ſum, ſed formoſa Filiæ Ieruſalē: ideo dilexit me Rex, & introduxit me in cubiculū ſuum. ps. Lætatus. 65. Aña. Iam hyems tranſijt, imber abijt, & receſſit: ſurge amica mea, & veni. ps. Niſi Dñs. 66. Aña. Specioſa facta es, & ſuauis in delicijs tuis, ſancta Dei genitrix. ps. Lauda Ieruſalem Dominū. 74. Capitu.

Eccle. 24. Ab initio, & ante ſecula creata ſum, & uſq; ad futurum ſeculum non deſinam, & in habitatione ſancta corā ipſo miniſtraui. Hymnus.

Ave maris ſtella,
Dei mater alma,
Atq; ſemper virgo,
Fęlix cęli porta.
Sumens illud Aue
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Euæ nomen.
Solue vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala noſtra pelle,
Bona cuncta poſce,
Monſtra te eſſe matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit eſſe tuus.
Virgo ſingularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis ſolutos,
Mites fac, & caſtos.

V itam presta puram,
Iter para tutum;
Vt videntes Iesum,
Semper collætemur.
Sit laus Deo patri,
Summo Chisto Decus,
Spiritui sancto,
Tribus honor vnus. Amē.
℣. Diffusa ē gr̄a in labiis tuis.
℟. Propterea bn̄dixit te De⁹ ī ęternū. Ad Ma. Añ. Btā mr̄,& ītacta virgo, gl̄iosa regina mū di īterced̄ ꝓ nobis ad Dn̄m. K iriel. C hr̄e el. K yriel. Dn̄s vo. vel Dn̄e exaudi. Oratio.

C Onced̄ nos famulos tuos q̄s Dn̄e De⁹ ꝑpetua mē-tis,&corporis sanitate gaud̄re: & gl̄iosa B. Mariæ sp̄ virginis ītercessione, a pn̄ti liberari tristitia, & æterna ꝑfrui lætitia. Per Chr̄m Dn̄m nr̄m. ℟. Am̄.

Sequens comme. ꝓ sanctis fit tm̄ ī Ves.& Lau. cū offō S. Mariæ, p̄terq̄ ī Aduē. cui⁹ loco tūc alia dr̄ Aña. Scti Dei oēs īter-ced̄re dignemini ꝓ nr̄a, oīūq; salute. ℣. Lætamini ī Dn̄o,& exultate iusti. ℟. Et gl̄iamini oēs recti cord̄. O rem⁹. Orō.

P Rotege Dn̄e ppl̄m tuū: & Ap̄lorū tuorū Petri,&Pauli, & aliorū Ap̄lorū p̄rocinio ꝯfidētē, ꝑpetua d̄fensiōe ꝯserua.

O Mnes scti tui, q̄s Dn̄e, nos ubiq; adiuuēt: vt, dum eorū merita recolim⁹, p̄rocinia sētiam⁹: & pacē tuā nr̄is ꝯced̄ tp̄ib⁹: & ab Eccl̄ia tua cūctā repelle nequitiā: iter, act⁹, & volūtates nr̄as,& oīum famulorū tuorū ī salutis tuæ ꝓsperitate dispone: benefactoribus nr̄is sēpiterna bona retribue: & oībus fidelibus defunctis requiē æternā concede. Per.

AD COMPLETORIVM.

℣. Cōuerte. ℟. Et auerte. ℣. Deus ī ad. G loria Pr̄i. Halle. p̄s. S æpè expug 68. D e ꝓfūd. 69. D n̄e non est ex. 69. Hym.

M Emento salutis auctor,
Quòd nostri quondam corporis,
Ex illibata virgine
Nascēdo formā sumpseris.
M aria mater gratiæ,
Mater misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.
G loria tibi Domine,
Qui natus es de virgine,
Cū p̄re,& sācto Spū, In sempiterna secula. Amē. Cap.

E Go mater pulchræ dilectionis,& timoris, & ma- Eccle. 24.
gnitudinis, & sanctæ spei. ℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.
Ad Nunc dimittis. Aña. Sub tuū præsidiū. Cant. Simeonis.

N unc

Luc. 2. N Vnc dimittis seruū tuū Domine: secundum verbum tuum in pace.
Q uia viderunt oculi mei: salutare tuum.
Q uod parasti: ante faciē omnium populorum.
L umen ad reuelationem gentium: & gloriam plebis tuæ Israel. Aña. Sub tuum præsidium confugimus sancta Dei genitrix; nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed à periculis cunctis libera nos semper Virgo gloriosa,& benedicta. K yrieel. C hristeel. K yrieel. Dn̄s vob. Orō.

B Eatæ & gloriosæ, sempq́; Virginis Marię: q̄s Dn̄e, intercessio gloriosa nos ꝓtegat: & ad vitā ꝑducat ęternā. P.

AD MATVTINVM. ℣.

D Omine labia mea apies. ℟. Et os meū annūciabit laudē tuā. ℣. Deus ī adiutoriū. Gloria Pr̄i. Inuit. Aue Maria gratia plena, D ominus tecū. p̄s. Venite. fol. 9. Hymnus.

Fortunati Epi. Q Vē terra, pontus, æthera,
Colunt, adorāt, prędicāt,
Trinam regentē machinā,
Claustrum Mariæ baiulat.
C ui Luna, Sol, & omnia
Deseruiunt per tempora,
Perfusa cœli gratia,
Gestant puellæ viscera.
B eata mater munere,
Cuius supernus artifex,
Mundum pugillo cōtinēs,
Vētris sub arca clausus est.
B eata cœli nuncio,
Fęcunda sancto Spiritu,
Desideratus gentibus
Cuius per aluum fusus est.
G loria tibi Dn̄e, Qui natus.

Fer. ij. & v. ad noct. Aña. Bn̄dicta tu ī mulierib⁹,& benedict⁹ fruct⁹ vētris tui. p̄s. Dn̄e Dn̄s nr̄. f. 4. Aña Sicut myrrha electa, odorēdedisti suauitatis, sancta Dei genitrix. p̄s. Cęli enar. f. 8. Aña. Ante torū huius Virginis, frequētate nobis dulcia cantica dramatis. p̄s. Domini est terra. folio 11. ℣. Diffusa.

Fer. iij & vj. Ad noct. Aña. Spē tua,& pulchritudine tua: intēde, ꝓspere ꝓcede,& regna. p̄s. Eructauit. f. 26. Aña. Adiuuabit eā De⁹ vultu suo: De⁹ ī medio ei⁹ nō cōmouebit. p̄s. De⁹ nr̄, ref. f. 28. Aña. Sicut lętātiū omniū nostrū habitatio est in te, sancta Dei genitrix. p̄s Fūdamēta. f. 46. ℣. Diffusa. vt s.

Fer. iiij. & Sabb. ad noct. Aña. Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti in vniuerso mundo. p̄s. Cantate. j. fol. 49. Aña. Dignare me laudare te virgo sacrata, da mihi virtutē cōtra hostes tuos. p̄s.

Do-

Dominus regnauit exult. f. 49. Aña. Post partũ Virgo inuiolata permansisti, Dei genitrix intercede pro nobis. ps. Cãtate. ij. f. 49. ℣. Diffusa est grã in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in æternum. Pater noster. Secretò. ℣. Et ne nos. Absolutio.

PRecibus, & meritis beatæ Mariȩ semper Virginis, & omnium Sãctorum, perducat nos Dñs ad regna cȩlorum. ℟. Amen. ℣. Iube domne benedicere. Bño. Nos cũ prole pia benedicat virgo Maria. ℟. Amen. Lectio j.

IN omnibus requiẽ quȩsiui, & in hæreditate Dñi morabor. Tũc precȩpit, & dixit mihi creator omniũ: & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Et dixit mihi: In Iacob inhabita, & in Israel hæreditate, & in electis meis mit te radices. Tu autem. ℟. Sancta, & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam ne scio. Quia, quem cœli capere non poterant, tuo gremio con tulisti. ℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus vẽtris tui. Q uia, quẽ. ℣. Iube. Benedictio Ipsa Virgo Virginum intercedat pro nobis ad Dominum. ℟. Amen. Lect. ij.

ET sic in Siõ firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hȩreditas illius, & in plenitudine Sanctorum detentio mea. Tu autem. ℟. Beata es virgo Maria, quæ Dominum portasti creatorem mundi: G enuisti qui te fecit, & in ȩternũ permanes Virgo. ℣. Aue Maria, grã plena: Dñs tecũ. G enuisti. ℣. Iube. Bño. Per Virginem Matrem, cõcedat nobis Dominus salutem, & pacem. ℟. Amen. Lect. iij.

QVasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in mõte Sion. Quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Ierico. Quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquas. In plateis sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatẽ odoris. Tu autẽ. ℟. Fœlix nãq; es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima, Quia ex te ortus est Sol iustitiæ, Christus Deus noster. ℣. Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fȩmineo sexu: sentiant omnes

nes tuum iuuamen, quicunq; celebrant tuam sanctam commemorationem. Quia ex te. ℣. Gloria Patri. Christus.

Ad Laudes, & per Horas. Aña.

ASsumpta est Maria in cȩlum, gaudẽt Angeli, laudantes benedicunt Dominũ. ps. Dominus regnauit. cũ rel. fol. 18. Aña. Maria Virgo assumpta est ad æthereum thalamum, in quo Rex Regum stellato sedet solio. Antiph. In odorem vnguentorum tuorũ currimus: adolescentulæ dilexerunt te nimis. Antiph. Benedicta filia tu à Domino, qa per te fructum vitæ communicauimus. Antiph. Pulchra es, & decora filia Ierusalẽ, terribilis vt castrorum acies ordinata. Capitulum.

Cãt. 6 VIderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prædicauerunt, & reginæ laudauerunt eam. Hymnus.

Fortu nati Epi. O Gloriosa Domina,
Excelsa super sydera,
Qui te creauit prouidè
Lactasti sacro vbere.
Quod Eua tristis abstulit,
Tu reddis almo germine:
Intrent vt astra flebiles,
Cœli fenestra facta es.
Tu Regis alti ianua,
Et porta lucis fulgida:
Vitam datam per Virginẽ
Gentes redemptæ plaudite.
G loria tibi Domine. &c.

℣. Benedicta tu in mulieribus. ℟. Et benedictus fructus vẽtris tui. Ad Bñs, Antiphona. Beata Dei genitrix Maria, Virgo perpetua, templum Domini, sacrarium Spiritus sancti, sola sine exemplo placuisti Domino nostro Iesu Christo: ora pro populo, interueni pro Clero, intercede pro deuoto fȩmineo sexu. Kyrieeleis. Christeeleison. Kyrieeleison. Oro.

DEus, qui de beatæ Mariæ Virginis vtero Verbum tuum, Angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis, vt qui verè eã genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundẽ Christum. Pro Sanctis. Aña. Sancti Dei omnes. ℣. Lætamini in Dño. ℟. Et gloriamini. Oro. Protege Domine. & Omnes Sancti tui. vt in Vesp. Ad i. Hym, Memento salutis auctor. Aña. Assumpta est. de Laudib. Psal. Deus in noĩe. 30. Benedixisti. 44. & Laudate Dñm. f. 68. Qui Psal. dicuntur Dñica die, & ij. feria tantùm. Cæteris verò diebus hebdomadæ dicũtur Psal. Deus in noĩe. 30. Beati imma-

immaculati. ℟ Retribue. 59.

Capitulum.

ãt.6. QVæ est ista, que progre-
ditur quasi aurora con-
surgens, pulchra vt Luna, ele-
cta, vt Sol, terribilis vt castrorũ
acies ordinata? ℣. Dignare me
laudare te, virgo sacrata. ℟. Da
mihi virtutem contra hostes
tuos. Kyri. Chr̃e. Kyr. Oro.

DEus qui Virginalem au-
lã beatę Mariæ in qua
habitares, eligere dignatus es:
da quæsumus, vt sua nos de-
fensione munitos, iucundos
facias suæ interesse comme-
morationi. Qui viuis, & re-
gnas, cũ Deo Pr̃e, in Vnitate.

Ad iij. Hym. Memento salutis
auctor. Aña. Maria Virgo.
Die dñico, & feria ij. dñr p̃s.
Ad Dominum cum trib. Le-
uaui oculos. Lętat⁹ sũ. f. 65.
Cæteris verò diebus Psal. Le-
gẽ pone. Memor esto. & Bo-
nitatem. fol. 61. Capitulum:

cl. ET sic in Siõ firmata sum,
& in ciuitate sanctificata
similiter requieui, & in Ierusa
lem potestas mea. ℣. Diffusa.
℟. Propterea. Kyrieeleison.
Christeel. Kyrieeleis. Oratio.

DEus qui salutis æternæ
beatæ Mariæ Virginitate
fęcunda, humano generi præ-
mia præstitisti, tribue quæsu-
mus; vt ipsam pro nobis in-
tercede sentiamus, per quã me
ruimus auctorem vitæ suscipe
re Dominum nostrum Iesum
Christum filiũ tuum. Qui tec.

Ad vj. Hym. Memento salutis.
Antiphona. In odorem.
Die dñico, & fer. ij. dicunt p̃s.
Ad te leuaui. Nisi quia Dñs.
Qui confidunt. fol. 65. Cęte-
ris verò diebus Psal. Defecit.
Quomodo dilexi. Iniquos.
folio 62. Capitulum.

ET radicaui in populo ho Eccl.
norificato, & in partes 24.
Dei mei hæreditas illius, & in
plenitudine Sanctorũ detẽtio
mea. ℣. Benedicta tu. ℟. Et
benedictus. Kyrieel. Oratio.

COncede misericors Deus
fragilitati nostræ p̃sidiũ:
vt, qui sanctæ Dei genitricis
memoriã agimus: intercessio-
ni eius auxilio, à nostris ini-
quitatibus resurgamus. Per eũ.

Ad ix. Hym. Memento. Aña.
Pulchra es. Die dominico, &
fer. ij. dicuntur p̃s. In conuer-
tẽdo. f. 65. Nisi Domin⁹. f. 66.
Beati omnes. f. 66. Cæteris ve
rò diebus dñr p̃s. Mirabilia.
Clamaui. Principes. f. 63. Cap.

IN plateis sicut cinnamomũ,
& balsamũ aromatizãs odo
rem dedi: quasi myrrha electa
dedi suauitatẽ odoris. ℣. Post
partum

partum Virgo inuiolata p̃mã-
sisti. ℟. Dei genitrix intercede
pro nobis. Kyrieeleis. Chri-
steeleis. Kyrieeleis. Oratio.

FAmulorum tuorũ, q̃s Dñe,
delictis ignosce: vt, qui tibi
placere de actibus nostris non
valemus, genitricis filij tui Do
mini nostri intercessione sal-
uemur. Per eundem Dominũ.

Ad Vesp. & Complet. omnia
dicuntur, vt supra.

OFFICIVM B. MARIÆ.
in Aduentu.

Ad Vesperas. Aña. Missus est.
cum rel. de Laud. Psal. & oĩa
alia, q̃ hic desunt, vt sup. Cap.

sa. 11 EGredietur virga de radice
Iesse: & flos de radice eius
ascẽdet, & requiescet super eũ
Spiritus Dñi. Ad Magn. Aña.
Spiritus sanctus in te descen-
det Maria, ne timeas, habebis
in vtero filium Dei, halleluia.
Kyrie. Christe. Kyrie. Oro.

DEus, qui de beatæ Mariæ
Virginis vtero, verbum
tuum, Angelo nunciante, car-
nem suscipere voluisti: præsta
supplicibus tuis: vt qui verè eã
Dei genitricem credimus, eius
apud te intercessionibus adiu-
uemur. Per eundem Christũ
Dominum nostrum. ℟. Amẽ.

Hæc oratio dr̃ ad oẽs horas.
Pro Sãctis. Ad Vesp. & Laudes
tantũ. Aña. Ecce Dominus
veniet, & omnes sancti eius
cum eo: & erit in die illa lux
magna, hallel. ℣. Ecce appa-
rebit Dominus super nubem
candidam. ℟. Et cum eo San-
ctorum millia. Oratio.

COnscientias nostras, quę-
sumus Domine, visitan-
do purifica; vt veniẽs Iesus
Christus filius tuus Dominus
noster cum omnibus sanctis,
paratam sibi in nobis inueniat
mansionem. Qui tecum viuit.

Ad Completorium. Capitulũ.

ECce virgo concipiet, & pa- Isa. 7
riet filium, & vocabit no-
mẽ eius Emmanuel: butyrũ, &
mel comedet, vt sciat reproba-
re malum, & eligere bonũ. ℣.
Angelus Dñi nũciauit Marię.
℟. Et concepit de Spũ sancto.

Ad Nunc dimittis, Aña. Spiri-
tus sanctus. vt sup. in Vesperis.
Ad Matutinum vsque ad Le-
ctiones, omnia dicuntur sicut
ante Aduentum, pręter Añam.
Post partum. cuius loco dicit
Antiphona. Angelus Domini
nunciauit Mariæ, & concepit
de Spiritu sancto, hall. Lect. j.

MIssus est Angelos Ga- Luc.
briel à Deo in ciuita-
tem Galileę, cui nomen Na-
zareth, ad Virginem despon-
satam viro, cui nomen erat
Ioseph,

Ioseph, de domo Dauid, & nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Tu autem. ℟. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatã Ioseph, nuncians ei Verbum; & expauescit Virgo de lumine: ne timeas Maria, inuenisti gratiã apud Dominum. Ecce concipies, & paries, & vocabitur Altissimi Filius. ℣. Dabit ei Dominus Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob ĩ ęternũ. Ecce. L. ij.

Quæ, cùm audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud Deum: Ecce cõcipies in vtero, & paries filiũ, & vocabis nomẽ eius Iesum. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Tu autem. ℟. Aue Maria gratia plena, Dominus tecum. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obũbrabit tibi: quod enim ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei. ℣. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus sanctus. Lectio iij.

Dixit autem Maria ad Angelum: Quo modo fiet istud, quoniam virum nõ cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque & quod nascetur ex te sanctũ, vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis est sextus illi, quę vocatur sterilis: quia nõ erit impossibile apud Deũ omne uerbum. Dixit autem Maria: Ecce Ancilla Domini: fiat mihi secundùm verbum tuũ. Tu autem. ℟. Suscipe Verbũ Virgo Maria, quod tibi à Domino per Angelum transmissum est: concipies, & paries Deum pariter, & hominem: Vt benedicta dicaris inter oẽs mulieres. ℣. Paries quidem filium, & virginitatis non patiens detrimentum: efficieris grauida, & eris mater semper intacta. Vt ben. Gloria. Vt.

Ad Laudes, & per Horas. Aña.

Missus est Angelus Gabriel ad Mariam Virginem

nem desponsatã Ioseph. Aña. Aue Maria gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, halleluia. Aña. Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud Dominum: ecce concipies, & paries filium, halleluia. Aña. Dabit ei Dñs sedem Dauid patris eius: & regnabit in ęternum. Aña. Ecce Ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum. Cap. Egrediet' virga. Ad Bñs, Aña. Spiritus sanctus. vt sup. i Vesp. Hym. ps. ℣. per horas dicũtur sicut ante Aduẽtum, preter ℣. Nonę, & Cõpletorij, cuius loco dr ℣. Angelus Dñi. vt sup. Ad j. Cap. Ecce virgo concip. Ad iij. Capit. Egrediet' virga. Ad Sextam. Capitulum.

Luc. 1. Dabit ei Dominus Deus sedem Dauid patris eiꝰ, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius nõ erit finis. Ad ix. Cap. Ecce Virgo. ℣. Angelus. ℟. Et concepit. Ad Vesperas. Aña Missus est. cum reliq. vt sup. in j. Vesperis. Ad Compl. Cap. Ecce Virgo. ℣. Angelꝰ Dñi. ℟. Et cõcepit. Ad Nũc dimit. Aña. Spũs san.

POST NATIV. DOMINI. Officium beatę Marię dicitur, vt ante Aduẽtum exceptis his, quæ sequuntur.

Ad Vesp. Laud. & p horas. Aña.

O Admirabile cõmerciũ, creator generis humani animatum corpus sumens de Virgine nasci dignatus est, & procedens homo sine semine, largitus est nobis suam deitatem. Aña. Quando natus es ineffabiliter ex Virgine, tunc impletæ sunt scripturæ: sicut pluuia in vellus descendisti, vt saluũ faceres genus humanum: te laudamus Deus noster. Aña Rubum quem viderat Moyses incombustum, cõseruatam agnouimus tuã laudabilem virginitatem: Dei genitrix intercede pro nobis. Aña Germinauit radix Iesse, orta est Stella ex Iacob, Virgo peperit Saluatorem, te laudamus Deus noster. Antiphona. Ecce Maria genuit nobis Saluatorem, quem Iohannes uidens, exclamauit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, halleluia. Ad Benedictus, Antiphona. Mirabile mysterium declaratur hodie: innouantur naturę: Deus homo factus est: id, quod fuit permansit, & quod non erat assumpsit, non commistionẽ passus, nec diuisionẽ. Ad Mag. & Nũc dimittis. Aña. Magnũ hęreditatis mysteriũ: tem-

templum Dei factus est vterus nesciens virum: non est pollutus ex ea carnem assumens: omnes gentes venient dicentes, Gloria tibi Domine. Oro.

Deus, qui salutis æternæ beatæ Mariæ Virginitate fœcunda, humano generi pręmia præstitisti: tribue quæsumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum Iesum Christum filium tuũ. Qui tecum viuit, & regnat.

Et dicitur ad omnes horas. Deinde pro Sanctis, & reliquum officium in alijs horis, vt supra ante Aduentum.

TEMPORE PASCHALI Fit Officium beatæ Virginis sicut ante Aduentum, sed ad Benedictus, Magnif. & Nunc dimittis, dicitur sequens Aña.

Regina cœli lętare, halleluia; quia quem meruisti portare, hall. resurrexit sicut dixit, hall. ora pro nobis Deum, hallel.

OFFICIVM

DEFVNCTORVM.

Scilicet Vesperę, Inuitat. cum tribus nocturnis, & Laudibus duplicando omnes Antiphonas, cũ Missa in mane dicitur ter in anno, videlicet. Prima ij. feria in Quadrag. nõ impedita festo duplici, vel semiduplici cum oratione tantùm. Deus, qui nos patrem, &c. pro animabus patrum, & matrum Eremitarum nostrę Cõgregat. Secundò in die Cõmemorat. Omnium Fideliũ Defunctorum, cùm oratione tantùm. Fideliũ Deus. Tertiò prima ij. feria, vt supra non impedita, post festum sancti Martini, cũ orone tm̃. Deus veniæ largitor. pro animabus Eremitarum, familiarium, propinquorum, & benefactorũ nostrę Cõgregat. Eodem modo dicitur in die depositiõis defuncti, cũ oratione tãtũ. Absolue q̃s Dñe. In alijs uerò temporibus dicit omni ij. feria cuiusq; hebdomadæ non impedita festo duplici, semiduplici, vel die infra Octauam. Alioquin prima post eam die similiter nõ impedita cum vno tantũ nocturn. ferię currentis, & Laud. & tribus primis sequẽtibus orationibus. In ferijs autem maioris hebdomadæ, & tempore Paschali, & quando tota hebdomada fuerit, vt sup. impedita, dicitur extra Chorum. In Choro dicitur post Officium diei: idest Vesperæ post Vesperas, & Matut. cũ Laudib. post Cõplet.

plet. scilicet dicta Aña B. Mariæ præcedẽtis feriæ: (nisi alia sit consuetudo.) Extra Chorũ dr̃ pro tẽporis opportunitate. Ad Vesp absolutè incipitur. Aña. Placebo Domino in regione viuorũ. ps. Dilexi q̃m. f. 68. In fine oĩum Psalmorũ dr̃ Requiẽ ęternam dona eis Dñe, Et lux ꝑpetua luceat eis. Aña. Hei mihi Dñe, quia incolatus meus prolongatus est. ps. Ad Dñm, cũ tribularer, cla. f. 65. Aña. Dñs custodit te ab omni malo, custodiat animã tuam Dñs. ps. Leuaui oculos meos. f. 65. Aña. Si iniquitates obseruaueris Dñe, Dñe q̃s sustinebit? ps. De ꝓfund. f. 69. Aña. Opera manuũ tuarũ Dñe ne despicias. ps. Cõfitebor tibi Dñe in toto corde meo: q̃m audisti ver. f. 71. ℣. Audiui uocẽ de cœlo dicẽtẽ mihi. ℟. Beati mortui, qui in Dño moriunt̃. Ad Mag. Aña. Oẽ, quod dat mihi Pr̃ ad me veniet, & eũ qui venit ad me non eijciã foras.

Preces infrascriptæ dñr flexis genibus, similiter & ad Laud. P r nr̃. secr. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ps. Lauda anima mea Dominũ. Eius loco ad Laud. dr̃ ps. De ꝓfund. 69. Qui Psalmi non dñr in die Omniũ Fideliũ Defunctorũ. In fine Psal. ℣. Requiẽ æter. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine aĩas eorũ. ℣. Requiescãt in pace. ℟. Amẽ. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te ueniat. ℣. Dñs vobisc. ℟. Et cũ spũ tuo. Oro.

Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulos tuos Pontificali, seu Sacerdotali fecisti dignitate uigere: ꝑsta quæsumus, ut eorũ quoq; perpetuo aggregent̃ cõsortio.

Deus ueniæ largitor, & humanæ salutis amator, quę sumus clementiam tuã: ut nostræ Congregationis fratres, familiares, propinquos, & benefactores, qui ex hoc seculo trãsierunt, beata Maria semp Virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas.

Fidelium Deus omniũ conditor, & redemptor, animabus famulorum, famularumq; tuarum remissionẽ cunctorũ tribue peccatorum, ut indulgẽtiã quã semper optauerũt, pijs supplicationibus cõsequant̃. Qui uiuis, & regnas in secl'a seculorũ. ℟. Amẽ. In die uerò Cõmemorationis Omniũ Fideliũ Defunctorum, q̃n dr̃ hęc ultima tantùm oratio, dicitur.

Qui viuis, & regnas cum Deo
Patre, in vnitate Spiritus ſan-
cti Deus. In die depoſitionis
defuncti. Oratio.

ABſolue q̃s Dñe animam
famuli tui N. vt defun-
ctus ſeculo tibi viuat, & quæ ꝑ
fragilitatem carnis humana
cōuerſatione cōmiſit, tu venia
miſericordiſſimę pietatis ab-
ſterge. Per Dominū noſtrum.
In anniuerſario die. Oratio.

DEꝰ indulgētiarū Dñe, da
aīabus famulorū famu-
larūq; tuarū, quorū anniuer-
ſariū depoſitionis diē cōme-
moramꝰ, refrigerij ſedē, q̃etis
beatitudinem, & luminis cla-
ritatem. Per Dominū noſtrū.
Si pro vno tantùm fit anniuer
ſarium, dicatur in ſingulari nu
mero: ſimiliter & ꝓ vno Epō,
vel Sacerdote Oratio. Deus,
qui inter Apoſtolicos &c.
qui ſi fuerit Epiſcopus, omittit
ſeu Sacerdotali, ſi tantū Sacer-
dos, Pontificali, ſeu. Pro fra-
tribus verò, & familiaribus, vel
benefactoribus dicitur Orō.
Deus uenię largitor vt ſupra.
Pro Patre, & Matre. Oratio.

DEus, qui nos patrem, &
matrem honorare pręce-
piſti, miſerere clemēter ani-
mabus patris, ac matris meæ,
eorūq; peccata dimitte: meq;
eos in ęternę claritatis gaudio
fac videre. Per Dominum.
Si fit pro pluribus, dicitur.
Animabus parentū noſtrorū.
& vbi dr̃ meq;. dicatur nosq;.
Si ꝓ pr̃e tm̄, animę patris mei,
vel noſtri. Si ꝓ mr̃e tm̄, dicat
animæ matris meæ. vel nr̃æ.
℣. Requiem æternā. ℣. Et lux
pp. ℣. Requieſcāt in. ℟. Am̄.
Ad Matutinū, Inuitatorium.
Regē, cui oīa viuunt, Venite
adoremus. ps. Venite. fol. 9.
Hoc Inuitat. dicitur tm̄ quādo
dicuntur tres nocturni.
Secunda, & v. feria dr̃ primum
noctur. Tertia, & vj. fer. ſecun-
dum noct. iiij. fer. & Sabbatho
dicitur tertium nocturnum.
In j. noct. Aña. Dirige Domi-
ne Deus meus in cōſpectu tuo
viam meam. ps. Verba mea. f.
27. Aña. Conuertere Dñe, &
eripe animam meam: qm̄ nō
eſt ī morte, qui memor ſit tui.
ps. Dñe ne in furore. j. fol. 2.
Aña Ne quando rapiat, vt leo
aīam meā: dū non eſt qui redi
mat, neq; qui ſaluū faciat. ps.
Dñe Deus meus. f. 3. ℣. A por
ta inferi. ℟. Erue Dñe animas
eorū. P r̃ nr̃ totū ſec. Lect. le-
gunt ſine Abſolutione, & Bn̄-
dictionibus, & titulo. Lectio j.

PArce mihi Domine: nihil Iob 7.
enim ſunt dies mei. Quid
eſt

eſt homo, quia magnificas eū?
aut quid apponis erga eū cor
tuum? Viſitas eum diluculò, &
ſubitò probas illū. Vſquequò
non parcis mihi, nec dimittis
me, vt glutiam ſaliuam meā?
Peccaui. Quid faciam tibi ò
cuſtos hominum? Quare po-
ſuiſti me contrarium tibi, &
factus ſum mihi metipſi gra-
uis? Cur non tollis peccatum
meum? & quare nō aufers ini-
quitatem meam? Ecce nunc in
puluere dormiam, & ſi manè
me quæſieris, non ſubſiſtam.
Sic terminantur Lect. ſine
Tu autem. ℟. Credo quòd re-
demptor meus viuit: & in no-
uiſſimo die de terra ſurrectu-
rus ſum. Et in carne mea vide-
bo Deum Saluatorem meum.
℣. Quem viſurus ſum ego ip
ſe, & nō alius, & oculi mei cō-
ſpecturi ſunt. Et in. Lect. ij.
Iob 10 ĩ init. TÆdet animā meam vitę
meæ: dimittā aduerſum
me eloquium meū. Loquar in
amaritudine animæ meę, dicā
Deo, noli me cōdemnare. In-
dica mihi, cur me ita iudices.
Nūquid bonum tibi videtur
ſi calumnieris, & opprimas
me opus manuum tuarum, &
cōſilium impiorum adiuues?
Nūq̃d oculi carnei tibi ſunt,
aut ſicut videt homo, & tu vi-
des? Nūquid ſicut dies homi-
nis dies tui, & anni tui ſicut hu
mana ſunt tempora? Vt quęras
iniquitatem meam, & peccatū
meum ſcruteris? Et ſcias, quia
nihil impium fecerim, cū ſit
nemo, qui de manu tua poſſit
eruere. ℟. Qui Lazarum re-
ſuſcitaſti a monumento fœti-
dum, Tu eis Domine dona
requiem, & locum indulgen-
tię. ℣. Qui venturus es iudi-
care uiuos, & mortuos, & ſe-
culum per ignē. Tu eis. L. iij.

MAnus tuę Domine fe-
cerunt me, & plaſmaue-
runt me totum in circuitu: &
ſic repentè præcipitas me? Me-
mento quæſo, quòd ſicut lutū
feceris me, & in puluerē redu-
ces me. Nonne ſicut lac mul-
ſiſti me, & ſicut caſeum me
coagulaſti? Pelle & carnibus
veſtiſti me, oſſibus & neruis
compegiſti me. Vitam & mi-
ſericordiam tribuiſti mihi, &
viſitatio tua cuſtodiuit Spiritū
meum. ℟. Domine quando
veneris iudicare terram, vbi
me abſcōdam à vultu iræ tuæ?
Quia peccaui nimis in vita
mea. ℣. Commiſſa mea pa-
ueſco, & ante te erubeſco: dū
veneris iudicare noli me con-
dēnare. Quia. Requiē. Quia.
In ij. noctur. Antiph. In loco
Qqq 2 paſcuę

pascuæ ibi me collocauit. ps. Dñs regit me. f.10. Aña Delicta iuuentutis meę,& ignorãtias meas ne memineris Dñe. ps. Ad te Dñe leuaui. fol.11. Aña. Credo videre bona Dñi in terra viuẽtiũ. ps. Dominus illuminatio. f.12. ℣. Collocet eos Dñs cum principibus. ℟. Cum principibus populi sui. Pater nr̃. totũ secr. Lectio iiij.

Iob 13. in fine

Responde mihi, quantas habeo iniquitates,& peccata;scelera mea,atque delicta ostende mihi Cur faciem tuã abscondis,& arbitraris me inimicum tuum?Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris. Scribis enim cõtra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Posuisti in neruo pedem meum,& obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum,& quasi vestimentum,quod comeditur à tinea. ℟. Memẽto mei Deus, quia ventus est vita mea. Nec aspiciat me visus hominis. ℣. De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam. Nec aspiciat me visus hominis. Lectio quinta.

Iob 14. in init.

Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquã in eodẽ statu permanet:& dignũ ducis sup huiuscemodi aperire oculos tuos,& adducere eum tecũ in iudicio? Quis potest facere mũdum de immundo cõceptum semine? Nonne tu, qui solus es?Breues dies hominis sunt: numerus mensium eius apud te est Cõstituisti terminos eius,qui prę teriri nõ poterũt: recede ergo paululum ab eo,vt quiescat,donec optata veniat, & sicut mercenarij dies eius. ℟. Hei mihi Domine,quia peccaui nimis ĩ vita mea: quid faciam miser? vbi fugiã, nisi ad te Deus me⁹? Miserere mei dum veneris in nouissimo die. ℣. Anima mea turbata est valdè, sed tu Dñe succurre ei. Miserere. Lec. vj.

Iob 14. ĩ med.

Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus,& cõstituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putas ne mortuus homo rursum viuat? Cunctis diebus,quibus nunc milito,expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego respon-

spondebo tibi. Operi manuũ tuarum porriges dexteram. Tu quidẽ gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis. ℟. Ne recorderis peccata mea Domine, Dum veneris iudicare seculum per ignẽ. ℣. Dirige Dñe Deus meus in conspectu tuo viam meam. Dum veneris. Requiẽ. Dũ. In iij. noct. Aña. Complaceat tibi Dñe,vt eripias me:Dñe ad adiuuandũ me respice. ps. Expectans. fol.24. Antiph. Sana Dñe animã meam,quia peccaui tibi. ps. Beatus, qui intelligit. f.25. Aña. Sitiuit aĩa mea ad Deum fontẽ viuũ: quando veniã, & apparebo ante faciẽ Dñi? ps. Quemadmodũ desiderat. fol.25. ℣. Ne tradas bestijs animas confitentes tibi. ℟. Et animas pauperum tuorũ ne obliuiscaris in finem. Pater nr̃. totũ secr. Lec. vij.

Iob 17 ĩ init.

Spiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabuntur, & solum mihi superest sepulcrũ. Non peccaui,& in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me Dñe, & pone me iuxtà te,& cuius vis manus pugnet contra me. Dies mei trãsierunt, cogitationes meæ dissipatę sunt,torquẽtes cor meũ. Noctẽ verterũt in diem,& rursum post tenebras spero lucẽ. Si sustinuero,infernus domus mea est,& in tenebris straui lectulum meum. Putredini dixi: Pater meus es: mater mea, & soror mea,vermib⁹. Vbi est ergo nunc præstolatio mea,& patiẽtia mea? Tu es Dñe Deus meus. ℟. Peccantem me quotidie, & non me pęnitentem, timor mortis conturbat me. Quia in inferno nulla est redemptio. Miserere mei Deus, & salua me. ℣. Deus in nomine tuo saluũ me fac,& ĩ virtute tua libera me. Quia in inferno nulla. Lectio viij.

Iob 19 sub med.

Pelli meę cõsumptis carnibus adhęsit os meum,& derelicta sunt tantũmodò labia circa dentes meos. Miseremini mei miseremini mei saltẽ vos amici mei:quia man⁹ Dñi tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat, vt scribãtur sermones mei?Quis mihi det,vt exarentur in libro stylo ferreo, & plũbi lamina, vel celte sculpant in silice?Scio ẽm quòd Redẽptor meus viuit, & ĩ nouissimo die de terra surrectur⁹ sum,& rursum circumdabor pelle mea,& in carne mea videbo Deũ Saluatorẽ meũ. Quẽ uisurus sum

ego ipse, & occúli mei conspecturi sunt,& non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. ℟. Domine secundùm actum meum noli me iudicare:nihil dignum in conspectu tuo egi : Ideò deprecor maiestatem tuam , Vt tu Deus deleas iniquitatem meã. ℣. Amplius laua me Domine ab iniustitia mea , & à delicto meo munda me. Vt tu. Lectio ix.

ob 19 fi. QVare de vulua eduxisti me ? qui vtinã consumptus essem , ne oculus me uideret. Fuissem quasi nõ essem, de vtero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Dimitte me ergo, vt plangã paululum dolorem meũ , antequã vadam , & non reuertar ad terrã tenebrosam, & opertam mortis caligine, terrã miseriæ,& tenebrarum , vbi vmbra mortis,& nullus ordo,sed sempiternus horror inhabitat. ℟. Libera me Domine de uijs inferni , qui portas ęreas confregisti, & visitasti infernum , & dedisti eis lumen, vt viderent te, Qui erant in pęnis tenebrarum . ℣. Clamantes , & dicẽtes, aduenisti Redemptor noster. Qui. Requiem. Qui. Sequens ℟. dicitur solũmodo in crastino omnium Sanctorum,& quandocunque pro defunctis dicuntur nouem Lect. Responsorium nonũ. Libera me Domine de morte ęterna, in die illa tremẽda , Quando cęli mouẽdi sunt,& terra, Dũ ueneris iudicare seculum per ignẽ. ℣. Tremens factus sum ego,& timeo, dũ discussio venerit,atq; ventura ira, Quãdo. ℣. Dies illa,dies irę,calamitatis,& miserię, dies magna, & amara valde. Dũ. Req. Lib. Ad Laudes absolutè incipitur Aña. Exultabunt Dño ossa hu miliata. ps. Miserere mei De⁹, secũdũ. f. 17. Aña. Exaudi Domine orationẽ meã,ad te omnis caro veniet. ps. Te decet. f. 38. Aña. Me suscepit dextera tua Domine. ps. Deus, De⁹ meus. f. 18. Aña. A porta inferi erue Dñe animam meam. Cant. Ego dixi. f. 32. Antiph. Omnis spũs laudet Dñm, ps. Laudate Dñm de cęl. f. 19. ℣. Audiui vocẽ de cęlo dicẽtẽ mihi. ℟. Beati mortui,qui ĩ Dño moriuntur. Ad Bñs. Aña. Ego sũ resurrectio,& vita: q̃ credit ĩ me,ẽt si mortu⁹ fuerit,viuet: & oĩs,qui viuit,& credit ĩ me, nõ morieť ĩ æternũ. Deĩde Pr̃ nr̃. totũ secr. ps. De pfundis. 69. cũ ℣. & orõnib⁹, vt s. ĩ Vesp.

PSALMI GRAGVALES

Dicũtur fer. iiij. cuiuslibet hebdomadæ in Quadrag. non impedita aliquo festo duplici, vel semiduplici. In Choro dñr post Primam dici, post Añam sanctę Marię, scilicet. Aue Regina cęlorum. Extra Chorũ p temporis opportunitate. Et primi quĩq; Psalmi dñr sine Gloria Patri. Et in fine vltimi dr̃ Requiem ęternam. Incipitur absolutè sine Aña. Psal. Ad Dominum cum trib. Leuaui oculos. Lætatus sum. Ad te leuaui oculos. Nisi quia Dñs. 65. ℣. Requiẽ ęter. ℟. Et lux. Deinde dr̃ flexis genibus. Pater noster. Secretò. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animas eorum. ℣. Requiescant. ℟. Am̃. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs uobiscũ. ℟. Et cum spũ tuo. Orõ.

ABsolue, q̃s Dñe, aĩas famulorũ,famularũq; tuarũ,& oĩum fideliũ defunctorũ ab oĩ uĩculo delictorũ: vt in resurrectionis gloria inter sanctos,& electos tuos resuscitati respirẽt. Per Chr. Dicta orõne, statim dñr alij Psal. Graduales, qui sequuntur. Psal. Qui cõfidunt. In conuertendo. f. 65. Nisi Dominus ędifica. Beati omnes, qui timent. f. 66. Sæpè expug. f. 68. In fine cuiuslibet Ps. dr̃. Gloria Pr̃i. Sicut erat. Quibus finitis dr̃ flexis genibus. Kyrieel. Christeel. Kyriel. Pater nr̃. Secretò. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Memẽto cõgregationis tuæ. ℟. Quã possedisti ab initio. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vob. ℟. Et cũ spũ. Orõ.

DEus,cui propriũ est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationẽ nr̃am: vt nos,& oẽs famulos tuos , quos delictorũ catena cõstrĩgit, miseratio tuæ pietatis absoluat. P. Deinde absolutè, vt sup. dr̃ ps De profundis. Dñe non est exalt. Memento Dñe Dauid. Ecce quã bonũ. f. 69. & Ecce nũc bened. f. 77. & in fine cuiuslibet Psalmi dr̃ Gloria Pr̃i. Sicut erat. Quibus finitis, dr̃ flexis genibus. Kyrieel. Chr̃e el. Kyrieeleis. Pr̃ nr̃. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Saluos fac seruos tuos. ℟. Deus meus sperãtes in te. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobisc. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oratio.

PRætẽde Dñe famulis, & famulab⁹ tuis dexterã cęlestis auxilij, vt te toto corde pquirant,&, quæ dignè postulant, cõsequi mereanť. Per Christũ.

SEPTEM PSALMI Pœnitentiales,

Cum Litanijs,precibus,& orationibus dicuntur flexis genibus, oĩbus sextis ferijs Quadrages.quando fit officium de feria.Litaniæ autẽ, omissis septẽ Psalmis dĩr ĩ Litanijs maioribus,videlicet ĩ festo S.Marci,& ĩ trib' diebus Rogationũ. Dĩr autẽ ĩ Quadrag. ĩ Choro post Primã diei, post Añam : Aue Regina cœlorum. Extra Chorũ ꝑ tpis opportunitate. Aña. Ne reminiscaris. Psal.

Domine, ne in furore. j.f. 2.
Beati, quorum. f.14.
Domine,ne in furore. ij f.23
Miserere mei Deus,fm. f.17.
Dñe exaudi orõnẽ meã. j 52.
De profundis. f.69.
Dñe exaudi orationem meã. ij fol. 57.

Antiphona

Ne reminiscaris Domine delicta nostra,vel parentum nostrorum,neque vindictam sumas de peccatis nostris.

LITANIÆ.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus,miserere nobis.
Fili Redemptor mũdi Deus, miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas Vnus Deus, miserere nobis.
Sancta Maria Ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix ora
Sancta Virgo Virginum ora
Sancte Michael ora
Sancte Gabriel ora
Sancte Raphael ora
Omnes sancti Angeli, & Archangeli orate
Omnes sancti Beatorum Spirituum ordines orate
Sancte Iohãnes Baptista ora
Omnes sancti Patriarchæ, & Prophetæ orate
Sancte Petre ora
Sancte Paule ora
Sancte Andrea ora
Sancte Iacobe ora
Sancte Iohannes ora
Sancte Thoma ora
Sancte Iacobe ora
Sancte Philippe ora
Sancte Bartholomæe ora
Sancte Matthęe ora
Sancte Simon ora
Sancte Thadęe ora
Sancte Matthia ora
Sancte Barnaba ora
Sancte Luca ora
Sancte Marce ora
Omnes sancti Apostoli, & Euangelistę orate
Oẽs sancti discipuli Dñi orate

Omnes

Oẽs sancti Innocentes orate
Sancte Stephane ora
Sancte Laurenti ora
Sancte Vincenti ora
Sancte Bonifaci ora
Sancti Fabiane,& Sebastiane, orate pro nobis.
Sancti Iohannes, & Paule orate pro nobis.
Sancti Cosma,& Damiane orate pro nobis.
Sancti Geruasi, & Protasi orate pro nobis.
Sancti Iohãnes,& Benedicte orate pro nobis.
Sancte Placide cũ sociis tuis ora pro nobis.
Omnes sancti Martyres orate pro nobis.
Sancte Syluester ora
Sancte Gregori ora
Sancte Ambrosi ora
Sancte Augustine ora
Sancte Hieronyme ora
Sancte Martine ora
Sancte Nicolae ora
Omnes sancti pontifices, & confessores orate
Omnes sancti doctores orate
Sancte Benedicte ora
Sancte Romualde ora
Sancte Antoni ora
Sancte Maure ora
Sancte Bernarde ora
Sancte Dominice ora
Sancte Francisce ora
Omnes sancti Monachi, & Eremitæ orate
Omnes sancti Sacerdotes, & Leuitæ orate
Sancta Maria magdalena ora
Sancta Agatha ora
Sancta Lucia ora
Sancta Agnes ora
Sancta Cęcilia ora
Sancta Catharina ora
Sancta Anastasia ora
Sancta Scholastica ora
Omnes sanctæ uirgines, & uiduę orate
Omnes sancti, & sanctæ Dei intercedite pro nobis.
Propitius esto, parce nobis Domine
Propitius esto,exaudi nos Domine
Ab omni malo, libera nos.
Ab omni peccato, libera nos Domine
Ab ira tua libera nos Domine
A subitanea,& improuisa morte, libera.
Ab insidijs Diaboli libera.
Ab ira,& odio, & omni mala voluntate, libera.
A spiritu fornicationis,libera.
A fulgure, & tẽpestate,libera.
A morte perpetua, libera.
Per mysterium sanctę incarnationis tuæ, libera.
Per aduentum tuum, libera.
Per Natiuitatem tuã libera.

Per

Per baptismum,& sanctum ie
iunium tuum, libera.
Per crucem ; & passionem
tuam, libera.
Per mortem , & sepulturam
tuam, libera.
Per sanctam Resurrectionem
tuam, libera.
Per admirabilem Ascensionẽ
tuam , libera.
Per aduentum Spiritus sancti
paracliti, libera.
In die iudicij libera.
Peccato res, Te rog. audi nos.
Vt nobis parcas, te rog.
Vt nobis indulgeas, te rog.
Vt ad veram penitentiam nos
perducere digneris, te rog.
Vt Ecclesiã tuã sanctã regere,
& conseruare dig. te rog.
Vt domnum Apostolicum,
& omnes Ecclesiasticos or-
dines in sancta re ligione
cõseruare digneris, te rog.
Vt inimicos sanctæ Ecclesiæ
humiliare digneris, te rog
Vt regib⁹,& Principibus Chri
stianis,pacem, & veram cõ
cordiã donare dig. te rog.
Vt cuncto populo Christiano
pacem , & unitatem largiri
digneris, te rog.
Vt nos metipsos in tuo sancto
seruitio confortare,& cõser
uare digneris, te rog.
Vt mentes nostras ad cęlestia
desideria erigas, te rog.
Vt omnibus benefactoribus
nostris sempiterna bona re
tribuas, te rog.audi nos.
Vt animas nostras,fratrũ,pro-
pinquorum,& benefactorũ
nostrorum ab æterna dãna
tione eripias , te rog.
Vt fructus terræ dare,& cõser
uare digneris, te rog.
Vt omnibus fidelib⁹ defunctis
requiem æternam donare
digneris , te rog.
Vt nos exaudire digneris, te
rogamus audi nos.
Fili Dei, te rogam⁹ audi nos.
Agnus Dei qui tollis peccata
mũdi,parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata
mũdi,exaudi nos Domine.
Agnus Dei,qui tollis peccata
mundi,miserere nobis .
Christe audi nos. Chr̃e exau.
Kyrie el. Christe el. kyrie el.
Pater noster. secretò. ℣. Et ne
nos. ℟. Sed libera. ps. Deus
in adiutorium meũ inten. 36.
In fine Psal. Gloria patri. Si-
cut erat. ℣. Saluos fac seruos
tuos. ℟. Deus meus speran-
tes in te. ℣. Esto nobis Domi
ne turris fortitudinis. ℟. A fa
cie inimici. ℣. Nihil proficiat
inimicus in nobis. ℟. Et fili⁹
iniquitatis non apponat noce
re nobis. ℣. Dñe non secun-
dùm

dùm peccata nostra facias no-
bis. ℟. Neque secundùm ini
quitates nostras retribuas no-
bis. ℣. Oremus pro pontifice
nostro. N. ℟. Dominus con-
seruet eum, & viuificet eum,
& beatum faciat eum in terra,
& non tradat eum in animam
inimicorum eius. ℣. Oremus
pro benefactorib⁹ nostris. ℟.
Retribuere dignare Domine
omnibus nobis bona facienti
bus propter nomen tuum , ui-
tam æternã. ℣. Oremus pro
fidelibus defunctis. ℟. Re-
quiem æternam dona eis Do-
mine, & lux perpetua luceat
eis. ℣. Requiescant in pace.
℟. Amen. ℣. Pro fratribus no
stris absentibus. ℟. Saluos fac
seruos tuos Deus meus speran
tes in te. ℣. Mitte eis Domine
auxilium de sancto. ℟. Et de
Siõ tuere eos. ℣. Dñe exa. ℟.
Et cla. ℣. Dñs vobiscum. ℟.
Et cum spiritu tuo. Oratio.

Deus, cui proprium est mi
sereri semper,& parcere:
suscipe deprecationem nostrã
vt nos , & oẽs famulos tuos ,
quos delictorum catena con-
stringit, miseratio tuæ pietatis
clementer absoluat.

Exaudi quæsumus Dñe
supplicum preces, & con
fitentium tibi parce peccatis:
vt pariter nobis indulgentiam
tribuas benignus , & pacem.

Ineffabilem nobis Dñe mi
sericordiam tuam clemen-
ter ostende : vt simul nos & à
peccatis oĩbus exuas,& à pęnis
quas ꝓ his meremur, er. pias.

Deus qui culpa offende-
ris,penitentia placaris :
preces populi tui supplicantis
propitius respice : & flagella
tuę iracundiæ, quæ pro pecca-
tis nostris meremur, auerte.

Omnipotens sempitene
Deus, miserere famulo
tuo pontifici nostro N. & diri
ge eum secundùm tuam cle-
mentiam in viam salutis æter
næ:ut te donãte tibi placita cu
piat, & tota virtute perficiat.

Deus,à quo sancta deside
ria,recta consilia, & iu-
sta sunt opera : da seruis tuis
illam, quam mundus dare nõ
potest pacem : vt & corda no-
stra mandatis tuis dedita,& ho
stium sublata formidine,tem-
pora sint tua ꝓtectiõe trãqlla.

Vre igne sancti Spiritus re
nes nr̃os,& cor nostrum
Domine,ut tibi casto corpore
seruiamus , & mundo corde
placeamus .

Fidelium Deus omniũ con
ditor,& redemptor:animã
bus famulorũ famularumq;
tuarum

tuarum remissionē cunctorū tribue peccatorum: vt indulgētiā, quā semp optauerūt, pijs supplicationibus cōsequatur.

Actiones nostras, quæsumus Dñe, aspirādo pręueni, & adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te cępta finiatur.

Omnipotens sempiterne Deus, qui viuorum, dominaris simul, & mortuorū, oīumq; misereris, quos tuos fide, & opere futuros esse prænoscis, te supplices exoramus: vt pro quib⁹ effundere preces decreuimus, quosq; vel præsens seculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit, & reg. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Exaudiat nos omnipotēs, & misericors Dominus.

℟. Amen.

℣. Et fidelium aīæ per misericordiā Dei requiescant in pace.

℟. Amen.

OFFICIVM PRO PONTIFICE, & Benefactoribus.

Dicitur post Cōpl. B. Mariæ quandocunque dicendum est officium defunctorum. Incipit autem absolutè sine Aña.

PS. Exaudiat te Dñs. fol. 8. Gloria Patri. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos.

℣. Oremus pro Domino nostro Papa N. ℟. Dominus cōseruet eum, & uiuificet eū, & beatū faciat eum in terra: & nō tradat eum in animam inimicorum eius. ℣. Oremus pro benefactoribus nostris. ℟. Retribuere dignare Dñe oībus nobis bona facientibus ꝓpter nomē tuum vitā æternā. Amē.

℣. Memor esto cōgregationis tuæ. ℟. Quā possedisti ab initio. ℣. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oro.

Ecclesiæ tuæ, q̄s Dñe, preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus, & erroribus

ribus uniuersis, secura tibi seruiat libertate.

Deus omnium fidelium pastor & rector, famulū tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse uoluisti ꝓpitius respice: da ei, quęsumus verbo & exemplo, quibus p̄est proficere: vt ad uitam vnà cum grege sibi credito perueniat sempiternam.

Omnipotens sempiterne Deus, qui viuorum dominaris. vt sup. 490. terminando eam. Per Christum

ABSOLVTIO Facienda post Confessionem Sacramentalem.

Postquàm dixerit penitens. Ideò precor. &c. Et Te Patrē orare pro me, & Peto absolutionem, & pęnitentiam, Dictis quæ dicenda iudicauerit, & iniuncta pęnitentia, Sacerdos dicat. Misereatur tui, &c. Indulgētiā, absolutionē, &c.

Dominus nr̄ Iesus Christus te absoluat: & ego authoritate ipsius qua fungor te absoluo ab omni vinculo excommunicationis, in quantum possum, & indiges. Et eadem auctoritate, Ego te absoluo à peccatis tuis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Passio Dñi nostri IesuChristi, & merita beatæ Mariæ semper virginis, & omnium Sanctorū, & quidquid boni feceris, & mali sustinueris, sint tibi in remissionē peccatorū tuorū, in augmentū gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amē.

Concessio Indulgentiæ in mortis articulo.

Auctoritate Dñi nostri Iesu Christi, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, tibi à Sede Apostolica cōcessa, & mihi commissa, concedo tibi omnem illam indulgētiam peccatorum tuorum, quam tibi concedere possum, virtute cuiuscunque tuæ gratiæ, & priuilegiorum nostræ congregationis, si tamen hac uice morieris, alioquin pro alia tibi uice reseruo. In nomine Patris & Filij, &c.

ABSOLVTIO ab Excōmunicatione maiori.

Animaduertat Confessarius ne ab excōmunicatione reseruata aliquē absoluat, nisi obtenta prius facultate à Superiore. Qua habita, antequàm absolutionem impendat, hęc diligenter obseruet. Primò ut excōmunicatus, ei ob cuius causam excōmunicationem incurrit, satisfaciat.

& si tunc hoc præstare non possit, sufficientẽ cautionem præbeat, aut saltem si eam præstare non põt, iuret se cũ primũ poterit, satisfacturum. Secundò ut si crimẽ, ob quod in excommunicationem incidit, sit enorme, iuramentum ab eo exigatur de parendo Ecclesiæ mandatis, quæ illi fient pro tali causa, & specialiter ne de cętero contra illum canonem veniat, contra quem faciendo censuram incurrit. Tertiò ut si excommunicatio fuerit publica, Absolutio quoque publicè fiat: si uerò occulta, occultè. Facienda uerò est cum p̃s. Miserere, uel aliquo alio pęnitẽtiali, humerũ eius, qui absoluendus est, si uir fuerit, & absoluenti condecens videatur, denudatum ad singulum quemque versiculum percutiendo. Et post Gloria Patri, &c. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Paternoster.

℣. Et ne nos inducas.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Saluum fac seruum tuum vel ancillam tuam.

℟. Deus meus sperantem in te.

℣. Nihil proficiat inimicus in eo, vel in ea. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Esto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñe exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te ueniat. Oremus. Oratio.

Deus, cui proprium est misereri semper & parcere, suscipe deprecationem nostram, & hunc famulum tuũ, vel hãc famulam tuam, quem vel quam excommunicationis catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absoluat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde absoluat, dicens.

Auctoritate Dñi nostri Iesu Christi, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & sanctissimi Dñi nostri Papæ tibi concessa, & mihi commissa, Ego absoluo te a vinculo excommunicationis, quam incurristi propter talem causam, (Exprimendo eam) & restituo te sacramentis Ecclesię, communioni, & unitati fidelium. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Si excommunicatio occulta fuerit, talis cęremonia omitti poterit, & sola forma absolutionis adhiberi incipiendo ab illis uerbis. Auctoritate Domini nostri, &c.

ORDO

ORDO COMMVNICANDI

Infirmum.

In primis pulsetur cãpana Capituli, & fratribus in Ecclesia cõgregatis, & ministris p̃paratis, Sacerdos indutus alba ac stola, accipiat Calicẽ sine patena, & ponat in illo reuerenter sanctissimi Sacramẽti particulam, cooperiatq; purificatorio, & velo serico. Et ambabus manibus illud perferens eleuatum ante pectus, capite denudato, præcedente q aquæ benedictæ vasculum cũ aspersorio portet, & duobus cũ cereis accensis, deinde aliis sequentibus processionaliter, planè dicendo psalmum Miserere mei Deus grauiter, & circunspectè procedat ad locum ubi iacet infirmus: quò ubi p̃uenerit dicat ℣. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. Deinde calicem cum Sacramento reponat in mensa ad modum altaris cum mappula benedicta, & duabus candelis accensis, priùs præparata, super corporali in ea extenso: Factaq; illi genuflexione, accedens ad infirmum asp gat eum, atque etiam adstãtes in modum Crucis, dicens: Asperges me Domine cũ ℣. Miserere Gloria Patri. & rep. Asperges me. Deinde submissa uoce interroget infirmum, an aliquid ei occurrat, quod cõfiteri velit: Et si aliqd occurrerit, audiat, & absoluat, sin min' extẽsa añ pectus illi' Mappula linea, quam ad hunc usum Sacerdos ferre debet. Et dicto p̃ infirmum vel per alium Confiteor, &c. Sacerdos dicat Misereatur, &c. Indulgentiã &c. Postea eleuet Corpus Dñi de calice, & illud infirmus adoret semel tantùm dicens. Dñe non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic uerbo, & sanabit anima mea. Quo dicto dans ei sacram Eucharistiam, dicat Accipe frater viaticũ Corporis Domini nostri Iesu Christi, qui te custodiat ab hoste maligno, & perducat in uitam æternam. Amẽ. Deinde abluat digitos uino & aqua, det ablutionẽ infirmo. nihil dicens. Peracta cõione, Sacerdos dicat. ℣. Dñs vobis. ℟. Et cum. Oremus. Oratio.

Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, te fideliter deprecamur: vt accipienti fratri nostro sacrosanctum corpus Domini nostri Iesu Christi filij tui, tàm corporis,

poris, quàm animę prosit ad remedium sempiternũ. Amẽ.

His peractis, eo ordine quo uenerunt, ad Ecclesiam reuertãtur, dicendo ps. Miserere.

ORDO VNGENDI Infirmum.

IN primis pulsetur cãpana, & fratres ad Ecclesiã conueniant, quibus congregatis, Sacerdos cum ministris prępa ratis ut supra dictum est, accipiat oleum sanctum, & pmissa Cruce, quæ postea infirmo relinquenda est, ordinatè procedat dicendo ps. Miserere. Cũque peruenerint ad locum, in quo iacet infirmus, Sacerdos dicat ℣. Pax huic domui, ℟. Et omnibus habitãtibus in ea.

Deinde stans ante ægrotũ, dicat. ℣. Adiutoriũ nostrum. ℟. Qui fecit cęlum & ter. ℣. Dominus uobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

INtroeat Domine Iesu Christe, sub nostræ humilitatis ingressu, domum hanc æterna fęlicitas, diuina prosperitas, serena lętitia, charitas fructuosa, sanitas sempitęrna: effugiat ex hoc loco accessus dęmonum: adsint Angeli pacis: domumque hanc deserat effugata discordia: magnifica Domine super nos nomen sanctũ tuum, & bene ✠ dic, & sanctifica nostræ conuersationis, ac humilitatis ingressum. Qui Sanctus & pius es, & permanes cũ Patre, & Spiritu sancto, in secula seculorum. ℟. Amẽ. Oratio.

EXaudi nos Dñe sancte Pater oĩpotẽs æterne Deus, & mittere digneris sanctũ Angelum tuum de cęlis: qui custodiat, foueat, protegat, uisitet, atque defendat omnes habitãtes in hoc habitaculo. Per.

Deinde aspergat infirmum, ac circunstantes aqua benedicta in modum Crucis, dicendo. Asperges me. &c. vt supra.

Quibus peractis, infirmus, vel si is minus potest, vnus ex circunstantibus, vel Sacerdos ipse dicat Cõfiteor, &c. Quo dicto Sacerdos subiungat Misereatur tui &c. Indulgentiam, absolutionem, &c. Tunc clerici astantes legant septem Psal. penitentiales cum Litaniis: Sacerdos verò Sacramentum vnctionis administret, & incipiens dicat.

IN nomine Patris, ✠ & Filii ✠ & Spiritus sancti. ✠ Am̃.

Extinguatur in te omnis virtꝰ Diaboli per impositionẽ manuum nostrarum, imò per inuocationem omnium Sanctorum Angelorum, Archangelorum,

Deus, & dissipentur inimici eius. & fugiant qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus deficiant, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereãt peccatores a facie Dei, & iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei. Confundantur igitur & erubescant omnes tartareæ legiones, & ministri Satanæ iter tuum impedire non audeant. Liberet te à cruciatu Chrs, qui pro te crucifixus est. Liberet te à morte Christus, q̃ pro te mori dignatus est. Cõstituat te Christus filiꝰ Dei uiui intra paradisi sui semp amęna virẽtia, & ĩter oues suas te uerus ille pastor agnoscat. Ille ab omnibus peccatis tuis te absoluat atque ad dexteram suam in electorum suorum te sorte constituat. Redemptorem tuum facie ad faciem uideas, & præsens semper assistens, manifestissimam beatis oculis aspicias veritatem. Constitutus igitur inter agmina beatorum, contemplationis diuinæ dulcedine potiaris in secula seculorum. ℟. Amen.

Oratio.

SVscipe Domine seruum tuum in locum sperandæ sibi saluationis à misericordia tua. ℟. Amen.

Libera Domine animam serui tui ex omnibus periculis inferni, & de laqueis pęnarum, & ex omnibus tribulationibus. ℟. Amen.

Libera Domine animam serui tui, sicut liberasti Enoch & Eliam de commmuni morte mundi.

℟. Amen.

Libera Domine animam serui tui, sicut liberasti Noe de diluuio.

℟. Amen.

Libera Domine animam serui tui, sicut liberasti Abraham de Vr Chaldæorum.

℟. Amen.

Libera Domine animam serui tui, sicut liberasti Iob de passionibus suis.

℟. Amen.

Libera Domine animam serui tui, sicut liberasti Isaac de manu Patris sui Abrahæ.

℟. Amen.

Libera Domine animam serui tui sicut liberasti Loth de Sodomis, & flamma ignis.

℟. Amen.

Libera Domine animam serui tui, sicut liberasti Moysen de Manu Pharaonis Regis Ægyptiorum.

℟. Amen.

Libera Domine animã serui tui, sicut liberasti Danielem de lacu leonum. ℟. Amen.
Libera Domine animam serui tui, sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardẽtis, & de manu regis iniqui. ℟. Amen.
Libera Domine animam serui tui, sicut liberasti Susannã de falso crimine. ℟. Amen.
Libera Domine animam serui tui sicut liberasti Dauid de manu regis Saul, & de manu Goliæ. ℟. Amen.
Libera Domine animam serui tui, sicut liberasti Petrum, & Paulum de carceribus. ℟. Amen.
Et sicut beatissimam Theclam virginem, & martyrem tuam de tribus atrocissimis tormentis liberasti, sic liberare digneris animam serui tui huius, & tecum facias in bonis congaudere cœlestibus. ℟. Amen. Oratio.

Commendamus tibi Domine animam famuli tui N. precamurque te Domine Iesu Christe Saluator mundi, vt propter quam ad terram misericorditer descendisti, Patriarcharum tuarum sinibus insinuare nõ renuas: Agnosce Domine creaturam tuam, non ex Dijs alienis creatam, sed à te solo Deo viuo, & vero: quia non est alius Deus præter te, & non est secundùm opera tua. Lætifica Domine animam eius in conspectu tuo, & ne memineris iniquitatum eius antiquarum, & ebrietatum, quas suscitauit furor, siue feruor mali desiderij. Licèt enim peccauerit, tamen Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum non negauit, sed credidit: & Zelum Dei in se habuit, & Deum qui fecit omnia adorauit. ℟. Amen. Oratio.

Delicta iuuentutis, & ignorantias eius, quæsumus, ne memineris Domine, sed secundùm misericordiam tuam memor esto illius in gloria claritatis tuæ. Aperiantur ei cæli, collætentur illi Angeli. In regnum tuum Domine seruum tuum suscipe. Suscipiat eum sanctus Michael Archangelus Dei, qui militię cęlestis meruit Principatum. Veniant illi obuiam sancti Angeli Dei & perducant eum in ciuitatem Ierusalem. Suscipiat eum beatus Petrus Apostolus cui à Deo claues regni cęlestis traditæ sunt. Adiuuet eum sanctus Paulus Apostolus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo sanctus Iohannes electus Dei Apostolus, cui reuelata sunt secreta cęlestia. Orent pro eo oẽs sancti Apostoli, quibus à Domino data est potestas ligandi atque soluendi. Intercedant pro eo omnes sancti Dei, qui pro Christi nomine tormenta in hoc seculo sustinuerunt: ut vinculis carnis exutus, peruenire mereatur ad gloriam regni cęlestis, præstante Domino nostro Iesu Christo, Qui cum Patre, & sancto Spiritu, viuit & regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

Si anxiatur adhuc anima, dicantur hi Psal. vt supra. Confitemini Domino. iiij. fo. 17. & totus Psalmus Beati immaculati. f. 59. per horas distributus. Egressa autem anima dicitur hoc. ℟. Subuenite sancti, Dei occurrite Angeli Domini. Suscipientes animam eius. Offerẽtes eam in conspectu Altissimi.
℣. Suscipiat te Christus qui uocauit te, & in sinum Abrahæ Angeli deducãt te, Suscipientes animam.
℣. Requiem æternam dona ei Domine, & lux perpetua luceat ei. Offerentes.
Deinde Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Postea Pater noster.
℣. Et ne nos inducas.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine aĩam eius.
℣. Requiescat in pace.
℟. Amen.
℣. Dñe exaudi orõnẽ meã.
℟. Et clamor meus ad te ve.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. Orõ.

Tibi Domine commendamus animam famuli tui N. vt defunctus seculo tibi uiuat: & quæ per fragilitatem humanæ conuersationis peccata commisit, tu uenia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

ORDO EXEQVIARVM.

Pulsato primo signo Campanæ, fratres congregentur in Ecclesia. Et dum secundum signum pulsatur, Sacerdos indutus alba, & stola, Laico præferente crucem, & alio aquam benedictam, & aliis fratribus processionaliter p-sequen-

sequentibus, cùm peruenerit ad locum, vbi iacet defunctus, iiium aspergat aqua benedicta in modum crucis: & cùm primùm è domo cadauer effertur, Clericus dicat Antiphonam Placebo Dño. Et Sacerdos incipiat Psalmũ, Dilexi. cum cęteris Psalmis, & Antiphonis de Vesperis Defunctorum. Et cùm ad Ecclesiam peruenerint, deponãt feretrum ante altare, ita vt ad ipsum defunctus faciem vertat, & completis Vesperis, duo Clerici absolutè incipiant, Regem cui omnia viuunt, Venite adoremus. Psalmus. Venite. Et dicatur tota Vigilia cum nouem Lectionibus, & Laudibus. Tunc si tempus congruum fuerit, Sacerdos præparet se ad Missam, qua finita, Sacerdos sine casula stans ad caput defuncti, cęterique omnes cum luminibus stantes in circuitu feretri, in modum coronæ, Sacerdos incipiat absolutè. Oratio.

NOn intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia nullus apud te iustificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum tribuatur remissio. Non ergo eum, quæ sumus, tua iudicialis sententia præmat, quem vera supplicatio fidei Christianæ commendat: sed gratia tua illi succurrente, mereatur euadere iudicium vltionis, qui dum viueret insignitus est signaculo sanctæ Trinitatis, Qui viuis, & regnas per omnia secula seculorum.

℟. Amen.

Deinde Clericus incipit Responsorium. Subuenite sancti Dei. vt supra fol. 496. Finito Responsorio, primus Chorus dicit Kyrie eleison. Et secundus Chorus Christe eleisõ. Deinde omnes simul Kyrie eleison. Tunc Sacerdos pronunciet alta voce Pater noster. Et dum secretò dicitur, aspergat cadauer in modum crucis, ac incenset ter ducens turibulum: & reuersus ad locum suum dicat,

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo. Orõ.

DEus cui omnia viuunt, & cui non pereunt corpora nostra moriendo, sed mutantur in melius: te supplices deprecamur, vt suscipi iubeas animam famuli tui N. per manus Sanctorum Ange-

lorum

lorum deducendã in sinum Abrahæ Patriarchæ, resuscitandamq; in nouissimo iudicij magni die: & quidquid viciorum, diabolo fallente contraxit, tu pius, & misericors abluas indulgendo. Per Christum Dominũ nrm. ℟. Am̃.

Qua finita Clericus incipiat ℟. Libera me Dñe de morte ęter. vt sup 487. & dr totũ. Deinde, vt prius. Kyrieeleis. Christeeleison. Kyrieeleison. Sacerdos dicat Pater noster. Et dum secretò dicitur, aspergat, & incenset ut prius, & reuersus ad locum suum, dicat

℣. Et ne nos. ℟. Sed libera.

℣. Requiem ęternam. ℟. Et lux perpetua. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.

℣. Dñe exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

ABsolue, quæsumus Domine, animã famuli tui fratris nostri ab omni vinculo delictorum: vt in resurrectionis gloria inter sanctos, & electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Tunc defertur feretrũ ad locum sepulturæ, canente choro sequentes Añas. Antiph. In Paradisum deducãt te Angeli: in tuo aduẽtu suscipiant te martyres, & perducãt te in ciuitatem sanctam Ierusalem. Aña. Chorus Angelorum te suscipiat, & cum Lazaro quõdam paupere ęternam habeas requiem. Cùm autem peruentum fuerit ad tumulum, deposito feretro, & dictis Añis, Sacerdos aqua benedicta aspgat corpus defuncti, & tumulum, & similiter incenset. Deinde incipiat Añam. Ego sum. Cant. Benedictus. f. 20. Et interim ministri corpus defuncti sepeliant. Aña. Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me, etiã si mortuus fuerit viuet, & omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur in æternum. Kyrieel. Christe eleison. Kyrieeleis. Pater noster ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine. ℟. Quia non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuẽs. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animã eius. ℣. Requiescat ĩ pace. ℟. Am̃. ℣. Domine exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu. Orõ.

Sa-

SAtisfaciat tibi, quæsumus Domine Deus noster, pro anima famuli tui fratris nostri N. beatissimæ Dei genitricis semperq; Virginis Mariæ, & beatissimi Archangeli tui Michaelis, atq; sanctissimi Confessoris tui Patris nostri Benedicti, omniumq; Sanctorũ tuorum oratio, & præsentis familiæ tuæ humilis & deuota supplicatio: vt peccatorum omnium veniam, quã precamur, obtineat, nec eum patiaris cruciari gehennalibus flammis, quem filij tui Domini nostri Iesu Christi pretioso sanguine redemisti. Qui tecum, & cum Spiritu sancto viuit, & regnat Deus. Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cum spiritu. Sacerdos dicat. ℣. Anima ei⁹, & animæ omnium fidelium defunctorum, per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

BENEDICTIO MENSÆ ante Prandium.

Qui præest, vel Sacerdos benedicturus mensam, incipit. Benedicite. ℟. Benedicite. Deinde pronunciat ℣. & alij prosequuntur. ℣. Oculi oĩum in te sperant Domine, & tu das escam illorum in tẽpore opportuno. Aperis tu manum tua, & imples omne animal benedictione. Gloria Patri. Sicut. Kyrie ele. Christe ele. Kyrieeleis. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. Postea Sacerdos dicit Orem⁹.

BEnedic Domine nos, & hęc tua dona, quæ de tua largitate sumus sumpturi. Per Christũ Dñm nostrũ. ℟. Am. Deinde Lector. Iube Domne benedicere. Bño. Mensę cęlestis participes faciat nos Rex æternę gľiæ. ℟. Am. Quãdo nõ adest qui legat, dr̃ Lect. br.

DEus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in ęo. Et rel.

GRATIÆ AGENDÆ post Prandium.

Dicto a Lectore. Tu autẽ Domine miserere nobis. vel si nõ adfuerit Lectio, dicto versu. Oĩa prætereunt, præter amare Deum. Tu autẽ Domine miserere nobis. ℟. Deo gratias. & omnes surgunt, & Sacerdos incipit ℣. Confiteantur tibi Domine opera tua. ℟. Et sancti tui benedicant tibi. Gloria Patri, & Filio. ℟. Sicut erat. Postea Sacerdos dicit.

AGimus tibi gratias omnipotens Deus, pro vniuersis beneficijs tuis. Qui viuis,

uis, & regnas in secula seculorum. ℟. Amẽ. Deinde alternatim dr̃ ps. Miserere. f. 17. vel ps. Laudate Dominũ omnes gentes. f. 68. in fine. Gloria Patri. Sicut erat. Kyriel. Christeel. Kyriel. Sacerdos dicit Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Dispersit, dedit pauperibus. ℟. Iustitia eius manet in seculum seculi. ℣. Benedicam Dominum in omni tempore. ℟. Semper laus eius in ore meo. ℣. In Domino laudubitur anima mea. ℟. Audiant mansueti, & lætẽtur. ℣. Magnificate Dominũ mecum. ℟. Et exaltemus nomen eius in idipsum. ℣. Sit nomẽ Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & usque in seculum. Oremus.

REtribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomẽ sanctum tuum vitam æternam. ℟. Amen. ℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias. ℣. Fideliũ animę per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen. Pater noster. secr. Quò finito dicit Sacerd. Deus det nobis suam pacẽ. ℟. Am.

BENEDICTIO MENSÆ ante Cœnam.

Qui præest, vel Sacerdos benedicturus mensam, incipit. Benedicite. & alij repetunt. Benedicite. Deinde pronunciat ℣. & alij prosequuntur ℣.

EDent pauperes, & satura⁹ bunt, & laudabũt Dñm, q̃ requirunt eum: viuent corda eorũ in seculum seculi. Gloria Patri, & Filio. Sicut erat in principio. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. vt supra in prandio.

Lectio breuis.

BEati, qui ad cœnam nuptiarum agni uocati sunt. Et reliqua.

GRATIÆ AGENDÆ post Cœnam. ℣.

MEmoriam fecit mirabilium suorũ misericors, & miserator Dominus: escam dedit timentibus se. Gloria Patri, & Filio. Sicut erat. Postea Sacerdos dicit.

BEnedictus Deus in donis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Qui viuit, & regnat in secula seculorum. ℟. Amen. Deinde alternatim dr̃ ps. Laudate Dominum omnes gentes. Et rel. vt supra. Quãdo semel comeditur, omnia dicuntur, vt in cœna: sed pro Lect. br. dicitur Deus charitas est. & ps. Miserere mei Deus. folio 17.

BE-

BENEDICTIO MENSÆ ante Collationem.

Qui præest, vel Sacerdos dicat. Benedicite. ℟. Benedicite. Deinde dicat. Cibum, & potũ sanctæ charitatis benedicat dextera Dei patris. Deinde signet mensam signo ✠ dicendo. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. ℟. Amen. Quando autem aliquis solus facit collationem, loco supradicti Versiculi dicat, Collationem serui sui: benedicat Christus filius Dei viui. In no. &c.

GRATIÆ AGENDÆ post Collationem.

Dicto ℣. Omnis spiritus laudet Dominum. Tu autem Domine miserere nobis. ℟. Deo gratias. Sacerdos dicat. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & vsq; in seculum. Oremus. Retribuere dignare. & reliq. vt supra.

Prędictus modus benedicendi mensam, & agendi gratias seruatur omni tempore, prætereq̃ diebus infrascriptis, quib⁹ Versiculi, & p̄s. tantũ variantur.

In Nat. Dñi, & per Octauam dicitur ℣. Verbum caro factũ est, halleluia. ℟. Et habitauit in nobis, halleluia. Gloria Patri, & Filio. Sicut erat. In fine dicitur ℣. Notum fecit Dominus, halleluia. ℟. Salutare suum, hall. & alia, vt sup. p̄s. Cantate. ij 49. vel Laudate Dñm omnes gentes. f. 68. Qui p̄s. semper ad beneplacitum dici potest etiam in alijs solennitatibus.

In Epiphania, & per totam Octauam. ℣. Reges Tharsis, & insulæ munera offerẽt, halleluia. ℟. Reges Arabum, & Saba dona adducẽt, halleluia. Gloria Patri. Sicut erat. In fine dicitur ℣. Omnes de Saba venient, hallel. ℟. Aurũ, & tus deferentes, hallel. Gloria. p̄s. Deus iudicium. fo. 37.

In Cęna Domini dr̄ absolute, & sine nota Versiculi. Christ⁹ factus est pro nobis obediens vsque ad mortem. Deinde Pater noster. totum secretò. Quo dicto sine pronũciatione aliqua Saccerdos signo ✠ benedicit mẽsam: nec dicitur Iube Domne. nec Tu autem. In fine repetit ℣. Chr̄s fact⁹ ē. vt s̄. Postea p̄s. Miserere. f. 17. Quo finito sine Gloria Patri. secretò dicitur Pater noster. Deinde Sacerdos dicit absolutẽ orationẽ. Respice q̃sumus. vt in Officio. Et nõ pronũciat Qui tecum. nec Fidelium aïę. sed secr. dr̄ Pr̄ nr̄. nec additur Deus det nobis suam pacem.



Bibliotheca
P.P. Camaldulensium in Bielany
Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



01591
Q. I. 34

